Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Caij Plynij Secundi Naturalis Hystoriae liber primus [-trigesimus septimus & ultimus]

https://hdl.handle.net/1874/457024

Dit boek is gescand in het kader van het Incunabelen project.

Een incunabel of wiegendruk is een boek of geschrift dat gedrukt is vóór 1 januari 1501. Gezien de bijzondere aard van deze vroege gedrukte werken is besloten deze uitgebreid te beschrijven en te digitaliseren.

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

Bij deze boeken wordt ook de volledige buitenkant gescand en een scan gemaakt van het geopende boek. De hierna volgende scans zijn (in volgorde waarop ze getoond worden):

- het midden van het geopende boek*
- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

*Een deel van de banden in deze collectie bevatten meerdere titels, het is dus mogelijk dat de pagina's in deze overzichtsscan horen bij een andere titel.

This book has been digitized as part of the Incunabula project.

An incunable or incunabulum is a book, pamphlet, or broadside that was printed before January 1st 1501. Due to their special nature a project has been started to better describe and then digitize these early printed works in our collection.

More information on this collection is available here:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

The digitized version of these books includes scans of the outside of the book and a scan of the open book. The scans after this notice are (in the order in which they are shown):

- the open book (opened approximately in the middle)*
- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

*Some of the bindings in this collection contain multiple titles, therefore it is possible that this scan shows pages which belong to a different title.

quos uocant centrinas fucis apum ſimiles ignauia maliciaq; cum pernice uerorum &
utilium. Interimunt enim illos atq; ipſi moriuntur. Vexant & tineæ ſemina ficorum.
Contra quas remedium in eadem ſcrobe defodere italicam lentiſcum iuerſa parte quæ
fuerit a cacumine. Vberrimas autem ficus lubrica amurca diluta & cum fimo infuſa
radicibus frondere incipientium facit. Caprificorum laudantur maxime nigræ & in pe
troſis: quoniam frumenta plurima habeat caprificatio ipſa poteſt hymbrẽ. In primis aũt
cauendum ne ex remediis uitia fiant. Quod euenit nimia aut intempeſtiua medicina.
Interlucatio arboribus prodeſt: ſed omnium annorum trucidatio inutiliſſima. Vitis tã
tum tonſuram annuam quærit: alternam myrtus: punicæ oleæ quia celeriter fruticeſ
cunt. Cæteræ rarius tondentur. Nulla autunno. Ac ne raduntur quidem niſi uere pu
tatiõe. Plagæ ad uitalia ſunt omnia quæcunq; nõ ſuperuacua. Similis ſtercoratio. Cau
dent ea. Sed cauendum eſt ne in feruore ſolis admoneatur: ne immaturius. ne ualidius
q̃ opus ſit. Vrit uineas ſuillum: niſi quinquennio interpoſito: præterq̃ ſi riguis diluatur
Et e coriariorum ſordibus niſi admixta aqua. Item largius. Iuſtum exiſtimant in denos
pedes quadratos tres medios. Id qdem ſoli natura decernit. Columbino ac ſuillo plagis
quoq; arborum medentur. Si mala punica acida naſcant̃: ablaqueatis radicibus fimũ
ſuillum adhibent: eo anno uinolenta: proximo dulcia futura. Alii urina hominis aqua
mixta riganda cenſent quater anno: ſingulis amphoris aut cacumina ſpargi uino laſe
re diluto. Si finduntur in arbore: pediculum intorqueri. Ficis utiq; amurcam adfundi
Cæteris arboribus ægri fecem uini: ac lupinum circa radices earum ſeri. Aqua quoq;
lupini decocti circumfuſa pomis prodeſt. Fici cum uulcanalibus tonuerit cadent. Re
medium eſt: ut ante ſtipula hordeacea areæ ſtringatur. Ceraſos præcoces facit cogitq;
matureſcere calx admota radicibus. Et hæc ante omnia poma interuelli melius eſt ut
quæ relicta ſunt grandeſcant.

De diuerſis medicamentis arborum contra uenenata animalia: & cõtra formicas & contra noxia animalia. Ca. XXVIII.

QVædã pœna emendant̃ aut morſu excitantur ut palmæ & lentiſci. Salis eni
aquis aluntur. Salis uim & cinis ſed leniorẽ habet. Ideo ficis aſpergũtur rutaq;
ne fiant uerminoſæ: ne ue radices putreſcant. Quin & uitiũ radicibus aquã ſal
ſa iubent affundi ſi ſint lachrymoſæ: Si uero fructus eap decidant: cinerẽ aceto aſpergi
ipſaq; illini: aut ſandaraca ſi putreſcat uua. Si uero fertiles nõ ſunt: aceto acri ſubacto ci
nere rigari atq; oblini. Quod ſi fructũ nõ maturent prius inareſcentẽ præciſap ad ra
dices plagã fibraſq; aceto acri & urina uetuſta madefacere: atq; eo luto obruere: ſæpe fo
dere. Oleap ſi parũ promiſere fructus: nudatas radices hyberno frigori opponunt: eaq;
caſtigatione pficiunt. Omia hæc ãnua cæli rõe cõſtant. Et aliquando ſerius poſcũtur
aliquãdo celerius. Necnon ignis aliquid prodeſt: ut harũdini. Ambuſta nãq; denſior mi
tiorq; ſurgit. Cato & medicamenta quædã cõponit: menſuræ quoq; diſtinctione ad ma
iorũ arbop radices amphorã: ad minorum urnam amurcæ & aquæ portionẽ æquam:
ablaqueatis prius radicibus paulatim affundi iubens. In olea hoc amplius ſtramẽtis an
tea circumpoſitis. Item fico. Huius præcipue ueterem terram adaggerari radicibus. Ita
futurum ut nõ decidant groſſi: maiorq; fœcunditas nec ſcabra proueniat. Simili modo
ne conuoluolus fiat in uinea: murcæ congios duos decoctos in craſſitudinem mellis:
rurſuſq; cum bituminis tertia parte & in ſulphuris quarta ſub diuo uſq; quo ex ardeſ
cat ſub tecto. Hoc uites circa capita ſub brachiis ungi. Ita non fore conuoluolum. Qui
dam contenti ſunt fumo huius mixturæ ſuffiræ uineas ſecundo flatu continuo triduo
Pleriq; non minus auxilii & alimenti arbitrant̃ in urina q̃ Cato in amurca addita mo
do aquæ pari portione: quoniam per ſe noceat. Aliiuoluto eſſe appellant animal præro
dens pubeſcetes uuas. Quod ne accidat: falces cum ſint exacutæ fibrina pelle detergũt
Atq; ita putant. Aut ſanguine urſino liniri uolunt poſt putationem eaſdẽ. Sũt arbop

peſtes & formicæ. Has abigunt rubrica ac pice liquida perunctis caudicibus. Necnõ &
piſce ſuſpenſo iuxta in unum locum congregant. Aut lupino trito cum oleo radices li
nunt. Multi & talpas amurca necant: Contraq; erucas & mala putreſcant: lacertæ uiri
dis pelle tangi cacumina iubent. Priuatim autem contra erucas ambiri arbores ſingu
las a muliere incitati menſis nudis pedibus recincta. Item ne quod animal paſtu malefi
co decerpat frondem fimo boum diluto aſpergi folia: quotiens hymber interueniat: quo
niam ita abluatur uirus medicaminis mira quædam excogitãte ſolertia humana. Quip
pe cum auerti carmine grãdines credant pleriq;: cuius uerba inſerere non equidem ſe
rio auſim quanq̃ a Catone prodita. Contra luxata membra inunguenda harundinum
fiſſuræ. Idem arbores religioſas lucoſq; ſuccidi permiſit ſacrificio prius facto. cuius rei ra
tionem notionemq; eodem uolumine tradit.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XVIII. PROHEMIVM.

Quod antiquis maximũ ſtudium agriculturæ fuit: & hortop ſingulari diligẽtia. Ca. I.

SEQVITVR Natura frugum hortorũq; ac florum. Quæq;
alia præter arbores aut frutices benigna tellure proueniunt: uel
per ſe tantum hæc imenſa contemplatiõe ſiquis æſtimet uarie
tatem: numep: flores: odoreſq;: colores: & ſuccos ac uires earum:
quas ſalutis aut uoluptatis hominũ gratia gignit. Qua in par
te primum omniũ patrocinari terræ: & adeſſe cunctop parenti
iuuat. Quãq̃ inter initia operis defenſæ. Quoniã tamen ipſa
materia intus accedit ad reputationẽ eiuſdem patientis & noxia
Noſtris eam criminibus urgemus: culpãq; noſtram illi imputa
mus. Genuit uenena: ſed quis inuenit illa præter hominem? Ca
uere ac refugere alitibus feriſq; ſatis eſt. Atq; cũ in arbores exacuant limentq; cornua ele
phanti: & duro ſaxo rhinocerotes: & utroq; apri dentium ſiceas: ſciantq; ad nocendum
ſe præparare animalia. Quod tamen eop tæla ſua excepto hoĩe uenenis tingit? Nos &
ſagittas ungimus: & ferro ipſi nocentius aliquid damus. Nos & flumina iſicimus & rerũ
naturæ elementa. Ipſum quoq; uiuitur aerem in perniciem uertimus. Neq; eſt ut pute
mus ignorari ea ab animalibus: quæ quidem quæ præpararent contra ſerpentium di
micationem: quæ poſt prœlium ad medendum excogitarent indicauimus. Nec ab ullo
præter hominem ueneno pugnatur alieno. Fateamur ergo culpam ne iis quidem quæ
naſcuntur contenti. Etenim quando plura earum genera humana manu fiunt. Quid
non & homines quidam ad uenena naſcuntur? Atra hominum ceu ſerpentium lingua
uibrat: tabeſq; animi contractata adurit culpantium omnia. Ac dirarum alitum modo
tenebris quoq; & ipſarum noctium quieti inuidentium gemitu: quæ ſola uox eorum
eſt: ut inauſpicatarum animantium uice obuii quoq; uetent agere: aut prodeſſe uitæ.
Nec ullum aliud abominati ſpiritus præmium nouere. q̃ odiſſe omnia. Verum & i hoc
eadem naturæ maieſtas tanto plures bonos genuit ac fruges: quanto fertilior in iis: quæ
iuuant aluntq;. Quorum æſtimatione & gaudio nos quoq; relictis exuſtioni ſuæ iſtis
hominum turbis pergamus excolere uitam: eoq; conſtantius: quo operæ nobis maior q̃
famæ gratia expetitur. Quippe ſermo circa rura eſt agreſteſq; uſus. Sed quibus uita ho
noſq; apud priſcos maximus fuerit.

Quæ corona primo romæ. Ca. II.

ARuorum ſacerdos Romulus in primis inſtituit. ſeq; duodecimum fratrem ap
pellauit inter illos ab Acca Laurentia nutrice ſua: ſpicea corona quæ uita alba

Historia Naturalis
Fol. n°. 226.

RARIORA

cm

Cm

Cm

Cm

147

Historia Naturalis

Folio n°. 226.

Uit het kap. v. S. Marie

631. **Plinius** secundus, Cajus. Historia naturalis. Venetië, Renaldus de Noviomagio 6 Juni 1483. 2°. R. 2°. 226

Type 6*. — HC* 13095. — Pr. 4445. — Bl. 1 (☐) ontbreekt. Bl. 356a: Register. Bl. 356b ☐.

Op bl. 2a: „Joachimus Spudus" (doorgehaald). — Uit het kapittel van S. Marie te Utrecht.

CAIVS PLINIVS MARCO SVO SALVTEM.

Ergratum eſt mihi q̃ tam dilgenter libros auunculi mei lectitas: ut habere om/
nes uelis: quaeraſque qui ſint omnes. Fungar indicis partibus atq; etiã quo ſint
ordine ſcripti: notum tibi faciam: Eſt enim haec quoque ſtudioſis non iucunda
cognitio. De Iaculatione equeſtri unus. Hunc cum prefectus alae militaret: pari ingenio
curaque compoſuit. De uita Pompeii Secũdi duo: a quo ſingulariter amatus hoc memo
riae amici quaſi debitum munus exoluit. Bellorum Germaniae. xx. quibus omnia quae
cum Germanis geſſimus bella collegit. Incoauit cum ĩ Germãia militaret: ſomnio moni
tus. Aſtitit enim ei quieſcenti Druſi Neron s effigies: qui Germaniae l. tiſſime uictor ibi
periit. Cõmendabat memoriam ſuam: orabatq; ut ſe ab iniuria obi ionis aſſereret. Stu/
dioſi tres: quos in ſex uolumina propter amplitudinem diuiſit quibus oratorem ab incu
nabilis inſtituit: & perfecit. Dubii ſermonis octo ſcripſit ſub Nerone nouiſſimis annis: cũ
omne genus ſtudiorum paulo liberius & erectius periculoſum ſeruitus feciſſit. A fine.
Aufidi Baſſi. xxxi. Naturae hyſtoriarum. xxxvii. opus diffuſum eruditũ: nec minus uari
um q̃ ipſa natura. Miraris q̃ tot uolumina multaq; in his tam ſcrupuloſa homo occupa
tus abſoluerit? Magis miraberis: ſi ſcieris illũ aliquãdiu cauſas a taſſe. Deceſiſſe anno
vi. & quinquageſimo. Medium tẽpus diſtẽtum: impeditumq; officiis maximis: qua
amicicia principũ egiſſe. Sed erat acre ingeniũ: incredibile ſtudi na uigilãtia. Lu
cubrare a uulcanalibus incipiebat: non auſpicandi cauſa: ſed ſtudẽdi ſtatĩ a nocte mul/
ta. Hyeme uero ab hora ſeptima: uel cũ tradiſſime octaua: ſaepe ſexta. rat ſane ſomni
parciſſimi. Nõnunq̃ etiã inter ipſa ſtudia inſtãtis & differentis. Añ luce t ad Veſpaſia
num imperatorem. Nam ille quoq; noctibus utebatur. Inde ad delegatũ ſibi officium.
Reuerſus domum qđ reliquum temporis ſtudiis reddebat. Poſt cibum ſaepe quem ĩter
diu leuem & facilem ueterum more ſumebat: aeſtate ſi quid ocii iacebat in ſole. Liber le
gebatur annotabat. excerpebatq;. Nihil enim unq̃ legit: qđ non excerperet. Dicere ſtiam
ſolebat nullum eſſe librum tam malum: ut non aliqua parte prodeſſet. Poſt ſolem plerũ/
que frigida aqua lauabatur. Deinde guſtabat: dormiebatq; minimum. Mox quaſi alio
die ſtudebat in coenae tempus. Super hanc liber legebatur annotabat & quidem curſim.
Memini quendam ex amicis cum lector quaedam pronuntiaſſet perperam reuocaſſe: &
repeti cogiſſe. Huic aunculum meum dixiſſe intellexeras? Nempe cũ ille annuiſſet. Cur
ergo reuocabas? Decem amplius uerſus hac tua interpellatione perdidimus. Tanta erat
parſimonia temporis. Surgebat aeſtate a luce. Coena hyeme intra primam noctis: & tanq̃
aliqua lege cogẽte. Haec inter medios labores urbiſq; fremitum. In ſeceſſu ſolũ balinei
tẽpus ſtudiis exiebat Cũ dico balinei de interioribus loquor. Nã dũ diſtringit tergitur
que audiebat aliquid: autem dictabat. In itĩere quaſi ſolutus caeteris curis huic uni ua
cabat. Ad latus notarius cum libro & pugillaribus: cuius manus hyeme manicis mu/
niebatur: ut ne caeli quidem aſperitas ullum ſtudiis tempus eriperet. Qua eſt cauſa Ro
mae quoq; ſella uehebatur. Repeto me correptum ab eo cum ambularem. Poteras ĩquit
has horas non perdere. Nam perire omne tempus arbitrabatur: qđ ſtudiis nõ imptiretur.
Hac intentione tot iſta uolumina peregit electorumq; cõmẽtarios. clx. mihi reliquit. Opi
ſtographos quidem minutiſſimis ſcriptos. Qua ratione multipiplicat hic numerus. Refe
rebat ipſe potuiſſe ſe cum procuraret uendere in Hiſpania hos cõmentarios Lartio Lici/
nio. cccc. milibus nũmum aliquanto pauciores erant. Nonne uidetur tibi recordanti quã
tum legerit. q̃tum ſcripſerit: nec in officiis ullis: nec in amicitia principium fuiſſe? Rurſus
cum audis qđ officiorum ſtudiis laboris impenderit nec ſcripſiſſe ſatis: nec legiſſe: quid
eſt. n. qđ non ille aut occupationes impedire: aut haec inſtantia non poſſit efficere? Itaq;
ſoleo ridere cum me quidam ſtudioſum uocant: qui ſi comparer illi: ſim deſidioſiſimus
Ego aũt tm̃ quem partim publica: partim officia amicorum diſtringunt: quis ex iſtis qui
tota uita litteris aſſident collatus illi non quaſi ſomnio & inertie deditus erubeſcat.

DOMEIN-ARCHIEF
TE
UTRECHT

Extendi epiſtolam cum hoc ſolum quod requirebas ſcribere deſtinaſſem:quos ſcilicet li
bros reliquiſſet. Confido haec tamen quoq; tibi non minus gratia quam ipſos libros fu/
tura:quae te nõ tamen ad legendos eos:uerum etiam ad ſimile aliquid elaborandum
poſſunt aemulationis ſtimulis excitare. Vale

SVETONII TRANQ VILLI IN LIBRO DE VIRIS ILLVSTRIBVS.

PLynius Secundus Nouocomenſis equeſtribus militiis induſtriae functus procu
rationes quoq; ſplendiſſimas atq; continuas ſumma integritate adminiſtrauit
Et tamen liberalibus ſtudiis tantam operam dedit:ut non temere quis plura in.
ocio ſcripſerit.Itaq; bella omnia quae unquã cũ germanis geſta ſũt. xx.uoluminibus cõ
praehendit.Item naturalis hyſtoriae.xxxvii.libros abſoluit.Periit gades campaniae. Nã
cum miſſenenſi claſi praeeſſet.& flagrante ueſuuio ad exploranda proprius cauſas libur
nitias praetendiſſet:neq; aduerſantibus uentis remeare poſſet:ui pulueris ac fauille op/
preſſus eſt. Vel ut quidam exiſtimant a ſeruo ſuo occiſus:quem deficiens aeſtu ut necẽ
ſibi maturaret orauerat. Hic in his libris.xx.milia rerum dignarum ex lectione uolumi/
num circiter duum milium complexus eſt. Primus autem liber quaſi index:xxxvi.libro/
rum ſequentium conſumationem totius operis:& ſpeties continet titulorum.

CAIVS PLYNIVS TACITO SVO SALVTEM.

PEtis ut tibi auunculi mei exitus ſcribam:quo uerius tradere poſteris poſſis. Gra
tias ago. Nam uideo mori eius ſi celebretur a te immortalem gloriam eſſe propo
ſitam. Quamuis enim pulcherrimarum clade terrarum ut populi ut urbes me/
morabili caſu quaſi ſemper uicturus occiderit. q̃uis ipſe plurima ſcripſerit: plura tamen
perpetuitati eius ſcriptorum tuorum aeternitas adde. Equidem beatos puto quibus deo
rum munere datum eſt aut facere ſcribenda:ut ſcribere legenda. Beatiſſimos uero qui/
bus utrumq;.Horum in numero auunculus meus & ſuis libris & tuis erit. Quo libentius
ſuſcipio depoſco etiam quod iniungis. Erat miſſeni:claſſemque imperio preſens regebat
Viiii. Kal.hora fere ſeptima mater mea indicat ei apparere nubem inuſitata & magnitu
dine & ſpecie. Vſus ille ſole:mox frigidia:guſtauerat iacens: ſtudebatq; Popoſcit ſoleas.
Aſcenditq; locum:ex quo maxime miraculum illud conſpici poterat. Nubes & incertum
procul & intuentibus ex quo monte:ueſuuium poſtea fuiſſe cognitum eſt:oriebatur.
Cuius ſimilitudinem & formam non alia res magis quam pinus expreſſerit. Nam lon/
giſſimo uelut trunco flatu in altum quibuſdam:ramis diffundebatur. Credo & recenti
ſpiritu euecta:dein ſeneſcente eo deſtituta:ut etiam pondere ſuo uicta in altitudinem
uaneſcebat:candida interdum ſordida & maculoſa:prout terram cinerem ue ſuſtulerat
Magnum & propiuſq; noſcendum ut eruditiſſimo uiro uiſum.Iubet liburniciam aptari.
Mihi ſi uenire una uellem facit copiam. Reſpondi ſtudere me malla: & forte ipſe quod
ſcriberem dederat. Egrediebatur domo:accepit codicillos. Retinere claſſiarii imminente
periculo exterriti:nauicula eius ſub iacebat:nec ulla niſi nauibus fuga:ut ſe tanto diſcri
mini eriperent orabat. Vertit ille conſillium: & quod ſtudio animo inchoauerat:obit ma
ximo. Deducit quadriremes:aſcendit ipſe:non retinet modum. Sed multi erat enim fre/
quens amoenitas:orat. Laturus auxilium properat. Alii territi fugiunt. Rectum ipſe cur
ſum rectaq; gubernacula in periculum tenet. Adeo ſolitus metu:ut omẽs illius malis mo
tus omnis fugura ut depraehenderat oculis dictaret:enotaretq;.Iam nauibus cinis incide
rat:quo propius accedere calidior & denſior.Iam pumices etiam nigri ambuſtiq; & fracti
igne lapides.Iam uadum ſubitum ruinaq; montis:littora obſtantia. Conctanti paulum
an retro flecteret:mox gubernatori ut ita faceret monenti. Fortes inquit fortuna iuuat.
Pomponianum pete:ſtabiti erat:dirimit ſine medio. Nam cenſim circunactis turbatiſque

littoribus maxima re infunditur. Ibi q̄q̄ nondum̄ periculo appropinquante conſpicuo tñ:
& cum creſceret proximo ſarcinas contulerat in nauis in artus fugae: ſi contrarius uētus
reſediſſet. Quo tunc auunculus meus fecundiſſimo inuectus complectit̄ trepidantē con
conſolatur: hortatur: atq; timorem eius ſua ſecuritate leniter. deferri in balneum iubet:
lotus accubat: coenat atq; hylaris: aut qđ eſt aeque magnum ſimilis hylari. Interim e ue
ſuuio monte pluribus locis latiſſimae flammae: atq; incendia relucebant: quoꝝ fulgur:
& claritas tenebras noctis excipiebat. Ille agreſtium trepidatione ignis relictos deſertaſq;
uillas per ſolitudinem ardere in remedium formidinis dictabat. Tunc ſe quieti dedit: &
quieuit ueriſſimo quidem ſomno. Nam meatus animae qui illi propter amplitudinem
corporis grauior & ſonantior erat: ab iis qui limini obuerſabantur: audiebatur. Sed aera
ex qua zeta adibatur: ita iam cinere mixtiſq; punicibus oppleta ſurrexerat ut ſi lōgio in
cubiculo mora eſſet: exitus negaretur. Excitatus procedit: ſeq; Pomponião caeteriſq; qui
ꝑuigilat autē reddidit: ĩ cōe cōſultāt ĩtra tecta ſubſiſtāt: an in apto uagēt. Nā crebris ua
ſtiſq; tremoribus tecta mutabant: & quaſi emota ſedibus ſuis nunc huc nunc illuc abire:
aut referri uidebantur. Sub dīo rurſus q̄q̄ leuium exeſorumq; punicum caſus metuebat
ꝙ tamen malorum collatio elegit: & apud illum quidem ratio rationem apud alios timo
rem timor uicit. Ceruicalia capitibus impoſita linteis conſtringuntur. Id munimentū ad
uerſus incidentia fuit. Iam dies alibi illic nox omnibus noctibus nigrio: denſioeq; quam
tamen faces multae uariaq; lumina ſoluebāt. Placuit egredi in littus & ex proximo aſpi
cere & quid iam mare admitteret quod adhūc uaſtum & aduerſum permanebat. Ibi ſup
abiectum linteum recubans ſemel atq; iteꝝ frigidam aquam popoſcit: auſitque. Deinde
flāmae flāmarumq; prenuutius odor ſulphuris alios in fugam uertunt: excitant illum.
Innixus ſeruis duobus aſſurrexit: & ſtatim concidit. Vt ego coniector. craſſiore caligine
ſpiritu obſtructo: clauſoq; ſtomacho: qui illi natura inualidus & anguſtus & frequenter
interaeſtuās erat. Vbi dies redditus is ab eo quem nouiſſime uiderat tertius: corpus inuē
tum integrum illeſum: opertumq; ut fuerat indutus. Habitus corporis quieſcēti ſimilior
q̄ defuncto. interim miſſieni ego & mater. Sed nihil ad hyſtoriam. Nec tu aliud q̄ de exi
tu eius ſcire uoluiſti. Finem ergo faciam: Vnum adiiciam: omnia ea quibus interfuerat:
quaeq; ſtatim cum maxime uera memorantur: audierat uera perſecutum. Tu potiſſimū
excerpes. Aliud ē. n. epiſtolam: aliud hyſtoriam: aliud amico: aliud oībus ſcribere. Vale

❡ ITEM TERTVLLIANI IN APOLOGETICO.

PLynius ſecūdus cū quandā prouĩtiā gereret: & In magiſtratu plurimos xp̄ianoꝝ
interficeret: multitudine eorum perteritus quaeſiuit de Traiano qđ facto opus
eſſet nuntians: ꝑter obſtinationem ſacrificandi & añ lucanos coetus ad canen/
dum cuidam xp̄o ut deo: nihil apud eos reperiri. Praeterea ad confoederandā diſciplinā
uetari ab his homicidia: furta: adulteria: latrocioia: & his ſimilia. Ad quae commotus
Traianus reſcribit: hos quidem inquaerendos non eſſe oblatos uero puniri oportere.

❡ ITEM EX LIBRIS DE TEMPORIBVS EVSEBII CAESARIENSIS.

PLynius ſecundus Nouocamenſis Orator & hyſtoricus inſignis habetur. Cuius plu
rima ingenii opera extant. Periit dum inuiſit ueſuuium.

¶ CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER PRIMVS.

CAIVS PLYNYVS SECVNDVS NOVOCOMENSIS. T. VESPASIANO SVO SALVTEM.

¶ PRAEFATIO.

LIBROS naturalis hiſtoriae nouitiũ camoenis qritũ tuoq; opus
natum apud me proxima foetura licentiore: epiſtola narrare
conſtitui tibi iucundiſſime imperator. Sit enim haec tui praefa
tio ueriſſima dum maximo conſenſcit in patre Nanq; tu ſole/
bas meas eſſe aliquid putare nugas: Vt obiicere moliar Catul/
lum conterraneum meum. Agnoſcis & hoc caſtrenſe uerbum:
Ille enim (ut ſcis) permutatis prioribus ſyllabis duriuſculum ſe
fecit: quam uolebat exiſtimari a uernaculis tuis & famulis. Si/
mul ut hac mea petulantia fiat: quod proxime nõ fieri queſtus
es in alia procaci epiſtola noſtra ut in quaedam acta exeam. Sciantq; omnes quam ex
aequo tecum uiuat imperium Triumphale & cenſorium ius exeaſq; conſul ac tribuni/
tiae poteſtatis particeps. Et quod his nobilius feciſti: dũ illud patri pariter & equeſtri or
dini p̄ſtas p̄fectus p̄torii eius omniaq; haec reipu. Et nobis quidẽ qualis in caſtrenſi con
tubernio? Nec quicquam mutauit in te fortunae amplitudo in iis niſi ut prodeſſe tantũ
dem poſſe: ut uelles. Itaq; cum caeteris in uenaratione tui pateant omnia illa: nobis ad co
lendum te familiarius audatia ſola ſupereſt. Hanc igitur tibi imputabis: & in noſtra cul
pa tibi ignoſces. Perfricui faciem: nec tamen profeci. Quando alia uia occurris ingens.
Et longius etiam ſubmoues ingenii faſibus. Fulgurat in nullo unquam uerius dicta uis
eloquentiae tribunitiae poteſtatis facundia. Quando tu ore patris laudes tonas? Quan
to fratris amas? Quantus in poetica es? O magna foecunditas animi. Quemadmodum
quoq; fratrem imitareris excogitaſti. Sed haec quis poſſet intrepidus aeſtimare? ſubitu/
rus ingenii tui iudicium praeſertim laceſſitum? Neq; enim ſimilis eſt cõditio publican
tium: & nominatim tibi dicantium. Tum poſſem dicere: quid iſta legis imperator? Humi
li uulgo ſcripta ſunt: agricolarum opificum turbae: deniq; ſtudiorum ocioſis. Quid te
iudicem facis. Cum hanc operam condicerem non eras in hoc albo. Maiorem te ſciebam
quam ut deſcenſurum huc putarem. Praeterea eſt quaedam publica etiam eruditorum
reiectio. Vtitur illa &. M. Tullius extra omnem ingenii aleam poſitus. Et quod miremur
per aduocatum defenditur? Haec doctiſſimum omnium Perſium legere nolo. Lelium
Decimum uolo. Quod ſi hoc Lucillius qui primus condidit ſtili naſum dicendum ſibi
putauit. Si Cicero mutuandum praeſertim cum de repu. ſcriberet: quanto nos cauſatius
ab aliquo iudice defendimur? Sed haec ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione.
Quamplurimum refert ſortiatur aliquis iudicem an eligat. Multumq; apparatus inter/
eſt apud inuitatum hoſpitem & oblatum Cum apud Catonem illum ambitus hoſtem: &
repulſis tanquam honoribus ineptis gaudentem: flagrantibus comitiis pecunias depone/
rent candidati: hoc ſe facere pro innocentia: quod in rebus humanis ſummum eſſet profi
tebantur. Inde illa nobilis. M. Ciceronis ſuſpiratio. O te foelicem. M. Portii a quo rem im
probam petere nemo audet. Cum tribunos appellaret. L. Scipio Aſiaticus inter quos erat
Gracchus hoc atteſtabatur: uel inimico iudice ſe probari poſſe. Adeo ſummum quiſque
cauſae ſuae iudicem facit quemcunq; elegit. Vnde prouocatio appellatur. Te quidem
in excelſiſſimo humani generis faſtigio poſitum ſumma eloquentia ſumma eruditione
praeditum religioſe adiri etiam a ſalutantibus ſcio. Et ideo immenſa praeter caeteras
ſubit cura: ut quae tibi dicantur condigna ſint. Verum & diis lacte ruſtici multeq; gen/
tes ſupplicant: & molla tantum ſalſa litant: qui non habent thura. Nec ulli fuit uitio deos

colore quoquomodo poſſet. Meae quidem temeritati acceſſit hoc quoq; ꝙ leuioris ope
rae hos tibi dedicaui libellos. Nam nec ĩgenii ſunt capaces: quod alioquin nobis perq̃
mediocre erat. Nec admittunt exceſſus aut orationes: ſermones ue: aut caſus mirabiles:
uel euentus uarios non alia iucunda dictu ac legentibus blanda. Sterili materia rerum
natura: hoc eſt uita narratur. Et haec ſordidiſſima ſui parte: ut plurimarum rerum aut
ruſticis uocabulis aut externis: immo barbaris cum honoris praefatione ponendis. Prae/
terea iter eſt non trita auctoribus uia: nec qua peregrinari animus expectat. Nemo apud
nos quidem qui attentauerit. Nemo apud graecos qui unus omnia ea tractauerit: inue
nitur. Magna pars ſtudiorum amoenitates quaerimus. Quae uero tractata ab aliis dicũ
tur immenſe ſubtilitatis obſcuris rerum tenebris praemuntur. Iam omnia attingenda
quae graeci ciecyclopedias uocant: & tamen ignota aut incerta ingeniis facta. Alia uero
ita multis prodita ut in faſtidium ſint adducta. Res ardua uetuſtis nouitatem dare: no
uis auctoritatem: obſoletis nitorem obſcuris lucem: faſtiditis gratiam: dubiis fidem: om/
nibus uero naturam: & naturae ſuae omnia. Itaque etiam non aſſecutis uoluiſſe: abũde
pulchrum atque magnificum eſt. Equidem ita ſentio peculiarem in ſtudiis cauſam eoꝝ
eſſe: qui difficultatibus uicti utilitatem iuuandi praetulerunt gratiae placendi. Idque &
in aliis operibus ipſe feci: & profiteor me mirari Liuium auctorem celeberrimum ĩ hyſto
riarum ſuarum quas repetit ab origine urbis quodam uolumine ſic orſum. Iam ſibi ſa/
tis gloriae quaeſitum & potuiſſe ſe deſinere: ni animus ĩquies paſceretur opere. Profecto
enim populi genitum uictoris & Romani nominis gloriae non ſibi compoſuiſſe illa decu
it. Maius meritum eſſet operis amore: non animi cauſa perſeueraſſe & hoc populo Roma
no praeſtitiſſe non ſibi. Viginti milia rerum dignarum cura. Quoniam ut ait Domitius
Piſo Theſauros oportet eſſe non libros: lectione uoluminum circiter duum milium: quo
rum pauca admodum ſtudioſi attingũt propter ſecretum materiae ex exquiſitis aucto
ribus centũ incluſimus triginta ſex uolmminibus adiectis rebus plurimis: quas aut igno
rauerant priores aut poſtea inuenerat uita. Nec dubitamus multa eſſe quae & nos prae
terierint. Homines enim ſumus & occupati officiis: ſubciſius tẽporibus, iſta curamus: id
eſt nocturnis. Ne quid noſtris putes ceſſatum horis: Dies uobis impendimus. Cũ ſomno
ualitudinem computamus: uel hoc ſolo praemio contenti ꝙ dum iſta (ut ait. M. Varro (
muſſitamus pluribus horis uiuimus. Profecto enim uita uigilia eſt. Quibus de cauſis at
que difficultatibus nihil auſo premittere. Hoc ipſum tu preſtas qđ ad te ſcribimus. Nec
fiducia operis hac eſt: ſed dicatura. Multa ualde precioſa ideo uidentur: quia ſunt tem
plis dicata. Nos quidem omnes patrem te: fratrem que diximus opere iuſto tempoꝝ no
ſtrorum hyſtoriam orſi a fine Aufidi Baſſi. Vbi ſit quae queres iampridem per acta ſan
citur. Et alioquin ſtatutum erat haeredi mandare, ne quid ambitioni dediſſe uita iudi
caretur. Perinde uero occupantibus locum faueo ego & poſteris: quos ſcio nobiſcum de
certaturos: ſicut ipſi fecimus cnm prioribus. Argumentum huius ſtomachi mei habebis:
ꝙ in his uoluminibus auctorum nomina praetetexui. Eſt enim benignum (ut arbitror) &
plenum ingenii pudoris fateri per quos profeceris: non ut plerique ex his quos attigi fece
runt. Scito enĩm conferentem me auctores deprahendiſſe adiuratiſſimis & ꝓximis ue
teres tranſcriptos ad uerbum: neque nominatos. Non illa uirgiliana uirtute ut certarẽt.
Non Ciceroniana ſimplicitate qui in libris de repu. Platonis ſe Comitẽ profitetur. In con
ſolatione filiae Crantorem inquit ſequor. Item Panecium de officiis. Quae uolumina:
eius ediſcenda non modo in manibus habenda quottidie noſti. Obnoxii profecto animi
& infoelicis ingenii eſt deprehendi in furto malle: q̃ mutui reddere. Cum praeſertim ſors
fiat ex uſura. Inſcriptionis apud graecos mira foelicitas. Cerion inſcripſere quod uole/
bant intelligi fauum. Alii caeras amaltheas: quod copiae cornu: uelut lactis gallinacei
ſperare poſſis in uloumine hauſtum. Iãiam mos pandectae Enchiridion Pinachidon: in/
ſcriptiones propter quas uadimnium deferi poſſit. At cũ intra: ueris dii deaeque q̃ nihil
in medio inuenies. Noſti craſſiores antiquatum exemplorum artiumque: q̃ facetiſſima

lucubrationem dicunt. Vt qui ait Bibaculus eram & uocabar Patomimus aſſerit.
Varro in ſatyris ſuis ſuſtulit & flexibilia. Apud graecos deſit nugari Diodorus: &
bibliothecis hyſtoriam ſuam inſcripſit. Appion quidam grammaticus hic quem Tybe/
rius Caeſar cymbalum mundi uocabat: quoniam publicae famae tympanum potius
uideri poſſet: immortalitate donari a ſe ſcripſit: ad quos aliqua componebat. Me ue/
ro non poenitet nullum feſtiuiorem excogitaſſe titulum. Et ne in totum uidear grae/
cos inſectari: ex illis nos uelim intelligi pingiq; conditoribus: quos in libellis his inuenies
abſoluta opera: & illa quoq; quae mirandró non ſatiamur: pendenti titulo inſcripſiſſe: Vt
Apelles faciebat: aut Polycletus tanquam inchoata ſemper arte & imperfecta ut contra
iudiciorum uarietates ſupereſſet artificis regreſſus ad ueniam uelut emendaturo quic/
quid deſideraretur ſi non eſſet interceptus. Quare plenum uerecundiae illud eſt: quod
omnia opera tanquam nouiſſima inſcripſere: & tanquam aliquid ſingulis fato ſit adem
ptum. Tria non amplius (ut opinor) abſolute quae traduntur inſcripta ille fecit: quae ſuis
locis reddam: quo apparuit ſummam artis ſecuritatem auctori placuiſſe. Et ob id magna
inuidia fuere omnia ea. Ergo plane meis adiici poſſe multa confiteor. Nec his ſolis: ſed &
omnibus quae edidi. Vt obiter caueam iſtos homeromaſticas. Ita enim uerius dixerim
quam ut audio ſtoicos & dialeticos & epicureos quoq;. Nam de grammaticis ſemper ex
pectaui parturiri aduerſus libellos: quos de gramatica edidi. Et ſubinde abortus fecere
iam decem annis: cum celerius etiam elephanti pariant. Cernimus etiam aduerſus Theo
phraſtum hominem in eloquentia tantum: ut nomen diuinum inde inuenerit ſcripſiſſe
etiam foeminam: & prouerbium inde natum: ſuſpendio arborem eligendam. Non queo
mihi temperare quo minus ad hoc pertinacea ipſa cenſorii Catonis uerba ponam. Vt in/
de appareat: etiam Catoni de militari diſciplina commentati: qui ſub Africano immo ue
ro ſub Hannibale didiciſſet militare. Et ne africanum quidem ferre potuiſſet: qui impera
tor triumphum reportaſſet: paratos fuiſſe iſtos qui obtrectatione alienae ſcientiae famā
ſibi aucupantur. Quid enim ad te in meo uolumine? Scio ego quae ſcripta ſunt. Haec ſi
palam proferantur: multos fore qui inuti legent. Sed ii potiſſimum querae laudis exper/
tes ſunt. Eorum ego oreones ſine praeterfluere. Nec Plancus illepide qui cum diceretur
Aſinius Pollio oreones in eum parare: quae ab ipſo aut liberis poſt mortem Planci ede/
rent ne reſpondere poſſet. Cum mortuis non niſi laruas luctari. Quo dicto ſic repercuſ
ſit illas: ut apud eruditos nihil impudentius iudicetur. Ergo ſecuri etiam contra uitiliti/
gatores quos. Cato eleganter & uitiis & litigatoribus compoſuit. Quid enim illi aliud
quam litigant: aut litem quaerunt? Exequemus reliqua propoſiti. Quia uero occupatio
nibus tuis publico bono parcendum erat: quid ſingulis contineatur libris: huic epiſtolae
ſubiunxi. Summaq; cura ne perlegendos eos haberes operam dedi Tu per hoc & aliis
preſtabilis: ne perlegant. Sed ut quiſque deſiderauerit aliquid in tantum quaerat: & ſciat
quo loco inueniat. Hoc ante me fecit in litteris noſtris Valerius Soranus in libris quos
epopteidon ſcripſit. Vale.

SVMMATIM HAEC INSNT LIBRIS SINGVLIS.

PRIMO praefatio operis T. Veſpaſianum imperatorem. Item auctorum nomina: ex quibus deſumpſit ea quae perſequitur libris ſex & triginta capita rerum ſingularum attingens.	Libros
Secundo de mundo: elementis & ſyderibus.	Mundum
Tertio primus & ſecundus europae ſinus	Hactenus
Quarto tertius europae ſinus.	Tertius.
Quinto deſcribitur Africa.	Africam.
Sexto aſiae deſcriptio continetur.	Aſia.
Septimo de homine & rebus ab homine inuentis	Mundus.
Octauo terreſtrium animalium genera.	Ad reliqua.
Nono aquatilia.	Animalium.
Decimo uolucrum genera.	Sequitur
Vndecimo inſecta animalia	Reſtant.
Duodecimo plantae odoratorum.	Animalium
Tertiodecimo plantae arborum peregrinarum.	Hactenuſ
Quartodecimo plantae uitium.	Externe.
Quintodecimo plantae uitium	Oleam.
Sextodecimo plantae arborum ſilueſtrium	Pomiferas
Septimodecimo plantae ſatiuarum	Natura
Octauodecimo natura frugum & cerealium: ac ſtudia agricultoris.	Sequitur.
Nonodecimo linum ſpartum & hortenſia.	Syderum.
Vigeſimo quae cibis & medicinae in plantis ſatiuis conueniant.	Maximum.
Vigeſimoprimo flores & coronamenta:	In hortis.
Vigeſimo ſecundo coronae & medicinae ex haerbis.	Compleſſe.
Vigeſimotertio medicinae ex uino & arboribus urbanis.	Peracta.
Vigeſimoquarto medicinae ex arboribus ſilueſtris	Ne ſiluę.
Vigeſimoquinto medicinae herbarum ſponte naſcentium.	Ipſa.
Vigeſimoſexto noui morbi & medicinae quarundam herbaꝝ p morbos.	Senſit.
Vigeſimoſeptimo herbae aliae quaedam & medicinae.	Creſcit.
Vigeſimo ooctauo medicinae ex homine & animalibus magnis.	Dicta erat
Vigeſimonono de medicinae auctoribus & medicinae ex reliqis aīalibus	Natura.
Trigeſimo magia: & medicinae quaedam per membra.	Magicas
Trigeſimoprimo medicinae ex aquatilibus.	Aquatilium
Trigeſimoſecundo reliqua ex aquatilibus	Ventum.
Trigeſimotertio metalla auri & argenti	Metalla.
Trigeſimoquarto metalla aeris & plumbi: & artifices aerarii.	Proximae
Trigeſimoquinto pictura coloreſq; & pictores.	Metallorum
Trigeſimoſexto marmora & lapides.	Lapidum.
Trigeſimoſeptimo gemmae.	Vt nihil.

Libro ſecundo cōtinent̄ de mōdo & celeſtibus & terreſtribus & eriis an finitus ſit mundus & an unus. Ca.i.
De forma eius Ca.ii.
De motu eius. Ca.iii.
Cur mundus dicatur. Ca.iiii.
De quattuor elementis. Ca.v.
De ſeptem planetis Ca.vi.
De deo. vii.
De natura ſydeꝝ erantium. Ca.viii.
De natura lunae. Ca.ix.
Defectus ſolis & lūe & ð nocte. Ca.x.
De ſydeꝝ magnitudine. Ca.xi
Quae quis inuenerit in obſoruatione caeleſti. Ca.xii.
De defectibus. Ca.xiii.
De lunae motu. Ca.xiiii.
Errātiū motus & luminū cāonica. Ca.xv.

Quare eadem alias altiora: alias inferiora uideantur Ca.xvi.
Catholica ſyderꝝ errantium Ca. xvii.
Quae rõ colores eoꝝ mutet Ca.xviii.
Solis motus: & dierum inaequalitatis ratio Ca.xix.
Quare ioui fulmĩna aſſignẽt Ca.xx.
Interualla ſyderum Ca.xxi.
De ſyderum muſica Ca.xxii.
De mundi geometria Ca.xxiii.
De repentinis ſyderibus Ca.xxiiii:
De cometis & caeleſtibus prodigiis natura & ſitu & generibus eorum Ca.xxv
Hipparchus & ſyderibus p exẽpla hyſtori/ca: faces: lampades: trabes: bolides: & chaſ/ma caeli Ca.xxvi.
De c eli coloribus Ca.xxvii.
De flamma caeli Ca.xxviii.
De coronis caeleſt bus Ca. xxix.
De circulis repentinis Ca.xxx.
Plures ſoles. Ca. xxxi.
Plures lunae Ca.xxxii.
Dierum lux nocte Ca.xxxiii.
Clypei ardentes Ca.xxxiiii.
Oſtentum caeli Ca.xxxv.
De diſcurſu ſtellarum Ca.xxxvi.
De ſtellis caſtoribus Ca.xxxvii.
De aere Ca.xxxviii.
De aeſtatis tempeſtatibus Ca.xxxix.
De caniculae exortu Ca.xl.
Vis temporum anni ſtatuta Ca.xli.
De incertis tempeſtatibus Ca.xlii.
De hymbribus Ca.xliii.
Quare lapides pluant Ca.xliiii.
De tonitruis & fulguribus Ca.xlv.
Qua ratione eccho reddatur Ca.xlvi.
De uentis Ca. xlvii.
Naturae & oſeruatiões uẽtoꝝ Ca.xlviii.
Ventorum genera Ca.xlviiii.
De repentinis flatibus Ca.l.
Alia prodigioſa genera tempeſta/tum Ca.li.
Quibꝰ ĩ terris flumĩa ñ cadãt Ca.lii.
Fulguꝝ genera & miracula Ca.liii.
De obſeruationibus Ca.liiii.
De fulminibus euocãdis Ca.lv.
Catholica fulgurum Ca.lvi.
Quae nõ feriantur fulmine Ca.lvii.
De prodigioſis pluuiis lacte: ſanguine: carne ferro: lana: lateribus coctis Ca.lviii.
De crepitu armorum & tubarum de caelo audito Ca.lix.
De lapidibus e caelo cadẽtibus Ca. lx.
De arcu caeleſti Ca. lxi.
De grandine: niue & pruina: nebu/la: rore Ca.lxii.
De nubibus imaginibus Ca.lxiii.
De ꝓprietatibus caeli ĩ locis Ca.lxiiii.
De natura terrae Ca.lxv.
De forma terrae Ca. lxvi.
De antipodibus an ſint Ca. lxvii.
Quõ aqua ſit terrae innexa Ca.lxviii.
De nauigatiõe maris & flũinũ Ca. lxix.
Quae portio terrae habitetur Ca.lxx.
Mediam eſſe mundi terrarũ Ca.lxxi.
De ſyderum inaequalitate: & de eclipſi: & ubi. & quare. Ca.lxxii.
Quae rõ diurnae lucis ĩ terris Ca. lxxiii.
Gnomica de eadem re & horologio primo Ca.lxxiiii.
Vbi & qñ nullae umbrae Ca.lxxv.
Vbi bis anno umbrae: & ubi in con/trarium Ca.lxxvi.
Vbi longiſſimus dies: & ubi bre/uiſſimus Ca.lxxvii.
Item de horologio Ca. lxxviii.
Quomodo dies obſeruent Ca. lxxix.
Differentiae gentium & rõ Ca. lxxx.
De motu terrae Ca. lxxxi.
De terrae hiatibus Ca.lxxxii.
Signa motus futuri Ca. lxxxiii.
Auxilia cõtra motus futuros Ca. lxxxiiii.
Portenta terraꝝ ſemel uiſa Ca.lxxxv.
Miracula terremotus Ca.lxxxvi.
Quibus locis maria receſſerĩt Ca.lxxxii.
Ratio inſulaꝝ enaſcentium Ca.lxxxviii.
Quae ꝗ̃ qbus tp̃ibꝰ enatae ſĩt Ca. lxxxix.
Quas terras ĩterruperĩt maria Ca.xc.
Quae ĩſulae cõtinẽti adiũctae Ca.xci.
Quae terremotu mari permu/tatae Ca.xcii.
Quae terrae ipſe ſe ſorbuerũt Ca.xciii.
Que urbes hauſtae ſint a maria Ca. xciiii.
De piaculis Ca.xcv.
De terris ſemp tremẽtibus Ca.xcvi.
De inſulis ſemp fluctuãtibus Ca. xcvii.
Quibus ĩ terris ñ plu it: & aceruata terraꝝ miracula & caeteroꝝ elemẽtoꝝ Ca. xcviii.
Qua ratione aeſtus maris accedant & recedant Ca. xcix.

Ybi aeſtus extra rationem Ca.c.
Miracula maris. Ca.ci.
Quae poteſtas lunae & terreno & maria. Ca.cii.
Que ſolis & quae ſalſũ mar. Ca.c.iii.
Item de naturae lunae. Ca.c.iiii.
Ybi altiſſimum mare. Ca.cv.
Miracula aquarum̃ fontiũ & fluuium. Ca.cvi
Ignium & aquarum iuncta miracula: & de multha. Ca.cvii.
De napta. Ca.cviiii.
De ſemper ardentibus locis.cviiii.
Ignium per ſe.miracula Ca.x.
Terrae uniuerſae menſura longitudo: & latitudo. Ca.cxi.
Harmoniaca mundi ratio. Ca.cxii.
Sũma res & hytorie & obſeruatiões.cccc.xvii.

EX AVCTORIBVS:

M.Varone Sulpitio Gallo Tiberio Caeſare impatore. Qu. Tuberõe. Tu. Ciceroe. L. Piſõe. T. Liuio. Cor. Nepote Statio ſeboſo Celio antipatro. Fabiano: Antiate: Mutião Cecĩa q d hetruſca diſciplĩa ſcripſit: Tarqtio. L. Iulio: Aquilaq; Item Sergio.

EXTERNIS.

Platõe: Hipparcho: Timarcho Petoſiri: Neceſpſo. Pythagoricis: Poſidonio. Caſimandro Epigene Gnomonico Euclide Cerano phon Eudoſo Democrito Critodemo Traſillo Serapiõe Dicearcho archimede Oneſicrito Eratoſthene Pythea Herodoto Ariſtotele Cteſia Arthemidoro Epheſio Iſidoro. Caraceno Theopompo.

LIBRO tertio cõtinent ſitus gentes maria oppida portus mõtes flumina mẽſurae populi qui ſunt aut fuerunt.

De europa. Ca.i.
Bethyce lõgitudo & latitudo. Ca.ii.
Hiſpania citerior. Ca.iii.
Narbonenſis prouintia. Ca.iiii.
Italia tyberis Roma cãpania. Ca.v.
Corſica. Ca.vi.
Sardinia Ca.vii.
Sicilia. Ca.viii.
De lipara. Ca.ix.
De locris italiae fonte. Ca.x.
Secundus europae ſinus. Ca.xi.
Regio italiae quarta. Ca.xii.
Quinta regio. Ca.xiii.
Sexta regio. Ca.xiiii.
Octaua regio. Ca.xv.
De pado flumine Ca.xvi.
De italia tranſpadana regio nona: Ca.xvii.
Venetia decima regio. Ca.xviii
De iſtria. Ca.xix.
De alpibus & gẽtis alpinis. Ca.xx.
Illiricum. Ca.xxi.
Liburnia. Ca.xxii.
Maceonia. Ca.xxiii.
Norci. Ca.xxiiii.
Pannonia. Ca.xxv.
Dalmatia. Ca.xxvi
Meſia. Ca.xxvii.
Inſularum̃ ionii & adriatici ſũma. Oppida gẽtes.xxvi. Sũma fluĩa clara. Sũmi mõtes preclari. Sũmae inſulae. Sũma ea quae interci dere oppida gentes. Summa res & hyſtorie & obſeruationes.ccc.xxvi.

EX AVCTORIBVS.

Turraneo Graculo Cor. Ne. T. Li. Catone Cenſorio M. Agrippa. M. Varone Diuo Auguſto: Varone. Atracinio: Antiate: Reginio: L. Vetere Pomponio Mela: Curiõe patre: Celio Aruntio Seboſo Licio: Mutiano Fabricio Tuſco. L. Ateio Capitone Verrio Flacco. L. Piſone. Ca. Eliano Valeriano.

EXTERNIS.

Artemidoro Alexandro Polyhiſtore Tucidide Theophraſto Iſidoro Theopõpo Metrodoro Sepſio Calicrate Xenophõte Lampaſceno Diodoro Siracuſano Nymphodoro Caliphane Tigmagene.

LIBRO Quarto continentur ſitus gentes maria oppida portus montes fluĩa menſurae populi qui ſunt aut fuerunt.

Epirus. Ca.i.
Aetholia Ca.ii
Locri. Ca.iii.
Pleopomeſus Ca.iiii.
Achaia. Ca.v.
De archadia Ca.vi
Graecia & attica. Ca.vii.
Theſſalia. Ca.viii.
Magneſia. Ca.ix.
Macedonia. Ca.x.
Thracia. Ca.xi.
Inſulae inter eas terras ĩter quas creta eubo

ia cyclades Sporades Maeotis Helleſpon-
tus Ponti Maeotidis Daciae Sarmaticae
Scythiae Ca. xii.
Inſulae ponti Ca.xiii.
Germaniae Ca.xiiii.
Inſulae in gallico oceano Ca.xv.
Brithania hibernia Ca.xvi.
Gallia Ca.xvii.
Lugdunenſis gallia Ca.xviii.
Aquitania Ca.xix.
Citerior hiſpania Ca.xx.
Luſitania Ca. xxi.
Inſulae in oceono Ca.xxii.
Vniuerſae europae menſura Ca. xxiii.
Sũma oppida & gẽtes: Sũma fluía clara: Sũ
ma mõtiũ clara: Sũma íſulae q̃ ítercidere
oppida & gẽtes: Sũma res hyſtorie & obſer
uationes

¶ EX AVCTORIBVS.

M. Varrone: Catone Cenſorio. M. Agrippa
Diuo auguſto: Varone: Atracino: Cor. Ne
pote. Hignio L. Vetere: Põpõio Mela: Li-
cinio: Mutião. Fabritio Tuſco: Ateio: Capi
tone: Atheophilologo.

¶ EXTERNIS.

Polybio. Hecateo: Hellanico Damaſceno:
Eudoxo: Dicearcho: Timoſthene: Ephoro:
Cratere grãmatico: Serapione: Anciochẽſe.
Callimacho ſiculo muſico: Alexãdro poly
hiſtore: Tucydide: Doſiade: Anaximandro
Philiſtide: Malore: Dionyſio: Ariſtide: Cal
lidemo: Menechino: Eratoſthene: Anticli-
de: Heraclide: Philemone: Aieneponte: Py-
thea: Iſidoro: Phileuide: Xenagora: Aſty-
mõio: Staphylo: Agoraſtocrito: Metrodo-
ro: Cleobulo: Poſidonio.

LIBRO Quinto continent: ſitus gẽtes:
maria: oppida: portus: montes: fluía:
menſurae: populi qui ſunt aut fuerunt.

De mauritania Ca.i.
Tingitana prouintia Ca.ii.
Numida Ca.iii.
Afica Ca.iiii.
Cyrene Ca.v.
Libya: mareotis Ca.vi.
Inſulae circa africam & aduerſarum
africae Ca.vii.
Aethiopes Ca.viii.
De aſia Ca.ix.
Alexandria Ca:x.
Arabia Ca.xi.
Syria palaeſtina phoenicis Ca.xii.
Idumaea ſyria palaeſtina ſamaria aſcalũ
azotus. caeſarea. Ca.xiii:
Iudae: galilea: hierico: emmaus:
lydda: ioppe. Ca.xiiii.
Iordanis Ca.xv.
Aſphaltides Ca.xvi.
Gens heſſenorum Ca. xvii.
Decapolis Ca.xviii.
Tyrus & ſidon Ca. xix
Mon libanus Ca.xx.
Syria antiochia Ca.xxi.
Caſſius mons Ca.xxii.
Coele ſyria Ca.xxiii.
Euphrates Ca.xxiiii.
Palmira Ca.xxv.
Hierapolis Ca.xxvi.
Cilicia: & adiũctae: gẽtes: pãphilia. iſauria:
homanadũ: piſſidia: lycaonia: taurus mons
lycia Ca.xxvii.
Idus fluuius Ca.xxviii.
Laodicea apamea ionia Ca.xxix.
Epheſus aeolis troas pgamus Ca.xxx.
Inſulae ante aſiã: pamphilium mar: rhodus
ſamus: chius Ca.xxxi.
Helleſpõtus: miſia: phrygia: galacea: nicea:
bithynia: boſphorus: Ca.xxxii.
Sũma oppida & gẽtes. Sũma fluía clara. Sũ
ma mõtiũ clara. Sũma íſulae. cxviii. Sũma
quae intercidere oppida. Summa res hyſto
riae & obſeruationes.

¶ EX AVCTORIBVS.

Agrippa: Suetonio: Paulino: Varrõe: Atra-
cino: Cor. Nepote: Higino. L. Vetere. Me-
la: Domitio Corbulone: Licinio: Mutiano:
Claudio Caeſare: Arũtio: Liuio filio: Sebo
ſo í actis triũphoꝝ. EXTERNIS.
Iuba rege: Hecateo: Hellanico damaſceno:
Dicearcho: Bione: Timoſthene: Philenide:
Xenagora: Aſtymõio: Staphylo: Dionyſio:
Ariſtotele: Ariſtocrito: Ephoro: Eratoſthe-
ne: Hipparcho: Panetio: Serapione: Antio-
cheuo: Callimacho: Agatocle: Polybio: Ti-
meo: Machania: Herodoto: Myrſilo: Ale-
xandro polyhiſtore: Metrodoro: Poſidonio
qui piplutõ: idẽ eſt de diuitiis: periegeſios:
id eſt de terrae ambitu: Sotade: Periandro:
Arctare Sycionio: Eudoxo: Antigene: Cal-
licrate; Xenephonte Lãpſaceno. Diodoro

Siracuſaño: Hãnõe: Hamilame: Nyampho
doro: Calliphone: Arpemidoro: Megaſtene
Iſidoro: Eubolo: Ariſtocreonte.

LIBRO ſexro continentur: gentes: ma
ria: oppida: portus flumina: menſurae
populi qui ſunt aut fuerunt.

Ponti mariandinorum. Ca. i.
Gens paphlagonum & cappa
docum Ca. ii.
Cappadocia. Ca. iii.
Chemiſtide regiõis gẽtes. Ca. iiii.
Regio colchica: anchei & caeteri
eodem tractu. Ca. v.
Boſphorus cĩericus maeotis Ca. vi.
Gentes circa maeotim. Ca. vii.
Armeniae duae: Ca. viii.
Armenia maior. Ca. ix.
Albania hiberia Ca. x.
Portae caucaſiae Ca. xi.
Inſulae in ponto. Ca. xii
Gẽtes in ſcyticho oceano. Ca. xiii.
Media: caſpiae porte caucaſie. Ca. xiiii.
Gentes circa hircanũ mare. Ca. xv.
Item gentes. Ca. xvi
Scytarum gentes. Ca. xvii
Fluuius ganges. Ca. xviii.
Ganges indiae. Ca. xix
Indus fluuius Ca. xx.
Arii & iunctea gentes. Ca. xxi.
Taprobane inſula. Ca. xxii.
Capiſſene daritis carmãia. Ca. xxiii
Sinus perſicus & arabicus: Ca. xxiiii.
Caſcãdrus ĩſula pthoꝝ ſ̃gna. Ca. xxv.
Media meſopotamia: babylon:
ſeleucia Ca. xxvi
Flumen tigris. Ca. xxvii.
Arabia nomades: nabatei: omani: tilos: &
ogyris inſulae. Ca. xxviii.
Sinus maris rubri troglodicici:
& aethiopici. Ca. xxix.
Multifoimes & mirae hominum
effigies. Ca. xxx.
Inſulae aethiopici maris. Ca. xxxi.
De forunatis inſulis Ca. xxxii.
Terrae per menſuras computatae
digeſtio. Ca. xxxiii.
Digeſtio terrarum in pararellos & um/
bras pares Ca. xxxiiii.
Sũma oppida. c. lxxxxv. Sũma gẽtes. d. lxvi.
ſũma fluuiũ clara. c. lxxxx. ſũma mõtes cla
ri. xxxviii: ſũma iſule. c. viii. ſũma q̃ tercide
re oppida aut gẽtes. lxxxxv: Sũma res & hy
ſtoriae & obſeruatiões duo milia. cc. xiiii.

EX AVCTORIBVS.

M. Agrippa: Varrõe: Atracino: Cor. Nepote
Higino. L. Vetere: Mela: Pomponio: Domi
tio Corbulone: Licinio: Mutiano: Claudio
Caeſare: Aruntio ſeboſo: Fabritio: Tuſco.
T. Liuio: Seneca Higidio.

EXTERNIS.

Iuba rege: Hecateo: Hellanico damaſceno:
Eudoxo: Dicearcho: Betõio: Timoſtene: Pa
trocle: Demodemãte: Clitarcho: Eratoſthe/
ne: Alexandro magno: Ephodoro: Hippar/
cho: Panetio: Cailiacho: Artemidoro: Apol
lodoro: Agatoele: Polybio: Vinaco: Siculo:
Alexandro Polyhiſtore: Iſidoro: Hãnome/
to: Metrodoro Poſidonio: Oneſicrito: Near
cho: Megaſthene: Diogenete: Ariſtrocreõte
Bione: Dialdone. Simonide minore: Baſile:
Xenophonte Lampſaceno.

LIBRO ſeptimo continentur gentium
mirabiles figurae

Gentium mirabiles figurae. Ca. i.
De ſcythis & aliarum diuerſitate
gentium. Ca. ii.
De prodigioſis partibus. Ca. iii.
De mutatione ſexus & geminis
partubus Ca. iiii.
De hoĩe generãdo & pĩedi tp̃a p illuſtria
exẽpla mẽſibus. vii. ad. xi. Ca. v.
De cõceptibus & ſigna ſexus ĩ grauidis p̃ti
nebtia ante partum. Ca. vi.
De conceptu hominu & gene/
ratione. Ca. vii.
De agrippis. Ca. viii.
Mõſtruoſi p̃tus exciſi utero. Ca. ix.
Qui ſint uopiſci. Ca. x.
Exẽpla numeroſae ſobolis. Ca. xi.
Exempla ſimilitudiñum Ca. xii.
Quae ſit generandi ratio. Ca. xiii.
Item de eodem multiplicius. Ca. xiiii.
De menſtruis mulierum. Ca. xv.
Item de ratione partuum. Ca. xvi
Inſigna corporum. Ca. xvii.
Exempla uariarum figuraꝝ. Ca. xviii.
Diuerſorum moꝝ exempla. Ca. xix.
De fortitudine & uelocitate. Ca. xx.
De uiſu. Ca. xxi.

De auditu Ca.xxii.
Exempla patientiae Ca. xxiii.
Memoriae exempla Ca. xxiiii.
Laus.C.Iulii Caeſaris Ca.xxv.
Laus Pompei magni Ca.xxvi.
Laus Catonis primi Ca.xxvii.
Item de fortitudine Ca.xxviii.
Diuerſae laudes plurimorũ Ca.xxix.
De Platone: Ennio: Virgilio .M. Varrone: &.M.Cicerone Ca. xxx.
De morum honeſtate Ca. xxxi.
De auctoritate Ca. xxxii.
De diuinitate Ca.xxxiii.
De naſcica Ca.xxxiiii.
De pudicitia Ca.xxxv.
De pietate Ca.xxxvi.
De artium plurimaꝝ excelētia: aſtrologia grammatica: geometria Ca.xxxvii.
Item mira opera artificis Ca.xxxviii.
De ſeruitiis Ca. xxxix.
De praeſtantia gentium Ca.xl.
De foelicitatae foeminae Ca.xli.
Varia exempla fortunae Ca.xlii.
De bis proſcriptis.L. Sylla. Quinto. Metello Ca.xliii.
De altero Metello Ca.xliiii.
De diuo Auguſto Ca.xlv.
Quos beatiſſimos dii iudicauerunt Ca.xlvi.
Quem uiuentem ut deum coli iuſſerunt Ca.xlvii.
De ſpatiis uitae longiſſimis Ca.xlviii.
De uarietate naſcendi Ca.xlix.
In morbis uaria exempla Ca.l.
De ſignis mortis Ca.li.
De his qui elati reuixerunt Ca.lii.
De mortibus repentinis Ca.liii.
De ſepultura Ca.liiii.
De aīa: uel de manibus: uel de reſurectiōe uerba gentilium inania Ca.lv.
Quae quis inuenerit in uita Ca.lvi.
In quo primus gentiũ cōſēſus Ca.lvii.
De litteris antiquis Ca.lviii.
Quãdo primũ tōſores romae Ca.lix.
Quando primum horologia Ca.lx.
Sũma res & hyſtorie & obſeruatiōe. d.cc.xlvii.

EX AVCTORIBVS.

Verrior Flacco: Cn. Gelio: Licinio: Mutiano. Mutio: Maſurio: Agrippino: Claudio Caeſare. M. Cicerone: Aſinio Pollione. Meſſala: Ruffo: Nepote Cornelio. Virgilio. L. Cordo: Meliſſo: Geboſo: Cor. Celſo: Maximo Valerio: Trogo: Nigidio Figulo: Pōponio attico: Pediano aſconio: Sabino: Catone Cenſorio: Fabio ueſtale.

EXTERNIS.

Herodoto: Ariſtea: Betone. Sigono: Cratere: Agatharcide: Calliphane: Ariſtotele: Nymphodoro: Apollodoro. Philarcho: Damone: Megaſthene: Cteſia: Taurōe: Eudoxo: Oneſicrito: Clitarcho: Duride: Artemidoro: Hippocrate Medico: Aſclepiade medico: Heſiodo: Anacreonte: Theopōpo: Hellanico damaſceno: Ephodaro: Epigene: Beroſo: Petoſiri: Neocepſo: Alexandro polyhiſtore: Xenophonte: Callimacho: Democrito: Diulio: Polyhiſtoꝛ hyſtorico: Stratone: qui cōtra Ephori theoremata ſcripſit: Heraclide pōtico: Aſclepiade: qui tragodumena phō: Stephano: Egeſia: Archimacho: Tucydide: Mneſtygitione: Xenagora: Metrodoro: Sceptio: Anticlide: Critodemo:

LIBRO Octauo continent animaliũ terreſtrium naturae peditantum.

De animalibus terreſtibus elephantoꝝ cōmendatio: & de ſenſu eorum Ca.i.
Quando primum iuncti Ca.ii.
Que docilitate eorum Ca.iii
De clementia eoꝝ: & qd̓ picula ſua intelligant & de tygridis truculētia Ca.iiii.
De īteilectu & memoria eoꝝ Ca.v.
Quando primum in italia Ca. vi.
Pugnae eorum Ca.vii.
Quomodo capiantur Ca.viii.
Quomodo domanrur Ca.ix.
De partu eoꝝ & reliqua natura Ca.x.
Vbi naſcantur & de diſcordia eorum & draconum Ca.xi.
De ſolertia animalium Ca.xii.
De draconibus Ca.xiii.
De ſerpētibꝰ maximis & bois Ca.xiiii.
De ſcythicis animalibus & ſerpentrionalibus Ca.xv
De leonibus Ca.xvi.
De pantheris Ca.xvii.
Narbonēſis ꝓuintia appeleatᷣ ps galliarꝝ:quæ īterno mari alluitᷣ:bracchata antedicta:amne uaro ab italia diſcreta alpiūq; ſaluberrimis romano īperio iugis A reliqua uero gallia latere ſeptētrionali mōtibus gebenna & urbibus agrorꝝ cultu uirorꝝ morūq; dignatiōe āplitudine opū nulli ꝓuinciarꝝ poſtferēda breuiterq; italia uerius q̄ ꝓuintia.In ora regio ſardonū ītuſq; conſuaranorꝝ.Flumina technunner nodubrū.Oppida illeſeberæ magnæ quondā urbis tenue ueſtigiū.Ruſcino latinorꝝ:flumen ataxe pyreneo rubrēſem permeās lacū.Narbo Martius decumanorꝝ colonia:xii.M.paſſuū a mari diſtans.Flumina araris liria.Oppida decætero rara præiacētibus ſtagnis agatha quōdā maſſiliēſiū & regio uolcarꝝ tectoſagum.atq; ubi rhoda rhodiorꝝ fuit.Vnde dictus multo galliarꝝ fertiliſſimus rhodanus fluuius ex alpibus ſe rapiens ꝑ lemānū lacū:ſegnēq; deferēs ararim:nec minus ſeipſo torrentē iſaram & truentiā.Libyca appellantᷣ duo eius ora modica.Ex his alterꝝ hiſpanienſe:alterū metapinū: tertiū ideq; ampliſſimū maſſalioticū.Sunt auctores & heracleā oppidū in hoſtio rhodani fuiſſe ultra foſſam ex rhodano.c. paſſibus:Marii opere & nomine īſigne ſtagnum.Aſtromela oppidum maritima auaricorum:ſuperq; campi lapidei Herculis prælior̄ꝝ memoria.Regio anataliorꝝ & intus deſuuiatiū cauarꝝq;.Rurſus a mari tricoriū & ītus tricolorꝝ.Vocōtiorꝝ & ſegouellaunorꝝ mox allogobrū ac ī ora maſſilia græcorꝝ phocenſiū fœderata promontoriū zoachitariſta portuſregio clamatulicorū.Dein ſuelteri ſupraq; uerucini.In ora aūt hec athenopolis maſſelienſiū forꝝ:Iuliioctauianorū colonia:quæ picenſis appellatᷣ:& claſſica amnis ſiue argēteus.Regio oxibiorꝝ ligaunorūq;:ſuper quos ſuebri quariates adunicantes.At in ora oppidū latinū antipolis Regio deciatiū.Amnis uarus ex alpiū mōte cemeno profuſus.In mediterraneo colonia arelate ſextanorꝝ:beteræ ſeptumanorū::arauſio ſecūdanorū.In agro cauarū ualētia:uienna allobrogū.Oppida latina aquæſextiæ ſalubiorū:auenio cauarū:aptaiulia uulgientiū alebeceriorū apollinariū:alba heluorū:auguſta tricaſtinorꝝ: abatilia area bormannico macina bellio carcaſum uulgarū tectoſagū ceſſero carbonthorathe: meminorū:cenicēſes:cābolectri:qui athlātici cognominantᷣ.Forū Voconi .glarū Liuii Leuteuani:qui & foroneroniēſes Nemauſū aremicorū.Piſcenæ ruteni ſanagēſes toloſani tectoſagii aquitaniæ cōtermini ataſcodinitarii cononiēſes umbranici.Vocōtiorꝝ ciuitatis fœderatæ duo capita uaſgo & lucus Auguſti.Oppida uero ignobilia.xix. ſicut.xxiiii.nemauſenſibus attributa.Adiecit formulæ Galba imperator ex inalpinis aganticos atq; bodionticos:quorꝝ oppidū dina.Longitudinem prouintiæ narbonenſis.cccclxx.M.paſſus.Agrippa tradit:latitudinem.cclxviii.

Italia tyberis roma campania. Ca. V.

Italia dehinc primiq; eius ligures mox hetruria:umbria:latium: ubi tyberina oſtia:& roma tertarum caput.xvi:Mille paſſ.interuallo a mari.Volſcorum poſtea littus:& campaniæ picentium inde:ac lucanum brutiumq;:quo longiſſime in meridiem ab alpium pene lunatis iugis in Maria excurrit italia.Ab eo græciæ ora: mox ſalentini:peduculi:apuli:peligini:ferentani:marrucini.ueſtiui : ſabini : picentes : galli : umbri : hetruſci : ueneti : carni : iapides : iſtri : liburni. Nec ignoro ingrati ac ſegnis animi exiſtimari poſſe merito: ſi breuiter atq; in tranſcur-

ſu in hũc modum dicatur terra oĩum terrarum alũna: eadem & parens numine deum
electa: quæ cælũ ipſum clarius faceret: ſparſa cõgregaret ĩperia: rituſq; moliret: & tot
populorum diſcordes feraſq; linguas ſermõis cõmercio cõtraheret ad colloqa: & huma-
nitatẽ hõi daret: breuiterq; una cũctarum gẽtiũ ĩ toto orbe patria fieret. Et qd agã tanta
nobilitas oĩum locorum: quos qs attigerit? tãta rerum ſingularum populorũq; claritas tenet.
Vrbs roma uel ſola ĩ ea & digna etiã feſta ceruice facies quo tandẽ narrari debet ope?
Et qualiter cãpaniæ ora ꝑ ſe fœlixq; illa ac beata amœnitas ut palã ſit uno ĩ loco gau
dẽtis opus eſſe naturæ. Iam uero tota ea uitalis ac perenniis ſalubritatis cæli tẽperies
eſt: tã fertiles campi: tã aprici colles: tam innoxii ſaltus: tã opaca nemora: tã munifica
ſiluarum genera: tot montiũ afflatus: tãta frugũ & uitiũ olearũq; fertilitas: tã nobilia pe-
cori uellara: tot opima tauris colla: tot lacus: tot amniũ fontiũq; ubertas totã eam per
fundens: tot maria: portus: gremiũq; terrarum cõmercio patens undiq;: & tãq̃ ad iuuan
dos mortales ipa auida ĩ mare ꝓcurrẽs. Neq; ĩgenia rituſq; ac uiros & lingua manuq;
ſupatas cõmemoro gẽtes. Ipſi de ea iudicauere græci: genus in gloriã ſuã effuſiſſimũ
quotã partẽ ex ea appellando græciã magnam. Nimirum id quod in mentione cæli feci
mus hac quoq; in ꝑte faciendũ ẽ: ut q̃ſdã notas ac pauca ſydera attingamus. Legẽtes
tantũ quæſo meminerint ad ſingula toto orbe ediſerenda feſtinari: Eſt ergo folio ma-
xime querno aſſimilata: multo ꝓceritate amplior q̃ latitudine in leuo ſe flectens ca-
cumine: & amazonicæ figura deſinẽs parmæ: ubi a medio excurſu cynthos uocatur
ꝑ ſinus lunatos duo cornua emittens leucopertã dextra: laciniũ ſiniſtra. Patet longi-
tudine alpino fine p̃toriæ auguſtæ per urbẽ capuam eq; curſu meante rhegiũ oppi-
dũ in humero eius ſitũ: a quo ueluti ceruicis ĩcipit flexus: decies cẽtena &. xx. milia
paſſuũ: multoq; amplior menſura fieret laciniũ uſq;: ni talis obliqtas in latus digredi
uideret. Latitudo eius uaria ẽ. ccccx. miliũ inter duo maria inferum & ſuperum: amneſq;
uarũ atq; arſiã: media ac ferme circa urbẽ romã ab hoſtio æterni amnis ĩ adriaticum
mare influentis ad tyberina hoſtia. cxxxvi. & paulo minus a caſtronouo adriatici ma
ris alpiũ ad thuſcũ æquor. Haud ullo ĩ loco. cc. ĩ latitudinẽ excedẽs: Vniuerſæ ãt am-
bitus a uaro ad arſiã. xxx. M. paſſuũ. lviii. efficit. Abeſt a circũdatis terris hiſtria ac li-
burnia qbuſdã locis. c. M. paſſuũ. Ab epiro & illirico. l. Ab africa minus. cc. ut auctor
affirmat Varro. Ab ſardinia. cxx. milia. A ſicilia. M. d. A corſica minus. lxx. Ab iſſa. l.
Incedit ꝑ maria cæli regione ad meridiẽ quidẽ. Sed ſi qs diligẽti ſubtilitate id exigat:
inter ſextã horã primãq; brumalẽ. Nunc ambitũ eius urbeſq; enumerabimus. Qua in
re p̃fari neceſſariũ eſt auctorẽ nos Diuum Auguſtũ ſecuturos: deſcriptionẽq; ab eo
factã italiæ totius in regiões. xi. Sed ordine eo qui in littorum tractu fiet urbiũ quidem
uicinitates oratione utiq; præpropera ſeruari nõ poſſe. Itaq; ĩteriori in parte digeſtio-
nẽ in litteras eiuſdem nos ſecuturos coloniorum mentione ſignata: quas ille in eo ꝓdi-
dit numero. Nec ſitus origineſq; ꝑſequi facile eſt. In gaunis liguribus ut cæteri omit
tant agro tricies dato. Igitur ab amne uaro nicea oppidũ a maſſilienſibus conditum
Fluuius pado. Alpes populiq; in alpinis multis nominibus: ſed maxime capillati op-
pido uediantiorum: ciuitatis gemellio. Portus Herculi. monœchi. Liguſtica ora. Ligu
rũ celeberrimi ultra alpes ſaluideceates: moxubii: citra uenæ: meſtruri: ſotibagieni:
ſtati: elibi: uelli: aielli: euburiates: caſmonates: ueliates: & quorum oppida in ora ꝓxima
dicemus. Flumen rutuba: oppidũ albiũ: intemelium: flumen merula: oppidũ albinga
unũ portus uadũ ſabatium: flumen porcifera: oppidũ genua: fluuius feritor: portus
delphini. Tigulia ĩtus & ſegeſta tiguliorum: Flumen macra liguriæ finis. A tergo aũt ſu
pradictorum omniũ apenninus mons italiæ ampliſſimus ꝑpetuis iugis ab alpibus ten-
dens ad ſiculũ fretũ. Ab altero eius latere ad padũ amnẽ italiæ ditiſſimũ oĩa nobilibuſ
oppidis nitent. Libarna dertona colonia: trira: barderatæ: induſtria: polẽtia: carrea: q̃d
potentia cognominatur: Foroſului quod ualentinũ. Auguſta uaciennorũ: Alba põ-

peia:aſta:aquæ ſcatiellorū.Hæc regio ex deſcriptione Auguſti nona ē.Patet ora ligu
riæ īter amnes uarū & macrā.ccxi.M.paſſ.adnectit̄ ſeptimæ ī qua hetruria ē ab am
ne macra:& ipſa mutatis ſæpe nominibus. Vmbros inde exegere ātiqtus pelaſgi.Hos
lydi: a quoꝝ rege tyrrheni.mox a ſacrificio ritu lingua græcoꝝ tuſci ſunt cognomi-
nati.Primū hetruriæ oppidū luna portu nobile.Colonia luca a mari recedēs : ꝓpior
qꝫ ipſa īter amnes auſerē & arnū orta a Pelope piſiſqꝫ:ſiue a tenucanis græca gēte.Va
da uolateranea:fluuius cecina:populoꝝ hetruſcoꝝ quōdā hoc tātū ī littore.Hic am
nes prille:mox:umbro nauigioꝝ capax:& ab eo tractus umbriæ portuſqꝫ telamon:
coſa uolgētiū a populo Ro.deducta grauiſce caſtrū nouū:pyrgi:cæretanus amnis:&
ipſū cære.Intus mil.paſſ. quattuor agilla a pelaſgi cōditoribus dictū alſiū:phregnæ.
Tyberis ānis a macra.cclxxviiii.M.paſſ.Intus coloniæ faliſca argis orta (ut auctor ē
Cato) quæ cognominat̄ hetruſcorū lucus.Coloniæ ruſellana:ſanienſis:critona: de-
cætero arutini ueteres:arutini fidētiores:arutini iuliēſes:amitinēſes:aquaſēſes cogno
mine taurini:blerani:cartoniēſes:capinates:cluſini noui:cluſini ueteres:fluētini præ
fluēti arno appoſiti:feſulæ:ferētinū:feſcēnia:hortanū:herbanū:nepe.Nouē pagi præ
fecturæ claudiæ.Foro Clodii:piſtoriū:peruſia:ſuanēſes:ſaturnini q āte aurinini uo-
cabant̄:ſubertani:ſcatones:tarqueniēſes:thuſcaniēſes:uertuloniēſes:uerētani eſetini
uoleterrani cognomine hetruſci:uolſciniēſes ī eadem ꝑte.Oppidoꝝ ueteꝝ noīa reti
nent agri cruſtuminus caletranus.Tyberis antea tybris appellatus:& prius albula e
media fere lōgitudīe apēnini finibus aretinoꝝ ꝓfluit:tenuis primo nec niſi piſcinis
corriuatus:emiſſuſqꝫ nauigabilis:ſicuti tinna & glanis īfluētes ī eū nouenoꝝ ita con
ceptu dieꝝ ſi nō adiuuēt hymbres:ſed tyberis propter aſpera & cōfragoſa. Ne ſic qdē
præterq̄ trabibus uerius q̄ ratibus lōge meabilis fert̄.p.c.l.M.d.non ꝓcul tiferno pe
ruſia & otriculo:hetruriā ab umbris ac ſabinis.mox citra.xiii.M.p.urbis ueiētē agrū
a cruſtumino:dein fidenate:latinūqꝫ a uaticano dirimēs.Sed ītra tinnam & glanim
duobus &:xl.fluuiis auctus:præcipuis āt nare & anieue:qui & ipſe nauigabilis.Lati
um īcludit a tergo.Nec minus tamē aqs ac tot fōtibus ī urbē ꝑductis.Et ideo quāli-
bet magnaꝝ nauiū ex italo mari capax reꝝ ī toto orbe naſcentiū mercator placidiſſi
mus.Pluribus prope ſolus q̄ cæteri ī omibꝰ terris amnes accolit̄ aſpicit̄qꝫ uillis.Nul-
liqꝫ fluuioꝝ minus licet īcluſis utrinqꝫ lateribus:nec tamē ipſæ pugnat quāq̄ creber
ac ſubitis īcremētis : & nuſq̄ magis aqs q̄ ī ipſa urbe ſtagnātibus.Quinimo uates in-
telligit̄ potius ac monitor auctu ſemper religioſus uerius q̄ ſæuus.Latiū ātiquum a
tyberi circeios ſeruatū ē.M.paſſuū.l.lōgitudīe.Tā tenues primordio imperii fuere ra
dices.Colonis ſæpe mutatis tenuere alii aliis tēporibus.Aborigines:pelaſgi: archades
ſiculi:arunci:rutyli:Et ultra circeios uolſci:oſci:auſones unde nomē mō latii ꝓceſſit
ad lirin amnem.In pricipio ē oſtia colonia a romano rege deducta.Oppidū laurētū
locus ſolis īdigetis. Amnis numitius.Ardea a Danæ perſei matre cōdita.Dein quon
dā aphrodiſiū antiū colonia.Aſtura flumē & īſula.Fluuius nympheus:cloſtra roma
na.Circeii quōdā īſula immēſo qdem mari circūdata (ſi credit̄ Homero) & nūc pla
ne.Mirū ē quod hac de re tradere hominū notitiæ poſſumus.Theophraſtus q primo
externoꝝ aliqua de romanis diligētius ſcripſit.Nā Theopōpus āte quē nemo mentio
nē habuit urbē dūtaxat a gallis captā dixit.Clitarchus ab eo ꝓximus legationē tātū
ad Alexandrum miſſam.Hic iam plus q̄ & fama circeiorum inſulæ & menſuram po
ſuit ſtadia.lxxx.in eo uolumine quod ſcripſit Nicedoro athenienſium magiſtratui:
qui fuit urbis noſtræ.cccclx.anno.Quicquid eſt ergo terraꝝ propter.x. M.p. prope
ambitus adnexum inſulæ.poſt eum annū acceſſit italiæ aliud miraculum. A circe-
is palus pontina eſt quem locum.xxiiii.urbium fuiſſe Mutianus ter conſul prodidit
Dein flumen uſens ſupra quod tarracina oppidū ligua uolſcoꝝ anxur dictū.Ibi fue
re amyclæ a ſerpētibus deletæ.Dein lacus fadanus:caieta portus.Oppidū formiæ an

tiqua læſtrigonum ſedes. Vltra fuit oppidum pyræ: colonia minturnæ lyri amne di
uiſa glanico appellato. Sinueſſa extremum in abiecto lacti: quã quidem dixere ſinopẽ
uocitatã. Hinc fœlix illa campania eſt. Ab hoc ſinu incipiunt uitiferi coles: & tumulẽ
tia nobilis ſucco per omnis terras inclyto: atq; (ut ueteres dixere) ſũmum Liberi pa-
tris cum Cerere certamen. Hinc ſetini & cecubi obtenduntur agri. Iis iunguntur fa-
lerni: caleni: Dein conſurgunt maſſici: gaurani: ſurentiniq; montes. Ibi laborini cãpi
ſternuntur: & in delitias alicæ epulantur menſis. Hæc littora fontibus calidis rigant̃
p̃terq; cætera in toto mari conchylio piſce nobili annotantur. Nuſq̃ generoſior oleæ
liquor. Et hoc quoq; certamen humanæ uoluptatis tenuere oſci: græci: umbri: tuſci:
campani. In ora ſauo fluuius. Vulturnũ oppidum cũ amne. liternum: cumæ calcidẽ
ſium: miſenũ: portus baiarũ: bauli: lacus lucrinus & auernus. Iuxta quẽ cimeriũ op
pidũ quõdã: dein puteoli colonia dicæarchia dicti poſtq; phlegræi campi. Acheruſia
palus cumis uicina. Littore aũt hoc neapolis chalcidenſium: & ipſa parthenope a tu
mulo ſyrenis appellata. Herculaniũ Pompei haud procul expectante mõte ueſuuio.
Alluente uero ſarno amne ager nucerinus eſt: &. viiii. M. paſſibus a mari ipa nuceria
Surrentum cũ promontorio Mineruæ ſirenum quondam ſede nauigatione a circeis
duo de. lxxx. M. p. patet. Regio ea a tyberi prima italiæ ſeruat̃ ex deſcriptione Augu-
ſti. Intus coloniæ capua a. xl. campo dicta æquinũ: ſueſſa: uenafrũ: ſora: theanũ: ſidici
num cognomine nola. Oppida abellinum: aritia: alba longa: acerani: alliſani: atina-
tes: alterinates: anagnini: atellani: ueſulani: arpinates: auxiniates: auxellani: alfaterni.
Et qui ex agro latino: Itẽ hernico: Itẽ labicano cognominati. Bouellæ: calatiæ: caſinũ:
calenũ: capitulũ: hernetum: cernetani qui mariani cognominãt̃. Corani a Dardano
troiano orti. Cubulterini: caſtrimonieſes: cingulani: gabienſes. In monte albano foro
populienſes. Ex falerno fruſinates: ferẽtinates: freginates: frabaterni ueteres: frabater-
ni noui: ficolenſes: fregellani: foroappi: forẽtani: gabini: interãnates: ſuccaſani q & liri
nates uocant̃. Ilioneſes: lauini: norbani: nomentani: preneſtini urbe quõdã ſtephane
dicti. Priuernates: ſetini: ſignini: ſueſſulani: telini: trebulani cognomie balimẽſes. Tre
bani: thuſculani: uerulani: ueliterni. ulubrẽſes: uluarnates: ſuꝑq; roma ipſa: cuius no
men alteꝝ dicere arcanis ceremoniaꝝ nefas habet̃: optimaq; & ſalutari ſide abolitum
annũtiauit Valerius ſolanus: luitq; mox pœnas. Nõ alienũ uidet̃ inſerere hoc loco ex
emplũ religionis antiqnæ ob hoc maxime ſilentiũ inſtitutæ. Namq; Diua Angerona
cui ſacrificat̃ ad diẽ. xii. chalẽdas ianuarii ore obligato obſignatoq; ſimulacꝝ hẽt. Vr
bẽ tris portas habẽtẽ Romulus reliqt: aut plurimis tradentibus credamus quattuor.
Mœnia eius collegere ambitu impatoribus cenſoribuſq; Veſpaſianis anno cõditæ. d.
cccxxviii. M. p. xiii: M. cc. Cõplexa mõtes. vii. Ipſa diuidit̃ i regiões. xiiii. Cõpita ſingu
laꝝ. cclxv. p. eiuſdẽ ſpatii mẽſura currente a miliario in capite romani fori ſtatuto ad
ſingulas portas: quæ ſunt hodie numero. xxxiiii. ita ut. xii. portæ ſemel numerent̃: p̃-
teranturq; ex ueteribus. vii. quæ eſſe deſierũt. Efficit paſſuũ ꝑ directũ. xxx. M. d. v. lxii.
Ad extrema uero tectoꝝ cũ caſtris prætoriis ab eodẽ miliario per uicos omniũ uiarũ
menſura colligit paulo amplius. lxx. M. paſſuũ. Quod ſi qs altitudinẽ tectoꝝ addat:
dignam ꝓfecto æſtimationẽ concipiat fateaturq; nullius urbis magnitudinẽ in toto
orbe potuiſſe ei cõprari. Claudit̃ ab oriente aggere Tarquini Superbi iter prima ope
mirabili. Nãq; eum muris æquauit: qua maxime patebat additu plano. Cætero muni
ta erat præcelſis muris: aut abruptis montibus: niſi ꝙ expatiẽtia tecta multas addide
re urbes in prima regione. Præterea fuere i latio clara oppida: ſatricum: pometia: ſcap
tia: pitulum: politorium: tellene: tiſata: cecin: aſican: acruſtumium: meridia: medullũ
corniculum: ſaturnia ubi nunc Roma eſt. Antipolis quod nunc ianiculum in parte
romæ: antẽna: camerium: collatia amiternum: norbe: fulmo: & cum his carnem in
monte albano ſoliti accipere populi albẽſes. Albani: eſolani: acciẽſes: abolani: nubeta-

ni :bolanitii:ſuetani:coriolani:fidenates: coretii:hortēſes:latiniēſes:lōgani:manates:
macrales:muniēſes:olliculani:octulani:pedani:polletaurini:querquetulani: ſicani:
ſiſolenſes:toleriēſes:tutiēſes:uimiteraliueliēſes:uenetulani:uicellēſes.Ita ex ātiquo la/
tio.liii.populi:īteriere ſine ueſtigiis.In cāpano aūt agro ſtabie oppidū fuit uſq; ad.Cn
Pompeiū &.L.Catonē conſ.a pridie chalend.maii:quo die Sylla legatus bello ſociali
id deleuit:quod nūc ī uillas abiit.Intercidit ibi & taurania.Sūt & moriētis ſcalini reli
quiæ.Præterea auctor ē Antias oppidū latinoꝝ opiolas captū a.L.Tarquino rege:ex
cuius præda capitoliū is in fine īcohauerit.A ſurrētino ad ſilaꝝ amnem.xxx.M. paſ
ſus ager picētinus fuit:thuſcorū tēplo iunonis argiuæ ab iaſone condito inſignis:In
tus oppidū ſalerni:picentia.A ſilaro regio tertia & ager lucanus brutiuſq; īcipit. nec
ibi rara incolaꝝ mutatio.Tenuerūt eū pelaſgi:œnotrii: itali:morgetes:ſiculi græciæ
maxime populi:nouiſſime lucani a ſannitibus orti duce Lutio.Oppida peſtū a græ
cis poſidonia appellatū ſinus peſtanus:oppidū elea:quæ nūc uelia.Promōtoriū pali/
nuꝝ.a quo ſinu recedēte traiectus ad coloniā regiam.c.M.paſſus.ꝓximū autē huic
flumen melphes.Oppidū buxentum græciæ prius magnæ:nūc lucaniæ.Saus āni
fuit & oppidū eodem nomine.Ab eo brutiū littus:oppidū blanda:flumen baletū:por
tus parthenius:& phœcētiū ſinus uibonēſis locus clampetiæ.Oppidū tempſa:a græ
cis temeſe dictū.& crotoniēſiū terina:ſinuſq; ingens terinus.Oppidū cōſentia. Intus
in peniſula fluuius acheron:a quo oppidani acherontini Hippo quod nunc uibonē
ualentiā appellamus:Portus Herculis:Metaurus amnis:Tarentū oppidū:portus Ho
reſtis & meddua.Oppidū ſcyleū:Cratis fluuius pater (ut dixere) ſcyllæ.Dein colonia
regia.Siculū fretū:ac duo aduerſa promōtoria ex italia cenis:Ex ſicilia pelorū:xii.ſta
diorū īteruallo.Vnde rhegiū.xliii.paſſuū.Inde apennini ſilua:promōtoriū leucope/
tra.xii.M.paſſibus.Ab ea locri cognominati.li.apromōtorio zephyro abſunt a ſilaro.
ccc.iii.M.Et īcludit̃ europæ ſinus primus ī eo quē maria nuncupāt : Vnde irrūpit
atlanticū ab aliis magnū:qua ītrat porthmos a græcis:a nobis gaditanū fretū cū in
trauit.Hiſpanū quatenus hiſpanias abluit.Ab aliis ibericum aut balearicum : Mox
gallicum:ante narbonenſem prouintiā:hinc liguſticum.Ab eo ad ſiciliam inſulam
thuſcum quod ex græcis alii notium:alii tyrrhenū:e noſtris plurimi infeꝝ uocant.
ultra ſiciliam quod eſt ad ſalentinos auſonium polybius appellat.Eratoſthenes autē
inter hoſtium oceani & ſardiniam quicquid eſt ſardoum. Inde ad ſiciliam tyrrhenū.
Ab hac cretam uſque ſiculum.Ab ea creticum.Inſulæ per hæc maria primæ omniū
pityuſæ a græcis dictæ a frutice pineo:nunc ebuſus uocatur:utraq; ciuitate fœdera
ta anguſto freto interfluente.patēt.xlii.M.paſſibus.abſunt a diano.lxx.ſtad.totidem
dianiū per continentē a carthagīe noua.Tantumdē a pityuſis in altū baleares duæ:
& ſucronē uerſus colubraria.Baleares funda bellicoſas græci gymneſias dixere.Ma/
ior.c.M.p.ē longitudīe:circuitu uero.cccclxxx.M.Oppida habet ciuiū romanorū
palinam & polentiam latinoꝝ ciuium:& tucini quod ſœderatū bochoꝝ fuit: ab ea:
xxx.M.p.diſtat minor:lōgitudīe.lx.M.circuitu.cl.M.paſſuū.Ciuitates habet labonē
ſaniſerā:magonē:a maiore.xii.paſſuū ī altū abeſt capraria:īſidioſa naufragiis:& e re/
giōe palinæ urbis meraria ac tiquadra patria Hannibalis.Ebuſi terra ſerpētes fugat:
colubrariæ parit.Ideo īfeſta omibus niſi ebuſitanā terrā īferētibus:græci ophiuſā dix
ere. Cuniculos ebuſus gignit populātes baleariū meſſes.Sunt aliæ .xx.fermæ paruæ
mari uadoſo.Galliæ autē hīc ora in rhodani hoſtio metina:mox quæ blaſconus uo
catur:& ſtechades a uicinis maſſilienſibus dictæ propter ordinem quo ſitæ ſunt:erūt
nomina ſingulis prote:meſe:quæ & pomponiana uocatur:tertia hype. Ab iis ſturi/
um:phœnice:philarero:& lerina aduerſum antipolim:in quam uergoani oppidi me
moria.

De corſica. Ca. VI

IN liguſtico mari eſt corſica: quam græci cyrnon appellauere: ſed thuſco ꝓpior
a ſeptẽtrione in meridiẽ proiecta: longa paſſuum.cl.M.lata maiore ex parte.l.
Circuitu.cccxxii.M.Abeſt a uadis uolaterranis.lxii.M.p. Ciuitates hẽt xxxiii.
& colonias: marinam a Mario deductam: aleriam a dictatore Sylla. Citra eſt oglaſa. In
tra uero.lx.M.paſſibus a corſica planaria ſpecie dicta æqualis freto: ideoq; nauigiis
fallax: amplior gorgona & capraria: quam græci ægilon dixere. Itẽ igilium & dianiũ
quam artemiſiam: ambe contra coſanũ littus & cõtra lit9 uaponæ: meneria: colubra-
ria: uenaria ilua: cũ ferri metallis circuitu.c.p.a populonia.x.M.a græcis ætalia dicta
ab ea planaſia.xxxix. M. Ab iis ultra tyberina hoſtia ĩ antiauo ſtura: mox palmaria ſi
nonia: aduerſũ formias põtiæ. In puteolano aũt ſinu pãdataria: ꝓchita nõ ab æneæ
nutrice: ſed qa profuſa ab aenaria erat. Aenaria ipſam a ſtatione nauiũ Aeneæ Home
ro inarimæ dicta: græcis pythecuſa: nõ a ſymiaꝝ multitudine (ut aliqui exiſtimaue-
re) ſed a figulinis doliarioꝝ. Inter pauſilpiũ & neapolim meagris: mox a ſurrẽto. viii.
M.paſſib9 diſtãtes Tyberii prĩcipis arce nobiles capræ circuitu.xl.M.p.cx.leucothea.
Extra quẽ conſpectum pelagus africã attingẽs. Sardinia minus.ix.M.paſſibus a cor-
ſicæ extremis etiãnũ anguſtias eas arcentibus inſulis paruis: quæ cuniculariæ appel
lantur. Itẽq; pintonæ foſſæ a quibus fretum ipſum taphros nominat̃.

De Sardinia Ca. VII.

SArdinia ab oriente patẽs.clxxxviii.M.paſſuũ ab occidẽte.clxx.milia a meridie
lxxiiii.milia a ſeptẽtrione.cxxii.Circuitu.d.lxii.milia.abeſt ab africa calaritano
ꝓmontorio ducẽta milia.a gadibus.lxiii.habet & a gaditano ꝓmontorio duas ĩſulas
quæ uocant̃ Herculis a ſulcherſi enoſin: a calaritano ficariã: Quidã haud ꝓcul ab ea
etiã beleridas ponũt: & collodẽ: & quã uocãt hieracã. Celeberrimi in ea populoꝝ ilien-
ſes: ſalari: corſi. Oppidoꝝ.xiiii.ſulchitani: ualẽtini: neapolitani: bocẽſes: calaritani ci-
uium romanoꝝ.& norẽſes. Colonia aũt una: quæ uocatur ad turrim libyſonis. Sardi
niã ipſam Timeus ſandaliotin appellauit ab effigie ſoleæ. Myrſilius ichnuſam a ſimi-
litudine ueſtigii. Cõtra peſtanum ſinũ leucaſia eſt a ſyrene ibi ſepulta appellata. Con
tra ueliam pontia & iſacia: utræq; uno noĩe œnotrides: argumẽtum poſſeſſæ ab œno
triis italiæ: & cõtra uibonem paruæ quæ uocant̃ ithaceſiæ ulixis ſpecula.

De Sicilia. Ca. VIII.

VErum ante omnes claritates Sicilia Sicania a Thucydide dicta: Trinacria a
pluribus aut triquetra a triãgula ſpecie. Circuitu patẽs ut auctor ẽ Agrippa.
.d.cxviii.M.paſſibus: quondã brutio agro cohærẽs: mox ĩterfuſo mari auulſa.xii. M.
in longitudinem freto. In latitudinẽ autem.cx.d. Iuxta coloniã regia ab hoc dehiſcẽ-
di argumento rhegiũ græci nomẽ dedere oppido ĩ margine italiæ ſito. In eo freto eſt
ſcopulus ſcylla. Item carybidis. Mare uorticoſum. Ambo clara ſæuitia. Ipſius trique-
træ ut diximus promontorium pelorus uocatur aduerſus ſcyllam uergens in italiã.
Pachynũ in græciam.cxliiii.M.ab eo diſtante peloponneſo. Lilybeum ĩ africã. clxxx.
M.interuallo a Mercurii promontorio: & a calaritano ſardiniæ centũ uiginti.M.In-
ter ſe autem hæc promontoria late diſtant his ſpatiis. Terreno itinere a peloro pachy
num.clxvi.M.paſſuum. Inde lilybeum.cc.M. Inde pelorum.clxx.M.coloniæ ibi ur-
bes ac ciuitates.lxxii. A peloro mare ionium ora ſpectante oppidum Meſſana ciuiũ
romanorum: qui mamertini uocantur. Promontorium drepanum: colonia tauro-
minium.quæ antea naxos. Flumen aſines. Mons ætna nocturnis mirus incendiis.
Crater eius patet ambitu ſtadia.xx. Fauilla taurominium & catinam uſque perue-
nit feruens. Fragor uero ad maronem & gemellos colles. Scopuli tres cyclopũ. Portus
ulixis. Bolonia catina flumina ſymethum terias. Intus leſtrigoni campi. Oppida leõ
tini: megaris: amnis panthagies. Colonia ſyracuſæ cum fonte arethuſa. Quã q̃ & te-
menitis: & acchidemiſa: & megea: & cyane militiæ fontes ĩ ſyracuſano potãt̃.agro por

tus nauſtachmus:flumen florus promontorium pachynum:a qua fronte ſiciliæ flu
men hirminium.oppidũ camarina:fluuius gelas:oppidũ agregas: quod agrigentum
noſtri dixere.Thermæ colonia:amnes agathema therypſa celinus. Oppidũ lilybeum
ab eo ꝓmontorium drepana:mox crix.Oppida panphormũ : ſoliniũ:hymera cũ flu
uio cephaledi:ſeleuntinũ:agathyrnũ:tyndaris colonia:oppidũ myle. Et unde cœpi-
mus pelorus.Intus latinæ cõditionis cẽturipini:nepini:ſegeſtani.Stipẽdiarii aſſori:
niætnẽſes:agerini:aceſtei:acrẽſes:bidini:citatiarini:drepanitani:argeſtini:aceſtiẽſes:
ericini:entelletini:netini:edini:eguini:gelani:galateni:haleſini:enneſes:hybleẽſes:he
britẽſes:herbẽſes:heubulẽſes:halicẽſes:hadranitani:macarẽſes:hypanẽſes:ietẽſes:mu-
truſtani:magellini:murgẽtini:muticẽſes:menanini:naxinonii:petini:paropini:tera
phitiẽſes:ſemellitani:ſeſcherini:ſelinũti:ſimeti:hilarẽſes:tiſſinẽſes:triocalini:triracien
ſes:zãclei meſſenioꝝ.Hoꝝ ĩ ſiculo freto ſũt ĩſule ĩ africã uerſæ gauros melita a cameri
na.lxxxiiii.M.paſſibus.Lilybeo.cxiii.cõſira:erõneſos:cereie:galatha:lepaduſa: æthu
ſa quã alii æguſã ſcripſerũt.Bucion ætnæ:& a ſeleũte.lxxv.M.oſteades:cõtraq; paro-
pinos uſerca.Citra uero ſiciliã ex aduerſo metauri amnis.xxii.ferme paſſuũ ab italia
vii.æoliæ appellatæ.Eædẽ lipareoꝝ & epheſtiades a græcis:a noſtris uulcani.Aeoliæ
ꝙ Aeolus iliacis tẽporibus ibi regnabat.

De lipara.Ca. VIII.

Lipara cũ ciuiũ romanoꝝ oppido dicta a Liparo rege:q ſucceſſit Aeolo ãtea lon
gius uel meligonis uocitata abeſt:xii.M.p.ab italia ipſa circuitu paulo mino-
ri.Inter hãc & ſiciliã altera ãtea theraſia appellata nũc hiera:qa ſacra uulcano
ẽ.Colle ĩ ea nocturnas euomere flãmas.Tertia ſtrõgyle a lipara mille paſſus ad exor
tũ ſolis uergẽs:ĩ qua regnauit Aeolus:quæ a lipara liqdiore flãma tãtũ differt.Cuius
fumo qnã flaturi ſint uenti triduo prædiſcere incolæ tradunt.Vnde Aeolo uento
paruiſſe exiſtimatũ.Quarta didyme minor q̃ lipara.Quinta eriphuſa:Sexta phœni-
cuſa pabulo ꝓximaꝝ relicta. Nouiſſima eadẽq; minima euonymus.Hactenus de pri
mo europæ ſinu.

¶ De locris italiæ fronte. Ca. IX.

A Locris italiæ frons ĩcipit:magna græcia appellata ĩ tres ſinus ĩcedẽs auſonii
maris:quoniã auſones tenuere primi.patet.lxxxii.M.paſſuũ ut auctor ẽ Var
ro.Pleriq;.lxxii.M.fecere.In ea ora flumina ĩnumera:ſed memoratu digna lo
conus:ſagra:& ueſtigia oppidi caulonis:myſtia cõſilinũ caſtrũ:carcinũ:quod eſſe lõ
giſſimũ italiæ ꝓmontoriũ aliqui exiſtimãt.Dein ſcyllaceus:& ſcolagiũ ſcyllaceum:&
ſcyletũ atheniẽſibus cũ cõderẽt dictũ:quẽ locũ occurrẽs thermeus ſinus peninſulã
efficit:& ĩ ea portus q uocat̃ caſtra Hãnibalis:nuſq̃ anguſtiore italia.xl.M.paſſuum
latitudo ẽ.Itaq; Dionyſius maior ĩtercĩſam eo loco adiicere ſiciliæ uoluit.Amnes ibi
nauigabiles carcinas:rotalus:ſemirus:arocha:targines.Oppidũ incus petilia: mons
clibanus:promõtoriũ liciniũ:cuius ãte oram ĩſula.x.M.P.a terra dioſcoron.altera ca
lypſus quã ogygiã appellaſſe Homerus exiſtimat̃.Præterea tiriſeranus amœleſſa. Ip-
ſum a caulone abeſſe.lxx.M.paſſibus prodidit Agrippa.

Secundus europæ ſinus. C. X.

A Lacinio promõtorio ſecũdus europæ ſinus ĩcipit:magno abitu flexus:& acro
ceraunio epyri finit̃ promõtorio:a quo abeſt.lxxv.M.paſſibus.Opidũ cotro:
amnis neethus:oppidũ thuriũ ĩter duos ãnes cratin & ſybarim:ubi fuit urbs
eodẽ nomĩe.Similiter ẽ ĩter ſyrin & acrin heraclea aliquãdo ſyris uocitata. Flumina
thalãdrũ:caſuentũ.oppidũ metapontũ:quo tertia italiæ regio finit̃:Mediterrãei bru-
tioꝝ apruſtani tantũ.Lucanoꝝ autem hinc atinates:buxentini:eburini: grumenti-
ni:potentini:ſontini:ſyrini:tergilani:urſentini:uolſentani: quibus numeſtrani iun
guntur.Præterea interiſſe thebas:lucanas Cato auctor eſt.Et mardoniã lu canoꝝ ur
bẽ fuiſſe Theopõpus:ĩ qua Alexãder epirotes occubuit.Cõnectitur ſecũda regio am
plexa hirpinos:calabriã:apuliã:ſalẽtinos.ccl.M.ſinu qui tarẽtinus appellat̃ ab oppi-

do laconum in receſſu hoc ītimo ſito contributa eo maritima colonia: quæ ibi fuerat
Abeſt. cxxxvi. M. p. a licinio ꝓmontorio aduerſam ei calabriā. l. peninſulam emittens.
Græci meſſapiā a duce appellauere. Et ante peucetiā a Peucetio Oenotri fratre. In ſa-
lentino agro inter ꝓmontoria. c. M. paſſuū interſunt. Latitudo peninſule a tarento
brunduſium terreno itinere. xxxii. M. paſſibus patet: multoq; breuius a portu ſaſina.
Oppida per continentē a tarento uaria. cui cognomen apule: meſſapia: aletiū. In ora
uero ſenonū gallipolis: quæ nunc ē anxa. lxii. M. paſſibus a Tarrēto. Inde. xxxiii. M.
ꝓmontoriū quod acran iapygiā uocant: quo lōgiſſime ī maria excurrit italia. Ab eo
haſta oppidū & hydruntiū. x. M. ac. ix. M. paſſuū: ad diſcrimē ionii & adriatici maris:
q̃ in græciā breuiſſimus trāſitus. Ex aduerſo apollonia oppido latitudine ītercurren-
tis freti. l. nō amplius paſſuū. Hoc īteruallū pedeſtri cōtinuare trāſitu pontibus iactis
primū Pyrrhus epiri rex cogitauit. Poſt eū. M. Varro cū claſſibus Pōpeii pyratico bel
lo p̃eſſet. Vtrūq; aliæ īpediere curæ. Ab hydrunte ſoletū deſertū. Dein fratuertiū; por-
tus tarrētinus: ſtatio militū liſpia: baleſium. celiū. Brunduſiū. l. M. paſſuū. Ab hydrun
te: in primis italiæ portu nobile ac uelut certiore tranſitu: ſicuti longiore excipien-
te illyrica urbe dirrachio. ccxx. M. traiectu brūduſio cōterminus pediculoꝝ ager no-
uē adoleſcentes totidēq; uirgines ab illyriis. xiii. populos genuere. Pediculoꝝ oppida
rhudia: ſtegnatia: barion añ iapyx a Dedali filio a quo & iapygia: amita pactius: aufi-
dus ex hirpinis mōtibus canuſium p̃fluens. Hinc apulia daunioꝝ cognomīe a duce
Diomedis ſocero. In qua oppidū ſalapia Hānibalis meretricio amore inclytū. Sipontū
uria: amnis cerbalus Daunioꝝ finis. Portus agaſus. Promōtoriū montis gargani: a ſa
lentino ſiue iapygio. cxxxiiii. Milibus paſſibus ambitu gargani porus garnæ: lacus
pātanus: flumen portuoſū frento teanū apuloꝝ. Itēq; larinū: diternia: tirenus amnis.
Inde regio frentana. Ita apuloꝝ genera tria. Teani a duce Gares. Lucani qui ſubacti a
chalcante tenuere loca: quæ nunc tenēt etinates. Daunioꝝ p̃ter ſupradicta coloniæ
luceria: uenuſia. Oppida canuſiū: harpi aliquādo hargos hippiū Diomede condente.
mox hargirippa dictū. Diomedes ibi deleuit gētes monadoꝝ dardorūq; & urbes duas:
quæ in ꝓuerbii ludricū uertere apinā metaicrā. Cætera ītus. In ſecūda regiōe hirpino
rū colonia una beneuētū auſpicatius mutato noīe: quæ quōdā appellata maleuentū
auſeculani: aqloni: abellinates cognomīe ꝓtropi: cōpſani: caudini: ligures: q cognomi
nāt̃ cornelani: & q bebiani: ueſcellani: deculani: aletrini: abellinates: cognomīati mar
ſi: atrani: ecani: alfellani: artinates: arpani: uorcani: collatini: corinēſes: & nobiles clade
romana cānenſes: dirini: forētani: genuſini: herdorīēſes: irini: larinaces cognomine frē
tani: etinates: ex gargano mateolani: nerecini: matini: tubuſtini: ſiluini: ſtrapelini: tur
mātini: uibinates: uenuſini: ulurtini. Calabroꝝ meditarranei egetini: butūtinēſes: de-
ciani: brūbeſtini: narbonēſes: ſtulnini: tutini. Salentinoꝝ aletini: baſterbini: neretini:
ulētini: uereni.

¶ Regio italiæ quarta. Ca. XI.

SEquitur regio quarta gētiū uel fortiſſimaꝝ italiæ ī ora frētanoꝝ a tiferno flu-
men triniū portuoſū. Oppida biſtoniū: buca: ortona: aternus amnis. Intus ana
xini cognomīe frētani: carētini: ſupnates: & īfernates: lanuēſes. Muricinoꝝ tea
tini: Pelignoꝝ corfiniēſes: ſupequani ſulmonēſes. Marſoꝝ anaxātini: atinates: ſucētes
lucētes: marruii. Albēſiū alba ad fucinū lacū. Aequlanoꝝ cliternini: carſeolani. Veſti
noꝝ angulani: pēniēſes: peltuinates: qbus iūgunt̃ aufinates: ciſmōtani. Sānitiū quos
ſabellos & græci ſaunitas dixere. Colonia bouianū uetus: & alteꝝ cognoīe undecuma
noꝝ: aufidenates: eſernini: fagi: fugali: ficolēſes: ſepinates: treuētiates. Sabinoꝝ amiter-
nini: curēſes. foꝝ Decii: foꝝ nouū: fidenates īteramnates: nurſini: nomētani. reatini:
trebulani q cognominānt̃ mutueſti: & q ſuffenates: tyburtes: parinates. In hoc ſitu ex
aqculis īteriere comini: tadiates: acedici: alfaterni. Gelianus auctor ē lacu fucino hau
ſtū marſoꝝ oppidū alchippe cōditū a Marſya duce lydoꝝ. Itē urticinoꝝ ī piceno dele

tum a Romanis Valerianus Sabini (ut quidam exiſtimauere) a religione & deorum
cultu ſeuini appellati uelinos accolũt lacus roſcidis collibus. Nar amnis exaurit illos
ſulphureis aquis. Thyberim ex his petẽs replet e mõte fiſcello labẽs iuxta uacunæ ne
mora & reate in eoſdẽ cõditus. At ex alia parte anio ĩ mõte trebanoꝝ ortus lacus tris
amœnitate nobiles q nomen dedere ſub laqueo defert in Tyberi. In agro reatino cu/
tyliæ lacũ in quo fluctuet inſula italiæ ũmbilicũ eſſe. M. Varro tradit. Intra ſabinos
latiũ eſt: a latere picenũ: a tergo umbria apẽninis iugis ſabinos utrinq; uallãtibus.

Quinta regio. Ca. XII.

QVinta regio piceni eſt quondã uberrimæ multitudinis. ccclx. M. picẽtiũ in
fidẽ Ro. populi uenere. Orti ſunt a ſabinis uoto uere ſacro. Tenuere ab ater/
no amne ubi nũc ager hadrianus: & adria colonia a mari. vii. M. paſſuũ flu/
men uomanũ: ager prætutianus palmẽſiſq;. Itẽ caſtrumnouũ: flumen batinũ: truẽtũ
cũ amne: quod ſolũ liburnoꝝ in italia reliquũ eſt. Flumina albulates: ſuinũ: heluinũ
quo finiť prætuciana regio: & picẽcium incipit. Cupra oppidũ: caſtellũ firmanoꝝ: &
ſup id colonia aſculũ piceni nobiliſſima. Intus nobana. In ora cluana: potẽtia: numa
na a ſiculis cõdita. Ab iiſdẽ colonia ancon appoſita ꝓmontorio cumero ĩ ipſo flecten
tis ſe ore cubito a gargano. clxxxiii. M. paſſibus. Intus auſinates: ueregrani: cingulãi:
cuprẽſes cognoĩe mõti: falariẽſes: pauſulãi: plyniẽſes: ricinẽſes: ſeptẽpedãi tollẽtiates
triacẽſes cũ urbe ſaluia: polẽtini

Sexta regio. Ca. XIII.

LVngiť hic ſexta regio umbriã cõplexa: agrumq; gallicũ circa Ariminũ. An
conæ gallica ora incipit togata gallia cognomĩe ſiculi & liburni plurimi ei⁹
tractũ tenuere ĩ primis palmẽſem: prætutianũ adrianumq; agꝝ. Vmbri eos
expulere: hos hetruria: hãc galli. Vmbroꝝ gẽs antiquiſſima italiæ exiſtimať: ut quos
umbrios a græcis putẽt dictos: quod inundatiõe terraꝝ hymbribus ſupfuiſſent. Tre
centa eoꝝ oppida tuſci debelaſſe reperiunť. Nũc in ora flumen eſis: ſenegalia: metau/
rus fluuius: colonia fanũ fortunæ: piſauꝝ cum amne. Et intus hiſpellũ tuder. Decete
ro amerini: attidiates: aſirinates: arnates: eſinates: camertes: caſuentini: carſulani: doia
tes cognomine ſalẽtini: fulginates: foroflaminẽſes: foroiuliẽſes cognomine cõcubien/
ſes: firobremitiani: foroſemproniẽſes: inginini: iterãnates cognomine nartes: meuana
tes: muanionenſes: mattilicates: narniẽſes: quod oppidũ nequinũ antea uocitatũ eſt:
nucerini cognomine fauonienſes: & camellani: otriculani: ortani: pitulani cognomi
ne piſuertes: ætali: mergentini: peſtini: ſetinates: farſcinates: ſpolẽtini: ſuareãi: ſeſtina/
tes: ſuillates: adiates: trebiates: tuſcicãi: tibernates: cognomine tyburini: & alimẽtaurẽ
ſes: ueſionicates: urbinates cognomine metaurenſes & alihortenſes: metionẽſes: uindi
nates: uiuẽtani. In hoc ſitu ĩteriere feliginates: & q cluſiolũ tenuere: ſupra ĩterrãnani
& ſaranates cũ oppidis acerris quæ uafriæ cognominabanť. Turocelo quod uetiolũ:
Itẽ ſolinnates: ſuriates: fallienates. Apiẽnates interiere & ariẽates cũ crinouolo: & uſci
dicãi: & plãgenſes: piſiates: cælaſtini. Ameriã ſupraſcriptã Cato ante Perſei bellũ cõdi/
tam annis. d. ccccclxiiii. ꝑdidit.

Octaua regio. Ca. XIIII.

OCtaua regio determinanť Arimino: pado: apẽnino. In ora fluuius cruſtumi
um Ariminũ Colonia cũ amnibus Arimino & apruſa. Fluuius hinc rubi/
co quõdã finis italiæ. Ab eo ſapis: & uitis: & ãemo. Rauẽna ſabinoꝝ oppidũ
cũ amne beſede ab Ancone. cii. M. p. nec ꝓcul a mari umbroꝝ butriũ. Intus Coloniã
Bononia felſina uocitata cũ priceps hetruriæ eſſet. Brixillũ: Mutina: Parma: Placẽtia
Oppida Ceſena: Claterna: foroclodii: liuii. Populi treuẽtinoꝝ: Corneli: licini. Fauẽti/
ni: fidẽtini: oteſini: padimates: regiẽſes a Lepido: ſolonates: ſaltes q galliãi cognominã
tur: aqnates: tãnitani: ueliates cognomine ueteri: regiates: urbinates: In hoc tractu ĩte
rierũt boii: quoꝝ tribus. cxii. fuiſſe auctor ẽ Cato. Item ſenones q cœperant Romam.

Da pado flumine. Ca. XV.

PAdus gremio ueſuli montis celſiſſimum in cacumē elati finibus ligurꝝ gabiē
norꝝ uiſendo fonte ꝓfluens condēſq; ſeſe cuniculo:& ī forouibiēſiū agro iterꝝ
exoriēs:nulli amniū claritate īferior:a græcis dictus eridanus:ac pœna Phæ-
tōtis illuſtratus. Augetˀ ad canis ortus liquatis niuibus:agris q̄ nauigiis torrētior:nil
tñ ex rapto ſibi uēdicās. Atq; ubi liqt agros. ubertate largior. ccc. M. paſſibus a fōte ad
dens meatu duodenonaginta. Nec amnes tantū apēninos alpinoſq; nauigabiles ca-
piēs:ſed lacus quoq; īmenſos ī eū ſeſe exonerātes oī numero. xxx. flumīa ī mare adria
ticū defert. Celeberrima ex iis apēnini latere iactū:tanarꝝ:trebiá placētinū:tarꝝ niciam
gabellū:ſculternā:rhenū. Alpiū uero ſturā:morgū:durias duas: ſeſſiten:ticinū: lābrū
abduā:ollium:mintiū. Nec alius amniū tā breui ſpatio maioris īcremēti ē. Vrgetˀ qp-
pe aquarꝝ mole:& ī ꝓfundū agitˀ. Grauis terræ q̄q̄ deductus ī flumina:& foſſas inter
rauēnā altinūq; paſſuū. cxx. M. tñ qa largius uomit ſeptē maria dictus facere. Angu-
ſta foſſa rauēnam trahitˀ:ubi paduſa uocatˀ:quōdā meſſanicius appellatus. Proximū
inde hoſtiū magnitudinē portus hēt:q uatreni dicitˀ. Quo Claudius Cæſar e britānia
triūphans p̄grādi illa domo uerius q̄ naue ītrauit hadriā. Hoc añ eridanū hoſtiū dictū
ē:ab aliis ſpireticū ab urbe ſpira:quæ fuit iuxta:p̄ualens & delphicis creditū ē theſau-
ris cōdita a Diomede. Auget ibi padū uatrenus amnis ex forocornelienſi agro. Proxi-
mū inde hoſtiū capraſiæ:dein ſagis:dein uolane:quod añ alane uocabatˀ. Omīa ea foſ
ſas fluminaq; primi aſagi fecere tuſci egeſto amnis īpetu p tranſuerſum ī hadrianorū
paludes. quæ ſeptē maria appellātˀ:nobili portu oppidi tuſcorꝝ hadriæ:a quo hadria-
cū mare añ appellatū. quod nūc hadriaticū. Inde hoſtia a plena carbonaria ac foſſio-
nes philiſtinæ:quod alii tartarꝝ uocant. Omīa ex philiſtinæ foſſe abundatiōe naſcen
tia accedētibus ateſi ex tridētinis alpibus & togiſono ex patauinorꝝ agris. Pars eorꝝ &
ꝓximū portū facit brūdulū ſicut edronē mediacidua ac foſſa clodia. His ſe padus mi-
ſcet:ac p hæc effūditˀ plerūq;:ut ī ægypto nilus qđ uocāt delta:triquetrāq; figurā ī al-
pes atq; orā maris facere ꝓditˀ ſtad. ii. M. circuitu. Pudet a græcis italiæ rōnē mutari.
Metrodorus tñ Sceptius dicit. Quoniā circa fōtē arbor multa ſit piceaq; pedes gallice
uocetˀ padū hoc nomē accepiſſe. Ligurꝝ qdē lingua amnē ipſū bodincū uocari:qđ ſi-
gnificet fundo carētē. Cui argumēto adeſt oppidū iuxta īduſtria uetuſto noīe bōdi-
comagū:ubi p̄cipua altitudo īcipit. ¶ De italia trāſpadana regio. ix. Ca. XVI.

TRanſpadana appellatˀ ab eo regio nona tota ī mediterraneo:cui maria cuncta
fluctuoſo alueo īportāt. Oppida uibiforꝝ:ſeguſio: Coloniæ ab alpiū radicibus
auguſta taurinorꝝ antiqua ligurꝝ ſtirpe:inde nauigabili pado. Dein ſalſorꝝ auguſta
p̄toria iuxta geminas alpiū fauces graias atq; pœninas. His pœnos:graiis Herculē trā-
ſiſſe memorāt: Oppidū eporedia ſybillinis libris a po. ro. cōdi iuſſum. Epore dicas enī
galli bonos equorꝝ domitores uocāt. Vercellæ libitiorꝝ ex ſalis ortæ:nouaria ex uerta-
macoris uocōtiorꝝ:hodieq; pagus. Nō (ut Cato exiſtimat) ligurꝝ ex quibus leui & ma
rici cōdidere ticinū nō ꝓcul a pado. Sicut boii trāſalpes ꝓfecti laudē pōpeiā. Inſulbreſ
mediolanū. Orobiorꝝ ſtirpis eē comū atq; bergomū & liciniforꝝ:& aliquos circa popu
los auctor ē Cato:ſed originē gētis ignorare ſe fatetˀ:quā docet Cornelius Alexāder or
tam a græcia interpretatiōe etiā nois uitā in mōtibus degētibus. In hoc ſitu īteriit op
pidū orobiorꝝ barra:unde bergomates Cato dixit ortos etiānū prodēte ſe altius q̄ for-
tunatius ſiti. Interiere & eaturi gēs inſubrū exules:& ſpira ſupradicta. Itē melpū opu-
lētia p̄cipuū:quod ab inſubribus & boiis & ſenonibus deletum ē eo die quo Camillus
ueios cœpit:ut nepos Cornelius tradit.

¶ Venetia decima regio. Ca. XVII.

SEquitur decima regio italiæ hadriatico mari appoſita:cuius uenetia. Fluuius
Silis ex mōtibus tauriſanis. Oppidū altinū:flumē liquētia ex mōtibus opitergi
nis. & portus eodē noīe:colonia:cōcordia:flumē & portus romatinum tilianentum:

maius minuſq;:anaſum quo uaramus defluit:alſa:natiſo cum turro ꝓfluuente aq-
leā.xii.M.paſ. a mari ſita.Carnoꝝ hæc regio iunctaq; regioni lapidū:amnis timauus
caſtellū nobile uno pucinū.Tergeſtinus ſinus:colonia tergeſte.xxx.M.iii.M.ab aqui
lea:ultra quā ſex milia paſſuū formio amnis.Ab Rauēna.clxxxix.paſ. antiquus au-
ctæ italiæ terminus.Nūc uero iſtriæ quā cognominatā tradū a flumine iſtro ī hadriā
ad effluente e danubio amne eodemq; iſtro ex aduerſo padi fauces cōtrario eoꝝ ꝑcuſ
ſu mari interiecto dulceſcēte pleriq; dixere falſo & Nepos Cornelius etiā padi accola.
Nullus.n.ex danubio amni in mare adriaticū effundit.Deceptos credo quoniā argo
nauis flumine in mare hadriaticū deſcēdit:nec ꝓcul tergeſte.Nec iam cōſtat quo flu
mine.Humeris trauectā alpes diligētiores tradūt.Subiiſſe autē iſtro:deinſao:dein na-
uaporto:cui nomen ex ea cauſa eſt inter hemoniam alpeſq; exorienti.

De iſtria. Ca. XVIII.

IStria ut peninſula excurrit.Latitudinē eius.xl.M.paſ. circuitū uero .cxxii.
M.ꝓdidere qdā.Itē adherētis liburniæ & fanatici ſinus.Alii liburniæ.clxxx.
M.Nōnulli ī fanaticū ſinū iapidiā ꝓmouere a tergo iſtriæ.cxxx.M.paſ. De-
in liburniā.cl.M.fecere.Tuditanus ꝗ domuit iſtros in ſtatua ſua ibi inſcripſit ab aq-
lea ad titiū flumen ſtad.cc.M.Oppida iſtriæ ciuium.Romanoꝝ agida parentiū.Co-
lonia pola:quæ nūc iuliapietas quondam a colchis cōdita.Abeſt a tergeſte.c.M.n.p.
mox oppidū nexātiū:& nūc finis italiæ fluuius arſia.Polā ab ancona traiectus.ccxx.
M.paſ.eſt.In mediterraneo regionis decimæ.colonia cremona:brixia cenomānorum
agro.Venetoꝝ autē mari a ceſtæ & oppida a cælum patauiū : opitergiū:beluiū:Vicē
tia:Mantua tuſcoꝝ trans padū ſola reliqua. Venetos Troiana ſtirpe ortos auctor eſt
Cato.Cēomanos iuxta maſtiliā habitaſſe.In uolſcis fertini:& tridentini:& beruenſes.
rhetica oppida rhetoꝝ:& euganeoꝝ Veronā iulienſes carnoꝝ.Dein quos ſcrupuloſe
dicere nō attineat:alutraēſes:aſſeriates:ſtamoniēſes:uanienſes:tuli cognomine culici
foroiulienſes cognomine tranſpadani:florētani:nedinates:quarqueni:taruiſani:cogi
enſes:uaruani.In hoc ſitu interiere ꝑ orā iraminæ:pellaon : paſſitiū:ex uenetis atina
& cælina carnos:ſegeſte:& ocra.Tauriſcis noreia.Et ab aquilea ad duodecimū lapidē
deletū oppidū etiā inuito ſenatu.a.M.Claudio.L.Marcello:L.Piſo auctor eſt . In hac
regiōe &.xi.lacus inclyti ſunt:amneſq; eoꝝ partus aut alumni ſi modo acceptos red-
dunt:ut abduā larius:ticinū uerbanus:mintiū benacus:olliū ſebinus: lābrū:eupilis:
omnes incolas padi.Alpes in lōgitudinē.x.M.paſ. patere a ſupero mari ad infeꝝ.Cæ
lius tradit.Timagenes.xxii.M.paſ.deductis ī latitudinē.Cornelius Nepos.c.M.T.Li-
uius tria.M.ſtadioꝝ uterq; diuerſis in locis:Nā centū milia excedūt aliquādo ibi ger-
maniā ab italia ſubmouēt.nec.lxx.M.explent:reliqua ſui parte glacilis ueluti natu-
ræ ꝓuidentiā.Latitudo italiæ ſubter radices earū a Varro ꝑ uada ſabatia taurinos:co
mū:Brixā Veronā:Vicentiam:opitergium:aquileiam:tergeſte:polā:arſiam .d. ccxlii.
M.p.colligit.

De alpibus & gētibus alpinis. Ca. XIX:

INcolæ alpium multi populi:ſed iluſtres a pola ad tergeſtis regionē ſecuſſes:
ſubocrini:atali menocaleni:iuxtaq; carnos quōdā tauriſci appellati:nūc no
rici.His cōtermini rheti & uindelici omnes ī multas ciuitates diuiſi. Rhetos
thuſcorū ꝓlem arbitrant̄ a gallis pulſos duce Rheto.Verſo deinde italiā pectore alpi
um latini iuris euganeæ gētes:quarū oppida.xxxiiii:enumerat Cato.Ex iis triūpilini
uenalis cū agris ſuis populis.Dein canuni:cōpluresq; ſimiles:finitimis attributi mu
nicipiis.Leponticos:& ſalaſos tauriſcæ gētis idē Cato arbitrat̄.Cæteri fere lepontícos
relictos ex comitatu Herculis īterpretatiōe græci nominis credūt:præuſtis ītra ſinus
alpiū niue mēbris:eiuſdē & graios fuiſſe poſitos in tranſitu.Graiarū alpiū īcolas præ
ſtanteſq; genere euganeos īde tracto noīe.Caput eoꝝ ſtheonos:rhetorum uēnonēſes:
ſaruenereſq; ortus rheni amnis accolūt.Lepontiorum qui uiberi uocantur fontem

rhodani eodem alpium tractu. Sunt præterea latio donati incolæ: ut octodurenſes & finitimi centrones: cottianæ ciuitates: eturi e liguribus orti. uagiẽni: ligures. & q mõtani uocant̃. Capillatoꝝq; plura genera ad cõfiniũ liguſtici maris. Nõ alienũ uidetur hoc loco ſubiicere iſcriptionẽ e trophæo alpiũ quæ talis ẽ. Impatori Cæſari Diui filio Augu. põtifici maxio imp. xiiii. tribunitiæ poteſtatis Senatus populuſq; Rom. ꝙ eius ductu auſpiciiſq; gentes alpinæ oẽs quæ a mari ſupo ad infeꝝ ptinebãt ſub imperiũ po. ro. ſũt redactæ. Gentes alpinæ deuictæ: triũpilini canuni uẽnotes: uenonentes: hiſarci: breuni: naunes: focunates: uindelicoꝝ gẽtes: quattuor cõſuanetes: uirucinates: licates: cattenates: abiſũtes: ruguſci: ſuanetes: collucões: brixentes: lepõtii: iuberi: nauctuates: ſeduni: uaragri: ſalaſſi: acitauones: medulli: ucẽni: caturiges: brigiani: ſõtiontii brodiõtii: nemalõi: edẽnates: eſubiani: ueamini: gallicæ: triulatti: ectini: uergũni. eguituri: nemeturi: oratelli: uerusi: uelauni: ſuetri. Nõ ſunt adiectæ cottinæ ciuitates. xii. quæ nõ fuerãt hoſtiles: ſed itẽ attributæ municipiis lege põpeia: Hæc eſt italia diis ſacra: hæ gẽtes eius: hæc oppida populoꝝ. Sup hæc italia quæ. L. Aemilio Paulo. C. Statilio Regulo conſ. nũtiato gallico tumultu ſola ſine externis ullis auxiliis: atq; ẽt tũc ſine tranſpadanis equitũ. lxxx. M. peditũ. d. cc. M. armauit. Metalloꝝ oium fertilitate nullis cedit terris. Sed interdictũ id uetere conſultu patrũ italiæ parci iubentium.

Illyricum. Ca. XX.

ARſia gẽs liburnoꝝ iũgit̃ uſq; ad flumen titiũ. Pars eius fuere mẽtores: hymãi: encheleæ: dudini: & quos Callimachus peucecias appellat: nũc totũ uno nõie illyricũ uocat̃: generatĩ populoꝝ pauca effatu digna aut fœlicia noĩa. Conuentum ſcardonitanũ petũt iapides: & liburnorũ ciuitates. xiiii. e quibus laciniẽſes: ſcultinos: bruniſtas: orbonẽſes noĩare nõ pigeat. Ius italicũ habẽt eo cõuẽtu alutæ: ſanates a quibus ſinus noĩatur. Lopſi uarubarini: ĩmuneſq; aſſeriates: & ex ĩſulis ĩfertinates curictæ. Cæteꝝ p orã oppida aneſactio: aluona: flamona: tarſatica: ſema: loſpica: ortoplyma regiũ: argirũtum: coriniũ: enona ciuitas: pauſinus: flumẽ telaulũ: quo finit̃ iapidia. Inſulæ eius ſinꝰ cũ oppidis p̃ter ſupra ſignificata: abſyrtiũ: arba traguriũ: iſſa: portunata: paros ãte. Rurſus ĩcõtinẽte colõia iadera: quæ apola. clx. M. p. abeſt ide. xxx. Mecolẽtũ ĩſula. xviii. hoſtiũ titii fluminis.

Liburnia. Ca. XXI.

LIburnia finis & initiũ dalmatiæ ſcardona i amne ea. lxii. M. paſ. a mari. Dein tariotaꝝ antiq̃ regio: & caſtellũ tariona. Promõtoriũ Diomedis: uel ut alii peniſula Hilis circuitu. c. M. paſ. traguriũ ciuiũ romanorũ marmore notum ſiculi. In quẽ locũ Diuus Claudius ueteranos miſit. Salona colonia ab iadera. ccxxii. M. paſſ. Petũt in ea iura iuribus deſcriptis indecurias. ccclxii. dalmatæ. xxii. decuni. ccxxxix. ditiões: lxix. mazei. lii. ſardiates. In hoc tractu ſũt burnũ: mãdetriũ: tribuliũ. Nobilitata prœliis caſtella petũt ex ĩſulis ſtati: colẽtini: ſepari: epetini. Ab his caſtella pigũtiæ: rataneũ: narona colonia. Terii cõuẽtus a ſalona. lxxii. M. paſſ. appoſita cognominis ſui fluuio a mari. xx. M. p. M. Varro. lxxxix. ciuitates eo uẽditaſſe auctor ẽ. Nũc ꝓpe ſoli noſcũt̃ cerauri decuriis. xxiiii. diuerſi. xvii. deſitiates. ciii. docleates. xxxiii. deretini. xiiii. deremiſtæ. xxx. didari. xxxiii. glĩditiões. xliiii. melcomani. xxiiii. nares. cii. ſcirtari. lxxii. ſiculotæ. xxiiii. Populatoreſq; quõdã italiæ uardei nõ ãplius q̃. xx. decuriis. Præter hos tenuere tractũ eũ œuei: partheni: hemaſi: marſthitæ: armiſthæ A narone ãne. c. M. p. abeſt epidauꝝ colõia. Oppida ciuiũ romanoꝝ rhiziniũ: aſcriuiũ: butuauiũ: olchiniũ: quod ãtea colchinũ dictũ ẽ a colchis cõditũ: ãnis dirino: ſupq; eũ oppidũ ciuiũ romanorũ ſcodra a mari. xviiii. M. p. Prætera multoꝝ græciæ oppidoꝝ deficiens memoria: necnõ & ciuitatũ ualidaꝝ. Eo nãq; tractu fuere labeates: enederudini: ſaſſei: grabei: ꝓprieq; dicti illyrii: & taulãti: & pyrei. Retinet nomẽ i ora nympheũ ꝓmõtoriũ. Lyſſum oppidũ ciuiũ ro. ab epidauro. c. M. paſ.

Macedonia. Ca. XXII.

A Lyſo macedonia ꝓuintia: gẽtes parthini: & a tergo eoꝝ diſſaretæ: Mõtes cãda

uiæ adyrrachio.lxxix.M.paſſuum.In ora uero ciuium Ro..Epidamniũ Colonia pro pter ĩ auſpicatũ nomẽ a Romanis dyrrachiũ appellata. Flumẽ aous a qbuſdã eas no minatũ.Apollonia quondã corinthioꝝ Colonia.iiii.M.paſ. a mari recedẽs.Cuius in finibus celebre nympheũ accolũt barbari amãtes & belliones.At ĩ ora oppidũ oricũ a colchis cõditũ.Inde initiũ epiri.Mõtes acroceraunI:qbus hũc europæ determinaui mus ſinũ.Oricũ a ſalẽtino italiæ ꝓmontorio diſtat.lxxxv.Mil.paſ.a tergo carnoꝝ & iapidũ qua ſe offert magnus iſter.

Norici. Ca. XXIII.

[H]Etis iungunt̃ norici:Oppida eoꝝ uirunũ:celea:taurnia:aguntũ:uiuana: monia:claudia:fluuiũ ſoluẽſe.Noricis iungunt̃ lacus peiſo: deſerta boioꝝ. Iam tñ Colonia Diui Claudii ſabaria:& oppida carãbaria iulia.

Pannonia. Ca. XXIIII.

HAbitant̃ ĩde glãdifera pãnoniæ:qua miteſcẽtia alpiũ iuga ꝑ mediũ illyricũ a ſeptẽtrione ad meridiem uerſa molli in dextra ac leua deuexitate cõſidunt.

Dalmatia. Ca. XXV.

QVæ pars ad mare hadriaticum ſpectat appellat̃ Dalmatia & illyricũ ſupradi ctum.Ad ſeptẽtriones pãnonia uergit:finit̃ ĩde danubio. In ea Coloniæ mo na:ſciſcia.Amnes clari & nauigabiles ĩ dãnubiũ fluũt dranus & noricis uio lentior.Sauus ex alpibus carnicis placidior.cxv.M.p.interuallo . Drauus ꝑ ſerretes: ſerapillos:iaſos:ſandrizetes.Sauus ꝑ colapia nos breucoſq;.Populoꝝ hæc capita. Præ terea ariuates:aſali:amãtes:belgites:carthari: cornacates:erauiſci: hercuniates:latoui ci:oſeriates:uarciani:monſclaudius:cuius ĩ frõte ſcordiſci.In tergo tauriſci.Inſula in ſauo metubarris amnicaꝝ maxima.Præterea amnes memorãdi colapis ĩ ſauũ influ uens iuxta ſiſciam gemino alueo inſulam ibi efficiens:quæ ſegeſtica appllatur.Alter amnis bacuntius ĩ ſaum ſirmio oppido influit:ubi ciuitas ſirmiẽſiũ & amãtinoꝝ.In de.xlv.M.paſſuũ taurunũ ubi danubio miſcet̃ ſaus . Supra influũt ualdanus urpa nus:& ipſi nõ ignobiles.

Meſia. Ca. XXVI.

delphini exaudiũt deſideria aquilonũ flatu uocẽ pſequente: auſtro uero tardius ex ad-
uerſo referente. Sed tunc quoq; ĩprouiſo ĩ auxiliũ aduolãt. Propere apparet acies: quæ
ptinus diſponit in loco: ubi cõiecta eſt pugna. Opponũt ſeſe ab alto: trepidoſq; ĩ uada
urgent. Tunc piſcatores circundant retia: furciſq; ſubleuant. At mugilum nihilomi-
nus uelocitas tranſilit. At illo excipiunt delphini: & occidiſſe ad præſenſ cõtenti. cibos
in uictoriam differunt. Operæ prœlium feruet: includiq; retibus ſe fortiſſime urgentes
gaudent. Ac ne id ipſum fugam hoſtium ſtimulet inter nauigia & retia natanteſue
homines ita ſenſim elabuntur: ut exitus non appareat. Saltu quod eſt alias blandiſſi-
mum his nullus conatur euadere. ni ſumitantur ſibi retia. Egreſſi protinus ante ual-
lum prœliantur. Ita peracta captura quos interemere diripiunt. Sed enixioris operæq
in unius diei præmium ut conſcii ſibi operiuntur in poſterum: nec piſcibus tantum:
ſed interiectum panis ac uino ſatiantur. Quæ de eodem genere piſcandi in latio ſinu
conſul Mutianus tradit: hoc differunt: quod ultro neque inclamati præſto ſint: parteſ
que e manibus accipiant. & ſuum quemque cubantes cum delphinis ſotium habeant
quamuis noctu & ad faces. Ipſis quoque inter ſe eſt publica ſocietas: Capto a rege cariæ
alligatoque in portu delphino ingens reliquorum conuenit multitudo mœſtitia qua-
dam quæ poſſet intelligi miſerationem petens: donec dimitti rex eum iuſſit. Quin &
paruos ſemper aliquis grandior comitatur ut cuſtos. Conſpectique ſunt iam defun-
ctum portantes: ne laceretur a belluis.

De Torſionibus aquatilibus. Ca. IX.

Delphinoꝝ ſimilitudinẽ habẽt q uocant torſiões. Diſtãt & triſtitia qdẽ aſpectꝰ
Abeſt. n. illa laſciuia maxime. tñ roſtris canicularũ maleficentia aſſimulati.

De teſtitudinibus quomodo capiantur. Ca. X.

T Eſtudines tantæ magnitudinis indicum mare emittit ut ſingulaꝝ ſuperſicies habitabiles cauſas integant. Atq; iter inſulas rubri præcipue maris his nauigent cymbis. Capiunť multis qdem modis: ſed maxie euectæ in ſũma pelagi aut meridiano tempore blandito eminente toto dorſo p tranquilla fluitantes. Quæ uoluptas libere ſpirandi in tantũ fallit oblitas ſui: ut ſolis uapore ſiccato cortice non queant mergi: inuitæq; fluitent opportunæ uenãtũ prædæ. Ferunt & paſtũ egreſſas noctu: auideq; ſaturatas laxari. Atq; ut remearint matutino ſũma in aqua obdormiſcere: id p diſtertentiũ ſonitu. Tuncq; leuiter capti. Annatare eni ſingulis ternos: a duobus in dorſum uerti: a tertio laqueũ iniici ſupinæ. atq; ita ad terrá a pluribus trahi. in phoenicio mari haud ulla difficultate capiuntur: ultroq; ueniunt tempore ſtatuto anni inamnem eleutheꝝ effuſa ſimilitudine. Dentes nõ ſunt teſtudini: ſed roſtri margies acuti ſperna parte inferiorẽ claudente pixidiũ mõ. In mari uiuũt conchyliis tanta oris duritia: ut lapides cõminuãt. In terrá egreſſæ i hærbis pariũt oua auiũ ouis ſimilia ad cẽtena numero: Eaq; defoſſa extra aquas & coopta terra ac pauita pectore & cõplanata incubãt noctibus: educãt fœtus annuo ſpatio. Quidá oculis ſpectãdo quoq; otia foueri ab iis putant. Fœmina coitum fugere: donec mas feſtucam aliquá imponat aduerſæ. Troglodytæ cornigeras habent: ut in lyra annexis cornibus latis: ſed mobilibus: quorũ in natãdo remigio ſe adiuuãt. Celrinum genus, id uocatur eximiæ teſtudinis: ſed raræ. Nãq; quaſi ſcopuli præacuti chelonophagos terrent. Troglodytæ autem ad quos adnatant ut ſacras adorant. Sunt & terreſtres: quæ ob id in operibus cherſinæ uocantur in africæ deſertis: qua parte maxime ſitientibus harenis ſqualent roſcido (ut creditur) humore uiuentes. Neq; ibi aliud animal peruenit.

Quis primus teſtudines ſecare inſtituit. Ca. XI.

T Eſtudinum putamina ſecare in laminas: lectoſq; & repoſitoria his ueſtire Corbilius Pollio inſtituit prodigi & ſagacis ad luxuriæ inſtrumenta ingenii.

Tegmenta aquatilium. Ca. XII.

A Quatiliũ tegmẽta plura ſunt. Alia corio & pilis teguntť ut uituli: hippopotami. Alia corio tãtũ ut delphini. Cortice ut teſtitudines. Silicũ duricia ut oſtreæ & cõchæ. Cruſtis ut locuſtæ. Cruſtis & ſpinis ut echini. Squamis ut piſcis. Aſpa cute ut ſquatina: q̃ lignũ & ebora poliunť. Molli ut murenæ. Alia nulla ut polypus

De uitulo marino. Ca. XIII.

Q Væ pilo ueſtiunť animal pariunt ut priſtis: balena: uitulus. Hic parit in terra pecudũ more. Secũdo partus reddit initu. Canũ mõ cohæret: & parit nunq̃ geminis plures. Educat mãmis fœtũ. Nõ ante. xii. diẽ deducit i mare: ex eo ſubin de aſſuefaciẽs. Interficiunť difficulter niſi capite eliſo. Ipſis in ſõno mugitus. Vnde nomen uituli accipiũt. Tenẽt diſciplinã: uoce pariter & uiſu populũ ſalutãt. Condito fremitu noĩe uocati reſpondẽt. Nullũ animal grauiore ſõno præmiť. Pinnis qbus in mari utunť humi quoq; uice pedũ ſerpũt. Pelles eoꝝ etiã detractas corpori ſenſum æquorũ retinere tradunt: ſemperq; æſtu maris recedente inhoreſcere. Præterea dextræ pẽnæ uiſopotiferam ineſſe ſõnoſq; allicere ſubditam capiti.

De piſcibus pilo carentibus: & quomõ pariant: & quot eoꝝ genera. Ca. XIIII.

P Ilo carentium duo omnino animal pariunt: delphinus ac uipera. Piſcium ſpecies ſunt. lxxiiii. præter cruſtis itecta quæ ſunt. xxx. De ſingulis alias dicemus Nunc enim naturæ tractantur inſignium.

De nominibus & naturis multoꝝ. Ca. XV.

P Ræcipua magnitudine tynni. Inuenimus talẽta. xv. pependiſſe. Eiuſdẽ caudæ latitudinẽ duo cubita & palmũ. Sunt & i qbuſdã amnibus haud minores. Sylurus i nilo: eſos i rheno: attilius i pado inertia pigueſcens ad mille aliquando

libras cathenato captus hamo:nec niſi bonũ iugis extractus. Atqui hunc mimus ap-
pellatus clupea uenã quandam eius in faucibus mira cupidine appetẽs morſu exani-
mat. Sylurus graſſatus ubicunq; eſt omẽ animal appetẽs: equos innatantes ſæpe de-
mergens: præcipue in meno germaniæ amne ꝓpter liſbou͂. Et in danubio mari extra-
hitur porculo marino ſimilimus. Et in boriſthene memoratur præcipua magnitudo
nullis oſſibus ſpinis ue interſitis: carne prædulci. In gange indiæ plataniſtas uocant ro-
ſtro delphini & cauda: magnitudine aũt xv. cubitorũ. In eodẽ eſſe Statiꝰ Seboſus haud
modico miraculo affert uermes branchiis binis lx. cubitorũ ceruleos: qui nomẽ a facie
traxerunt. His tantas eſſe uires, ut el ephantos ad potum uenientes mordicus cõprehẽ-
ſa manu eorum abſtrahãt. Tynni mares ſub uentre nõ habent pinnam. Intrãt magno
mari pontũ uerno tempore gregatim: nec alibi fœtificant. Cordilla appellat̃ partus qui
fœtas redeuntes in mare autũno comitatur. Limoſæ uero a luto pelamedes incipiunt
uocari: & cum annuũ exceſſere tempus tynni. Hi mẽbratim cæſi ceruice & abdomiũ
cõmendat̃: atq; edulio recenti dũtaxat: & tũ quoq; graui ructu: cætera pte plenis pul-
pamẽtis ſale aſſeruant̃. Melãdria uocat̃ cæſis quernis aſſulis ſimillima. Viliſſima ex his
quæ caudæ ꝓxima qa pingui carẽt: ꝓbatiſſima ea quæ faucibus. At in alio piſce circa
caudam exercitatiſſima. Pelamides in alica coctæ pticulatimq; cõſectæ in genera cibo-
rũ diſpariunt̃: Piſcium genus oẽ ꝓræcipua celeritate adoleſcit: maxime in ponto. Cau-
ſa multitudo amniũ dulces inferentiũ aquas: amiã uocãt: cuius incremẽtum ſingulis
diebus intelligit̃. Cũ tynnis hæc & pelamides in pontũ ad dulciora pabula ĩtrant gre-
gatim cũ ſuis quæq; ducibus: & primi omniũ ſcõbri. Quibus & in aquis ſulphureus
color: extra q cæteris. Hiſpaniæ cætarias hi replent tynnis nõ cõmeãtibus. Sed in pon-
tum nulla ĩtrat beſtia piſcibus maleficia: præter uitulos & paruos delphios. Tynni dex-
tera ripa intrãt: exeũt leua. Id accidere exhiſtimat quia dextro oculo plus cernũt utroq;
hebete natura. Eſt in euripo thracii boſphori: quo ꝓpõtis euxino iungitur: in ipſis eu-
ropã aſiamq; ſepantis freti anguſtiis ſaxum miri candoris a uado ad ſũma ꝑlucẽs iuxta
calcedonẽ ĩ latere aſiæ. Huius aſpectu repẽte territi ſemper aduerſus bizãtii ꝓmõtoriũ
ex ea cã appellatũ auricornu præcipiti petũt agmine. Itaq; omnis captura bizãtii ẽ ma-
gna calcedonis penuria. M. P. medie interfluẽtis euripi. Opperiunt̃ aũt aqlonis flatum
ut ſecundo fletu exeant ex põto: nec niſi ĩtrantes pontũ bizãti capiunt. Bruma nõ ua-
gant̃. Vbicũq; ꝺpræhenſi uſq; ad eqnoctiũ ibi hybernãt. Idẽ ſæpe nauigia uelis euntia
cõmitãtes mira quadã dulcedine ꝑ aliquot horaꝝ ſpatia & paſſuũ milia a gubernacu-
lis nõ ſepantur: ne tridẽte quidẽ ĩ eos ſæpius iacto territi. Quidã eos q hoc e tynnis fa-
ciãt põpilos uocant. Multi in ꝓpõtide æſtuãt: pontum nõ intrant. Item ſoleæ: cũ rom-
bi intrent. Nec ſæpia eſt cum loligo reperiantur. Saxatilium turdus & merula deſunt:
ſicut conchylia: cum oſtreæ abundent. Omnia autẽ hybernant in ægeo. Intrantium
pontũ ſoli nõ remeant trichiæ. Græcis. n. in pleriſq; nominibus uti par erit: quando
aliis atq; aliis eoſdem diuerſi appellauere tractus. Sed hi ſoli hiſtrũ amnem ſubeunt ex
eo ſubterraneis eius uenis in adriaticum mare defiuunt. Itaq; & illic deſcendentes nec
unq̃ ſubeuntes e mari uiſuntur. Tynnorum captura eſt a uergiliarum exortu ad ar-
cturi occaſum. Reliquo tempore hyberno latent ĩ gurgitibus imis: niſi tempore aliquo
euocatí: aut plenilunis. Pingueſcunt & in tantum ut dehiſcant. Vita longiſſima his
biennio. Animal eſt paruum: ſcorpionis effigie: aranei magnitudine. Hoc ſe & tynno
& ei q gladius uocatur: crebro delphini magnitudinem excedẽti ſub pinna affigit acu-
leo: tantoq; ĩfeſtat dolore: ut naues ſepenumero exiliãt. Quod & alias faciũt alioꝝ uim
timẽtes mugiles maxíe tam præcipue uelocitatis: ut trãſuerſa nauigia ĩterii ſuperiactẽt.

De auguriis & diuerſitate piſcium. Ca. XVI.

SVnt & piſcibus præſcita in hac parte auguria. Siculo bello ambulãte in littore
Augnſto piſcis e mare ad pedes eius exiliit Quo argumento uates reſpondere

Neptūnum patrem adoptāntẽ eum ſibi Sexto Pōpeio repudiato. Tanta erat naualis rei gloria: ſub pedibus Cæſaris futuros q maria tempore illo tenerent. Piſciũ fœminæ maiores q̃ mares. In quodã genere omnino nõ ſunt mares: ſicut in erythinis & chremibus Oẽs enim ouis grauidæ capiunť. Vagantur gregatim fere cuiuſq; generis ſquamoſi. Capiunť ante ſolis ortum. Tũ maxime piſcium fallitť uiſus. Noctibus qdem illuſtribus aquæ q̃ die cernũt. Aiunt & ſi iteretur gurges intereſſe capturæ. Itaq; plures ſecũdo tractu trahi q̃ primo: guſtu olei maxime. Dein modicis imbribus gaudent alũturq;. Quippe & harũdines q̃uis ĩ palude prognatæ: nõ tamẽ ſine imbre adoleſcũt. Et alias ubicũq; piſces in eadẽ aqua aſſidui ſi nõ affluat exanimãtur. Prægelidã hyemem oẽs ſentiũt: ſed maxime q lapidem habere in capite exiſtimanť ut lupi: coracini: ſciena: pagri. Cũ aſpæ hyemes fuere: multi cæci capiunť. Itaq; his mẽſibus iacent in ſpeluncis cõditi: ſicut in terreſtriũ genere rettulimus. Maxime hipurus & coracinus hyeme non capi: præter q̃ æſtatis diebus paucis & iiſdẽ ſemper. Itẽ murena & orphus: cõger: percæ: & ſaxatiles oẽs Terra qdem hoc eſt uado maris excauato cõdi ꝑ hyemes torpedinem piſtam ſoleãq; tradunt. Quidã rurſus æſtus impatiẽtia mediis feruoribus ſexagenis diebꝰ latẽt ut glaucus: aſelli auratæ. Fluuiatiliũ ſylurus caniculæ ex ortu ſyderatť: & alias fulgore ſopitur Hoc & ĩ mari accidere cyprio putãt: & alioqn totũ mare ſẽtit exortũ eius ſyderis. Quod maxime ĩ boſphoro apparet. Algæ enĩ & piſces ſupferunť: ab imo uerſa omnia.

¶ De mugili & aliis piſcibus: & q̃ nõ iidẽ ubiq; placeãt. Ca. XVII

Mugilum natura ridetur: in metu capite abſcõdito totos ſe occultari credentiũ. Iiſdem tamẽ tãta facilitas: ut ĩ phœnice & narbonẽſi ꝓuintia coitus tẽpore uiuariis marẽ linea lõginqua ꝑ os ad brãchias religata emiſſum ĩ mare: eadẽq; linea retractũ fœminæ ſequãtur ad littus: rurſuſq; fœminã mares ꝑtus tẽpore. Apud antiquos piſciũ nobiliſſimus habitus accipẽſer: unus oĩum ſquamis ad os uerſis cõtra aq̃nãdo meat: nullo nunc ĩ honore ẽ. Quod qdem miror: cũ ſit rarus inuẽtu. Quidã eũ elopẽ uocant. Poſtea p̃cipuam auctoritatẽ fu iſſe lupo & aſellis Cornelius Nepos & Laberius poeta minoꝝ tradidere. Lupoꝝ laudatiſſimi q appellanť lanati a candore molliciaq; carnis. Aſſelloꝝ duo duo genera collyri minores & rhachi: q nõ niſi ĩ alto capiũť. Ideoq; p̃lati prioribus. At ĩ lupis in amne capti p̃feruntť. Nunc ſacro datur principatus qui ſolus piſciũ dicitť ruminare: hærbiſq; ueſci: nõ aliis piſcibus: mari carpachio maxĩe frequẽs. Promõtorium troadis lectum ſpõte nunq̃ tranſit. Inde aduectos Tiberio Claudio principe Optatus Elipertius præfectus claſſis inter hoſtienſem & campaniæ horã ſparſos diſſeminauit. Quinquẽnio fere cura ẽ adhibita: ut capti redderentur mari. Poſtea frequẽtes ĩueniunť italiæ littore nõ ante ibi capti. Admouitq; ſibi gula ſapores piſcibus ſatis: & nouũ incolã mari dedit: ne qs peregrinas aues romæ parere miretť. Proxima eſt his mẽſa generis dũtaxat muſtellaꝝ: quas mirũ dictu inter alpes lacuſq; retiæ bigrantinus æmulãs marinis generat. Ex reliqua nobilitate & gratia maxima eſt & copia mullis: ſicut magnitudo modica: binaſq; libras põderis raro admodũ exuperãnt: nec in uiuariis piſciniſq; creſcũt. Septẽtrionalis tantũ hos & ꝓxima occidentis ꝑte gignit oceanus. Cætera eoꝝ genera plura. Nã & alga ueſcunť & oſtreis & limo & alioꝝ piſciũ carne: & barba gemina inſigniunť inferiori labro. Alutariũ ex his uiliſſimi generis appellant. Hũc ſemp comitatť ſargus noĩe alius piſcis & cœnũ fodiẽte eo excitatũ deuorat pabulũ: nec littoralibus gratia. Laudatiſſimi cõchyliũ ſapiunt. Nomen his feneſtella a colore mulleoꝝ calciamẽtoꝝ datũ putat. Pariũt ter anno. His certe totiẽs fœtura apparet Mullũ expirantẽ uerſicolori quadã & numeroſa uarietate ſpectari ꝓceres gulæ narrãt rubentium ſquamarũ multiplici mutatione palleſcentẽ: utiq; ſi utro ſpectetur incluſus. M. Apitius ad omnẽ luxũ ĩgenium maius in ſotiorũ garo (nam ea quoq; res cognomen ĩuenit) necari eos præcellens putauit: atq; e iecore eoꝝ alecem excogitare prouocauit. Id enim eſt facilius dixiſſe: q̃ quis uicerit. Aſinius celer conſularibus hoc piſce ꝑ

digus Claudio principe unum mercatus octo milibus nũmũ. Nullus æque reputatiõe
aufert tráſuerſiũ animũ ad cõtamplationẽ eoꝝ: qui in cõquæſtione luxus cocos emi
ſingulos pluris q̃ equos querebant̃. Adhuc coci triumphorũ preciis parant̃: & equorũ
piſces. Nulluſq; prope iam mortalis æſtimat̃ pluris: q̃ q pitiſſime cenſũ domini mergit

¶ De nullo: ſalpa: & ſalmone. Ca. XVIII.

NVllũ lxxx. librarũ ĩ mari rubro captũ Licinius Mutianus ꝓdidit. Quãta merca
tura cũ luxuria ſuburbanis littoribus ĩuentũ eſt. Et hæc natura ut alii alibi pi
ſces prĩcipatũ optineant. Coracinus in ægypto. Zeus idẽ faber appellat̃ gadibus. Circa
ebuſũ ſalpa. Obſenus alibi: & qui nuſq̃ ꝑcoqui poſſit niſi ferula uerberatus. In aqtania
ſaluuo fluuiatilis marinis oĩbus præfert̃. Piſciũ alii bráchias multiplices habẽt. alii ſim
plíces alii duplices. His aquá acceptá ore remittũt. Senectutis indiciũ ſquamaꝝ duritia
quæ ñ ſũt oĩbus ſimiles. Duo lacus italiæ ĩ radicibus alpiũ larius & uerbãus appellant̃
ĩn quibus piſces oĩbus annis uergiliarũ ortu exiſtunt ſquamis conſpicui crebris atq;
præacutis clauorũ caligariũ effigie: nec amplius q̃ circa eum menſem uiſuntur.

¶ De exocœto. Ca. XIX.

MIratur arcadia ſuũ exocœtũ appellatũ ab eo q̄d in ſiccũ ſoni cauſa exeat. Cir
ca clitoriũ uocalis hic tardit̃ & ſine bráchiis. Idẽ aliquibus andonis dictus. Ex
eunt in terrá & qui marini mures uocant̃: & polypi: & murenæ. Quin & in indiæ flu
minibus certũ genus piſciũ: ac de inde reſilit. Nam ſtagna & amnes tráſeunt: pleriſq; &
euidens ratio eſt: ut tuto fœtus edant: qa nõ ſint ibi q deuorent fœtus: fluctuſq; minus
ſæuiant: Has intelligi ab his cauſas ſeruariq; temporum uices magis miretur: ſi quis
reputet quoto cuiq; hominũ noſci uberrimá eſſe capturá ſole tráſeunte piſciũ ſignum

¶ Digeſtio piſcium in figura corpoꝝ. Ca. XX.

MArinorũ alii ſũt plani ut rũbi ſoleæ ac paſceres: qui a rũbis ſitu tantũ corpoꝝ
differunt. Deſter reſupinatus eſt illis. paſceri leuus. Alii longi ut munera: con
ger. Iõ pennarũ quoq; fiunt diſcrimina: quæ pedõ uice datæ ſunt piſcibus.
Nullis ſuper qnas. Quibuſdá binæ: quibuſdá trinæ: aliqbuſ nullæ. In fucino tantum
lacu piſcis eſt: qui octonis pennis natat. binæ oĩo longis: ut lonbricis & anguillis & con
gris. Nullæ ut murẽis: qbus nec bráchiæ: Hec oĩa flexuoſo corpoꝝ ĩpulſu ita mari utũ
tur: ut ſerpentes terræ in ſicco quoq; repuunt. Ideo ẽt uiuaciora talia. Et e planis aliqua
nõ habent pennas: ut paſtinacæ. Ipſa. n. latitudine natant. Et quæ mollia appellant̃ ut
polypi q̃m pedes uicẽ pennaꝝ præſtant

¶ De anguillis. Ca. XXI.

ANgullæ octonis uiuũt annis. Durant & ſine aqua ſenis diebus aquilone ſpirá
te. auſtro paucioribus At hyemen eædẽ in axigua aqua nõ tolerát: nec in tur
bida. Ideoq; circa uergilias maxime capiunt̃: fluminibus tũ præcipue turbidis
Paſcunt̃ noctibus exanimes piſcium ſole non fluitant.

¶ De lacu benacu. Ca. XXII.

LAcus eſt italæ benacus in ueronẽſi agro minciũ amnẽ tranſmittẽs: ad cuius e
merſus annuo tẽpore octobrí fere mẽſe autũnali ſydere ut palá ẽ hymato lacu
fluctibus glomeratæ uoluuntur ĩ tantũ mirabili multitudine: ut ĩ excipulis eius flumi
nis ob hoc ipſũ fabricatis ſiguloꝝ miliũ globi reperiát̃.

¶ De murena Ca. XXIII.

MVrena quocũq; tẽpore parit: cum cæteri piſces ſtato pariant. Oua eius citiſſi
me creſcũt ĩ ſicco littore: elapſas uulgus coitu ſerpẽtiũ impleri putat. Ariſto
teles myrinũ uocat marẽ q generat. Diſcrimẽ eſſe ꝙ murena uaria & ĩfirma ſit
myrinus unicolor & robuſtus: denteſq; extra os habeat. In gallia ſeptẽtrionali murenis
omibus dextera in maxilla ſeptenæ maculæ ad formá ſeptẽtrionis aureo colore fulgẽt
dũtaxat uiuẽtibus: pariterq; cũ anima extinguntur. Inuenit in hoc animali documen
ta ſæuitiæ Vedius Pollo eques Romanus ex amicis Diui Auguſti uiuariis earum
ĩmergens dánata mancipia: nõ tanq̃ ad hoc feris terraꝝ nõ ſufficientibus: ſed quia in

alio genere totum pariter hominem diſtrahi ſpectare non poterat. Ferunt aceti guſtu
præcipue eas in rabiem agi. Tenuiſſimũ his tergus. Contra anguillis craſſius: ecq; uer-
berari ſolitos tradit Verius prætextatos. Et ob id mulctã his dicit nõ inſtitutã.

¶ De planis piſcibus. Ca. XXIIII.

PLanorum piſciũ alterum eſt genus: quod ꝓ ſpina carthilaginem habet: ut ra
pæ: paſtinacæ: ſquatinæ: torpedo: & quos bouis lamiæ aquilæ ranæ nomibus
græcia appellat. Quo numero ſunt ſquali quoq; q̃uis nõ plani. Hæc græce ĩ
uniuerſum ſelache appellauit Ariſtoteles primus. Hoc nomine eis ĩpoſito nos diſtĩgue-
re nõ poſſumus: ni carthilaginata appellare libeat. Oĩa autem carnoſiora ſunt talia: &
ſupina ueſcunt̃: ut in delphinis diximus. Et cũ cæteri piſces oua pariant: hoc genus ſo
lum ut ea quæ cete appellant animal parit excepta quam ranam uocant.

¶ De echeneide. Ca. XXV.

ESt paruus admodũ piſcis aſſuetus petris echeneis appellatus. Hoc carinis ad-
hærente naues tardius ire credũt̃. Inde noĩe impoſito. Quã ob cãm amatoriis
quoq; ueneficiis ĩfamis ẽ: & iudiciorꝫ ac litium mora. Quæ crimina una lau
de penſat. Fluxus grauidarꝫ utero ſiſtens: partuſq; cõtinẽs ad puerperiũ. Tamẽ ĩ cibos
nõ admittit̃. Pedes eũ habere arbitrat̃ Ariſtoteles: ita poſita pẽnarꝫ ſimilitudine. Mutia-
nus muricem eſſe latiorẽ purpura: neq; aſpero: neq; rotundo ore: neq; in angulos pro-
deunte roſtro: ſed ſimplice cõcha utroq; latere ſeſe colligẽte. Quibus inhærẽtibus ple-
nâ uentis ſtetiſſe nauem portantẽ nuntios a Periandro ut caſtrarent̃ nobiles pueri: cõ
chaſq; quæ id præſtiterunt apud gnidiorꝫ Venerẽ coli. Trebius niger pedalem eſſe: &
craſſitudine qnq; digytorũ: naues morari. Præterea hanc eſſe uim eius aſſeruati in ſale
ut aurꝫ quod deciderit in altiſſimos puteos admotus extrahat.

¶ De uarietate naturæ piſcium. Ca. XXVI.

MVtant piſces colorẽ. Candidæ hyeme menæ: & fiunt̃ æſtate nigriores. Mutat
& phycis reliquo tẽpore cãdida: uere uaria. Eadẽ piſciũ ſola nidificat ex alga: at
q; in nido parit. Volat hirundo ſane perq̃ ſimilis uolucri hirundini.

¶ De miluo piſce & dracone marino. Ca. XXVII.

ITẽ miluus ſubit ĩ ſũma maria piſcis ex argumẽto appellatus lucerna: lingua
q; ignea ꝑ os exerta tranqllis noctibus relucet. Attollit cornuta e mari ſexqpe
dalia fere cornua: quæ ab his nomẽ traxit Rurſus draco marinus captus atq;
ĩmiſſus ĩ harenã cauernam ſibi roſtro mira celeritate excauat.

¶ De piſcibus ſanguine carentibus. Ca. XXVIII.

PIſciũ quidã ſanguine carent. de qbus dicemus. Sũt autẽ tria genera. In primis
quæ mollia appellãt̃. Deinde cõtecta cruſtis tenuibus. Poſtremo teſtis cõclu
ſa duris. Molia ſunt loligo ſæpia polypus & cætera eius generis. His caput ĩter
pedes & in uẽtre Pediculi octoni oĩbus. Sæpie & loligini pedes duo. Ex his lõgiſſimi &
aſperi qbus ad ora admouẽt cibos: & ĩ fluctibus ſe uelut anchoris ſtabiliũt: cæteri cirri
cũ qbus uenãt̃.

¶ De loligine & ſæpiis & polypis & naupliis. Ca. XXIX.

LOligo etiã uolitat extra aquã ſe efferens: quod & pectũculi faciunt ſagittæ mõ
Sæpiarꝫ generis mares uarii & nigriores: cõſtantiæq; maioris. Percuſſæ tridẽte
fœminæ auxillant̃. At fœmina icto mare fugit. Ambo autẽ ubi ſenſere ſe ap-
prehendi: effuſo atramento quod ꝓ ſanguine his eſt infuſcata aqua abſcondunt̃. Poly
porꝫ multa genera. Terreni maiores q̃ pelagici: & omnes brãchiis ut pedibus ac mani-
bus utũt̃. Cauda uero quæ ẽ biſulca & acuta ĩ coitu. Eſt polypis fiſtula ĩ dorſo: qua trãſ
mittunt mare. eamq; modo in dexteram ꝑtem modo in ſiniſtram tranſſerunt. Natant
obliq in caput: quod prædurꝫ eſt ſuffocatione uiuentibus. Cæterꝫ per brachia uelut ac
ceptabulis diſparſis eo hauſto quodãmõ cui adhæreſcũt tenẽt ſupini: ut auelli nõ que-
ant. Vada nõ apꝓhendũt: & grãdibus minor tenacitas. Soli molliũ ĩ ſiccũ exeũt dũtaxat

aſperũ. Leuitatẽ odere. Veſcunt̃ cõchyliorũ carne: quoꝝ cõchas cõplexu criminũ fran
gunt. Itaq; præiacentibus teſtis cubile eorũ depræhendit̃. Et cũ alioquin brutũ habeat̃
animal: ut quod ad manũ hominis adnatat in re quodãmõ familiari callet. Omnia in
domũ comportat: de ĩ putamina roſa carne egerit: annatanteſq; piſciculos ad ea uenat̃.
Colorẽ mutat ad ſimilitudinẽ loci: & maxime in metu. Ipſũ brahia ſua rodere falſa opi
nio eſt. Id. n. a cõgris euenit ei. Sed renaſci ſicut colchotis & lacertis cauda haud falſũ:
Inter præcipua aũt miracula ẽ qui uocat̃ nauplios: ab aliis põpilos. Supinus in ſũma
æquoꝝ puenit. ita ſe paulatim ſubrigens: ut emiſſa omĩ per fiſtulã aqua uelut exone
ratus ſentia facile nauiget. Poſtea duo prima brachia retorquẽs mẽbranã ĩter illa miræ
tenuitatis extẽdit. Qua uelificãte ĩ auras cæteris ſubremigãs brachiis media cauda ut
gubernaculo dirigit. Ita uadit alto liburnicarũ gaudẽs imagine: Si quid pauoris inter
ueniat hauſta ſe mergens aqua.

De onigena locuſtis & cancris cocleis & conchis. Ca. XXX.

POlypoꝝ generis onigena dicta graui capitis odore. Ob hoc maxime murenis eã
cõſectãtibus. Polypibinis menſibus cõdunt̃. Vltra bimatũ nõ uiuũt. Pereũt. aũt
tabe ſemp. Fœminæ celerius & fere a partu. Nõ ſũt prætereũda & L. Luculo procõs be
tiæ cõperta de polypis quæ Trebius Niger e comitibus eius prodidit. Auidiſſimos eſſe
cõchaꝝ. Illas ad tactũ cõprimi præcidentes brachia eoꝝ: ultroq; eſcam ex prædante ca
pere. Carent cõchæ uiſu omniq; ſenſu alio q̃ cibi & periculi. Inſidiantur ergo polypi
apertis. Impoſitoq; lapillo extra corpus ne palpitatu eiiciatur: ita ſecuri graſſant̃: extra
huntq; carnes. Illæ ſe cõtrahunt: ſed fruſtra diſcuneatæ. Tanta ſolertia animaliũ hebe
tiſſimus quoq; eſt. Præterea negat ullũ eſſe atrocius aĩal ad cõſitẽdum hominẽ ĩ aqua
Luctatur. n. cõplexu: & ſorbet acceptabulis. ac numeroſo ſuctu detrahit eum. In nau
fragos urinantis ue impetũ capit. Sed ſi inuertat̃: elangueſcit uis. Exporrigunt enĩ ſe
reſupinati. Mire omnibus marinis expectẽtibus odorẽ quoq; eorũ. Qua de cã & naſſis
illinunt̃. Cætera quæ idem retulit mõſtra propiora poſſũt uideri. Carteiæ ĩ cetariis aſ
ſuetus quidã polypus exire e mari in lacus eorũ apertos: atq; ibi ſalſamẽta populari. Cõ
uertit in ſe cuſtodũ indignationẽ aſſiduitate furti ĩmodici. Sæpes erãt his oblectæ. Sed
hac trãſcẽdebat ꝑ arborẽ: nec deprehendi potuit niſi canũ ſagacitate. Hi redeuntẽ cir
cũuaſere noctu cõcitiq; cuſtodes expauere nouitatẽ. Primũ omniũ magnitudo ĩaudi
ta erat. Deinde color muria obliti opore diri. Quis ibi polypũ expectaſet: aut ita cogno
ſceret. Cũ mõſtro dimicare ſibi uidebat̃. Nãq; & fflatu terribili canes agebat: nũc extrẽis
crinibus flagelatos: nũc robuſtioribus brãchiis clauaꝝ mõ ĩcuſſos: ægreq; multis tridẽ
tibus cõfici potuit. Oſtẽdere Lucullo caput eius dolli magnitudĩe ãphoraꝝ xv. capax
atq; (ut ipſius Trebii uerbis utar) brãchias quas uix utroq; brachio cõpleti eẽt. clauaꝝ
mõ toroſas: lõgas pedũ xxx. acceptabulis ſiue calliculis urnalibus peluiũ mõ. Dẽtes ma
gnitudini reſpõdẽtes. Reliqæ aſſeruatæ miraculo pepẽdere põdo ſeptingẽtoꝝ. Sæpias
quoq; & loligines eiuſdẽ magnitudinis expulſas ĩ littus illud idẽ auctor ẽ. In noſtro ma
ri loligines qnũ cubitoꝝ capiunt̃: ſæpiæ binũ. Neq; his bimatu lõgior uita. Nauigerẽ
ſimilitudinẽ & aliã ĩ ꝓpõtide uiſã ſibi ꝓdidit. Mutianus cõchã eẽ achãti mõ carinatã
ĩflexa puppe prora roſtrata. In hãc cõdi naupliũ animal ſæpiæ ſimile ludẽdi ſocietate
ſola. Duobꝰ hoc fieri generibus. Tranquillo. n. uectorẽ demiſſis palmulis ferre ut remis
Si uero flatus ĩuitẽt: eaſdẽ ĩ uſu gubernaculi porrigi: pãdiq; cõchaꝝ ſinus aura. Huius
uoluptatẽ eẽ ut ferat: illius ut regat. Simulq; eãdẽ deſcẽdere ĩcluſo ſinu: fluctu hauſto
territã uiſu. Id. n. ut cõſtat rumore nauigantiũ humana calamitas in cã eſt. Locuſtæ
cruſta fragili muniuntur in eo genere: qđ caret ſanguine. Latent menſibus quinis. Si
militer cancri qui eodem tẽpore occultantur: & ambo ueris principio ſenectutẽ angui
um more exuunt reuocatiõe tergoꝝ. Cætera in aqs natant. Locuſtæ reptãtiũ mõ flui
tant. Si nullus ĩgrauat metus: recto meatu cornibus q̃ ſũt rotũditatæ ꝓpilata ad latera

porrectis. Iiſdem erectis in pauore obliquæ in latere procedunt. Cornibus inter ſe dimicant. Vnũ hoc animalium niſi uiuum ferventi aqua incoquatur: fluida carne nõ habet callum.

De cancris. Ca. XXXI.

Uiuunt petroſis locis cancri mollibus. Hyeme aprica loca ſectantur. Aeſtate in opaca gurgitum recedũt. Omĩa eius generis hyeme lædũtur: autũno & uere pingueſcunt: & plenilunio magis qa nocte ſydus tepido fulgore mitificat. Cãcroꝝ genera carabi: aſtaci: tacineæ: paguri heracleotici: leones: & alia ignobiliora. Carabi a ceteris cancris cauda diſtãt. In phœnice hippoe uocãtur: tantæ uelocitatis ut cõſequi nõ ſit. Cancris uita longa. Pedes octoni omnibus in obliquũ flexi. Fœminæ primus pes duplex: mari ſimplex. Præterea bina brachia dẽticulatis forcipibus. Superior pars i primoribus his mouetur iferiore imobili. Dextrũ brachiũ omibus maius. Vniuerſi ubi aliquãdo cõgregantur os põti euincere nõ ualẽt. Quãobrẽ egreſſi circũeunt apparetq; tritum iter. Pinoteras uocatur minimus ex omni genere. Ideo oportunus iiuriæ: huic ſolertia eſt inaniũ oſtreaꝝ teſtis ſe cõdere: & cũ accreuerit migrare in capaciores. Cancri i pauore etiã retrorſum pari uelocitate redeunt. Dimicant inter ſe ut arietes diuerſis cornibus incurſantes. Cõtra ſerpentiũ ictus medentur. Sole cancri ſignũ tranſeunte & ipſoꝝ cũ exanimati ſint corpus tranſfigurari in ſcorpiones narrãtur in ſicco. Ex eodẽ genere ſunt echini: quibus ſpinæ ꝑ pedibus. Ingredi ẽ his in orbẽ uolui. Itaq; detritis ſæpe aculeis iueniuntur. Ex his echinometræ appellant quoꝝ ſpinæ longiſſimæ. calices minimi. Nec omnibus idẽ uitreus color. Circa turonẽ cãdidi naſcuntur: ſpina parua. Oua omniũ amara: quina numero. Ora in medio corpore in terrã uerſa. Tradunt ſæuitia maris præſagire eos: correptiſq; operiri lapillis: mobilitatẽq; pondere ſtabiliẽtes nolunt uolutatiõe ſpinas atterere. Quod ubi uidere nautici ſtatim pluribus anchoris nauigia infrenant.

De cocleis. Ca. XXXII.

In eodẽ genere ſũt cocleæ aquatiles terreſtreſq; exerẽtes ſe domicilio binaq; ceu cornua ꝑtendẽtes cõtrahẽteſq;: oculis carẽt: ideoq; corniculis prætẽtãt iter.

De pectinibus. Ca. XXXIII.

Pectines in mari ex eodẽ genere habentur. Recõditi & ipſi i magnis frigoribus ac magnis æſtibus: ungueſq; uelut igne lucentes in tenebris etiã uelut in ore mandentiũ. Firmioris iam teſtæ murices: & cõchaꝝ genera i qbus magna ludẽtis naturæ uarietas: tot coloꝝ differẽtiæ tot figuræ. planis. & cõcauis: lõgis: lunatis: i orbẽ circũactis: dimidio orbæ cæſis: in dorſũ elatis: læuibus: rugatis: denticulatis: ſtriatis: uertice mutricatim itorto margine i mucronẽ emiſſo: foris effuſo: intus replicato: iam diſtinctiõe uirgulata: crinita: criſpa: cuniculatim pectinatim imbricatim undata: cãcellatim reticulata: in obliquũ: i rectũ expãſa: prædẽſata: porrecta: ſinuata: breui nodo ligatis: toto latere cõnexis: ad plauſũ aptis: ad buccinã recuruis. Nauigãt ex his neritæ: præbẽteſq; cõcauã ſibi partẽ. & alterã auræ opponẽtes per ſũma æquoꝝ uelificant: ſaliũt pectines & extra uolutant. ſeq; & ipſi carinant.

De diuitiis marinis. Ca. XXXIIII

Sed qd hæc tã ꝑua cõmemoro? cũ populatio moꝝ atq; luxuria nõ aliũde maior q̃ e cõchaꝝ genere ꝑueniat? Iã qdẽ ex tota reꝝ natura dãnoſiſſimũ uẽtri mare ẽ tot modis: tot mẽſis: tot piſciũ ſaporibus: qbus precia capiẽtiũ piculo fiũt.

Quõ naſcãtur: & ubi: & quõ iueniũtur margaritæ. Ca. XXXV

Sed quota hæc portio eſt reputantibus purpuras? conchilia? margaritas? Parum ſcilicet fuerat in gulas condi maria: niſi manibus: auribus: capite: toto corpore a fœminis iuxta uiriſque geſtarentur. Quid mari cum ueſtibus? Quid nudis fluctibus cum uellere? Non recte recipit hæc nos rerum natura niſi nudos. Eſto: ſi tãta uẽtri cũ eo ſociatas. Quid tergori? Paꝝ ſit niſi qd ueſtimur

periculis etiá ueſtiamur Adeo p totũ corpus animæ hoĩs periculo quæſita maxime pla
cent. Principiũ ergo culmenq; oĩm rex̧ precii margaritæ tenent. Indicus maxime has
mittit oceanus. Inter illas belluas tales tãtaſq; quas diximus p tot maria uenĩetes tá lõ
go terrax̧ tractu: e tãtis ſolis ardoribus: atq; indicis quoq; ĩſulis petunť & admodũ pau
cis. Fertiliſſima ẽ taprobane & torois ut diximus ĩ circuitu mũdi. Itẽ perimula promõ
torũ ĩdiæ. Præcipue aũt laudanť circa arabiá ĩ perſico ſinu maris rubri. Origo aũt atq;
genitura cõchæ ẽ haud multũ oſtreax̧ cõchis differens. Has ubi genitalis anni ſtimu
lauerit hora pandẽtes ſeſe quadá obſcitatiõe ĩpleri roſcido cõceptu tradũt: grauidas po
ſtea eniti: partũq; cõcharũ eẽ margaritas ꝓ qualitate roris accepti. Si purus influxerit
candorẽ cõſpici. Si uero turbidus: & fœtũ ſordeſcere. Eundẽ pallere cælo minãte cõcep
tum. Ex eo qppe cõſtare cæliq; eis maiorẽ ſocietatẽ eẽ q̃ maris: inde nubilũ trahit colo
rẽ: aut ꝓ claritate matutina ſerenũ. Si tẽpeſtiue ſatienť: grãdeſcere & partus. Si fulgeret
cõprimi cõchas: ac ꝓ ieiuni mõ minui. Si uero & tonuerit: pauidas ac repẽte cõpreſſas
quæ uocãt phyſemata efficere ſpeciẽ: uerũ inani ĩflatá ſine corpore. Hos eẽ cõcharum
abortus: Sani qdẽ partus multiplici cõſtant cute: nõ ĩpropriæ callũ ut exiſtimari cor
poris poſſit. Itaq; & purganť a peritis. Miror ipſo tãtũ eas cælo gaudere: ſole rubeſcere:
cãdorẽq; perdere ut corpus humanũ. Quare præcipuũ cuſtodiũt pelago altius merſæ
q̃ ut penetrẽt radii. Flaueſcũt tñ & illæ ſenecta: rugiſq; torpeſcũt: nec niſi ĩ iuuenta cõ
ſtat ille q quærit uigor. Craſſeſcũt etiá ĩ ſenecta: cõchiſq; adhæreſcũt: nec iis auelli que
unt: niſi lima. Quibus una tantũ ẽ facies & ab ea rotuditas: auerſis planicies: ob id tym
pania noianť. Cohærẽtes uidemus ĩ cõchis hac dote unguẽta circũferẽtibus. Cætero
ĩ aqua mollis unio: exẽptus ꝓtinus dureſcit. Cõcha ipſa cũ manũ uidet cõprimit ſeſe
operitq; opes gnara ꝓpter illas ſe peti: manũq; ſi ꝑueniat acie ſua abſcidit: nulla iuſtio
re pœna: & aliis munita ſuppliciis. Quippe ĩter ſcopulos pars maior ĩuenit: ſed ĩ alto
quoq; cõitanť marinis canibus. Nec tñ aures fœminarũ arcenť. Quidá tradunt ſicut
apibus ita cõcharũ examinibus ſingulas magnitudine & uetuſtate ꝑcipuas eẽ ueluti
duces miræ ad cauẽdũ ſolertiæ. Has urinãtiũ cura peti. Illis captis facile cæteras palan
tes retibus ĩcludi. Multo deinde obrutas ſale ĩ uaſis fictilibus eroſa carne oĩ nucleos
quoſdá corpox̧ hoc ẽ uniones decidere ĩ ima. Vſu atteri nõ dubiũ ẽ: colorẽq; ĩdiligẽtia
mutari. Dos omĩs ĩ cãdore: magnitudine: orbe: leuore: põdere: haud ꝓmptis rebus ĩ tan
tum: ut nulli duo reperianť ĩdiſcreti. Vnde nomen unionũ romanæ ſcilicet ĩpoſuere
deliciæ. Ná apud græcos nõ ẽ: nec apud barbaros ĩuentores eius aliud q̃ margaritæ. Et
ĩ cãdore ipſo magna differẽtia. Clarior ĩ rubro mari reptus. Indicus ſpeculariũ lapidũ
ſquamas aſſimilat: alias magnitudine ꝑcellẽs. Sũma laus coloris ẽ exaluminatos uocari
& ꝓcerioribus ſua gratia ẽ. Elencos appellãt faſtigiata lõgitudine: Alabaſtrorũ figura
ĩ pleniore orbe deſinẽtes. Hos digytis ſuſpẽdere: & binos ac ternos auribus. Fœminarũ
gloria ẽ: Subeũt luxuriæ eius nomina & tedia exqſita ꝑditione potatu. Siqdẽ cũ id fece
re crotalia appellãt: ceu ſono quoq; gaudeãt: & colliſu ipſo margaritarũ. Affectãtq; iam
& pauperes lictorẽ foemine in publico unionẽ eſſe dictantes. Quin & pedibus: nec
crepidax̧ tantũ obſtragulis: ſed totis ſocculis addũt. Neq;. n. geſtare iá margaritas: niſi
calcẽt: ac p uniones etiá ambulent ſatis ẽ. In noſtro mari repiri ſolebant. Crebrius circa
boſphox̧ thraciũ: ruffi ac parui ĩ cõchis: quas myas appellãt. At ĩ carnania quæ uocat
pĩna gignit. Quo apparet nõ uno cõchæ genere naſci. Ná & Iuba tradit arabicis con
chá eẽ ſimilẽ pectini ĩſecto: hirſutá echinox̧ mõ. Ipſũ unionẽ ĩ carne ipſá eẽ grãdini ſi
milem. Conhæ non tales ad nos afferuntur. Nec in acarnania ante laudati reperiunť:
e normes & feri: coloriſq; marmorei. Meliores circa actum: ſed & ii parui. Et in mauri
taniæ maritimis. Alaxander Polyhiſtor & Sudines ſeneſceres eos putant: coloremque
expirare. Eorum corpus ſolidum eſſe manifeſtum eſt: quod nullo lapſu franguntur.
Nõ aũt ſemp ĩ media carne repiuntur: ſed aliis atq; aliis locis. Vidimuſq; iá extremis et

marginibus uelut e cōcha exeuntes. Et in quibuſdam quaternos qnoſq;. Pōdus ad hoc æui ſemunciæ pauci ſingulis ſcrupulis exceſſere. In britānia paruos atq; decolores naſci certū eſt. Quoniā Diuus Iulius thoracē quē Veneri genitrici in tēplo eius dicauit. ex britānicis margaritis factū uoluerit ītelligi. Lolliā Paulinā quæ fuit Caii pricipis matrona nec ſerio qdē aut ſolēni cerimoniaꝝ aliquo apparatu: ſed mediocriū etiā ſponſaliū cœna uidi ſmaragdis margaritiſq; optam: alterno textu fulgētibus toto capite crinibus: ſpiris auribus: collo monilibus digytiſq;. Quæ ſūma quadrigeties ſeſtertium colligebat. Ipſa cōfeſtim paratā nūcupationē tabulis ꝓbare. Nec dona ꝓdigi pricipis fuerāt: ſꝫ auitæ opes ꝓuintiaꝝ ſcilicet ſpoliis partæ. Hic eſt rapinaꝝ exitus. Hoc fuit quare. M. Lollius īfamatus regū muneribus ī toto oriēte īterdicta amicitia a Caio Cæſare Auguſti filio uenenū biberet: ut neptis eius qdringeties ſeſtertiū opta ſpectaret ad lucernas. Cōputet nunc aliqs ex alia pte q̄tū Curius aut Fabritius in triūphis tulerint: & imaginet eorum fercula: & ex altera pte Lolliā unā imperii muliercula accubantē: non illos curru detractos q̄ ī hoc uiciſſe malit? Nec hæc ſūma luxuriæ exēpla ſūt. Duo fuere maximi uniōes p oēm æuum. Vtrūq; poſſedit Cleopatra ægypti reginaꝝ nouiſſima p manus oriētis regū ſibi traditos. Hæc cū exqſitis quotidie Antonius ſaginaret epulis: ſuꝑbo ſimul ac ꝓcaci fauſtu ut regina meretrix lautitiā eius oēm apparatūq; detractans: quærente eo qd aſtrui magnificētiæ poſſit reſpōdit. Vna ſe cœna cēties ſeſtertiū abſūpturā. Cupiebat diſcere Antonius: ſed fieri poſſe nō arbitrabat. Ergo ſpōſionibus factis poſtero die quo iudiciū agebat: magnificā alias cœnā ne dies piret: ſed quottidianā Antonio appoſuit irridēti: cōputationēq; expoſtulāti. At illa corallariū id eſſe: cōſumpturāq; ſe ea ī cœna taxationē cōfirmās: ſolāq; ſe cēties ſeſtertiū cœnaturā. Inferri mēſam ſecūdā iuſſit. Ex ꝓcepto miniſtri unū tantū uas ante eā poſuere aceti: cuius aſpitas uiſq; in tabē margaritas reſoluit. Gerebatq; auribus tū maxime ſingulare illud & uere unicū naturæ opus. Itaq; ſpectāte Antonio qd nā eēt actura detractū alteꝝ merſit: ac liquefactū abſorbuit. Iniecit alteri manū. L. Plaucus iudex ſpōſionis eius eū quoq; paranti ſimili mō abſumere. Victūq; Antoniū ꝓnuntiauit hoīe irato. Comitet fama unionis eius parē facta illa tantæ quæſtionis uictrice regina diſſectū: ut eſſet in utriſq; Veneris auribus romæ in pantheo dimidia eoꝝ cœna: Non ferent tamē hanc palmā: ſpoliabūturq; etiā luxuriæ gloria. Prior id fecerat romæ in unionibus magnæ taxationis Clodius tragœdi Aeſopi filius relictus ab eo in amplis opibus hæres: ne triumphatu ſuo nimis ſupbiat Antonius pene hiſtrici compatus. Et quidē nulla ſponſione ad hoc ꝓductus: quo id magis regiū erat: ſed ut experiret in gloria palati quid ſaperent margaritæ: atq; ut mire placuere: ne ſolus hoc ſciret ſingulos uniones cōuiuis ad ſorbendū dedit. Romæ in ꝓmiſcuū ac frequentē uſuꝫ ueniſſe alexandria in ditionē redacta. Primū autē cœpiſſe circa ſyllana tēpora minutas & uiles Feneſtella tradit manifeſto errore: cū Elius Stilo iugurthino bello unionum nomen īpoſitum maxime grādibus margaritis ꝓdat. Et hoc tamē æternæ ꝑpe poſſeſſiōis ē: ſequitur hæredē. In mancipatum uenit ut ꝑdium aliquod. Cōchylia & purpuras oīs ora atterit: qbus eadē mater luxuria paria pene etiā margaritis ꝑcia fecit.

De natura purpuræ & muricis. Ca. XXXVI.

Purpuræ uiuūt annis plurimū ſeptenis. Latēt ſicut murices circa canis ortū tricenis diebus. Cōgregāt uerno tēpore: mutuoq; attritu lentorē cuiuſdā cæræ ſaliuāt. Simili modo & murices. Sed purpuræ florē illum tingendis expetitum ueſtibus in mediis habent faucibus. Liquoris hic ē minimi in cādida uena. Vnde precioſus ille bibitur nigrantis roſæ colore ſublucens. Reliquum corpus ſterille. Viuas capere contendunt: qꝛ cum uita ſua ſuccum illū euomunt. Et maioribus quidē purpuris detracta cōcha auferunt: minores cum trapetis frangunt. Ita demum rorem eum excipiētes tyrii. Præcipuus hic aſiæ. In enynge africæ: & getulo littore oceani: in laconica europæ. Hinc faſces ſecureſq; romanæ uiam faciūt. Idēq; p maieſtate ī puericia ē. Diſtiguit

ab equite curiā. Diis aduocat᷑ placādis. oēmq; ueſtē illuminat. In triūphali micet᷑ auro
Qua ꝓpter excuſata & purpuræ ſit inſania. Sed unde cōchyliis ꝑcia? Quis uirus gra
ue ĩ fuco: color auſterus ĩ glauco & iraſcēti ſimilis mari. Lingua purpuræ longitudine
digytali: q̃ paſcit᷑ p forādo reliqua cōchylia: tāta duricia aculeo ē. Aqua dulci enecāt
& ſic ubi flumini ĩmergunt᷑: alioqn captæ diebus qnquagenis uiuūt ſaliua ſua. Con-
chæ omēs celerime creſcūt præcipue purpuræ. Anno magnitudinē implēt. Quod ſi
hactenus trāſcurrat expoſitio: fraudatā ſe ꝓtinus luxuria credat. Nos indiligētiæ dam
net. Quāobrē ꝓſequemur etiā officinas: ut tanq̃ ĩuictu frugū noſcit᷑ ratio. Sic omēs q
iſtis gaudēt præmio uite ſuæ calleāt. Cōcharꝫ ad purpuras & cōchylia eadē qdem eſt
materia: ſed diſtat tempamēto. Duo ſūt genera. Buccinū minor cōcha ad ſimilitudinē
eius buccini: quo ſonus editur. Vnde & cā nomini rotūditate oris in margine inciſa.
Alterꝫ purpura uocat᷑ calliculatim procurrēte roſtro: & calliculi latere ĩtrorſus tabula
to qua æferat᷑ lingua. Præterea clauatū ē ad turbinē uſq; aculeis in orbē ſeptenis fere:
q nō ſūt buccino: ſed utriſq; orbes totidē quot habēt ānos. Buccinū non niſi petris ad-
hæret: circaq; ſcopulos legitur.

Quod ſūt genera. Ca. XXXVII.

PVrpuræ noīe alio pelagiæ uocant᷑. Harꝫ genera plura: pabulo & ſolo diſcreta.
Lutenſe putri limo: & algenſe enutritū alga uiliſſimū. Vtriſq; melius tenienſe
ĩ tenei maris ora collectū: Hoc quoq; tñ etiānum leuius atq; dilutius. Calculo
ſæ appellāt᷑ a calculo maris mire apto cōchyliis: & lōge optimo purpuris. Dialuſitenſe
id ē uario ſoli genere paſtū. Capiūtur aūt purpuræ paruulis rariſq; cōchis textu uelu
ti naſſis in alto iactis. Ineſt iis eſca cluſiles mordaceſq; cōcharū: quales uidemus has ſe-
mineces: ſed redditas mari auido hiatu reuiuiſcētes. Appetunt eas purpuræ: porrectiſq;
linguis ĩfeſtāt. At illæ aculeo extimulatæ claudūt ſeſe: cōprimūtq; mordentia: ita pendē
tes auidate ſua purpuræ tollunt᷑.

¶ Quod capiatur tēpore. Ca. XXXVIII.

CApi eas poſt canis ortū aut ante uernū tēpus utiliſſimū: quoniā cū fœtificaue
re fluxos habent ſuccos. Sed id tingentū officinæ ignorāt: cū ſūma uertat᷑ in
eo. Eximit᷑ poſtea uena quā diximus. Cui addi ſalem neceſſariū: ſextarios fer-
me in libras cētenos. Macerari triduo iuſtū. Quippe maior uis tanto q̃to recētior. Fer-
uere in plūbo: ſinguliſq; aquæ amphoris centenas atque qnquagenas medicaminis li
bras æquari: ac modico uapore torreri: & ideo lōginquæ fornacis cuniculo. Ita deſpūa-
tis ſubinde carnibus quas hæſiſſe uenis neceſſe eſt: decimo ferme die liquatis cortina
uellus elutriatū mergit᷑ ĩ experimētum. Hoc donec ſpei ſatiſfiat uritur liquor. Rubeus
color nigrante deterior. Quinis lana potat horis. Rurſuſque mergitur carminata: do-
nec oēm ebibat ſaniem. Buccinū p ſe dānatur: quoniā fucū remittit. Pelagio admodū
alligatur: nimiæque eius nigritiæ dat auſteritatē illā nitorēque qui quærit᷑ cocci. Ita
ꝑmixtis uiribus alterū altero excitat᷑: aut aſtringit᷑. Sūma medicaminū ĩ libras. Vellerꝫ
buccino ducentæ. Pelagio. cxi. Ita fit amethyſti color eximius ille. At tyrius pelagio pri
mū ſatiatur ĩmatura uiridiq; cortina: mox ꝑmutatur in buccino. Laus ei ſumma ĩ co-
lorē ſanguinis cōcreti nigricans aſpectu: idēq; ſuſpectu refulgens. Vnde & Homero
purpureus dicitur ſanguis.

¶ Romæ quando uſus purpuræ. Ca. XXXIX.

PVrpuræ uſū romæ ſemp fuiſſe uideo. ſed Romulo in trabea. Nam toga præ
texta & latiore clauo Tullum Hoſtilium e regibus primum uſum hetruſcis
deuictis ſatis conſtat: Nepos Cornelius qui Diui Auguſti principatu obiit. Me inquit
iuuene uiolacea purpura uigebat: cuius libra denariis centū uenibat: nec multo poſt
rubra tarentina. Huic ſucceſſit dibapha tyria: quæ in libras denariis mille non pote-
rat emi. Hac Lentulus Spinter ædilis currulis primus in ꝑtexta uſus ĩprobabat᷑. Qua
purpura qs ñ iam ĩquit triclinaria facti? Spinter ædilis fuit urbis conditæ anno. dcc.

Cicerone conſ. Dibapha tunc dicebatur: quæ bis tincta eſſet ueluti magnifico impendio. Qualiter nunc omnes pene cõmodiores purpuræ tinguntur. In conchyliata ueſte cætera eadem ſine buccino. præterq; ius temperaturæ. Aeq; pro ĩdiuiſo humani potus excremento dimidia & medicamina addunt̃. Sic gignitur laudatus ille pallor ſaturitate fraudata: tantoq; dilucidior q̃to magis uellera eſuriunt.

¶ De precio earum. Ca. XXXX.

PRecia medicamento ſunt quidẽ pro fertilitate littoꝝ uiliora. Nõ tamen uſquã pelagii libras qnquenos nũmos excedere: & buccini cẽtenos ſciãt: qui iſta mercant̃ ĩmenſo. Sed alia ſunt. nec habẽt finem uitia. Iuuatq; ludere ĩpendio: & luſus geminare miſcẽdo iteꝝ & ipſa adulterare adulteria naturæ: ſicut teſtudines tingere: argentũ auro cõfundere ũt electra fiant: addere iis æra: ut corinthia.

¶ De tingendo amethyſtino & coco byſſino. Ca. XXXXI.

NOn eſt ſatis abſtuliſſe gẽmæ nomẽ amethyſtũ. Rurſum abſolutus inebriat̃ tyrio: ut ſit ex utroq; nomẽ improbũ tyriamethyſtus: ſimulq; luxuria duplex. Et cũ cõfecere conchylia: trãſire melius in tyriũ putant. Pœnitentia hoc primum debet inueniſſe artifice mutãte qđ dãnabat. Inde rõ ẽ nata. Votũ quoq; factũ e uitio portẽtoſis ingeniis: & gemina demõſtrata uia luxuriæ: ut color alius operiret̃ alio. Suauior ita fieri leuiorq; dictus. Quin & terrena miſcere: coccoq; tinctũ tyrio tĩgere ut fieret hisbyſſinũ. Coccũ galatiæ rubẽs gramen: ut dicemus in terreſtribus aut circa emeritã luſitaniæ ĩ maxima laude ẽ. Veꝝ ut ſimul pagantur mobilia pigmenta anniculo gramini languidus ſuccus. Idẽ a quadrino euanidus. Ita nec recẽti uires neq; ſeneſcẽti. Abunde tractata eſt rõ: qua ſe uiroꝝ iuxta fœminarũq; forma credit ampliſſimã fieri.

¶ De pinna & pinnotere: & aquatiliũ ſenſu. Ca. XXXXII.

COnchaꝝ generis & pinna eſt. Naſcit̃ in limoſis ſubrecta ſemp: nec unq̃ ſine comite: quẽ pinnoterẽ uocãt: alii pinnophylacẽ ideſt ſuilla parua. Aliubi cancer dapis aſſectator. Pãdit ſe pinna luminibus orbũ corpus intus minutis piſcibus pbens. Aſſultant alii ptinus: & ubi licẽtia audacia creuit: implent eã. Hoc tẽpus peculatus ĩdex morſu leui ſignificat. illa ore cõpreſſo qcquid ĩcluſit exanimat: partẽq; ſctio tribuit. Quo magis miror quoſdã exiſtimaſſe aquatilibus nullũ ineſſe ſenſũ. Nouit torpẽdo uim ſuã ipſa nõ torpens: merſaq; in limo ſe ſe occultat: piſces q ſecuri natãtes obtorpuere corripiens. Huius iecori teneritas nulla præfert̃. Nec minor ſolertia ranæ: quæ in mari piſcatrix uocat̃: eminẽtia ſub oculis cornicula turbato limo exerit: aſſultãtes piſciculos ptrahens: donec tam ppe accedant: ut aſſiliat. Simili mõ ſquatina & rhõbus additi pinnas exertas mouẽt ſpecie uermiculoꝝ: itẽq; quæ uocat̃ raia. Nã paſtinaca latrocinatur ex occulto tranſeuntes radio: quod telũ ẽ ei ſigens. Argumẽta ſolertiæ huius qđ tardiſſimi piſcium hi mugilem uelociſſimum omniũ habentes in uentre reperiunt̃.

¶ De ſcolopendris uulpibus & glanis. Ca. XLIII.

SColopendræ terreſtribus ſimiles quas centipedes uocant hamo deuorato omnia interranea euomunt: donec hamum egerant: deinde reſorbent. At uulpes marinæ ſimili in periculo glutiunt amplius uſq; ad infirma lineæ: quæ facile prodãt. Glaucus q & glanis uocat̃ auerſus mordet hamos nec deuorat: ſed eſca ſpoliat.

¶ De ariete piſce. Ca. LXIIII.

GRaſſatur aries ut latro. Et nunc grandium nauium in ſalo ſtantium occultatus umbra ſi queꝫ nandi uoluptas inuitet expectat. Nunc elato extra aquam capite piſcantium cymbas ſpeculatur: occultuſq; adnatans mergit.

¶ De his quæ tertiam naturam habent non animalium neque fruticum: & de nutricis & ſpongiis. Ca. XLV.

EQuidem & iis ſenſum in eſſe arbitror qui nec animalium neq; fruticum ſed tertiam ex utroq; naturã habẽt: urticis dico & ſpongiis. Vrticæ noctu uagan-

tur: noctuque mutantur: carnoſæ frondis: Iis natura ut carne ueſcantur. Vis pruritu mordax: eademq; quæ terreſtris urticæ. Contrahit ergo ſe q̃ maxīe rigens: ac prænatāte piſciculo frōdem ſuam ſpargit: cōplectēſq; deuorat. Alias marcenti ſimilis: & iactari ſe paſſa fluctu algæ uice cōtractos piſces: attrituq; petræ ſcalpentes pruritū inuadit. Eadem noctu pectines & echinos perquirit. Dū admoueri ſibi manum ſentit: colorem mutat: & cōtrahitur. Tacta uredinē mittit: paulūq; ſi fuerit interualli: abſcōditur. Ora ei in radices eſſe traduntur. Extrementa p ſūma tenui fiſtula reddi. Spōgiarum tria genera accipimus. ſpiſſum: ac predurū: & aſperū. Tragos id uocatur. Spiſſum & mollius: magis tenue denſūq; ex quo penicilli: achilletim. Naſcūtur omnes ī petris. Aluntur cōchis: piſce: limo. Intellectū ineſſe iis apparet: quia ubi auulſorem ſenſere: cōtractæ multo difficilius abſtrahuntur. Hoc idē fluctu pulſante faciunt. Viuere eſca manifeſto cōchæ minutæ in iis repertæ oſtendūt. Circa toronē ueſci illis auulſas etiā aiunt: & ex relictis radicibus recreſcere. In petris cruoris quoq; inhæret color: africis præcipue quæ generantur in ſyrtibus: maxīæ fiunt mancæ. Sed molliſſimæ circa lyciā. In profundo āt nec uentoſo molliores. In helleſpōto aſperæ. Et denſæ circa maleā. Putreſcūt ī apricis locis: Ideo optīæ in gurgitibus uiuentibus: idēq; madētibus nigricās color Adherēt nec pte nec totæ. Interſūt. n. fiſtulæ quædā inanes: quaternæ fere aut qnæ: p quas paſci exiſtimātur. Sūt & aliæ ſed ſupnæ cōcretæ. Et ſubeſſe mēbrana quædam radicibus earū ītelligitur. Viuere cōſtat lōgo tēpore. Peſſimū oīum genus earū eſt: quæ aplyſiæ uocātur: quia erui nō poſſunt: ī qbus maxīe ſunt fiſtulæ: & reliqua dēſitas ſpiſſa.

¶ De caniculis marinis. Ca. XLVI.

CAnicularū maxia multitudo circa eas urinātes graui piculo infeſtāt. Ipſi ferūt & nubē quādā craſſeſcere ſup capita animaliū planorū piſciū ſimilē premētē eos: arcentēq; a reciprocādo: & ob id ſtilos præacutos lineis anexos habere ſeſe: qa niſi pfoſſæ ita nō recedāt: caliginis & pauoris (ut arbitror) ope. Nubē. n. & nebulā cuius nomīe id malū appellāt inter animalia illa haud ultra cōperit qſq̃. Vt cum caniculis atrox dimicatio. Inguina & calces oēmq; cādorē corporū appetūt. Salus una in aduerſas eundi ultroq; terrēdi. Pauet enim hominē æque ac terret. Et ſors æqua in gurgite. Vt ad ſūma aquæ uentū ē: ibi periculū anceps. Adēpta ratiōe cōtra eundi: dū conetur emergere. Et ſalus omnis in ſociis. Funē illi religatū ab humeris eius trahunt. Hūc dimicās ut ſit piculi ſignū leua quatit. Dextera apprehenſo ſtilo in pugna ē. Modicus alias tractus. Vt ppe carinā uentū ē: niſi præcæleri ui repēte rapiāt: abſumi ſpectant. Ac ſæpe iā ſubducti e manibus auferunt: ſi nō trahentiū ope cōglobato corpore in pilæ modū ipſi ſe adiuuere. Protēdunt qdē tridētes illi. Sed mōſtri ſolertia ē nauigiū ſubeundi atq; ita e tuto prœliādi. Qis ergo cura ad ſpeculādum hoc malum inſumit.

De animātib9 q̃ ſilicea teſta. & q̃ ſīe uillo īcludūt: & reliqs ſordidis aīalib9 Ca. XLVII

CErtiſſima ē ſecuritas uidiſſe planos piſces: qa nunq̃ ſunt ubi maleficæ beſtiæ. Qua de cā urinātes ſacros appellāt eos. Silicea teſta īcluſis fatēdū ē nullū eē ſēſū ut oſtreis. Multis eadē natura q̃ frutici ut olothyris: pulmonibus: ſtellis. Adeoq; nihil non gignitur ī mari ut cauponāꝝ ēt æſtiua aīalia pnici moleſta ſaltu aut q̃ capillus maxīe celat exiſtāt: & circūglobata eſcæ ſæpe extrahūt. Quæ cā ſōniū piſciū in mari noctibus infeſtare exiſtimāt. Quibuſdā uero ipſis inaſcunt: quo in numero chalcis accipitur.

De uenenatis marinis. Ca. XLVIII.

NEc uenena ceſſant dira ut ī lepore: q ī īdico mari ēt tactu peſtilēs uomitū diſſolutionēq; ſtomachi ptinus creat. In noſtro oſſa īformis: colore tātū lepori ſimilis. In īdis & magnitudīe & pilo duriore. Tātū uiuus ibi capit. Neque peſtiferꝰ aīal araneus ſpinæ ī dorſo aculeo noxius. Sed nullum uſq̃ execrabilius q̃ radius ſuper caudam eminēs trigonis q̃ noſtri paſtinacam appellant. Quin cōchylii magnitudine arbores infixus radici necat. Arma ut tælū perforat & ferri & ueneni malo.

De moribus piſcium. Ca. XLIX.

Morbos uniuerſa genera piſciũ & cætera aĩalia etiam fera nõ accipimus ſenti-
re. Verum ægrotare ſingulos manifeſtum facit aliquorum macies: cum in eo
dem genere ꝑpingues alii capiant̃. De generatione eorum mira. C. .L.

Quonã modo generent deſiderium & admiratio hominum differri non patit̃.
Piſces attritu uentriũ coeunt: tanta celeritate ut uiſum fallãt: Delphini & reli
qua cete ſimili modo & paulo diutius. Fœmina piſcis coitus tẽpore marẽ ſeqt̃
uentre eius roſtro pulſans: Sub partu mares fœminã ſimiliter oua ueſcentes eoꝝ. Nec
ſatis eſt generationi ꝑ ſe coitus: niſi editis ouis inter ſe uerſando mares & fœminæ uita-
le aſperſerint uirus. Non omnibus id contingit ouis in tanta multitudine: alioquin re-
relinquere nidos. Pariunt autē poſt ſolſtitia. Colūbæ & turtures octonis ānis uiuunt.

De paſſeribus. Ca. XXXVI

Contra paſſeri minimū uitæ:cui ſalacitas par. Mares negant āno diutius du
rare. Argumento qa nulla ueris initio appareat nigritudo i roſtro:q ab æſta
te incipit. Fœminis longiuſculū ſpatiū. Verū columbis ineſt qdam gloriæ itel
lectus. Noſſe credas ſuos colores:uarietatēq; diſpoſitā:quæ ēt ex uolatu credunt plau
dere in cælo:uarieq; ſulcare. Qua i oſtentatione ut uictæ præbentur accipitri iplica
tis ſtrepitu pennis:qui non niſi ipſis alarū humeris eliditur. Alioqn ſolito uolatu mul
tū uelociorē ſpeculat occultus fronde latro:& gaudentē in ipſa gloria rapit.

De tinungulo: Ca. XXXVII

Ob id cū iis habenda ē auis quæ tinungulus uocat. Defendit eni illas terretq;
accipitres naturali potentia in tantū ut uiſū uocemq; eius fugiant. Hac de cā
præcipuus colūbis amor eorum. Ferūtq; ſi i quattuor angulis defodiant i ollis
nouis oblitis nō mutare ſedē columbas. Quod auro inſectis alarum articulis quæſiuere
aliq:nō alitær inoxiis uulneribus:multiuaga alioqn aue. Eſt eni ars illis inter ſe blandi
ri:& corrumpere alias:furtoq; comitatiores reuerti. Qui & iternuntiæ i rebus magnis
fuere:& epiſtolas adnexas earum pedibus obſidione mutinenſi i caſtra cōſulū ptulere. D
Bruto mittente. Quid uallū & uigilū obſidio:atq; ēt retia amne prætenta ꝓfuere An
tonio p cælū eunte nuntio? Et harum amore iſaniunt multi:ac ſuper tecta exedificant
turres iis:nobilitatēq; ſingularum & origines narrant uetere iā exemplo. Laxius eques
romanus ante bellum ciuile pompeianū denariis quadringentis ſingula paria uendi
cauit:ut. M. Varro tradit. Quin & patriā nobilitauere. In campania grādiſſimæ ꝓue
nire exiſtimatæ. Harum uolatus in reputationē cæterarum quoq; uolucrum nos ipellit.

De uolatu & inceſſu auium. Ca. XXXVIII

Omnibus aīalibus reliqs:certus & uniuſmodi & i ſuo cuiq; genere inceſſus ē.
Aues ſolæ uario meatu. ferunt & i terra & in aere. Ambulant aliquæ ut cor
nices. Saliunt aliquæ ut paſſeres:merulæ. Currunt ut pdices ruſticulæ. Ante
ſe pedes iaciunt:ut ciconiæ & grues. Expandnnt alas:pandenteſq; raro iterualloq̄ tiūt.
Aliæ crebriusſed & primas dūtaxat pēnas. Aliæ & tota latera pādūt. Quædā uero ma
iore ex pte cōpreſſis uolant. Percuſſoq; ſemel aliq & gemino ictu aere ferunt:uelut in
cluſū eū pmentes. Iaculant ſeſe i ſublime:i rectū:i ꝓnū. ipingui putes aliqs. Aut rur
ſus ab alto cadere has:illas ſalire. Anates ſolæ quæq; ſūt eiuſdē generis i ſublime ꝓius
ſeſe tollūt:atq; e ueſtigio cælū petūt:& hoc ēt ex aq̄. itaq; i foueas qbus feras uenamur
delapſæ ſolæ euadūt. Vultur & feræ grauiores niſi ex ꝓcurſu aut altiore tumulo imiſ
ſæ nō euolant. Cauda tegunt aliæ. Circūſpectant aliæ:flectuntq; colla. Nonnullæ ue
ſcunt ea quæ rapuere pedibus. Sine uoce nō uolant multæ. Aut e cōtrario ſemp i uo
latu ſilent Subreptæ:pronæ:obliquæ in latera:ut ora. Quædā & reſupinæ feruntur:ut
ſi pariter cernantur:plura genera non in eadem natura meare uideantur.

De apodibus. Ca. XXXIX

Plurimum uolant quæ apodes uocantur:qa careant uſu pedū. Ab aliis cypſe
li appellant hirundinum ſpecie. Nidificant in ſcopulis. Hæ ſūt quæ toto ma
ri cernuntur. Nec unq̄ tā longo naues tāq̄ continuo curſu recedunt a terra:
ut non circūuolitent eas apodes. Cætera genera reſidunt & ſiſtunt. His quies niſi i ni
do nulla. Aut pendent aut iacent:& ingenia æque uaria ad paſtum maxime.

De caprimulgis & plateis. Ca. XL.

CAprimulgi appellantur grandiores merule aſpectu:fures nocturni.Interdiu
enim uiſu carēt.Intrant paſtoꝝ ſtabula:caprarūq; uberibus aduolāt ſuctū ꝓ
pter lactis.Qua iiuria uber emoritur:capriſq; cæcitas quas ita mulſere obori
tur.Platea nominat̃ aduolās ad eas:quæ ſe ī mari mergūt:& capita illarum morſu cor
ripiēs:donec capturā extorqueat.Eadē cū deuoratis ſe īpleuit conchis .calore uentris
coctas euomit:atq; ita ex iis eſculēta legit teſtas excreās.

De ingeniis auiū. Ca. XLI.

VIllaribūs gallinis & religio ineſt.Inhorreſcūt edito ouo:excutiūtq; ſeſe:& circū
actæ purificant:aut feſtuca aliqua ſeſe & oua luſtrant.

De carduele & pſytaco & auibus quæ loquuntur. Ca. XLII.

MInimæ auiū cardueles īperata faciūt:nec uoce tātū:ſed pedibus & ore ꝓ ma-
nibus.Eſt quæ boū mugitus imitetur in arelaten ī agro taurus appellata :al
loquin parua.Eſt quæ equorum quoq; hinnitus āthus: nomine hærbæ pa-
bulo aduentu eorum pulſa imitatur ad hunc modū ulciſcēs.Super omnia humanas
uoces reddūt pſytaci:& quidē ſermocinātes.India auē hanc mittit.Sitacē uocāt:uiri-
dē toto corpore torque tantum miniato in ceruice diſtinctā Imperatores ſalutat.& q̂
accipit uerba ꝓnuntiat.In uino precipue laſciua.Capiti eius duricia eadem que ro
ſtro.Hæc cum loqui diſcit ferreo uerberatur radio .Non ſentit aliter ictus .Cū deuo
lat roſtro ſe excipit.Illi īnititur:leuioremq; ſe ita pedum infirmitati facit. Minor no
bilitas :quia non ex longinquo uenit:ſed ex preſſior loquacitas certo generi picarū
eſt Adamant uerba que loquūtur.Nec diſcūt tantū:ſed diligūt:meditanteſq; intra ſe-
met cura atq; cogitatione intentionē non occultant.Conſtat emori uictas difficulta
tate uerbi :ac niſi ſubinde eadē audiāt :memoria falli:quærenteſq; mirū īmodū hyla-
rari:ſi īterim audierint id uerbum Nec uulgaris iis forma :quanuis non ſpectanda.
Satis illis decoris in ſpetie ſermonis humani eſt.Verum adiſcere alias negant poſſe :q̄
quæ ex genere earum ſunt:quæ glade ueſcuntur.Et inter eas facilius quibus quini
ſunt digyti in pedibus .Ac ne eas quidem ipſas primis duobus uitæ annis. Latior iis
eſt lingua omnibus in ſuo cuiq; genere:quæ ſermonem imitantur humanum :quāq̄
id pene in omnibus contingit .Agrippina coniunx Claudii Cæſaris turdum habuit
(quod nunquā ante) imitātē ſermones omnium cum hæc proderem :Habebant &
Cæſares iuuenes item ſturnum.luſcinias greco atq; latino ſermone dociles .Præterea
meditantes in diem.& aſſidue noua loquentes longiore etiam contextu:Docētur ſecre
to:& ubi nulla alia uox miſceatur:aſſidente qui crebro dicat ea:quæ condita uelit adi
ſci aliquo blandiente.

De coruoꝝ intelligentia. Ca. XLIII.

REddatur & coruis ſua gratia īdignatione quoq; populi Ro.atteſtata :nō ſolū
cōſcia.Tiberio principe.ex fœtu ſupra caſtoꝝ ædem genitus pullus in oppo
ſitā ſutrīnā deuolauit :ēt religione cōmendatus officinæ domino.Is mature
ſermoni aſſuefactus omnibus matutinis euolans in roſtra :in forum uerſus.Tiberium
deinde Germanicum & druſum Cæſares nominatim.mox tranſeuntem populum.
Ro.ſalutabat.Poſtea ad tabernam remeans plurium anucrum aſſiduo officio meritꝰ
Hūc ſiue æmulatione incitatus manceps proximæ ſuttrinæ:ſiue iracundia ſubita: ut
uoluit uideri :excrementi eius poſita calceis macula exanimauit :tanta plebei con-
ſternatione:ut primo pulſus ex ea regione :mox & interemptus ſit:funuſque innume
ris aliti celebratum exequis. Conſtratum lectum ſuper æthiopum duorum hume-
ros præcedente tibicine:& coronis omnium generum ad rogum uſq;:qui cōſtructus
dextra uiæ appiæ ad ſecundum lapidem in campo rediculi appellato fuit..Adeo ſatis
iuſta cā populo Ro.uiſa eſt exequiaꝝ ingeniū auis.aut ſupplitii de ciue romano ī ea

Cõn Rõx lemẽtatẽ

urbe qua multoꝝ principum nemo deduxerat funus. Scipionis uero Aemiliani poſt carthaginem numantiáq; delatas ab eo nemo uindicauerat mortem. Hoc geſtum. M. Seruilio. C. Ceſtio conſ. ad. v. kaleñ. aprilis. Nunc quoq; erat in urbe roma hæc ꝓdiente me equitis Ro. cornix e betica primũ colore mira admodũ nigro: deinde plura cõtexta uerba exprimens: & alia atq; alia crebro addiſcens. Necnõ & recens fama Crateri monocerotis cognomine ĩ troezena regione aſiæ coruoꝝ opa uenantis: eo ꝙ deuehebat in ſiluis eos cõſidentes humeris. Atq corniculos illi ueſtigabant agebantq;: eo ꝓducta cõſuetudine: ut exeuntẽ ſic comitarent̃ & feri. Tradendũ putauere memoriæ qdá uiſũ ꝑ ſitũ lapides congerentẽ in ſitulá monumenti: in qua pluuia aqua durabat: ſed q̃ attingi nõ poſſet. Ita deſcendere pauentem expreſſiſſe tali congerie: que poturo ſufficeret.

De diomedeis auibus. Ca. XLIIII.

NEc diomedeas præteribo aues. Iuba cataractas uocat. Et eis eſſe dentes oculoſq; igneo colore: cætero candidas tradens. Duos ſemp iis duces. Alterũ ducere agmen: alteꝝ cogere: ſcrobes excauare roſtro: inde crate cõſternere: & opire terra quæ añ fuerit e geſta. In iis fœtificare. Fores bías oĩum ſcrobibus. Orientẽ ſpectare q bus exeant ĩ paſcua. occaſũ qbus redeant. Aluũ exoneraturas ſubuolare ſemp: & cõtra rio flatu. Hæ ĩ ſolo loco totius orbis uiſunt̃. In ĩſula quá diximus nobilẽ Diomedis tumulo atq; delubro contra apuliæ orá fulicarum ſimiles. Aduenas barbaros clangore infeſtant. Græcis tantũ adulantur miro diſcrimine: uelut generi Diomedis hoc tribuentes. Aedemq; eius quottidie pleno gutture madentibus pennis perluunt atq; purificát. Unde origo fabulæ Diomedis ſotios in earum effigies mutatos.

Quæ animalia nihil diſcant. Ca. XLV.

NOn omittendum eſt cum de ĩgeniis diſſerimus: e uolucribus hirundines eẽ indociles: & e terreſtribus mures: cum elephanti iuſſa faciant. Leones iugum ſubeant. In mari uituli totq; piſcium genera miteſcant.

De potu auium. Ca: XLVI.

BIbunt aues ſuctu cæteræ. Sed ex iis qbus longa ſũt colla ĩtermittentes capite reſupinato ueluti ĩfundentes ſibi. Porphyrio ſolus morſu bibit. Idem ex proprio genere omnem cibũ aqua ſubinde tingens. Deinde pede ad roſtrũ ueluti manu afferens. Laudatiſſimi in comagene. Roſtra iis & ꝑlonga crura rubent.

De hematopodi & onocrotali: & de peregrinis auibus. Ca. XLVII

HAec quidẽ & hematopodi multo minori: q̃q̃ eadẽ crurũ altitudine. Naſcitur ĩ ægypto. Inſiſtit ternis digytis. Præcipue ei pabulũ muſcæ. Uita in italia paucis diebus. Grauiores oẽs fruge ueſcunt̃: altiuolæ carne tantũ. Inter aquaticas mergi ſoliti ſũt deuorare q̃ ceteræ reddũt. Oloꝝ ſimilitudinẽ onocrotali hñt: nec diſtare exiſtimarent̃ oio: niſi faucibus ipſis ĩ eſſet alterius uteri genus. Huc oia inexplebile aĩal congerit: mira ut ſit capacitas. Mox perfecta rapina ſenſim inde in os reddita inferam in aliũ ruminantis modo defert. Gallia hos ſeptemtrionalis proxima oceano mittit. In hercinio germaniæ ſaltu inuſitata genera alitum accepimus: quarum plumæ ignium modo colluceant noctibus. In cæteris nihil præter nobilitatem longinquitate factá memorandũ occurit.

De multarũ auiũ noibus & natura. Ca. XLVIII.

PHalerides in ſeleucia parthoꝝ & in aſia aquaticaꝝ laudatiſſimæ. Rurſus phaſianæ ĩ colchis geminas ex pluma aures ſubmittunt: ſubriguntq;. Numidicæ in parte africæ numidia: oẽſq; iá in italia. Phœnicopteri linguá præcipui ſaporis eſſe Apicius docuit nepotũ omnium altiſſimus gurges. Atagem maxĩe ionius celebrat̃: uocalis alias: captus uero obmuteſcens: quondam exiſtimatus inter raras aues. Iá & in gallia hiſpaniaq; capitur: & alpes etiam ubi & phalacrocoraces aues balearum inſulaꝝ peculiares. Sicut alpium phyrrhocoras luteo roſtro niger & præcipuo ſapore Lagopus: pedes leporino uillo ei nomẽ hoc dedere. Cætero cádidæ colũbaꝝ magnitudi

ne. Nõ extra terrã ĩ qua naſcit̃ eã ueſci facile: q̃do nec uiuã mãſueſit: & corpus occiſæ ſtati marceſcit. Et alia noīe eodẽ a coturnicibus magnitudīe tãtũ differens croceo tictu cibis gratiſſima. Viſã ĩ alpibus ab ſe peculiarẽ ægypti ibĩ. M. Enagius Caluinus præfectus earum. prodidit.

De nouis auibus & fabuloſis. Ca. XLIX.

Uenere ĩ italiã bebriacẽſibus bellis ciuilibus trãſpadũ externe & nouæ aues ita eni ad huc uocantur turdoꝝ ſpetie: paulũ ĩfra columbas magnitudīe: ſapore gratæ. Baleares inſulæ nobiliorem etiam ſupradicto porphyrionem mittunt. Ibi & buteo accipitrum generis in honore menſaꝝ ẽ. Item uipiones: ſic eni uocant minorem gruem. Pegaſos equino capite uolucres: & griphas auritos aduncitate roſtri fabuloſos reor. Illos in ſcythia: hos ĩ æthiopia. Equidem & tragopanadem quã plures. affirmãt maiorem aquila: cornua in temporibus curuata habentem ferruginei coloris: tãtum capite phœniceo. Nec ſirenes impetrauerint fidem: licet affirmet. Dino Clĩtarchi celebrati auctoris pater in india eſſe mulceriq; eaꝝ cantu: quos grauatos ſonno lacerant. Qui credit iſta & Malampodi profecto aures lambendo dediſſe intellectum auiũ ſermonis dracones non abnuet. Vel Quæ Democritus tradit nominando aues quarũ confuſo ſanguine ſerpens gignatur: quem quiſquis ederit ĩtellecturus ſit alitũ colloquia. Quæq; de una aue galerita priuatim commemorat: etiam ſine iis ĩmenſa uitæ ambage circa auguria. Noīant̃ ab Homero ſcopes auiũ genus Neq; harum ſatyrico ſmotus cũ inſidiẽt pleriſq; memoratos facile conceperĩ mente. Neq; ipſæ iam aues naſcunt̃ Quamobrem de confeſſis diſſeruiſſe præſtiterit.

Quis gallinas farcire inſtituerit: de auiariis & quis ea primus iſtituerit. Ca. L.

Gallinas ſaginare deliaci cœpere. Vnde peſtis exorta opimas aues & ſuopte corpore unctas deuorandi. Hoc primum antiquis cœnarum interdictis exceptũ inuenio iam lege. C. Fannii conſulis xi. annis ante tertium punicum bellum ne quid uolucrum proponeretur: præter unam galinam: quæ non eſſet altilis. Quod deinde caput traſlatum per omnes leges ambulauit. Inuentumq; diuerticulum eſt in fraude earum gallinaceos quoq; paſcẽdi lacte addito cibis. Multo ita gratiores approbant̃. Fœminæ quidem non omnes ad ſaginam eliguntur: nec niſi in ceruice pigui cute. Poſtea culinarum artes ut clunes ſpectentur: ut diuidantur in terroga: ut a pede uno dilatatæ repoſitoria occupent. Dedere & parthi cocis ſuos mores. Nec tamen in hoc mangonio: quicq̃ totum placet: hic clune: alibi pectore tantũ laudatis. Auiaria primus inſtituit incluſis oĩmgenerum auibus. M. Lælius Strabo brunduſii equeſtris ordinis. Ex eo cœpimus carcere animalia cohercere quibus natura cælũ aſſignauerat.

De Aeſopi patina. Ca. LI.

Maxime tamen in ſignis eſt in hac memoria Clodii Aeſopi tragici hiſtrionis patina ſexcẽtis ſeſtertiis taxata ĩ qua poſuit aues cãtu. aliquo aut humão ſermone uocales nummis ſex ſingulas coẽptas nulla alia ĩductus ſuauitate niſi ut ĩ iis ĩmitationem hoīs manderet: ne quæſtus quidẽ ſuos reueritus illos opimos & uoce meritos: dignus prorſus filio a quo diximus deuoratas margaritas. Non ſit tamẽ (ut uerũ fatear facile inter duos iudicium turpitudinis: niſi quod minus eſt: ſũmas rerum naturæ opes q̃ hominum linguas cœnaſſe.

De generatiõe auiũ: & præter aues: quæ quadrupedes oua pariãt. Ca. LII.

Generatio auiũ ſiplex uidetur eſſe. cũ & ipſa ſua habeat miracula: quoniã & q̃drupedes oua gignũt: chamæ. leõtes: lacertæ: & que diximus inter ſerpentes. Pẽnatoꝝ aũt ĩfœcunda ſunt quæ: adduncos habẽt ungues generi. Nulla ex iis ſupra quaterna edit oua. Tribuit hoc auium generi natura: ut fæcundiores eſſent fugaces earum quam fortes. Plurima pariunt ſtrutiocameli: gallinæ perdices: ſali. Coitus auibus duobus modis. Fœmina humi conſidente ut in gallinis: aut ſtanæ ut in gruibus. Ouoꝝ alia ſuut candida ut colũbis perdicibus. Alia palida ut aquati

cis. Alia punctis diſtincta ut meleagridum. Alia rubri coloris ut phaſianis: cenchridis
Intus aũt omne ouũ uolucrũ bicolor. Aquaticis lutei plus q̃ albi. Idq; ipſũ magis liui-
dũ q̃ cæteris. Piſbiũ unus color: in quo nil cãdidi. Auiũ oua ex calore fragilia. Serpẽtiũ
ex frigore lẽta. Piſciũ ex liquore mollia. Aquatiliũ rotũda. Reliqua fere faſtigio cacumi
nata. Exeũt a rotũdiſſima ſui pte: dũ pariuntur molli putamine: ſed ꝓtinus dureſcẽte
quibuſcũq; emergũt portionibus. Quæ oblõga ſint oua gratioris ſaporis putat Orati-
us Flaccus. Fœminã edũt quæ rotũdiora gignũtur reliqua marẽ. Vmbilicus ouis a ca
cumine ineſt ceu gutta eminens tn putamine.

De tẽpore & generatioe ĩcubatus auium & coitu. Ca. LIII.

PVædã omni tẽpore coeunt ut gallinæ: & pariũt: præterq̃ duobus mẽſibus hy
emis brumalibus. Ex iis iuuencæ plura q̃ ueteres: ſed minora. Et ĩ eodẽ fœtu
prtma & nouiſſima. Eſt aũt tãta fœcũditas ut aliquæ & ſexagena pariant: ali-
quæ quottidie: aliquæ bis die: aliquæ in tantũ ut effœtæ motiantur. Hadrianis laus
maxia. Colũbæ decies ãno pariũt: quædã & undecies. In ægypto etiã brumali menſæ.
Hirũdines & merulæ & palũbi & turtures bis ãno pariũt. Cæteræ aues fere ſemel. Tur-
di in cacuminibus arboꝝ luto nidificãtes pene cõtextim in ſeceſſu generãt. A coitu. x
diebus oua matureſcũt tn utero. Vexatæ autẽ gallinæ & colũbæ pẽna euulſa alia ue
ſimili iiuria diutius. Omibus onis medio uitelli pua ineſt uelut ſanguĩea gutta quod
eſſe cor auiũ exiſtimãt. Primũ in omni corpore id gigni opinãtes. In quo certa eſt gu-
ta ea ſalit: palpitatq;. Ipſũ animal ex albo liquore oui corporatur. Cibus eius in luteo ẽ
Omnibus intus caput maius toto corpore. Oculi cõpreſſi capite maiores. ĩcreſcẽte pul
lo candor in mediũ uertitur. Luteũ cĩ cũfunditur uiceſimo die: ſi moueat̃ ouũ. iã ui-
uentis intra putamẽ uox auditur. Ab eodẽ tempore plumeſcit ita poſitus: ut caput ſu
pra dextrũ pedem habeat: dexteram uero alam ſupra cadant. Vitellus paulatim deficit
Aues omnes ĩpedes naſcuntur contraq̃ reliqua animalia. Q uædã gallinæ omnia ge-
mina oua pariunt: & geminos interdũ excludũt: ut Cor. Celſus auctor eſt: alteꝝ maio-
rem: alioquin negant: omnino geminos excludi. Plus uicenaqna ĩcubenda ſubiici ue
tant. Parere a bruma incipiunt. Optima fœtura ante uernum æquinoctiũ. Poſt ſolſti-
tium nata non implent magnitudinẽ iuſtam: tantoq; minus q̃to ſerius peruenere.

De uitiis & remediis incubantium. Ca. LIIII.

OVa incubari infra x. dies edita utiliſſimum. Vetera autem recentiora infœcũ
da. Subiici impari numero debent. Quarto die poſtq̃ cœpere incubari ſi con-
tra lumen cacumine ouoꝝ apprehenſo una manu purus & uniuſmodi per-
luceat color: ſterilia exiſtimantur eſſe: proq; eis alia ſubſtituenda. Et in aqua eſt experi
mentum: inane fluitat. Itaq; ſidentia hoc eſt plena ſubiici uolunt. Concuti uero expe-
rimento uetant: quoniam non gignant confuſis uitalibus uenis. Incubationi datur
initium poſt nouam lunam: quia prius inchoata non proueniant. Celerius excludũ-
tur calidis diebus. Ideo æſtate undeuiceſimo educunt foetum: hyeme uiceſimoquito
Si in cubatu tonuerit oua pereunt: & accipitris audita uoce uitiantur. Remedium cõ
tra tonitrum: clauus ferreus ſub ſtramine ouoꝝ poſitus aut terra ex aratro. Quædam
aũt & citra incubitum ſponte natura gignit: ut in ægypti figmentis eſt ſcriptum. De
quodam uinipotore reperitur ſyracuſis tam diu potare ſolitum: donec ab eo cooperta
in terra foetum ederet ouar Quin & ab homine perficiuntur.

De auguriis ouoꝝ. Ca LV.

LIuia Auguſta prima ſua inuenta Tiberio Cæſare ex Nerone grauida cum
parere uirilem ſexum admodum cuperet. hoc uſa eſt puellari augurio. Ouũ
in ſinu fouendum atque cum deponendum haberet nutrici p ſinũ tradẽdo
ne ĩterimeret̃ tepor. Nec falſo Auguſta augurata ꝓdit̃ ĩperatoris ĩde foeta. Sediuẽtũ ut
oua ĩ calido loco ĩpoſita paleis igne modico foueret̃ hoĩe uerſãte pariter nocte ac die &

ſtatuto die illinc erumpere feotus: Traditur quædam ars gallinarii cuiuſdam dicentis
quid ex quoquæ eſſet. Narratur & mortua gallina mariti eaꝝ uiſi ſuccedētes inuicē: &
reliqua foetæ more faciētes: abſtinēteſqꝫ ſe a cātu. Sup omnia ē anatū ouis ſubditis at/
qꝫ excluſis admiratio prima nō plane agnoſcētis foetum Mox incertos cōcubitus ſol
licitæ cōuocatiōis Poſtremo lamenta circa piſcinæ ſtagna mergētibus ſe pullis natu/
ra duce.

Quæ galline optimæ. Ca. LVI.

GAllinaꝝ generoſitas ſpectatur criſta erecta: ĩterdū & gemina: pēnis nigris ore
rubicūdo: digytis imparibus: aliquādo & ſup quattuor digitos trāſuerſo uno
Ad rē diuinā luteo roſtro pedibuſqꝫ puræ nō uidētur. Ad optanea ſacra. ni/
græ. Eſt & pumilionū genus nō ſterile ĩ iis: qđ nō ĩ alio generē alitū: ſed qbus certa foe
cūditas rara & ĩcubatio ouis noxia.

De mor bi s eaꝝ & remediis. Ca. LVII.

INimiciſſima aūt omniū generi pituita: maximeqꝫ inter meſſis & uindemiæ tē
pus. Medicina in fame: & cubatus ĩ fumo: ſi utiqꝫ ex lauro aut hærba ſauina fi
at: pēna per trāſuerſas ĩſerta nares: & p omnes dies mota. Cibus aliū cum farre
aut aqua perfuſus ĩq̄ lauerit noctua. auis cū ſemine uitis albæ coctus & quædā alia.

De conceptu & numero foetus auium: Ca. LVIII.

COlumbe proprio ritu oſculantur ante coitum. Pariunt fere bina oua: ita na/
tura moderāte ut aliis crebrior ſit foetus: aliis numeroſior. Palūbes & turtu/
res plurimū terna: nec pluſq̄ bis fere pariūt: atqꝫ ita ſi prior foetus corruptus ē
Et q̄uis tria pepererit: nūq̄ plus duobꝰ educāt: Tertiū quod irritū ē urinū uocāt. Palū
bes incubat foemina poſt meridiana ĩ matutinū: cætero mas. Colūbæ marē ſemp & foe/
minā. pariūt priorē marē: poſtridie foeminā. Incubāt ĩ eo generē ābo: ĩterdu mas. noctu
foemina Excludūt uiceſimo die. Pariūt a coitu v. Aeſtate qdē ĩterdū binis mēſibꝰ terna
edunt paria. Nāqꝫ octauodecimo die excludunt ſtatimqꝫ concipiūt. Quare inter pul/
los ſæpe oua inueniunt: & alii ꝑuolant: alii erūpunt. Ipſi deinde pulli quinquemeſtres
foetificant: Et ipſæ autem inter ſe (ſi mas non ſit) foemine æque ſaliunt: pariuntqꝫ oua
irrita: ex quibus nihil gignitur: quæ hypenemia græci uocant.

De pauone & anſeribus. Ca. LIX.

PAuo a trimatu parit. Primo anno unum aut alterum ouum: ſequenti quater
na qna ue: cæteris duodena nō amplius intermittens binos dies ternos ue pa
rit: & ter anno ſi gallinis ſubiiciantur incubanda. Mares ea frangunt deſiderio
incubantiū. Qua propter noctu & in latebris pariūt: aut ĩ excelſo cubātes: & niſi mol/
li ſtrato excepta franguntur. Mares ſinguli quinis ſufficiunt coniugibus. Cū ſingulæ
aut binæ fuere: corrumpitur ſalacitate foecunditas. Partus excluditur diebus terno ue
nis: aut tardius triceſimo: Anſeres in aqua coeunt: pariunt uere: aut ſi bruma coiuere
poſt ſol ſtitiū: quadragita prope. Bis āno ſi priorē foetum gallinæ excludant: alias pluri
ma. oua xvi. pauciſſima ſeptem. Si quis ſurripiat pariunt donec rumpantur Aliena n̄
excludunt. Incubanda ſubiici utiliſſimum nouem aut uudeci. Incubant foemine tan
tum tricenis diebus. Si uero tepidiores ſint: uiceſimoquinto. Pullis eorum urtica cōta
ctu mortifera. Nec minus auiditas: nunc ſatietate nimia: nūc ſuamet ui: q̄do apprehen
ſa radice morſu: ſæpe conantes auellere ante colla ſua abrūpunt. Contra urticam reme
dium ſtramento ab incubatu ſubdita radix earum.

De ardeolis: & quomodo ſeruentur optime oua. Ca. LX.

ARdeolarum tria genera: leucon: aſterias: pellos. Hi in coitu anguntur. Mares
quidē cū uociferatu ſanguinem ēt ex oculis perfundūt. Nec minus ægre pa
riūt grauide. Aquila tricenis diebus ĩcubat. & fere maiores alites. Minores ui/
cenis: ut miluus & accipiter. Singulos uere parit nunq̄ plus ternos. is qui egolios uoca
tur quaternos. Coruus. aliquando & quinos. Incubant totidem diebus. Cornicem in/
cubātē mas paſcit. Pica nouenos. Me lācoriphus ſupra uigiti parit ſemp numero ĩpari

īæqualia. Nec alias in pluribus tanta foecunditas: maiorr tamē paruis. Hirundini cæ
ci prio pulli: & ferre omnibus quibus numeroſior partus. Irrita oua quæ hypenemia
diximus: quæq; aut mutua foeminæ iter ſe libidinis imaginatiōe concipiūt: aut pul
uere. Nec columbæ tantū: ſed & gallinæ: perdiceſ: pauones: anſeres: chenalopeces. Sūt
aūt ſterilia & minora ac minus iucundi ſaporis: & magis humida. Quidam & uento
putant ea generari. Qua de cauſa ēt zephyria appellantur. Hæc aūt uere tantum. Vria
fiunt incubatione derelicta: quæ alii cynoſura dixere. Oua aceto macerata in tantum
emolliuntur ut per annulos tranſeant. Seruari ea in lomento: aut hyeme ī paleis: æſta
te in furfuribus utiliſſimum. Sale exinaniri creduntur.

¶ Quæ uolucrum ſola animal pariat: & lacte nutriat. Ca. LXI.

Volucrum animal parit ueſpertilio tantum: cui membrana ceu pennæ. Eadē
ſola uolucrum lacte nutrit ubera admouens: geminos uolitat amplexa infā
tes: ſecūq; deportat. Eidē coxēdix una traditur: & ī cibatu culices gratiſſimi.

¶ De conceptu uiperæ & partu: & quæ terreſtriū oua pariāt. Ca. LXII.

Rurſus in terreſtribus oua pariunt ſerpentes: de quibus nondū dictū ſit. Coeūt
cōplexu adeo circūuolutæ ſibi: ut una exiſtimari biceps poſſit. Viperæ mas
caput inſerit in os: quod illa abrodit uoluptatis dulcedine: Terreſtriū eadem
ſola intra ſe parit oua unius coloris & mollia ut piſces. Tertia die intra uterū catulos
excludit: deinde ſingulos diebus ſingulis parit uiginti fere numero. Itaq; cæteri tardi
tatis impatientes prærūpunt latera occiſa parente. Cæteræ ſerpentes cōtecta oua ī ter
ra incubant & fœtum ſoquente excludūt anno. Crocodili uicibus incubant mas & fœ
mina. Sed reliquorū quoq; terreſtrium reddetur generatio.

¶ De generatione terreſtrium. Ca. LXIII.

Bipedum ſolus homo animal gignit. Homini tantum primi coitus pœnitentia
augurium ſcilicet uitæ a pœnitenda origine. Cæteris animalibus ſtati p tem
pora āni cōcubitus Homini (ut dictum ē) omnibus horis dierū noctiumq;.
Cæteris ſatietas ī coitu. Homini prope nulla. Meſſalina Claudii Cæſaris cōiunx hanc
regalē exiſtimās palmam elegit in id certamen nobiliſſimā e pſtitutis ancillam merce
nariæ ſtipis: eāq; die ac nocte ſuperauit quīto ac uiceſimo cōcubitu. In hoīum genere
maribus diuerticula Veneris excogitata omnia ſcelere naturæ: fœminis uero abortus.
Quantum in hac parte multo nocentiores q̄ feræ ſumus. Viros auidiores ueneris hye
me: fœminas æſtate Heſiodus prodidit. Coitus auerſus elephantis: camelis: tigribus: lyn
cibus: rhnoceroti: leoni: daſipodi: cuniculis: quibus auerſa genitalia. Cameli etiam ſoli
tudines aut ſecreta certa petunt: neq; interuenire datur ſine pernicie. Coitus tota die ē
tantum iis ex omnibus: quibus ſolida ungula. In quadrupedū genere mares olfatus
antecēdit. Auertuntur & canes: phocæ: lupi: in medioq; coitu: inuitiq; etiam cohærēt
Supradictorum plerumq; foeminæ priores ſuperueniunt: reliquis mares. Vrſi autem
ut dictum eſt humanitus ſtrati. Herinaci ſtantes ambo īter ſe cōplexi. Feles mare ſtāte
foemina ſubiacente: Vulpes in latere proiectæ: maremq; foemina amplexa. Taurorū
ceruorumq; foeminæ uim non tolerant: ea de cauſa ingrediuntur ī conceptu. Cerui
uiciſſim ad alias tranſeunt. & ad priores redeunt. Lacertæ ut ea quæ ſine pedibus ſunt
circumplexu uenerem nouere. Omnia animalia quo maiore corpore: eo minus foetū
da ſunt. Singulos gignunt elephanti: cameli: equi. Achantis duodenos auis minima.
Ociſſime pariunt quæ plurimos gignunt. Quo maius eſt animal: tanto diutius for
matur in utero. Diutius geſtantur quibus longiora ſunt uitæ ſpatia. Neque creſcenti
um tempeſtiua ad generandum ætas. Quæ ſolidas hebent ungulas ſingulos: quæ bi
ſulcas & geminos pariunt. Quorum in digytos pedum fiſſura diuiſa eſt: eo numero
ſiora in foetu. Sed ſuperiora omīa perfectos edūt partus: hæc īchoatos. In quo ſūt gene
re leænæ: urſæ: & uulpes: Informa ēt magis q̄ ſupradicta urſæ: pariūt: raręq; eſt uidere

pariẽtes.Poſtea lambendo calefaciunt foetus omnia ea:& figurant:pariunt plurimũ
quaternos.Cæcos ãt gignũt canes:lupi:pãtheræ:thoes.Cannũ plura ſũt genera.Laco
nicæ octaua mẽſe utrinq; generãt.Ferũt lxx.diebus:& plurimũ tribus mẽſibus.Cæte-
ræ canes & ſemeſtres coitũ patiũtur.Implẽtur oẽs uno coitu.Quæ ãte iuſtum tẽpus
cõceptere:diutius cæcos habent catulos:nec omẽs totidẽ diebus.Exiſtimatur in urina
attolere crus fere ſemeſtres:id ẽ ſignum cõſumati uirium roboris:fœmine hoc idẽ ſidẽ
tes.Partus duodeni quibus numeroſiſſimi:cætero.qni:ſeni aliquãdo ſinguli: quod ꝓ-
digioſũ putãt.Sicut omẽs mares:aut omnes fœminas gigni.Primos quoq; mares pari-
unt:i cæteris alternãt:ſi ineant opportuno & recto mẽſe.Ineunt a partu ſexto menſe.
Octonos laconicæ pariũt.Propria ĩ eo genere maribus laboris alacritas.Viuunt laco-
nici annis denis:fœmina duodenis.Cætera genera quindecĩ ãnos:aliquãdo uigitĩ.Nec
tota ſua ætate generant:fere a duodecimo deſinẽtes.Feliũ & ichneumonũ reliqua ut
canũ.Viuũt ãnis ſenis:Daſipodes omĩ mẽſe pariũt:& ſuperfœtant ſicut lepores.A par
tu ſtatĩ implẽtur.Cõcipiũt quanuis ubera ſiccãte fœtu:pariunt:nõ cœcos.Elephãti ut
diximus pariũt ſigulos magnitudine uituli trimeſtris.Cameli duodecĩ menſibus ferũt
a trimatu:pariũt uere.Iterũq; poſt ãnum implẽtur a partu.Equas aũt poſt tertiũ diẽ
aut poſt unũ ab enixu utiliter admitti putant:cogũtq; inuitas.Mulier ſeptima die cõ
cipe facillime credit.Equaꝝ iubas tõderi præcipiunt:ut aſinoꝝ ĩ coitu patiãtur hu-
militatẽ:comãtes enĩ gloria ſupbire.A coitu ſolæ animaliũ currũt:ex aduerſo aqlonũ
auſtroꝝ ue ꝑut marẽ aut fœminã cõcepere:Colorẽ ilico mutãt rubriore pilo:uel qcũ
q; ſit pleniore.Hoc argumẽto deſinũt admittere etiã uolẽtes.Nec impedit partus quaſ-
dã ab opere.Fallũtq; grauidæ.Viciſſe olympia prægnãtem equam Hecratidis theſſali ĩ
uenĩmus.Equos & canes & ſues initium matutinũ appetere:fœminas ãt poſt meridiẽ
blãdiri diligẽtiores tradũt.Equas domitas lx.diebus equire:ãteq̃ gregales.Sues tãtũ coi
tu ſpumã ore fondere.Verrẽ ſubantis audita uoce niſi admittat cibũ nõ capere uſq; in
maciẽ.Fœminas tãtã efferari.ut hominẽ lacerẽt:candida maxime ueſte idutũ.Rabies
ea aceto mitigat naturæ aſperſo.Auiditas coitus putatur ex cibis fieri.Sicut uiro eru
ca:pecori cepa.Quæ ex feris mitigẽtur non cõcipere:ut anſeres:apros uero tardere:&
ceruos.nec niſi ab infãtia educatos.Miꝝ eſt quadrupedũ prægnãtes uenerẽ arcent:ꝑ
ter equam & ſuẽ.Sed ſuperfœtant & daſipus & lepus tantum.

¶De uaria generatione auium. Ca. LXIIII.

QVæcunq; animal pariũt in capite gignunt circunacto fœtu ſub enixum alia
in utero porrecta.Quadrupedes geſtantur extẽſis ad lõgitudinem cruribus:
& ad aluum ſuam applicatis.Homo in ſemet conglobatus iter duo genua na
ribus ſitis.Molas de quibus ante diximus gigni putant:ubi mulier:non ex mare:ueꝝ
ex ſemetipſa tantũ cõcepit.ideo nec animari:quia nõ ſit ex duobus.Altricẽq; habere ꝑ
ſe uitam illã:quæ ſatis arboribuſq; cõtingat ex omnibus quæ perfecto.Fœtus uel tan-
tos & innumeroſos edunt..item plures contra naturam ſolidipedum aut biſulcorum.

¶De murium foetu. Ca. LXV.

SVpra cũcta ẽ muriũ foetus haud ſine cõtatione dicẽdus:quãq̃ auctore Ariſto
tele & Alexandri magni militibus generatio eoꝝ lãbendo cõſtare non coitu
dicat.Ex una genitos cxx.tradiderũt.Apud perſas uero pregnãtes ueneris pa
riẽtis & utero pariẽtis reptas.Et ſalis guſtatu fieri pregnãtes opinãtur.ita deſinit miꝝ
eſſe:unde uis tanta meſſes populetur muriũ agreſtiũ.in qbus illud quoq; adhuc latet
quo nã mõ illa multitudo repẽte occidat.Nã nec exanimes reperiũtur:neq; extat qui
murẽ hyeme ĩ agro effoderit.Plurimi itaq; ad troadem ꝑueniunt.Et iã ide fugauerũt
accolas.Prouẽtus eoꝝ ſiccitatibus tradũt.Et iam obituris uermiculum ĩ capite gigni.
Aegyptiis muribus durus pilus:ſicut herinaceis.idem bipedes ambulant:ceu alpini.
Cũ diuerſi quoq; generis colere animalia:ita demũ generãt:ſi tẽpus naſcẽdi par habẽt.

Quadrupedum oua gignētium lacertam ore parere ut creditur uulgo. Ariſtoteles negat. Neq; incubant eædem oblitæ quo ſint in loco enixæ: quoniam huic animali nulla memoria. Itaq; catuli per ſe erumpunt.

De ſpina hominis anguem naſci. Ca. LXVI.

ANguē ex medulla hoīs ſpinæ gigni accepimus a multis. Plæraq;.n. occulta & cæca origine ꝓueniūt ēt ī q̄drupedū genere. De ſalamādra. C. LXVII

Icut ſalamandra animal lacerti figura ſtellatū nunq̄ niſi magnis hymbribus proueniens: & ſerenitate deficiens. Huic tātus rigor: ut ignem tactū extinguat nō alio modo q̄ glacies. Eiuſdem ſane quæ lactea ore uomitur: quacūq; parte corporis humāi contacta toti defluūt pili. Idq; quod contactum eſt colorem in uitiligi ginem mutat.

De iis quæ naſcunẗ ex nō genitis & quæ nata nihil gignūt. Ca. LXVIII.

QVædam uero gignuntur ex non genitis: & ſine ulla ſimili origine ut ſupra dicta: & quæcūque æſtas aut uer ſtatumq; tēpus anni generant. Ex iis quædam nihil gignunẗ ut ſalamandræ. Neq; ē in iis genus maſculinū fœmineū ue: ſicut neq; in angullis: oībuſq; quæ nec aīal nec ouū ex ſeſe generant. Neutrum eſt & oſtreis genus: & cæteris adherentibus uado uel ſaxo. Quæ aūt per ſe generantur ſicuti infra mares ac fœminas deſcripta ſunt: ita generant quidē ea aliquid coitu: ſed īperfectum & diſſimile: & ex quo nihil amplius gignaẗ: ut uermiculos muſcæ. id magis declarant naturæ eoꝝ quæ inſecta dicuntur. Arduæ explanatiōi oīa: & priuati dicato ope narranda. Qua pp ut ingeniū ꝑdictoꝝ ita & reliqua ſubtexet deſertatio.

De ſenſibus animalium. Ca. LXIX

EX ſenſibus ante cætera hoī tactus: deinde guſtus. Reliquis ſuperaẗ a multis. Aquilæ clarius cernunt. Vultures ſagacius odoranẗ. Liquidius audiunt talpæ: obrutæ terra: tā denſo atq; ſurdo naturæ elemento. Præterea uoce omnium in ſublime tendente ſermonē exaudiunt: & ſi de iis loquare intelligere ēt dicunẗ: & ꝓfugere. Auditus cui hominum primo negatus eſt: huic & ſermonis uſus ablatus. Nec fūt naturaliter ſurdi: ut n̄ idē ſint & muti. in marinis oſtreis auditum eſſe nō ēueriſimile: ſed ad ſonū mergere ſe ſolent. ideo & ſilentium in mari piſcantibus.

Auditum & olfatum eſſe piſcibus Ca. LXX

PIſces. quidem auditus nec mēbra hēnt nec foramina: audire tamen eos palam eſt: ut patet cū plauſu congregari feros ad cibū conſuetudine in quibuſdam uiuariis ſpecteẗ. Et ī piſcinis Cæſaris genera piſcium ad nomen uenire: quoſdā ſingulos. Itaq; ꝓduntur etiam clariſſime audire mugil: lupus: ſalpa: chromis: & īoī uado uiuere. Olfatum iis eē manifeſtū patet. Quippe nō oēs eadē eſca capiunẗ: & priuſq̄ appettant odorantur. Quoſdā & ſpeluncis latentes ſalſamento illitis faucibus ſcopuli piſcator expellit: uelut ſui cadaueris agnitionē fugientes. Conueniuntq; ex alto ēt ad quoſdā odores: ut ſæpiam uſtam: & polypum: quæ ob id coguntur in naſſas. Sētinæ quidē nauium odorē fugiunt ꝓcul: maxīe tn̄ piſcium ſanguinē. Non poteſt petris auelli polypus. Idem cunicula admota ab odore protinus reſilit. Purpuræ quoq; fœtidis capiuntur. Nam de reliquo animaliū genere qs dubitet? Cornus ceruini odore ſerpentes fugantur: ſed maxime ſtyracis: origani: aut chalcis aut ſulphuris formicæ necantur. Culices acida petunt: ad dulcia non aduolant.

Tactum cōmunem eſſe omnibus. Ca. LXXI.

TActus ſenſus omnibus eſt: etiam quibus nullus alius. Nā & oſtreis & terreſtribus uermibus. Quo exiſtimaueri oībus ſenſum guſtus eſſe. Cur enī alios alia ſapores appetunt? In quo uel præcipua naturæ architectiq; uis. Alia dētibus prædantur: alia unguibus: alia roſtri aduncitate capiunt. Alia latitudine ruunt. Alia acumine excauant. Alia ſugunt. Alia lambunt: ſorbent: mandunt, uorant: Nec minor uarietas in pedum miniſterio: ut rapiant diſtrahant: teneant: premant: pendeant: tellu

rem ſcabere non ceſſent.

Quæ uenenis uiuant & quæ terra. Ca. LXXII

VEnenis capreæ & coturnices (ut diximus) pingueſcunt placidiſſima anima
lia at ſerpentes ouis. Spectanda qdem draconũ arte. Aut enim ſolida hauriũt:
ſi iam fauces capiunt: quæ deinde in ſemet cõuoluti frangunt intus: atq; ita
putamina excutiunt: aut ſi tenerior eſt & catuli adhuc ætas orbe apprehenſa ſpira: ita
ſenſim uehementerq; præſtringunt: ut ampurata pte ceu ferro: reliquã quæ amplexu
tenetur ſorbeant. Simili modo auibus deuoratis ſolidis contentione plurima & cætera
oſſa reuomunt. Scorpiones terra uiuunt. Serpentes cũ occaſio eſt uinũ præcipue appe
tunt: cũ alioquin exiguo indigeant potu. Eædẽ minimo & pene nullo cibo cũ adſeruã
tur incluſæ: ſicuti aranei quoq; alioqn ſuctu uiuentes. Ideo nullũ interit fame aut ſiti
uenenatum. Nã neq; caloris uim habent: neq; ſanguinis neq; ſudoris: quæ auiditatem
naturalem ſale augent. In quo genere omnia magis exitialia: ſi ſuum genus edere añq̃
noceant. Cõdit in theſauros maxillaꝝ cibũ ſpongionũ & ſatyroꝝ genus. Mox inde ſen-
ſim ad mãdendũ manibus exprimit. Et qđ formicis ĩ annũ ſolẽne ẽ his ĩ dies uel horas.

De cibo & potu quorundam. Ca. LXXIII.

VNum animal digytos habentium hærba alitur lepus: ſed & fruge. Solidipedes
& biſulci ſue omni cibatu & radicibus. Solidipedũ uolutatio propria. Serrato-
rum dentiũ carniuora ſunt oĩa. Vrſi & fruge fronde uindemia pomis uiuunt
& apibus cancris etiã & formicis. Lupi ut diximus & terra in fame. Pecus potu pingue
ſcit: ideo ſal illis aptiſſimus: itẽ ueterina: q̃q̃ & fruge & hærba ſed ut bibere: ſecedũt. Ru-
minant præter iam dicta ſilueſtrium cerui cũ a nobis aluntur. Omnia autem iacentia
potius q̃ ſtantia: & hyeme magis q̃ æſtate ſeptenis fere menſibus. Põtici quoq; murus ſi
mili modo remandunt. In potu quibus ſerrati dentes: lambunt. Et mures hi uulgares:
q̃uis ex alio genere ſint. Quibus continui dentes ſorbent: ut equi boues. Neutru; urſi:
ſed aquam quoq; morſu uorant. In africa maior pars ferraꝝ æſtate nõ bibunt inopia
hymbrium. Quam ob cãm capti mures libyci ſi biberint moriuntur. Orygem ppetuo
ſitientẽ africa generat ex natura loci potu carentem cum mirabili modo ad remedia ſi
tientium. Nãq; getuli latrones eo durant auxilio repertis in corpore eorum ſaluberrimi
liquoris hauſtu ueſicis. Inſidunt in eadem africa pardi cõdenſa arbore: occultatiq; eius
ramis in prætereuntia deſiliunt: atq; e uolucrũ cæde graſſantur. Feles quidẽ quo ſilen-
tio q̃ lenibus ueſtigiis obrepunt auibus q̃ occulto ſpeculatu in muſculos exiliunt? Ex
crementa ſua effoſſa obruunt terra: intelligentes odorem illũ indicem ſui eſſe.

Quæ inter ſe diſſideant: & quæ inter ſe conueniant. Ca. LXXIIII.

ERgo & alios ſenſus quoſdam eſſe q̃ ſupradictos haud difficulter apparet. Sũt
enim quædam his bella amicitiæq;. Vnde & affectus præter illa quæ de qbuſq;
eorum ſuis diximus locis. Diſſident olores & aquilæ. Coruus & cloreus noctu
inuicem oua exquirentes. Simili modo coruus & miluus illo præcipiente huic cibos.
Cornices & noctua. Aquilæ & trochilus (ſi credimus) quoniam rex appellatur auiu3
Noctuæ & cætere minores aues. Rurſus cum terreſtribus muſtella & cornix. Turtur &
pyralis. Ichneumones & ueſpæ. Phalangia & aranei. Aquaticæ anates & gauiæ. Harpæ
& triorches accipiter. Sorices & ardeolæ inuicem fœtibus inſidiantes. Egithus auis mi-
nima cum aſino. Spinetis enim ſe ſcabendi cauſa atterentes nidos eius diſſipat: quod il
la adeo pauet: ut uoce omnino rudentis audita oua eiiciat: pulli ipſi metu cadant. Igi-
tur aduolans ulcera eius roſtro excauat. Vulpes & milui. Angues & muſtellæ & ſues.
Eſalon uocatur parua auis oua corui frangens: cuius pulli infeſtantur a uulpibus. In
uicem hæc catulos eius ipſamq; uelit. Quod ubi uiderint corui: contra auxiliantur: ue
lut aduerſus cõmunem hoſtem. Et achantis in ſpinis uiuit: Idcirco aſinos & ipa odit: flo
res ſpinæ deuorantes. Egithum uero in tantum: ut ſanguinem eorum credant nõ coire

multiſq; ob id ueneficiis infament. Diſſident thoes & leones:& minima æque ac maxia.
Formicoſam arborem ſorices cauent. Librat areneus ſe filio in caput ſerpentis porre/
cte ſub umbra arboris ſuæ. tantaq; ui morſu cerebrum apprehendit: ut ſtridens ſubin/
de: ac uertigine rotata ne filium quidem deſuper pendentis rumpere adeo non fugere
queat: nec finis ante mortem eſt. Rurſus amici pauões & columbæ: Turtures & pſitaci
Merulæ & turdi: Cornix & ardeolæ. Cõtra uulpiũ genus cõibus iimicitiis Harpæ & mi
luus contra triorchin. Quin & affectus indicia ſunt etiam in ſerpentibus immitiſſimo
animaliũ genere. Dicta ſunt quæ arcadia narrat de domino a dracone ſeruato:& agni/
to uoce hominis. De aſpide miraculum a Philarcho traditur. Is enim auctor eſt. Cum
ad menſam cuiuſdam ueniens in ægypto aleretur aſſidue enixam catulos: quorum ab
uno filium hoſpitis interemptum. Illam reuerſam ad conſuetudinem cibi intellexiſſe
culpam:& necem intuliſſe catulo: nec poſtea in tectum id reuerſam.

De ſomno animalium. Ca. LXXV.

SOmni quæſtio non obſcuram cõiectationem habet. In terreſtribus omnia quæ
cor habent dormire manifeſtum eſt. Aquatilium quoq; exiguum quidam etiã
qui de cæteris dubitant: dormire tamen exiſtimant: non oculorum argumento: quia
non habent genas: uerum ipſa quiete cernuntur placida ceu ſoporata: neq; alia q̃ cau
dis mouentia:& ad tumulum aliquem expauentia. De thynnis confidentius affirmat.
Iuxta ripas enĩ aut petras dormiunt. Plani aũt piſciũ in uado: ut manu ſæpe tollantur
Nã & delphini balneæq; ſtertentes etiã audiuntur. Inſecta quoq; dormire ſilentio appa
rer: quia nec luminibus quidẽ admotis excitentur. Homo genitus premitur ſomno p
aliquot menſes. Deinde lõgior indies uigilia. Somniat ſtatim infans. Nã & pauore exp
giſcitur:& ſuctum imitatur. Quidã uero nunq̃: quibus mortiferũ fuiſſe ſignum con/
tra cõſuetudinem ſomniorum ĩuenimus exempla. Magnus hic inuitat locus:& diuer
ſis refertus documentis: utrũ ne ſint aliqua præſcita animi quieſcentis. Qua fiant rõe
an fortuita res ſit ut pleraq;? Et ſi exemplis agatur: pfecto paria fiant. A uino & a cibis
proxima atq; ĩ redormitione uana eſſe uiſa prope cõuenit. Eſt aũt ſomnus nihil aliud
q̃ animi in mediũ ſeſe receſſus. Præter hominẽ ſomniare equos: canes: boues: pecora: ca
pras palam eſt. Ob hoc creditur & in omnibus quæ animal pariunt. De iis quæ oua
gignunt incertum eſt. Sed dormire ea certum. Verum & ad inſecta tranſeamus. Hæc
nanque reſtant immenſe ſubtilitatis animalia:

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. XI.

PROHEMIVM

De inſectis animalibus: ut ſunt apes: formicæ: & huiuſmodi.

RESTANT IMMENSAE SVBTILITATIS ANIMAlia:
Quãno aliq ea neq; ſpirare & ſine ſãguine eẽ etiã pdiderunt

De inſectorum genere. Ca. I.

MVlta hæc & multigena terreſtiũ uolucrũq; uita. Alia
pennata ut apes. Alia utroq; mõ ut formicæ. Aliqua
& pennis & pedibus carentia. Et iure omnia inſecta appel/
lata ab inciſuris: quæ nunc ceruicum loco: nunc pectorũ
atq; alui præcincta ſeperant membra tenui modo fiſtula
cohærentia. Aliquibus uero non tota inciſura eas ambien/
te rũgas: ſed in aluo aut ſuperne tantum imbricatis flexilium uertebris nuſquam alibi
ſpectatiore naturæ rerum artificio.

De ſubtilitate naturæ. Ca. II.

IN magnis ſiquidem corporibus aut certe maioribus facilis officina ſequaci

materia fuit. In his uero tam paruis atq; tam nullis quæ ratio q̄tauis tam inextricabilis perfectio. Vbi tot ſenſus collocauit in culice? Et ſunt alia dictu minora. Sed ubi uiſum in ea prætendit? Vbi guſtatum applicauit? ubi odoratum inſeruit? Vbi uero truculentam illam & portione maximam uocem ingenerauit? Qua ſubtilitate pēnas adnexuit? Prælongauit pedum crura? Diſpoſuit ieiunam cauam uti aluum? Auidam ſāguinis & potiſſimum humani ſitim accendit? Telum uero perfodiēdo tergori quo ſpiculauit ingenio? Atq; ut in cāpaci cum cerni non poſſit exilitas: ita reciproca generauit arte: ut fodiendo acuminatum pariter ſorbendoq; fiſtuloſum eſſet. Quos terredini ad perforanda robora: cum ſono teſte dentes affixit? potiſſimūq; e ligno cibatum fecit? Sed turrigeros elephantoꝝ miramur humeros: taurorūq; colla: & truces in ſublime iactus: tigrium apinas: leonum iubas: cum rerum natura nuſq̄ magis q̄ in minimis tota ſint. Qua propter quæſo ne noſtra legentes (quoniam ex iis ſpernuntur multa) etiam relata faſtidio dānent: cū in cōtemplatione naturæ nihil poſſit uideri ſupuacuum.

¶ Vtrum ſpirent: an habeant ſanguinem. Ca. III:

INſecta multi negarunt ſpirare id rōe perſuadentes: quoniam uiſceri interiori nexus ſpirabilis non ineſſet. Itaq; uiuere ut fruges arboreſq;. Sed plurimum intereſſe ſpiret aliquid an uiuat. Eadem de cauſa nec ſanguinem iis eſſe: qui ſit nullis carentibus corde aut iecore. Sic nec ſpirare ea quibus pulmo deſit. Vnde numeroſa quæſtionum ſeries exoritur. Idem enim & uocem eſſe iis negant in tanto murmure apum: cicadarum ſono & aliis quæ ſuis æſtimabuntur locis. Nam mihi contuēti ſemper ſuaſit rerum natura nihil incredibile exiſtimare de ea. Nec uideo cur magis non poſſint trahere animam talia & uiuere: q̄ ſpirare ſine uiſceribus. Quod etiam in marinis docuimus: q̄uis arcente ſpiritum denſitate & altitudine humoris. Volare quidem aliqua & animatu carerein ipſo ſpiritu uiuentia. Habere ſenſum uictus generatōnis atq; operis & de futuro etiam curam. Et q̄uis non ſint membra: quæ uelut carinas ſenſus inuehant: eſſe tamen iis auditum: olfatum: guſtatum: eximia præterea naturæ dona: ſolertia: animum: artem: quis facile crediderit? Sanguinem nō eſſe iis fateor: ſicut ne terreſtribus quidem cunctis inter ſe ſimilem quidem: ut ſæpiæ in mari ſanguinis uires atramentum optineat: purpurarum generi infector ille ſuccus. ſic inſectis quiſquis eſt uitalis humor hic erit ſanguinis loco. Sed exiſtimatio ſua cuiq; ſit. Nobis ꝑpoſitū ē naturas rerum manifeſtas indicare: non cauſas iudicare dubias.

¶ De corpore eorum. Ca. IIII.

INſecta ut intelligi poſſit non uidētur neruos habere: nec oſſa: nec ſpinas: nec carthilaginem: nec pinguia: nec carnes: nec cruſtam quidem fragilē: ut quædam marina: nec iure dicetur cutis: ſed mediæ cuiuſdam inter omnia hæc naturæ corpus arenti ſimile neruo mollius: in reliquis partibus ſiccius uerius q̄ durius. Et hoc ſolū iis ē: nec ꝑterea aliud. Nihil intus niſi admodū paucis inteſtinū implicatū. Itaq; diuulſis præcipue uiuacitas: & partium ſingularum palpitatio. Quia quæcūq; eſt ratio uitalis: illa non certis ineſt mēbris: ſed toto in corpore: minime tamen capite. Solūq; non mouetur niſi cum pectore auulſum. In nullo genere plures ſunt pedes. Et quibus ex iis plurimi: diutius uiuunt diuulſa: ut in ſcolopendris uidemus. Habēt aūt oculos: præterq; ſenſus tactum & guſtatum: aliqua & odoratum. pauca & auditum.

¶ De Apibus. Ca. V.

SEd inter omnia principatus apibus & iure ꝑcipua admiratio. Solis ex eo genere hominū cā genitis. Mella cōtrahunt ſuccūq; dulciſſimū atq; ſubtiliſſimū ac ſaluberrimū. Fauos cōfingūt & cæras. Illæ ad uſus uitæ laborē tollerāt. Opa cōficiūt. Rēpublicā habent: cōſilia priuatim: ac duces gregatim: & quod maxime mirū ſit mores habent. Præterea cū ſint neq; māſueti generis neq; feri: tn̄ tāta eſt natura reꝝ ut ꝓpe ex umbra minimi animalis incōperabile effecerit q̄ddam. Quos efficaciæ indu

ſtriæq; tãtæ cõpemus neruos? quas uires? quos rõe mediusfidius uiros? Hoc certe pſtan
tioribus quo nihil nouere niſi cõmune. Nõ ſit de anima quæſtio. Cõſtet & de ſãguiue
quãtulũ tñ eẽ ĩ tãtulis poteſt. Aeſtimẽus poſtea igeniũ. ¶ Qui ordo naturæ ĩ eis. Ca. VI

HYeme cõduntur. Vnde enim ad pruinas niueſq; & aquilonũ flatus perferen
dos uires? Sane & ĩſecta oĩa: ſed minus diu. Quæ parietibus noſtris occultata
nature tepefiunt. Circa apes aut tẽpoꝝ locoꝝ ue rõ mutata ẽ: aut erauerũt priores. Cõ
duntur a uergiliarũ occaſu: ſed latent ultra exortũ. Adeo nõ ad ueris initiũ ut dixere:
nec ũt quiſq̃ in italia de alueis exiſtimat. Ante fabas florentes nõ exeunt ad opera & la-
bores: nulluſq; (cũ ꝓ cælũ licuit) ocio perit dies. Primũ itaq; fauos cõſtruunt: cærã fin
gunt: hoc eſt domos cellaſq; faciũt. Deinde ſobolẽ: poſtea mella: cærã ex floribns. Melli
ginẽ a lachrymis arborũ quæ glutinũ pariunt ſalicis: ulmi: arundinis ſucco: gummi re
ſina. Iis primũ alueum ipſum intus totum ut quodã tectorio illinunt: & aliis amario-
ribus ſuccis cõtra aliarum beſtiolarũ auiditates. Id ſe facturas cõſciæ qđ cõcupiſi poſſit
. Iis deĩde fores quoq; latiores circũſtruũt. ¶ De uocabulis operis. Ca. VII.

PRima fundamẽta operis metyn uocant periti: ſecũda piſſocæron: tertia ꝓpolin.
Inter coria cæraſq; magni ad medicamina uſus. Metys cruſta eſt prima ſaporis
amari. Piſſocæros ſuper eam uenit picantiũ mõ ceu dilutior cæræ initiũ populorũq;
mitiore gummi. Propolis craſſioris iam materiæ additis floribus nundũ tñ cæra: ſed fa
uorũ ſtabilimentũ qua omẽs frigoris aut iniuriæ additus obſtruunt: odore etiã nũc
graui: ut qua pleriq; ꝓ galbono utantur. Præter hæc cõuehetur rhithace: quã alii ſan
daracã: alii cærinthũ uocant. Hic erit apum dũ operant̃ cibus: qui ſæpe inuenit̃ in fa-
uorũ inanitatibus ſepoſitus: & ipſe amari ſaporis: ſed plenus humoris cibus. Gignitur
aũt rore uerno: & arborũ ſucco gummi mõ: africi minor: auſtri flatu nigrior: aquiloni
bꝰ melior & rubens. Plurimũ ĩ græcis nuci[illegible]us Menecrates florẽ ait eſſe futuræ: meſſis
indiciũ. ſed nemo præter eũ. ¶ Ex qbus floribus opa fiãt Ca. VIII.

QVæras ex omniũ arborũ ſatorumq; floribus cõfingunt: excepta rumice & cheno
pode. Herbarũ hæc genera. Falſo excipitur ſpartũt. Quippe cũ hiſpania multa in
ſpartariis mella hærbam eã ſapiunl. Falſo & oleas excipi arbitror. Quippe oliuæ ꝓuen
tu plurima examina gigni certũ eſt. Fructibus nullis nocetur. Mortuis ne floribus qui
dem nõ modo corporibus inſidunt. Operantur intra lx. paſſus. Et ſubinde cõſumptis
in proximo floribus ſpeculatores ad pabula ulteriora mittunt. Noctu deprehenſæ in
expeditione excubant ſupinæ: ut alas rore protegant.

¶ De amatoribus earum. Ca. IX.

NE quis miretur amor earum captos Ariſtomachũ ſolenſem duodeſexaginta ãnis
nihil aliud egiſſe. Hyliſcum uero thaſium in deſertis apes colentem Agrium co-
gnominatũ: q ambo ſcripſere de iis. ¶ Ratio operis. Ca. X.

RAtio operis interdiu ſtatio ad portas more caſtrorũ. Noctu qs in matutinũ do-
nec una excitet omẽs gemino aut triplici bombo: ut buccino aliquo. Tũc uni-
uerſæ ꝓuolant: ſi dies mitis futurus eſt. Prædiuinãt enĩ uentos hymbreſq;: & tũc ſe cõti
nent tectis. Itaq; tẽperie cæli (hãc enim ĩter pſcita habent) cũ agmen ad opera ꝓceſſit:
aliæ flores aggerũt pedibus: aliæ aquã ore gutaſq; lanugine totius corporis. Quaꝝ ado
leſcẽtiores ad opera exeũt: & ſupradicta cõuehunt. Seniores ĩtus operant̃. Quæ fleres
cõportãt prioribus pedibus femora onerãt: pp id natura ſcabra pedes priore roſtro: to
tæq; onuſtæ remeãt ſarcina pãdatæ. Excipiunt eas ternæ. quaternæ exonerãt. Sũt. n. in
tus quoq; officia diuiſa. Aliæ ſtruũt. Aliæ poliũt. Aliæ ſuggerũt. Aliæ cibũ cõpant ex
eo qđ allatũ eſt. Neq; enĩ ſepatim ueſcunt̃: ne inæqualitas opis aut cibi fiat & tẽporis.
Struunt rurſus ea orſa cõcameratiõe alui: textũq; uel uſq; ad ſũma tecta deducũt: limi
tibus binis circa ſigulos actus: ut aliis ĩtrẽt. aliis exeant. Faui ſupiore parte affixi: & pau
lulũ ẽt lateribus ſimul hærent: & pẽdent una. Alueũ ñ cõtingũt: nũc obliqui: nunc ro

rundi qualiter poſcit alueus: aliquando & duorum generum: cum duo examina cōcordibus populis diſſimiles habuere ritus. Ruentes cæra fulciunt pilarum inſtar interius a ſolo fornicatis: ut ſit auditus ad ſarciendum. Primi fere tres uerſus inanes ſtruuntur: ne promptum ſit quod inuitet furantem. Nouiſſimi maxime implentur melle: ideoque auerſo alueo faui eximuntur. Gerulæ fecundos flatus captant. Si cooriatur procella: apprehenſis peduſculo lapillis ſe librant. Quidam in humeros eum imponi tradunt. Iuxta uero terram uolantur in aduerſo flatu uepribus hebetato. Mira obſeruatio operis. Ceſſātium inertiam notant: caſtigant: mox & puniunt morte. Mira munditia. Amoliuntur omnia e medio. nullæq; inter opera ſpurciciæ iacent. Quin & excrementa operantium intus ne longius recedant unum congeſta in locum turbidis diebus & operis ocio egerunt. Cum aduesperaſcit in alueo ſtrepunt minus ac minus: donec una circūuolet eodem quo excitauit bombo: ceu quietē capere imperans. Et hoc caſtroꝝ more. Tunc repente omnes conticeſcunt. Domos primū plebeis exædificant: deinde regibus.

De fucis. Ca. XI.

SI ſperantur largior prouentus: adiiciuntur contubernia & fucis. Hæc cellaruꝫ minime: ſed ipſi maiores apibus. Sunt autem fuci ſine aculeo uelut impſectæ apes: nouiſſimeq; a feſſis & iam emeritis inchoatæ: ſerotinus fœtus & quaſi ſeruitia ueraꝝ apum. Quáobrem imperat iis: primoſq; in opera expellunt: tardantes ſine clæmētia puniunt. Neq; in opere tantū: ſed in fœtu adiuuant eas multū ad calorē conferente turba. Certe quo maior eoꝝ fuerit multitudo. eo maior fiet examinū ꝓuentus. cū mella cœperint matureſcere: abigunt eos. Multæ ſingulos aggreſſæ trucidat. Nec id genus iuſi uere cōſpicitur. Fucus ademptis alis ī alueæ reiectus ipſe cæteris adimit. Regias imperatoribus futuris in una parte aluei extruūt amplas: magnificas: ſeperatas: tuberculo eminentes. Quod ſi exprimatur non gignuntur ſoboles. Sexangulæ omēs cellæ: a ſingoloꝝ eæ pedum opere. Nihil horum ſtatuto tempore: ſed rapiūt diebus ſerenis munia. Et melle uno altero ue ad ſummum die cellas replent.

Quæ natura mellis. Ca. XII.

VEnit hoc ex aere: & maxime ſyderū exortu: præcipueq; in ipſo ſyrio explendeſcit: nec oīo prius uergiliaꝝ exortu ſub lucanis tēporibus. Itaq; cū prima aurora folia arboꝝ melle roſcida inueniūtur. At ſi q̄ matutino ſub diuo fuere: unctas liquore ueſtes: capillūq; concretum ſentiunt. Siue ille eſt cæli ſudor: ſiue quædam ſydeꝝ ſaliua: ſiue purgâtis ſe aeris ſuccus: ſiue aquæ ē & purus ac liquidus & ſuæ naturæ: qualis defluit primo. Nunc uero e tanta cadens altitudine multūq; dum uenit ſordeſcens: & obuio terræ halitu infectus. Præterea a fronde ac pabulis potus: & in utercu los congeſtus apum. Ore enim uomunt. Ad hæc ſucco florum corruptus & alueis: maceratus: totienſq; mutatus. Magnam tamen cæleſtis naturæ uoluptatē affert.

Quæ optima mella. Ca. XIII.

IBi optimus ſemper: ubi optimorum doliolis florum conditur. Atticæ regiōis hic & ſiculæ hymeto & hybla ab locis: mox callinne inſula. Eſt autē initio mel ut aqua dilutum: & primis diebus feruet ut muſta: ſeq; purgat: Viceſimo die craſſeſcit. Mox obducitur tenui mēbrana: qua feruoris ipſius ſpuma concreſcit. Sorbet optimum & minime fronde infeſtum e quærcus tiliæ arundinū foliis.

Quæ genera mellis in ſingulis. Ca. XIIII.

SVmma quidem bonitatis natione conſtat (ut ſupradiximus) pluribus modis. Aliubi enim faui cæra ſpectabiles gignuntur: ut ī pelignis: ſicilia. Aliubi mellis copia: ut in creta: cypro africa. Aliubi magnitudine: ut in ſeptētrionalibus: uiſo iam in germania octo pedum longitudinis fauo: in caua parte nigro. In quocunq; tamen tractu terna ſunt mellis genera. Vernum ex floribus conſtructo fauo: quod ideo uocatur anthinum. Hoc quidam attingi uetant: ut largo alimento ualida exeat ſoboles

Alii ex nullo minus apibus relinquunt: quoniam magna ſequatur ubertas magnorum
ſyderum exortu. Præterea ſolſtitio cum thymis & una florere incipiunt præcipua cella
rum materia. Eſt autem iu eximendis fauis neceſſaria diſpenſatio : quoniã inopia cibi
deſperant: moriunturq; aut effugiunt. Contra copia ignauiam affert. Maciem melle ñ
rhithace paſcunt. Qui autem ſunt diligentiores ex hac uindemia duodecim partẽ api
bus relinquunt. Dieſq; ſtatutus inchoandi ut quadam lege naturæ: ſi ſcire aut obſerua
re homines uelint: triceſimus ab educto examine: fereq; maio menſe ĩcluditur hæc uin
demia. Alterum genus eſt mellis æſtiui : quod ideo uocatur horeum a tempeſtiuitate
præcipua ipſo ſyrio explendeſcentes poſt ſolſtitium diebus. xxx. fere. Immẽſa circa hoc
ſubtilitas naturæ mortalibus patefacta eſt: niſi fraus hominum cuncta pernice corrũ
peret. Namq; ab exortu ſyderis cuiuſcunq; ſed nobilium maxime aut cæleſtis arcus ſi
non ſequantur hymbres: ſed ros tepeſcat ſolis radiis. Medicamenta non mella gignun
tur oculis ulceribus. interniſq; uiſceribus dona cæleſtia. Quod ſi ſeruetur hoc ſyrio
exoriente caſuq; congruat in eundem diem: ut ſæpe Veneris aut Iouis Mercurii ue ex
ortus nõ alia ſuauitatis: uſuſq; mortaliũ malis a morte uocandis q̃ diuiui nectaris fiat.

Quomodo probentur mella. Ca. XV

VEl plenilunio uberius capitur: ſerena die pinguius. In omni melle quod per
ſe fluxit ut mutum oleumq;: appellaturq; tacitum: max me laudabile eſt. Ae
ſtiuum omne rutulum: ut diebus confectum ſiccioribus. Aptiſſimum in æſtimatione
e thymo coloris aurei: ſaporis gratiſſimi : cum ſit palam doliolis pingue: marino e rore
ſpiſſum. Quod concreſcit autem hoc minime laudatur. Thymoſum nõ coit: & tactu
prætenuia filia mittit. Quod primum grauitatis argumentum. eſt: abrumpi ſtatim &
reſilire guttas: uilitatis indicium habetur. Sequens probatio ut ſit odoratum & ex dul
ce reglutinoſum perlucidum. Aeſtiua mellatione decimam partem thaſio. Dionxſio
apibus reliqui placet: ſi pleni fuerint aluei. Si minus: ꝓ rata portiõe: aut ſi ĩanes: omni
no nõ attingi. Hũc uendemiæ attici ſignũ debere initiũ caprificialẽ diẽ uulcão ſacrũ.

De tertio genere mellis: & quomodo apes probentur. Ca. XVI.

TErtium genus mellis minime probatum ſilueſtre: quod ericeum uocant. Cõ
uehitur poſt primos autumni hymbres cum erica ſola floret in ſiluis. Ob id
harenoſo ſimile. Gignitur id maxime arcturi exortu a pridie idus ſeptembris. Quidam
æſtiuam mellationem ad arcturi exortum proferunt: quoniam ad æquinoctium autũ
ni ab eo ſuperſunt dies xiiii. & ab æquinoctio ad uergiliarum occaſum diebus xlviii:
Plurimi ſyderitem: athenienſes tetradicem appellant: euboea ſiſarum: putantq; apibus
eſſe gratiſſimam fortaſſis quia tunc nulla alia ſit copia. Hæc ergo mellatio fine uinde
miæ & uergiliarum occaſu idibus nouembris fere includitur. Relinqui ex ea duas ptes
apibus ratio pſuadet: & ſẽper eas partes fauorũ q̃ habeant rhithacẽ. A bruma ad arturi
exortũ diebus lx. ſõno alunt̃ ſine ullo cibo. Ad arcturi exortũ ab æquinoctio uerno tepi
diore tractu iam uigilant. Sed etiam tunc alueo ſe continent: ſeruatoſq; in id tempus ci
bos repetunt. In italia uero hoc idem a uergiliarum exortu faciunt: & ĩ eum dormiũt
Alueos quidam in eximendo melle expendunt: ita dirimentes quantum relinquant.
Aequitas etiam in eis obſtringitur: feruntq; ſocietate frauda alueos mori. In primis præ
cipitur ut lauti purique eximant mella. Furem & mulierum menſes odere. Cum exi
muntur mella apes abigi fumo utiliſſimum : ne iraſcantur : aut ipſæ auidæ uorent.
Fumo crebriore etiam ignauia earum excitatur ad opera. Nam ubi incubauere fauos
liuidos faciunt. Rurſus nimio fumo inficiuntur. quarum iniuriam celerime ſentiũt
mella: uel minimo contactu roris aceſcentia. Et ob id inter genera ſeruatur quod acar
non uocant. Album mel non fit quod bitymum eſt: ſed oculis & ulceribus aptiſſimũ
Fœtus quo nam modo progenerarent: magna inter eruditos & ſubtilis quæſtio fuit.
Apum enim coitus uiſus eſt nunquam. Plures extimauere oportere confici floribus

compoſitis apte atq; utiliter. Aliqui coitu unius: qui rex in quoq; appellatur examine.
Hunc eſſe ſolum marem præcipua magnitudine: ne fatiſcat. Ideo fœtum ſine eo non
edi: apeſq; reliquas tanq̃ marem: fœminas comitari: non tanq̃ ducem. Quam probabi-
lem alias ſententiam fucorũ euentus coarguit. Quæ enim rõ ut idem coitus alios per
fectos imperfectos generet alios? Proprior uero prior exiſtimatio fieret: ni rurſus alia diffi
cultas occurreret. Quippe naſcuntur aliquando in extremis fauis apes grandiores quæ
cæteras fugant. Oeſtrus uocatur hoc malum: quo nam modo naſcens: ſi ipſæ ſe fingũt
Quod certum eſt. gallinaꝝ modo incubant. Id quod excluſum eſt primum uermicu-
lus uidetur candidus: iacens tranſuerſus: adhærenſq; ita: ut paſcere uideatur. Rex ſtatiꝫ
mellei coloris ut electo flore ex omni copia factus: neq; uermiculus: ſed ſtatim pẽniger.
Cætera turba cum formã capere cœpit nymphæ uocãtur ut fuci: ſirenes: atq; cephenes
Siquis alterutris capita dẽmat: priuſq̃ pẽnas habeant: pro gratiſſimo ſunt pabulo matri-
bus. Tempore procedente inſtillant cibos: atq; incubant tum maxime murmurantes ca
loris ut putant faciendi gratia neceſſarii excludendis pullis: donec ruptis membranis
quæ ſingulos cingunt: ouoꝝ modo uniuerſum agmen emergat. Spectatum hoc romæ
conſularis cuiuſdam ſuburbano alueis cornu laternæ trãſlucido factis. Fœtus ĩtra. xlv.
diem peragitur. Fit in fauis quibuſdam qui uocatur clerus amaræ duricia cæræ: cum
fœtum inde non eduxere morbo aut ignauia: aut in fœcunditate naturali. Hic eſt abor
tus apum. Protinus autem educti operantur quadam diſciplina cum matribus. Regẽ-
q; iuuenem æqualis turba comitatur. Reges plures incohantur nec deſunt. Poſtea ex
iis ſoboles cum adulta eſſe cœpit concordi ſuffragio teterrimos necant: ne diſtrahant ag
mina. Duo autem genera eorum: melior niger uariuſq;. Omnibus forma ſemper egre-
gia: & duplo q̃ cæteris maior. Pẽne breuiores: crura recta: ingreſſus celſior. In fronte ma
cula quodam diademate candicans. Multum etiam nitore a uulgo differunt.

Quæ regiminis ratio. Ca. XVII

Quærat nunc aliquis unus ne Hercules fuerit: & quod liberi patris ſepulchruꝫ
& reliqua uetuſtatis ſitu obruta? Ecce ĩ re parua uilliſq; noſtris annexa: cuius
aſſidua copia eſt non conſtat inter auctores. Rex nullum ne ſolus habeat acu-
leum maieſtate tantum armatu: an dederit eum quidem natura: ſed uſum eſſe tantum
negauerit. Illud conſtat imperatorem aculeo non uti. Mira plebeii circa eum obedĩẽtia.
cum procedit una eſt. Totum examen circa eũm conglobatur: cingit: protegit: cerni nõ
patitur. Reliquo tempore cum populus in labore eſt: ipſe opera intus circuit ſimilis ex-
ortanti: ſolus ĩmunis. Circa eum ſatellites quidam lictoreſq; aſſidua cuſtodientes aucto
ritate. Procedit foras nõ niſi migraturo examine. Id multo intelligitur ante aliquot die-
bus murmure intus ſtrepente apparatus indicio diem tempeſtiuum eligentium. Si qs
alam ei detruncet: non fugiet examen. Cum proceſſere ſe quæq; proximã illi cupit eſſe:
& in officio conſpici gaudet. Feſſum humeris ſubleuant. Validius fatigatũ ex toto por-
tant. Si qua laſſata deficit: aut forte aberrauit: odore proſequitur. Ubicunq; ille conſedit
ibi cunctarum caſtra ſunt. Tunc oſtenta faciunt priuata ac publica tua dependente in
domibus templis ue ſæpe expiata magnis euentibus. Sedere in ore infantis Platonis: tũc
etiam ſuauitatem illam prædulcis eloqui portendentes. Sedere in caſtris ducis Druſi im
peratoris cum proſperrime pugnatum apud arbalonem eſt: haud quaq̃ perpetua aruſ-
picũ coniectura: qui dirum id oſtentum exiſtimant. Semper duce prehenſo totum tene
tur agmen. Amiſſo dilabitur: migrantq; ad alios. Eſſe utiq; ſine rege non poſſunt. Inui-
tæ autem interimunt eos cum plures fuere: potius q̃ naſcentium domos dirimunt. Si
prouentus deſperatur: tunc & fucos abigunt. Quanq̃ de iis uideo dubitari: propriumq;
iis genus eſſe aliquos exiſtimare. Sicut furibus grandiſſimis inter illas: ſed nigris: lataq;
aluo. Ita appellatis quia furtim deuorent mella. Certũ eſt ab apibus fucos interfici. Uti
q; regem non habent. Sed quomodo ſine aculeo naſcantur in quæſtione eſt. Humido

De Platone & Druſo

uere melior fœtus:ſicco mel copioſius. Quod ſi defecerit alicuius aluei cibus:impetum in ꝑximas faciunt rapinæ propoſito. At illæ contra dirigunt aciem:& ſi cuſtos adſit:al-terutra pars quem ſuis fauere ſentit nõ appetit eum. Et aliis quoq; ſæpe dimicãt cauſis eaſq; acies contrarias duo imperatores inſtruunt: Maxima rixa & in cõuehendis floribꝰ exorta:& ſuos quibuſq; euocantibus. Quæ dimicatio iniectu pluribus aut fumo tota diſcutitur. Reconciliantur uero lacte uel aqua mulſa.

De genere apum. & quæ inimica apibus. Ca. XVIII.

APes ſunt & ruſticæ ſilueſtreſq;: horridæ aſpectu: multo iracundiores: ſed opere ac labore præſtantes. Vrbanarum duo genera. Optimæ breues: uariæq;: & in rotunditatem compactiles. Deteriores longæ:& quibus ſimilitudo ueſparum: etiamnum deterimæ ex iis piloſæ. In ponto ſunt quædam albæ: quæ bis in menſe mella faciunt. Circa thermodontem autem fluuium duo genera. Aliarum quæ in arboribus mellificant. Aliæ quæ ſub terra: triplici cærarum ordine uberrimi prouentus. Aculeũ apibus natura dedit uentri conſertum: ad unum ictum hoc ĩfixo. Quidam eas ſtatim emori putant. Aliqui non niſi in tantum adacto: ut inteſtinum ſæpe aſſequatur. Sed fucos poſtea eſſe: nec mella facere uelut caſtratis uiribus. Pariterq; & nocere & prodeſſe de in deſinere. Eſt in exemplis equos ab iis occiſos. Odere fœdos odores: procul fugiunt: ſed & infectus. Itaq; unguenta redolentes infeſtant. Ipſæ plurimorum animalium iniu-riis obnoxiæ. Impugnant eas naturæ eiuſdem degeneres ueſpæ atq; crabrones:& e culi-cum genere qui uocantur muliones. Populantur hirundines & quædam aliæ aues. In ſidiantur aquatibus ranæ: quæ maxima earum eſt operatio: tum cum ſobolem faciunt. Nec eæ tantum quæ ſtagna riuoſq; obſident: uerum & rubetæ ueniunt ultro: arrepen-teſq; floribus opertas ſuffiant: ab hoc ſpatio prouolant: confeſtimq; abripiantur. Nec ſen-tire ictus apum ranæ traduntur. Inimicæ & oues: difficile ſe e lanis earum explicantibꝰ Cancrorum etiam odore ſi quis iuxta coquat exanimantur. Quin & morbos ſuapte natura ſentiunt. Index eorum triſtitia torpens. Et cum ante fores in teporem ſolis pro-motis aliæ cibos miniſtrant. Cum defunctas progenere. Funerantiumq; more comitan-tur exequias. Rege hac peſte conſumpto mœret plebis ignauo dolore. Non cibos conge-runt. Non procedunt. Triſti tantum murmure glomerantur circa corpus eius. Subtra-hitur itaq; deducta multitudine: alias ſpectantes exanimen luctum nõ minuunt: Tũc quoq; ni ſubueniatur: fame moriuntur. Hylaritate igitur & nitore ſanitas æſtimatur.

De morbis apum. Ca. XIX

SVnt & operis morbi cum fauos non explent: cleron uocant. Idem blapſigoniã ſi fœtum non peragant. Inimica & echo eſt reſultanti ſono: qui pauidas alter-no pulſat ictu: Inimica & nebula. Aranei quoq; uel maxime hoſtiles cum præ-ualuere ut intexant: enecant alueos. Papilio etiam ignauus & inhonoratus luminibus accenſis aduolans peſtifer: nec uno modo. Nam & ipſe cæras depaſcitur:& relinquit ex-crementa quibus teredines gignantur. Filis etiam uraneus quacunq; inceſſerit alarum maxime lanugines obtexit. Naſcuntur & in ipſo ligno teredines quæ cæras præcipue appetunt. Infeſtat & auiditas paſtus nimia florum ſatietate uerno maxime tẽpore aluo cita. Oleo quidem non apes tantum: ſed omnia inſecta exanimantur: præcipue ſi capi-tæ uncto in ſole ponantur. Aliquando & ipſæ contrahunt mortis ſibi cauſas: cõſenſere eximi mella auide uorantes. Cætero præparcæ:& quæ alioquin prodigas atq; edaces nõ ſecus ac pigras & ignauas perturbent. Nocent & ſua mella ipſis: illitæq; ab aduerſa par-te moriuntur: tot hoſtibus: tot caſibus: & quota portione eorum commemorata: tam munificũ animal expoſitũ eſt. Remedia dicemus ſuis locis. Nũc enim ſermo natura ẽ.

De continendis apibus:& quomodo reparentur: Ca. XX.

GAudent plauſu atq; tinnitu æris: eoque conuocantur. Quo manifeſtum eſt auditus quoque in eſſe ſenſum. Effecto opere educto fœtu functæ munere

omni exercitationem tamen ſolēnē habent. Spatinæq; in aperto:& in altum datæ gyris
uolatu editis tum demum ad cibum redeunt. Vita eis longiſſima:ut proſpere inimica:
ac fortuitacedant:ſeptenis annis uniuerſa. Alueos nunq̄ ultra.x.annos duraſſe prodit̃.
Sunt q̄ mortuas ſi itra tectū hyeme ſeruent̃:deinde ſole uerno toreāt̃ ac ficulneo cinere
toto die foueantur:putent reuiuiſcere. In totum uero amiſſas repari uentribus bubulis
recentibus cum fimo obrutis. Virgilius iuuencoꝝ corpore examinato. Sicut equorum
ueſpas atq; crabrones:ſicut aſinorum ſcarabeos mutante natura ex aliis quædam ĩ alia
Sed horum omniū coitus cernunt̃.& tamen in fœtu eadem ꝓpe natura quæ apibus.

Apes q̄ reparant ex iuuencis / Veſpe / crabrones / ſcarabei

De ueſpis & crabronibus. Ca. XXI.

VEſpæ in ſublimi e luto nidos faciunt & in iis cæras. Crabrones cauernis ac ſub
terra. Et hoꝝ omniū ſex angulæ cellæ:cætera aūt cortice. Araneis fœtus & ipſe
inæq̄lis ut barbarus:alius euolat:alius ĩfātia ē:alius ĩ uermiculo. Et autūno n̄
ĩuenio oīa ea. Plenilunio maxime creſcunt. Veſpæ quæ ichneumões uocant̃ (ſunt aūt
minores q̄ aliæ) unū genus ex araneis perimunt phalangiū appellatū:& in nidos ſuos fe
runt. deinde illinūt. Et ex iis incubando ſuū genus procreant. Præterea oēs carne uefcū
tur contra q̄ apes:quæ nullū corpus attingunt. Sed ueſpæ muſcas grandiores uenātur
& amputato iis capite reliquū corpus auferūt. Crabronū ſilueſtres in arboꝝ cauernis d̃
gunt. Hyeme ut cætera inſecta condunt̃. Vita bimatū nō tranſit. Ictus eoꝝ haud teme-
re ſine febri nō eſt. Auctores ſunt ternouenis punctis interfici hominē. Alioꝝ qui mitio
res uident̃ duo genera:Opifices minores corpore:qui moriuntur hyeme. Matres quæ
biēnio durant ii & clementes. Nidos uere faciunt fere quadrifores in quibus opifices ge-
nerentur. Iis educatis alios deinde nidos maiores fingunt:in quibus matres futuras pro
ducant. Iam tunc opifices funguntur. Et his ſunt ſui fuci. Quidam opinātur omnibꝫ
his ad hymem decidere aculeos. Nec crabronum autē nec ueſpaꝝ generi reges aut exa-
mina. Sed ſubinde renouatur multitudo ſobole.

De bōbicibus:& bōbyli:& necydalo:& qs primus bōbicinā ueſtē nouerit. Ca. XXII.

QVartum inter hæc genus eſt bōbicum in aſſyria proueniens magis q̄ ſupradi
cta. Nidos luto fingūt ſalis ſpecie applicatos lapidi:tanta duritia:ut ſpiculis p-
forari uix poſſint. In iis & cæras largius q̄ apes faciunt:deinde maiorem uermi
culum. Et alia hoꝝ origo. Ea grandiore uermiculo gemina protendens ſui generis cor-
nua. Hi erucæ ſunt. Fit deinde quod uocatur bōbylis:ex ea ne cydalus. Ex hoc ĩ ſex mē
ſibus bōbices. Telas araneoꝝ modo texūt ad ueſtē luxūq; fœminaꝝ:quæ bōbicina appel
latur. Prima eas retorqueri:rurſuſq; texere inuenit in eo mulier Pamphile Platis filia n̄
fraudanda gloria excogitatæ rationis:ut denudet fœminā ueſtis bōbicina.

De bombice coa. Ca. XXIII.

ET in co inſula naſci traduntur cupreſſi:terebinthi: fraxini. Quercus florem
hymbribus decuſſum tereæ halitu animante. Fieri autem primo papilōes par-
uos nudoſq;. Mox frigorum impatientia uillis inhorreſcere:& aduerſus hyemē
tunicasſibi inſtaurare denſas pedum aſperitate radente foliorum lanuginem in uellera.
Hanc ab his quoq; cogi ſubigiq; unguium carminatione. Mox trahi inter ramos tenua
ri ceu pectine. Poſtea apprehenſam corpori in uolui nido uolubili. Tūc ab homine tol-
li:fictilibuſq; uaſis tepore & furſurum eſca nutriri. Atq; ita ſubnaſci ſui generis plumas
quibus ueſt tos ad alia penſa dimitti. Quæ uero capta ſit lanificia humore lenteſcere:
mox in fila tenuari iunceo fuſo. Nec puduit has ueſtes etiam uiros leuitate uſurperare
propter onera æſtiua in tantum a lorica gerenda diſceſſere mores:ut onerifint etiam ue
ſtes. Aſſyria tamen bombice adhuc fœminis cedimus.

De araneis:& generatione eorum. Ca. XXIIII.

ARaneorum his non abſurde iungatur natura:digna uel præcipue admiratio-
ne. Plura autē hoꝝ ſunt genera:nec dictu neceſſaria in tāta notitia. Phalāgia

ex iis appellantur:quorum noxii morſus:corpus exiguum : uarium:acuminatum ad
ſaltum ingredientium. Altera eorum ſpecies nigri prioribus cruribus longiſſimis. Om
nibus internodia terna in cruribus luporum modo. Minimi non texunt. Maiores in ter
ra cauernarum exigua ueſtibula præpandunt Tertium eorumdem genus erudita opa
tione conſpicuum. Ordidur telas:tantiq; operis materiæ uterus eius ſufficit. ſiue ita cor
rupta alui natura ſtatuto tempore (ut Democrito placet) ſiue eſt intus quædam lani
gera fertilitas:tam moderato ungue tam tereti filio:& tam æquali deducit ſtamina ipo
ſe pondere uſus. Texere a medio incipit circinato orbe ſubtegmina adnectens maculaſ
que paribus ſemper interuallis:ſed ſubinde creſcentibus ex anguſto dilatans Indiſſolu
bili nodo implicat. Quanta arte celant pedicas ſcutulato rete ad capiendas muſcas cir
ca graſſantes?quam non ad hoc uidetur pertinere crebra tapexitas telæ: & quadam po
litura artis:ipſa per ſe tenax ratio textrinæ?quam laxus afflatus ad non reſpuenda quæ
ueniuntur?ſinus derelicto laxo prætenti ſũma parte:ut arbitrari liceat illa quæ difficile
cernuntur atq; ut in plagis lineæ offenſæ præcipitantur in ſinum. Specus ipſæ qua
concameratæ architectura?& contra frigora quanto uilloſior?quam remotus a medio
aliudq; agenti ſimilis:incluſus uero ſic ut ſit nec ne intus aliquiſ cerni non poſſit. Age
firmitas quanta irrumpentibus uentis:qua puluerum mole:degrauante. Latitudo telæ
ſæpe inter duas arbores cum exercet artem & diſcit texere. Longitudo fili a culmine:ac
rurſus a terra per illud ipſum uelut reciprocatio:ſubitq; pariter ac filia deducit. Cum
uero captura incidit quamuigilans & paratus ad curſum. Licet extrema hæreat plaga
ſemper in medium currit:ex quo. ſic maxime totum concutiendo implicet. Sciſſa proti
nus reficit ad polituram ſartiens. Namq; & lacertarum catulos uenantur. Hos primum
tela inuoluentes:& tunc demum labra utranq; morſu apprehendentes amphitheatrali
ſpectaculo cum contingit. Sunt & ex eo auguria. Quippe incremento amnium futu
ro telas ſuas altius tollunt. Iidem ſereno nõ texunt nubilo texunt. Ideoq; multæ araneæ
hymbrium ſigna ſunt. Fœmina putant eſſe quæ texat:marem qui uenatur. Ita paria ſie
ri merita. Coniugio aranei conueniunt crunibus. Pariunt uermiculos ouis ſimiles. Nã
nec differri horum genitura poteſt quoniam inſectorum uix ulla alia naratio eſt. pari
unt autem oua in tellas expenſa:quia ſaliunt:atque ita emittunt. Phalangius tantum
in ipſo ſpecu incubat magno numero. Qui ut emerſerit matrem conſumit:ſæpe & pa
trem ẽ. Adiuuat enim incubare. Pariunt autem tricenos. Cæteræ pauciores. Et icubãt
triduo. Conſumuntur aranei quater ſpetenis diebus.

De ſcorpionibus. Ca. XXV.

Similiter his & ſcorpiones terreſtres uermiculos ouorum ſpecie pariunt : ſimili
terque perimunt. Peſtis importuna ueneni ſerpẽtium:niſi quod grauiore ſup
plicio lento per triduum morte conficiunt: Virginibus lœtali ſemper ictu &
fœminis fere in totum. Viris autem in matutino exeunte canis priuſquam aliqno for
tuito ictu ieiunum exerant uenenum. Semper cauda in ictu eſt nulloque momento
meditari ceſſat:ne quando deſit occaſioni. Ferit obliquo ictu & inflexu. Venenum ab
iis candidum fundi Apolodorus auctor eſt in nouem genera deſcriptis p colores ma
xime ſuperuacuos. quoniam non eſt ſcire quo minime exitiales prædixerit. Geminos
quibuſdam aculeos eſſe mareſque ſæuiſſimos. Nam coitum iis tribuit. Intelligi autem
gracilitate & longitudine. Venenum omnibus medio die cum incanduere ſolis ardo
ribus. Itemque cũ ſitiunt iexplebiles potu. Cõſtat & ſeptena caudæ iternodia ſæuiora eẽ
Pluribus enim ſena ſunt. Hoc malum africæ uolucre etiam auſtri faciunt:pãdentibus
brachia ut remigia ſubleuantes. Apollodorus idem plane quibuſdam ineſſe pennas tra

dit. Sæpe pſylli qui reliquarum uenena terrarum inuehentes quæſtus ſui cauſa peregrinis malis impleuere italiam. Hos quoq; importare conati ſunt. Sed uiuere intra ſiculi cæli regionem non potuere. Viſuntur tamen aliquando in italia: ſed innocui: multiſq; aliis in locis: ut circa farum in ægypto. In ſcythia interimunt etiam ſues: alioquin uiuaciores contra uenena talia. Nigras quidem celerius ſi in aquam ſe immiſerint. Homini icto putatur eſſe remedio ipſorum cinis potius in uino: aut oleo emerſus. Magnam aduerſitatem cum ſtellionibus putant eſſe: innocuos duntaxat iis: qui & ipſi carent ſanguine lacertarum figura. Atq; ſcorpiones in totum nulli nocere: quibus nõ ſit ſanguis. Quidam & ab ipſis foetum deuorari arbitrantur. Vnum modo relinqui ſolertiſſimum & qui ſe ipſius matris clunibus imponendo tutus & a cauda & a morſu loco fiat. Hunc eſſe reliquoꝝ ultorem: qui poſtremo genitores conficiat ſupne. pariunt̃ aũt undeni.

De ſtellionibus. Ca. XXVI.

Chameleonum ſtelliones quodãmodo naturam habent: rore tantum uiuentes: præterq; araneis. Similis cicadis uita: quarum duo genera. Minores quæ primæ proueniunt: quæ ue ſunt mutæ: & nouiſſime pereunt. Sunt autem multæ. Sequens eſt uolatura. Quæ canunt uocantur achetæ: & quæ minores ex iis ſunt tettigometræ. Sed illæ magis canoræ. Mares cantant in utroq; genere. Foeminæ ſilent. Gentes ueſcuntur iis ad orientem: etiam parti opibus abundantibus. Ante coitum mares præferunt: a coitu foeminas: ouis earum corruptis quæ ſunt candida. Coitus ſupinis. Aſperitas præacuta in dorſo: qua excauant foeturæ locum in terra. Fit primo uermiculus. Dein ex eo quæ uocatur rettigometra: cuius cortice rupto circa ſolſtitia euolent: noctu ſemper. Primum nigræ atq; duræ. Vnum hoc ex his quæ uiuunt & ſine ore eſt. Pro eo quidam aculeatum linguis ſimile. Et hoc in pectore: quo rorem lambunt. Pectus ipſum fiſtuloſum. Hoc canunt achetæ ut diximus. De cætero in uentre nihil eſt. Excitatæ cum ſubuolant humorem reddunt: quod ſolum argumentum eſt rore eaſdeꝫ ali. Iiſdem ſolis nullum ad excrementa corporis foramen. Oculis tam hebetes: ut ſi quis digytum contrahens ac remittens iis appropinquet: tranſeant uelut folia. Quidam duo alia genera faciunt earum. Surculariam quæ ſit grandior: frumentariam quam alii auenariam uocant. Apparet.n. ſimul cum frumentis areſcentibus.

De cicadis. Ca. XXVII.

Cicadæ non naſcuntur in raritate arborum. Idcirco non ſunt cyrenis circa oppidum: nec in campis nec in frigidis aut umbroſis nemoribus. Eſt quædam & iis locorum differentia. In mileſia regione paucis ſunt locis. Sed in cephalenia amnis quidam penuriam earum & copiam dirimit. At in regio agro ſilent omẽs. Vltra flumen in locis canunt. Pennarum illis natura quæ apibus: ſed pro corpore amplior.

De pennis inſectorum: & ſcarabeis: & reliquis ſcarabeoꝝ generis. Ca. XXVIII.

Inſectorum quædam binas gerunt pennas ut muſcæ: quædam quaternas ut apes. Membranis ut cicadæ uolant. Quaternas habent quæ aculeis in aluo armantur. Nullum cui tælum in ore: pluribus q̃ binis aduolat pennis. Illis enim ultionis cauſa datum: & his auiditatis. Nullis eorum pennæ reuiuiſcunt auulſæ. Nullum cui aculeus in aluo bipenne eſt. Quibuſdam pennarum tutelæ cruſta ſuperuenit ut ſcarabeis. Quorum tenuior fragiliorque penna. iis negatus aculeus. Sed in quodam genere eorum grandi cornua prælonga biſulcis dentata forcipibus in cacumine (cum libuit) ad morſum coeuntibus. Infantum remediis etiam ex ceruice ſuſpenduntur. Lucanos uocat hos Nigidius. Aliud rurſus eorum genus qui e fimo ingentis pilas

auerſi pedibus uolutant: paruoſq; i iis cõtra rigorẽ hyemis uermiculos foetus ſui nidulãt. Volitãt alii magno cũ murmure aut mugitu. Alii focos & prata crebris fornacibus excauant nocturno ſtridore uocales. Lucẽt igniũ mõ noctu laterũ & clunium colore lampyrides: nunc pennarum hiatu refulgentes. nunc uero compreſſu obumbratæ nõ ante natura pabula aut poſt defecta conſpicuæ. Econtrario tenebrarũ alumnæ blattæ uitam lucemq; fugiunt in balneis maxime humido uapore prognatæ. Fodiunt ex eodem genere rutuli atq; prægrandẽs ſcarabei tellurem aridam: fauoſq; paruæ & fiſtuloſæ modo ſpongiæ medicato melle fingunt. In thraciæ partibus iuxta olympũ locus eſt paruus: in quo unum hoc animal exanimatur: ob hoc cantharolethrus appellatus Pennæ inſectis omnibus ſine ſciſſura: nulli cauda niſi ſcorpiõi. Hic eorum ſolus & brachia, habet: & in cauda ſpiculum. Reliquorum quibuſdam aculeus in ore ut aſilo: ſiue tabanũ dici placet. Item culicibus & quibuſdam muſcis. Omnibus autem his in hore & ꝑ lingua ſunt hi aculei. quibuſdam hebetes neq; ad punctum: ſed ad ſuctum: ut muſcarum generi: in quo lingua euidens fiſtula eſt. Nec ſunt talibus dentes. Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignauia ut papilionibus: Q uædam inſecta carent pẽnis: ut ſcolopendræ. Inſectorum pedes quibus ſunt in obliquum mouentur. Q uorundam extremi longiores foris curuantur ut locuſtis:

De locuſtis. Ca. XXIX.

Hae pariunt in terra dimiſſo ſpinæ caule oua condenſa autumni tempore. Ea durant hyeme ſub terra. Subſequenti anno exitu ueris emittunt paruas nigrãtes & ſine cruribus: penniſq; reptantes. Itaq; uernis aquis intereunt oua: ſicco uere maior prouentus. Alii duplicem earum fœtum: geminumq; exitum tradunt. Vergiliarum exortu parere: deinde ad canis ortũ obice: & alias renaſci Quidã arcturi occaſu renaſci. Mori matres cum peperint certum eſt uermiculo ſtatim circa fauces innaſcente qui eas ſtrangulat. Eodem tempore mares obeunt. Tam friuola ratioue morientes ſerpentem (cum libuit) necant ſingulæ faucibus eius apprehenſis mordicus. Non naſcũtur niſi in planis & rimoſis locis In india ternũ pedum longitudinis eſſe tradũtur: cruribus & femoribus ſerrarum uſum præbentes cum iaruerint. Eſt & alius earum obitus Gregatim ſublatæ uento in maria aut ſtagna decidunt. Forte hoc caſuq; euenit nõ ut priſci exſtimauere: madefactis nocturno humore aliis. Iidem quippe noctibus nõ uolare eas propter frigora tradiderunt. Ignari etiam longinqua maria ab iis tranſiri cõtinuata plurium dierum profectione. Q uod maxime miremur famem quoq; quam propter externa pabula præterq; ſciunt imminere. Ac dearum iræ peſtis ea intelligitur. Namq; & grandiores cernuntur & tanto uolant pennarum ſtridore: ut aliæ alires credantur: ſolemq; obumbrent: ſollicite ſuſpectantibus populis: ne ſuas operiant terras. Sufficiunt quippe uires: & tanq̃ parum ſit maria tranſire: immenſos permeant tractus: diraq; meſſibus contegunt nube: multa contactu adurentes. Omnia uero morſu erodentes: & fores quoq; tectorum: Italiam ex africa magna cohorte infeſtant: ſæpe populo ad ſybillina coacto remedia confugere inopiæ metu. In cyrenaica regione lex eſt ter anno debellandi eas. Primo oua obterendo: deinde: fœtum: poſtremo adultas. Deſertoris pœna in eum q̃ ceſſauerit. Et in leno inſula certa menſura præfinita eſt: quam ſinguli enecatarum ad magiſtratus referant. Gracchulos quoq; ob idcolunt aduerſo uolatu occurrentes earũ exitio. Necari & in ſyria militari imperio coguntur. Tot orbis partibus uagatur id malũ Parthis & hæ in cibo gratæ. Vox earum proficiſci ab occipitio uidetur. Eo loco in commiſſura ſcapularum habere quaſi dentes exſtimantur: eoſque inter ſe terendo ſtridorẽ edere: circa duo æquinoctia maxime: ſicut cicade circa ſolſtitium. Coitus locuſtarnm qui & inſectorum omnium quæ coeunt: marem portante fœmina: in eum fœminarum ultimo caudæ reflexo tradoq; digreſſu. Minores autẽ i omĩ hoc genere foeminis mares

De formicis noſtratibus. Ca. XXX.

Plurima inſectoꝝ uermiculũ gignũt. Nã & formicæ ſimilẽ ouis. Vere & hæ ut apes cõmunicãtes laborẽ. Sed apes utiles faciũt cibos. Hæ cõdũt. At ſiqs cõpet onera corporibus eaꝝ, fateat͛ nullis portiõe uires eẽ maiores. Gerũt ea morſu: Maiora auerſæ poſtremis pedibus molliũt͛ humeris obnixæ. Et iis reip. rõ: memoria: cura: Semina arroſa cõdũt: nec rurſus ĩ fruges exeãt e terra. Maiora ad ĩtroitũ diuidũt. Madefacta hymbre ꝓferũt: atq; ſiccãt. Operãt͛ & noctu plena luna. Eædẽ ĩterlunio ceſſant Iã in ope q̃ labor? quæ ſedulitas? Et quoniã ex diuerſo cõuehũt altera alterius ignara: ut ſigna ĩuicẽ recognoſcãt. certi dies ad recognitionẽ mutuã nũdinis dãt͛. Quæ tũc earũ cõcurſatio? q̃diligẽs? Cũ obuiis quædã collocutio atq; ꝑcũctatio. Silices itinere eaꝝ attritos uidemus: & ĩ ope ſemi tã factã: ne qs dubitet q̃libet in re qd poſſit q̃tulacunq; ſedulitas. Sepeliũt͛ inter ſe uiuentiũ ſolæ. præter hominẽ. Nõ ſunt in ſicilia pennatæ.

De indicis. Ca. XXXI.

Indicæ formicæ cornua erythris in æde herculis fixa miraculo fouere. Auruꝫ ex cauernis egerunt terræ in regione ſeptẽtrionalium indoꝝ: qui dardæ uocãtur. Ipſis color felium. Magnitudo ægypti lupoꝝ. Erutũ hoc ab iis tẽpore hyberno indi furantur æſtiuo feruore: conditis propter uaporem in cuniculis formicis: q̃ tamen odore ſollicitatæ prouolant crebroq; lacerant. q̃uis præuelocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritaſq; eſt cum amore auri.

De diuerſitate inſectorum. Ca. XXXII.

Multa autem inſecta & aliter naſcuntur. Atq; aſilus ĩ primis. Inſidet ex rore hic raphani filio primo uere: & ſpiſſatus ſole in magnitudinẽ milii cogit͛. Inde orit͛ uermiculus paruus: & triduo eruca: mox urica: quæ adiectis diebus creſcit immobilis duro cortice ad tactũ mouet͛ aranei. Hæc eruca quã chryſalidẽ appellant: rupto deinde cordice uolat papilio.

De aïalibus ĩ ligno & ex ligno naſcẽtibus C. XXXIII

Sic quædam ex hymbre generant͛ in terra: quædã & in ligno. Nec enim & coſſi tantũ in eo ſed etiã tabani ex eo naſcunt͛: & alia ubicũq; humor ẽ nimius: Sic intra hominẽ tineæ tricenũ pedũ: aliquãdo & pluriũ lõgitudine: iam in carne examini uiuẽtiũ quoq; hominũ capillo. Qua fœditate & Sylla dictator & Alcmã ex clariſſimis græciæ poetis obiere. Hoc qdem & aues ĩfeſtat. Phaſianas uero ĩterimit: niſi pulueràces ſeſe. Pilos habentiũ aſinũ tantũ ĩmunẽ hoc malo credũt: & oues. Gignũt aũt ex ueſtis genere: ꝑcipue lanicio intereptaꝝ a lupis ouiũ. Aquas quoq; quaſdã qbus lauamur fertiliores eius generis ĩuenio apud auctores. Quippe cũ & cæræ hoc gignãt: quod aïalium minimũ exiſtimat͛. Alia rurſus generãt͛ ſordibus ardi ſoli: poſterioꝝ cruꝝ laſciuia petauri & auris. Alia puluere humido ĩ cauernis uolucria.

De animali cui cibi exitus nõ eſt. Ca. XXXIIII.

Eſt animal eiuſdem tẽporis infixo ſemꝑ ſanguini capite uiuẽs: atq; ita intumeſcẽs: unũ animaliũ cui cibi nõ ſit exitus: cũ nimia dehiſcit ſatietate alimẽto ipſo moriens. Nũq̃ in iumẽtis gignitur: in bubus frequẽs: in canibus aliquãdo in qbus omnia. In ouibus & in capris hoc ſolũ. Aeque ẽ mira ſãguinis & hirudinũ generi ĩ paluſtri aqua ſitis. Nãq; & hæ toto capite condunt͛. Eſt & uolucre canibus peculiare ſuum malũ: aures maxime lancinãs quæ defendi morſu nõ queunt.

De tineis & culicibus & diuerſitate eaꝝ. Ca. XXXV

Idem puluis in lanis & ueſte tineas creat. præcipue ſi araneus una includat͛. Sitit enĩ & oẽm humorẽ abſorbẽs arditatẽ ampliat. Hoc & in chartis naſcitur. Eſt eaꝝ genus tunicas ſuas trahentiũ quo cocleæ mõ. Sed horũ pedes cernũt͛. Spoliatæ expirãt. Si accreuere faciũt chryſalidẽ. Ficarios culices caprificus generat. Cãtharides uermiculi ficoꝝ & pyri: & peuces: & cynachãtæ: & roſæ. Venenum hoc remedia ſecum habet. Alæ medentur: quibus demptis lœtale ẽ. Rurſus alia genera culicum aceſcens natura gignit. Quippe cũ ĩ niue cãdidi repiant͛: & uetuſtiores uermiculi ĩ media

quidẽ altitudine rutili. Nã & ipſa nix uetuſtate rubeſcit. Hirti pilis: grãdiores torpẽteſq;

De pyrali ſiue pyrauſta. Ca. XXXVI.

GIgnit aliqua & contrarium natura elementum. Si quidem ĩ cypri ærariis forna
cibus ex medio igni maioris muſcæ magnitudinis uolat pẽnatum quadrupe
des appellatur pyralis a quibuſdã pyrauſta. Quandiu eſt in igne uiuit. Cum
euaſit longiore paulo uolatu tunc moritur. Hypanis fluuius in ponto circa ſolſtitium
defert acinorum effigie tenues membranas: quibus erumpit uolucris quadrupes ſupra
dictæ modo: nec. ultra diem uiuit: unde hemorobion uocatur. Reliquis talium ab initõ
ad finem ſeptenarii ſunt numeri. Culici & uermiculo terſepteni. Corpus parientibus
quater ſepteni. Mutationes & in alias figuras tranſitus trinis aut quadrinis diebus. Cæ
tera ex iis pennata autumno fere moriuntur. Tabani quidem etiam cæcitate. Muſcis
humore examinatis ſi cinere condantur redit uita.

Hyſtoria naturæ animalium per ſingula membra. Ca. XXXVII.

ITaq; nunc per ſingulas partes corporis præter iam dicta membratim tractet
hyſtoria. Caput habent cuncta quæ ſanguinem. In capite paucis animalium
niſi uolucribus apices: diuerſi quidem generis. Phœnici plumarum ſerie me
dio eo exunte alio. Pauonibus crinitis arbuſculis. Stymphalidæ cirro. Phaſianæ cornicu
lis: Præterea parco: atq; ab illo galerita appellata quondam. Poſtea gallico uocabulo etiã
legioni nomen dederat a lauda. Diximus & cui plicatilem criſtam dediſſet natura per
medium caput a roſtro reſidẽtem. Et fulicarum generi dedit cirros. Pico martio & grui
bus ardeæ. Sed ſpectatiſſimum inſigne gallinaceis corpore conſerratum: nec carnem id
eſſe: nec cartilaginem. nec callum iure dixerimus: uerum peculiare. Draconum enim
criſtas qui uiderit non reperitur: Cornua multis quidem & aquatilium & marinorum
& ſerpentium uariis data ſunt modis. Sed quæ iure cornua intelligantur quadrupedi
tantum generi. Acteonem enim & Cippum etiã ĩ latina hyſtoria fabuloſos reor. Nec ali
bi maior laſciuia naturæ luſit animalium armis. Sparſit hæc ĩ ramis: ut ceruorum. Aliis
ſimplicia tribuit ut in eodem genere ſublonibus ex argumento dictis. Aliorum finxit
in palmas: digitoſq; emiſit ex iis: unde platycerotas uocãt. Dedit ramoſa capreis: ſed par
ua nec fecit decidtia. Conuotu a in anfractum arietum generi: ceu ceſtus daret: Infeſta
tauris. In hoc quidem genere & fœminis tribuit. In multis tãtum maribus. Rupicapris
in dorſum adunca. Damis in aduerſum. Erecta autem rugarumq; ambitu contorta &
in leue faſtigium exacuta ut lyras decerent ſtrepſiceroti: quem addacam africa appellat
Mobilia eadem: ut aures: phrygiæ armentis. Troglodytarum in terram directa: qua de
cã obliqua ceruice paſcuntur. Aliis ſingula: & hæc medio capite aut naribus ut dixius
Iamq; aliis ad incurſum robuſta: aliis ad ictum pluribus modis: ſupina: conuerſa: cõne
xa: omnia in mucronem migrantia. In quodam genere pro manibus ad ſcabẽdum, cor
pus. Cochleis ad prætentãdum iter. In corpore cornua hæc ſicut ceraſtis aliquando &
ſingula. Cochleis ſemper bina: & ut prætendantur: ac reſiliant. Vrorum cornibus bar
bari ſeptemtrionales potant: urnaſq; binas capitis unius cornua implent. Alii præfixa
his pila cuſpidant. Apud nos in lamina ſecta tranſlucent: atq; etiam lumen incluſum
latius fundunt: multaſq; alias addelicias conferuntur. nunc tincta: nunc ſublita: nunc
quæ ceroſtrata picturæ genere dicuntur. Omnibus autem caua: & in mucrone demũ
concreta ſunt. Ceruis tantum ſolida: & ominibus annis decidua. Boum attritis ungulis
cornua ungendo aruina medentur agricolæ. Adeo ſequax natura eſt: ut in ipſis uiuen
tium corporibus ferventi cæra flectantur: atq; inciſa naſcentium in diuerſas partes tor
queantur: ut ſingulis capitibus quaterna fiant. Tenuiora fœminis plerumq; ſunt ut ĩ
pecore. Multis ouium nulla. nec ceruarum: nec quibus multifidi pedes: nec ſolidipedũ
ulli: excepto aſino indico: qui uno armatus eſt cornu. Biſulcis bina tribuit. Nulli qui
ſuperne primores habent dentes. Qui putant eos in cornua abſumi facile coarguunt

ceruarum natura:quæ neqꝫ dentes habēt:ut neqꝫ nares:nec tamē cornuā.Cæteroꝝ oſ
ſibus adhærent.Ceruorum tātum cutibus enaſcuntur.Capita piſcibus portione corpo
rum maxima fortaſſis ut mergantur.Oſtrearum generi nulla:nec ſpongiis: nec aliis ſe
re quibus ſolus ex ſenſibus tactus eſt.Q uibus indiſcretum caput eſt ut cancris.In ca
pite cunctorum animaliū homini plurimus pilus iam qdem promiſcue maribus ac fœ
minis.Apud intonſas utiqꝫ gentes atqꝫ etiā nomina ex eo capillatis alpiū incolis galliæ
comatæ:ut tamen ſit aliqua in hoc terraꝝ differentia.Q uippe miconii carentes eo gi
gnunt:ſicut in cauno lienoſi.Et quædam animaliū naturaliter caluent:ſicut ſtrutioca
meli & corui aquatici:quibus apud græcos nomen eſt inde. Defluuiū eoꝝ in muliere
rarum.In ſpadonibus non uiſum.Nec in ullo ante ueneris uſum. Nec infra cerebrum:
aut infra uerticem:aut circa tempora:atqꝫ aures. Caluitiū uni tantum aīalium homini
præterq̄ īnatum.Canicies homini tantū & equis:ſed homini ſemper a priori parte capi
tis tum deinde ab auerſa.Vertices bini homini tantū.Aliqbus capitis oſſa plana: tenuia
ſine medullis:ſerratis pectinatim ſtructa compagibus.Pefracta non queūt ſo'idari. Sed
exempta modice nō ſunt lœtalia in uicem eoꝝ ſuccedēte corporea cicatrice. Infirmiſſi
ma eſſe urſis:duriſſima pſiticis ſuo diximus loco.Cerebrū omnia habent animalia: quæ
ſanguinem.Aeque & in mari quæ mollia appellauimus:q̄uis careant ſanguine: ut po
lypi.Sed homo portione maximū & humidiſſimū:omniūqꝫ uiſceꝝ frigidiſſimū:duabus
ſupra ſubterqꝫ mēbranis uelatum:quaꝝ alterutra rumpi mortiferꝝ.Cætero uiri q̄ fœmi
næ maius.Hominibus hoc ſine ſanguine:ſine uenis:& reliquis ſine pingui. Aliud eſſe
q̄ medullā eruditi docent:quoniā coquēdo dureſcat.Omniū cerebro medio inſunt oſſi
cula parua.Vni hominū in infantia palpitat:nec roborat ante primū ſermonis exordiū
Hoc eſt uiſcerum excelſiſſimum:proximūqꝫ cælo capitis:ſine carne:ſine cruore:ſine ſor
dibus.Hic habet ſenſum arcem.Huc uenaꝝ omnis a corde uis tendit. Hic deſinit . Hic
culmen altiſſimum.Hic mentis eſt regimen.Omniū autem animaliū in priora pronuꝫ
quia & ſenſus ante nos tendunt.Ab eo proficiſcitur ſōnus.Hic capitis nutatio.Quæ ce
rebrum non habent non dormiunt:Ceruis in capite ineſſe uermicūli ſub linguæ inani
tate & circa articulum qua caput iungitur humero numero.xx.produntur. Aures ho
mini tantum īmobiles.Ab iis Flaccorum cognomina.Nec in alia parte fœminis maius
impendium margaritis dependentibus.In oriente quidem & iuris aurum geſtare eo lo
ci decus exiſtimatur.Animalium aliis maiores:aliis minores.Ceruis tantum ſciſſæ:aut
uelut diuiſæ.Soricibus piloſæ.Sed aliquæ omnibus animal dūtaxat generantibus:exce
pto uitulo marino atqꝫ delphino:& quæ cartilaginea & delphinum: quem tamen audi
re manifeſtum eſt.Nam & cantu mulcentur:& capiuntur attoniti ſono.Quo nam mō
audiant:mirum.Iidem nec olfatus ueſtigia habent:cum olfaciant ſagaciſſime.Pēnato
rum animalium buboni tantum & oto plumæ uelut aures.Cæteris cauernæ ad auditū
Simili modo ſquamigeris atqꝫ ſerpentibus.In equis & omnium iumentorum genere in
dicia animi præferunt.Feſſis marcidæ.Nutantes pauidis.Subrectæ furentibus.Reſolu
tæ ægris.Facies homini tantum:cæteris aut roſtra. Frons & aliis. Sed homini tantum
triſtitiæ:hylaritatis:clæmentiæ:ſeueritatis index in aſſenſu eius.Supercilia homini& pa
riter & alterne mobilia & in iis pars animi.Negamus an annuimus: hæc maxime indi
cant.Faſtus ſuperbia aliubi conceptaculum:ſed hic ſedem habet.In corde naſcitur:hic
ſubit:hic pendet.Nihil altius ſimul abruptiuſqꝫ inuenit ī corpore ubi ſolitaria eſſet.Sub
iacent oculi pars corporis precioſiſſima:& qui lucis uſu uitam diſtinguant a morte.Nō
oībus animaliū hi.Oſtreis nulli: Q uibuſdā conthaꝝ dubii. Pectines enī ſi qs digytos
aduerſū hiantes eos moueat:contrahuntur ut uidentes.Et olentes fugiunt admota fera
mēta.Q uadrupedū talpis uiſus nō ē.Oculoꝝ effigies ineſt: ſiquis prætentā detrahat
mēbranā.Et iter aues ardeolaꝝ genera:quos leucos uocāt altero oculo carere tradūt.Op
timi augurii cū ad auſtꝝ uolāt ſeptētrionē ue.Solui.n.picula & metus narrāt. Nigidiꝰ

nec locuſtis nec cicadis eſſe dicit. Cochleis oculorũ uicem cornicula bina prætentatu
adimplent. Nec lunbricis ulli ſunt: uermiũ ue generi. Oculi homini tantum diuerſo
colore: cæteris in ſuo cuiq̃ generi ſimiles. Et equorum quibuſdã glauci: ſed in homine
numeroſiſſimæ diuerſitatis atq; differentiæ: grandiores: modici: parui: prominentes:
quos hebetiores putant: Cõditi quos clariſſimæ cernere: ſicut in colore caprinos. Præ
terea alii cõtuentur longinqua. Alii niſi prope admota non cernunt. Multorum uiſus
fulgore ſolis cõſtat nubilo die nõ cernentium: nec poſt occaſum. Alii interdiu hebetio
res noctu præter cæteros cernunt. De geminis pupillis aut quibus noxii uiſus eſſent
ſatis diximus. Orcis in tenebris clariores ferunt. Tyberio Cæſari ipſi aliam q̃ genitoꝝ
mortalium fuiſſe naturã: ut expergefactus noctu pauliſper haud alio mõ q̃ luce clara
cõtueretur omnia: paulatim tenebris ſeſe obducentibus. Diuo Auguſto equoꝝ modo
glauci fuere: ſupraq; hominẽ albicantis magnitudinis. Quã ob cãm diligentius ſpecta
ri eos iracunde ferebat. Claudio Cæſari ab angulis candore carnoſo: ſanguineiſq; ue
nis ſubinde ſuffuſi. Caio principi rigentes. Neroni niſi cum cõnueret ad prope admota
hebetes. Viginti gladiatorũ paria in Caii principis ludo fuere: in iis duo omnino qui
cõtra cõminationẽ aliquã non conniuerent: & ob id inuicti. Tantæ hoc difficultatis ẽ
homini. Pleriſq; uero naturale ut nutare nõ ceſſent: quos pauidiores accepimus. Ocu
los unicolores nulli cum candore omnibus mediuſculo differentes. Neq; ulla ex parte
maiora indicia animi cunctis animalibus: ſed maxime homini: id eſt moderationis: clæ
mentiæ: miſericordiæ: odii: amoris: triſtitiæ lætitiæ. Cõtuitu quoq; multiformes: truces
torui: flagrantes: graues: tranſuerſi: limi: ſummiſſi: blandi. Profecto in oculis animus in
habitat. Ardentes: incendunt: humectant: cohibent. Hinc illæ miſericordiæ lachrymæ.
Hos cũ oſculamur animũ ipſum uidemur attingere. Hinc fletus & rigantes ora riui.
Quis ille humor eſt in dolore tam fœcũdus & paratus? Aut ubi reliquo tẽpore? Animo
aũt uidemus. Animo cernimus. Oculi ceu uaſa quædã uiſibilẽ eius ptem accipiunt:
atq; tranſmittũt. Sic magna cogitatio obcæcat abducto intus uiſu. Sic ĩ morbo cõitiali
aperti nihil cernunt animo caligante. Quin & patentibus dormiunt lepores: multiq;
hoĩum quos corybantian græci dicunt. Tenuibus multiſq; membranis eos natura cõ
poſuit: calloſis contra frigora caloreſq; in extremo tunicis: quas ſubinde purificant la
chrymationum ſaliuis: lubricos propter incurſantia & mobiles. Media eorum cornea
feneſtrauit pupilla: cuius anguſtiæ nõ ſinũt uagri in certam aciem: & uelut canali di
rigunt: obiterq; incidentia facile declinant. Aliis nigra: aliis atra: aliis ruffa: aliis glauci
coloris orbibus circundatis: ut habili mixtura accipiatur circuniecto cadore lux: & tẽ
perato repercuſſu non obſtrepat: adeoq; iis abſoluta uis ſpeculi: ut tam parua illa pu
pilla totam imaginem reddat hominis. Ea cauſa eſt. ut pleræq; alitũ e manibus hoĩum
oculos potiſſimus appetant: q effigiem ſuam in iis cernentes uelut ad cognata deſide
ria ſua tendunt. Veterina tantũ buædam ad ĩcremẽta lunæ morbos ſentiũt. Sed homo
ſolus emiſſo homore cæcitate liberatur. Poſt uiceſimũ ãnum multis reſtitutus ẽ uiſus
Quibuſdã ſtatim naſcẽtibus negatus nullo oculorũ uitio. Multis repẽte ablatꝰ ſimili
mõ nu la pcedente ĩiuria. Venam ab iis ptingere ad cerebrũ pitiſſimi auctores tradũt
Ego ad ſtomachum crediderim. Certe nulli ſine redundatione eius eruitur oculus: mo
rientibus illos opere: rurſuſq; in rogo patefacere quiritium magno ritu ſacrarum eſt.
Ita more condito ut neq; ab homine ſupremum eos ſpectari fas eſt: & cælo: non oſten
di nefas. Vni animalium homini deprauant. Vnde cognomina Stabonum & Petoꝝ
Ab iiſdem qui altero lumine orbi naſcerent coclites uocant. Quis pui utrinq; ocelli
lucini iniuriæ cognomẽ habuere. Nocturnorũ animaliũ ueluti feliũ in tenebris fulgẽt
radiantq; oculi: ut cõtueri nõ ſit. Et capræ lupoq; ſplẽdẽt: lucẽq; iaculant. Vitulo mari
no & hyenæ ĩ mille colores trãſeũt ſubinde. Quin & ĩ tenebris multorũ piſciũ refulgẽt
ſicut aridi robuſtiq; caudices uetuſtate putreſq;. Nõ cõniuere diximus quæ nõ obliqs

Oculoꝝ nobilitas

Coclites

oculis ſed circunacto capite cernerent. Chamæleonis oculos circunagi totos tradunt.
Cancri in obliquum aſpiciunt. Cruſta fragili incluſis rigentes. Locuſtis ſquilliſq; ma-
gna ex parte ſub eodẽ munimẽto præduri eminẽt. Q uoꝝ duri ſunt minus cernunt:
q̃ quoꝝ humidi. Serpentiũ catulis & hirũdinum pullis ſi qs eruat: renaſci tradunt. Inſe
ctoꝝ omnium & qbus teſtacea operimẽta oculi mouentur: ſicut quadrupedum aures
Quibus fragila operimẽta: iis oculi duri. Omnia talia & piſces & inſecta nõ habent ge
nas: nec integũt oculos. Omnibus mẽbrana uitri mõ tranſlucida optendit̃. Palpebræ ĩ
genis homini utrinq;. Mulieribus etiam infectæ quottidiano tanta eſt decoris affecta-
tio: ut tingantur oculi quoq;. Alia de cauſa hoc natura dederat ceu uallum quoddam
uiſus & prominẽs munimentum circa occurſantia animalia. ut alia fortuitum incidẽ-
tia. Defluere eas haud in merito uenere abundantibus tradunt. Ex cæteris nulli ſunt:
niſi quibus & in reliquo corpore pili. Sed quadrupedi in ſuperioribus tantum genæ.
Volucribus in inferiore. Et quibus molle tergus ut ſerpẽtibus. Et quadrupedibus quæ
oua pariunt ut lacertæ. Strutiocamelus alitum ſola ut hõ utrinq; palpebras habet. Nec
genæ quidem omnibus: ideo neq; nictationes iis quæ animal generant. Grauiores alitũ
inferiore gena cõniuent. Eædem nictantur ab angulis mẽbrana obeunt. Columbæ &
ſimilia utraq; cõniuent. Et quadrũpedes quæ oua pariunt ut teſtudines: crocodili infe
riore tantum ſine ulla nictatione: propter præduros oculos. Extremum ambitũ genæ
ſuperioris antiqui cilium uocauere: unde & ſupercilia. Hoc uulnere aliquo diductum
nõ coaleſcit. In paucis humani corporis mẽbris. Infra oculos malæ homini tantũ quas
priſci genas uocabãt. xii. tabulaꝝ interdicto radi a fœminis eas uetantes. Pudoris hæc ſe
des. Ibi maxime oſtenditur rubor. Infra eas hylaritates riſumq; ĩdicãtes buccæ. Et altior
homini tãtum: quẽ noui mores ſubdola irriſione dicauere naſus. Nõ alii animaliũ na- Naſus
res eminẽt. Auibus: ſerpentibus: piſcibus: foramina tantũ ad olfatus ſine naribus. Et hic
cognomina ſimoꝝ ſilonum. Septimo menſe genitus ſæpenumero foramina aurium &
nariũ defuere. Labra quibus brochi labeones dicti. Et os probũ durius ue animal gene-
rantibus. Pro iis cornea & acuta uolucribus roſtra. Eadẽ rapto uiuẽtibus adunca. Col
lecto recta. Hærbas ruẽtibus limũq; redunca ut ſuũ generi: Lata in uſum iumẽtis uice
manus ad colligenda pabula. Ora apertiora laniatu uiuentibus. Mẽtum nulli præter Mentũ Malę
hominem: nec malæ. Maxillas crocodilus tantum ſuperiores mouet. Terreſtres quadru Maxillę
pedes eodem quo cæteræ more: præterq̃ in obliquum. Dentium tria genera. Serrati: Dentes
aut continui: aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes: ne contrario occurſu atterantur:
ut ſerpentibus: piſcibus: canibus. Continui ut homini: equo. Exerti apro: hippopota-
mo: elephanto. Continuorum qui digerunt cibum lati & acuti. Q ui conficiunt dupli
ces. Q ui diſcriminant eos canini appellantur. Hi ſunt ſerratis longiſſimi. Continui
autem utraq; parte oris ſunt ut equo: Aut ſuperiore primores non ſunt ut bubus oui
NAnq; & cameplatani uocantur coactæ breuitatis: quoniā arborum etiā abor/
tus inuenimus. Hoc quoq; ergo in genere pumilionum infœlicitas dicta erit.
Fit autem ſerendi genere & recidendi primus. Cn. Matius ex equeſtri ordine
Diui Augusti amicus inuenit nemora tonſilia infra hos. lxxx. annos.

¶ De peregrinis arboribus: & malo aſſyria. — Ca. III.

PEregrinæ ceraſi perſicæq;: & oēs quarū græca nomina aut aliena. Sed quæ ex
iis īcolarum numero eē cœpere dicentur inter frutiferas. In præſētia externa
ꝓſequemur a ſalutari maxime orſi. Malus aſſyria quā alii uocant medicā ue/
nenis medeᷣ. Folium eius eſt unedonis intercurrentibus ſpinis. Pomum ipſum alias
non manditur: odore præcellit foliorum quoq; qui tranſit ī ueſtes una cōditus aiceꝗ
aīalium noxia: Arbor ipſa oībus horis pomifera eſt: aliis cadentibus: aliis matureſcenti
bus: aliis uero ſubnaſcētibus. Tentauere gentes transferre ad ſe ꝑꝑ remedii præſtātiam
fictilibus in uaſis dato per cauernas radicibus ſpiramento. Qualiter oīa tranſitura lon/
gius ſeri artiſſime tranſferriq; quæ meminiſſe conueniet: ut ſemel quæq; dicantur Sed
niſi apud medos & in preſide naſci noluit. Hæc an cuius grana parthorum proceres in
coquere diximus eſculentis cōmendandi halitus gratia. Nec alia arbor laudatur in me
diis. Lanigeras ſerum in mentione gentis eius narrauimus.

De indiæ arboribus: uel qn̄ primū romæ hebenus. — Ca. IIII.

ITem indiæ arborum magnitudinē unam: quā peculiatius Virgilius celebra/
uit hebenum nuſq̄ alibi naſci profeſſus. Herodotus eam æthiopiæ intelligere
maluit: tributi uice regibus perſidis e materiæ eius centenas phalangas tertio
quoq; anno penſitaſſe æthiopas cum auro & ebore prodendo. Non omittendū id quo
que uicenos dentes elephantorum grandes: quoniā ita ſignificauit: æthiopas eadem cā
pendere ſolitos: tanta ebori auctoritas erat urbis noſtr trecenteſimodecio āno. Tunc. n.
auctor ille hyſtoriā eam cōdidit. Thuris in italia. Quo magis mirū eſt: qnod eidē credi

muſ:qui padū amnem nō uidiſſet:nemini ad id tēpus aſiæ græciæq;:aut ſibi cognitū
Aethiopiæ forma ut diximus. Meroen uſq; nuper alatam Neroni principi rarā arborem
hebenum. A meroe uſq; ad ſyenem finem īperii per nongēta nonaginta ſex mil. paſ. nul
laq; aliam niſi palmarum generis eſſe docuit. Ideo fortaſſis in tributorum auctoritate ter
tia res fuerit hebenus. Romæ eā magnus Pōpeius in triūpho mithridatico oſtendit: Ac
cendi eam Fabianus negat. Vrit̃ tamen odore iucundo. Duo genera eius: Rarū id qđ
melius. Arboreum trunco enodi: materiæ nigri: ſplendoris. ac uel ſine arte protinus iu
cundi. Alterum fruticoſum cytiſi modo: & tota india diſperſum eſt.

De ſpina & ficu indicis. Ca. V.

Ibi & ſpina ſimilis ſed deprehenſa uel lucernis igni protinus trāſiliente. Nunc
eas exponam quas mirata eſt Alexandri magni uictoria orbe eo patefacto. Fi
cus ibi exilia poma habet ipſa ſe ſemper ſerens: uaſtis diffunditur ramis. Quo
rum pondera adeo in terram curuantur: ut annuo ſpatio inſigantur: notamq; ſibi p
paginem faciant circa parētem in orbes: quodam opere topiario. Intra ſepem eā eſtiuāt
paſtores, opacam pariter & munitam uallo arboris: decora ſpecie ſubter intuenti pcul
ue formicato ambitu: Superiores eiuſdem rami in excelſum emicant: ſiluoſa multitu
dine: uaſto matris corpore: ut lx. paſ. pleræq; orbem colligant. Vmbre uero bina ſta
dia operiant: Foliorum latitudo peltæ effigiem amazonicæ habet. Ea cauſa fructum in
tegens creſcere prohibet. Raruſq; eſt nec fabæ magnitudinem excedens: Sed per
folia ſolibus coctus prædulci ſapore digno miraculo arboris gignitur circa aceſinem
maxime amnem.

De arbore pala: & arboribus indicis ſine nominibus & laniferis. Ca. VI.

Maior alia pomo & ſuauitate præcellentior: quo ſapientiores idorum uiuūt. Fo
lium alas auium imitatur lōgitudine trium cubitorum: latitudie duum fru
ctum e cortice mittit admirabilem ſucci dulcedine: ut uno quaternos ſa iet.
Arbori nomen palæ: pomo ariene. Plurima eſt in ſidracis expeditionū Alexandri ter
mino. Eſt & alia ſimilis huic: dulcior pomo: ſed intraneorum ualitudini īfeſta. Dixerat
Alexāder ne quis agminis ſui id pomū attingeret. Genera arborum macedones narra
uere: ex maiore pte ſine noībus. Eſt & terebintho ſimilis cætera: pomo amygdalis: uel
minore tātū magnitudine: præcipuæ ſuauitatis in bactris. Vtiq; hanc aliqui terebin
thum eſſe proprii gñris potiuſquam ſimilem ei putauerunt: Sed unde ueſtes lineas fa
ciunt: foliis moro ſimilis: calice bonbicino. Rhodo ſerunt eam ī campis: nec ē gratior
ullarum proſpectus. Oliua idiæ ſterilis: præterquam oleaſtri. fructu.

De piperis arboribus: & gariophylo: & aliis pluribus. Ca. VII.

Paſſim uero quæ piper gignūt: iuniperis noſtri ſimiles: q̃q̃ ī fronte caucaſi ſo
libus oppoſita gigni tātū eas aliq tradidere. Semina a iunipero diſtāt paruu
lis ſiliquis squales ī paſſiolis uidemus. Hæ priuſquā dehiſcant: decerptæ to
ſtæq; ſole faciūt quod uocat̃ piper lōgū. Paulatī uero dehiſcentes p maturitatē oſten
dunt cādidū piper: quod deīde toſtū ſolibus colore rugiſq; mutat̃. Verum & iis ſua iniu
ria eſt: atq; cæli intemperie carbunculantur: fiuntq; ſemina caſſa & inania: q. uocant
brechmaſin: idorum ligua ſic ſignificante abortum. Hoc ex omni genere aſperrimū leuiſ
ſimūq; & pallidum. Gratius nigrū: leniuſq; utroq; cādidū. Nō ē huius arboris radix: ut
aliq exiſtimauere: quā uocāt ſingiuerim: alii uero gīgiberim quāquā ſapore ſimili. Id
enim ī arabia atq; troglodytica in uillis naſcitur. Paruæ hærbæ: radice candida. Cele
riter ea cariem ſentit: quamuis ī tāta amaritudine: Precium eius ī libras ſex. Piper lon
g facillime adulterat̃ alexandrino ſinapi. Emitur in libras. xxv. Albū. xvii. Nigrū xiiii.
Vſū eius adeo placuiſſe mirum ē. In aliis quippe ſuauitas cœpit: in aliis ſpecies īuitauit.
Huic nec pomi nec bacce commendatio ē aliqua. Sola placere amaritudine: & hanc ī
indos peti. Quis ille qui primus cibis experiri uoluit: aut cui in appetenda auiditate

Piper Cingib viles fert apud ſuos

eſurire ñ fuit ſatius? Vtrumq; ſilueſtre gẽtibus ſuis ẽ:& tamẽ põdere emit̃ ut aurũ uel
argentũ. Piperis arborẽ iam ẽt habet italia maiorẽ myrto: nec abſylẽ. Amaritudo grano
eadẽ quæ piperi myrteo creditur eſſe. Deeſt toſta illa maturitas: ideoq; & rugarũ coloriſ
que limitudo. Adulteratur iuniperi baccis mire uim trahentibus. In pondere quidem
multis modis. Eſt etiãnum ĩ india piperis grani ſimile: quod uocat̃ gariophylon gran
dius fragiliuſq;. Tradũt ĩ indico luco id gigni: Aduehit̃ odoris gratia. Fert & in ſpinis
piperis ſimilitudinẽ: p̃cipua amaritudĩe foliis paruis dẽſiſq; cypri mõ: ramis triũ cubi
torũ: cortice pallido: radice lata: lignoſaq; buſei coloris. Hac ĩ aqua cũ ſemine excepta in
æreo uaſe medicamentũ fit: quod uocat̃ lycione. Ea ſpina & ĩ pelio monte naſcit̃: adul
teratq; medicamentũ. Itẽ aſphodeli radix aut fel bubulũ aut abſinthium uel thus uel
amurca. Abſintiũ aptiſſimũ medicinæ quod ẽ ſpumoſũ. Indi in utribus camelorũ aut
rhinocerotũ admittunt. Spinã ipſã in græcia quidã pixacanthũ chironiũ uocant:

Garofilus

De machir: & arboribus amanæ gentis Ca. VIII

Et machir ex ĩdia aduehit̃ cortex rubẽs: radicis magnæ: nomine arboris ſuæ.
Qualis ſit ea ĩ cõpertũ habeo. Corticis melle docti uſus ĩ medicina ad dyſen
tericos p̃cipuus habet̃. Saccaron & arabia fert: ſed laudatius india. Eſt autem
mel ĩ arundinibus collectũ: gũmiũ modo candidũ: dẽtibus fragile. Ampliſſimũ nucis
auellanæ magn tudĩe ad medicinæ tantũ uſũ. Cõtermina ĩdis gens ariana appellatur:
cuius ſpina lachrymarũ p̃cioſa: myrrhe ſimilis: acceſſu pp aculeos anxio. Ibi & frutex
peſtilẽs raphani folio: lauri odore: equos inuitante: q pene eqtatu orbauit Alexãdrum
prĩo ĩtroitu. Quod & ĩ gedroſis accidit. Itẽ laurino folio. Et ibi ſpina tradita ẽ: cuius
liquor aſpſus oculis cæcitatẽ ĩfert aĩalibus oĩbus. Necnõ & hærba p̃cipui odoris referta
mĩutis ſerpẽtibus. quarũ ictu ꝓtinus moriẽdũ eẽt. Oneſicritus tradit ĩ hyrcaniæ cõual
libus ficis ſimiles eẽ arbores q̃ uocẽt̃ occhi: ex qbus defluat mel horis matutini duabus.

De bedellio & arboribus perſici maris. Ca. IX

Vicina ẽ bactriana: in qua bedelliũ noĩatiſſimum. Arbor nigra eſt magnitudĩe
oleæ folio roboris: fructu caprifici: naturaq; gũmi. Alii brochon appellãt: alii
malachrã: alii maldacon. Nigrũ uero & ĩ offas cõuolutũ hadrobalũ. Eſſe autẽ
debet tranſlucidũ: ſimile cæræ: odoratũ: & cũ fricatur pingue: guſtu amarũ citra acorẽ.
In ſacris uino pfuſum odoratius. Naſcitur & ĩ arabia indiaq; & media ac: babylone. Ali
q peraticũ uocant ex media aduectũ. Facilius hoc & cruſtoſius: amariuſq; & gũmoſũ.
Adulteratur amygdala nuce. Cætera eius genera cortice: & ſcordaſti: Ita uocat̃ arbor
æmula gummi. Sed deprehenduntur (quod ſemel dixiſſe & in cæteros odores ſatis ut
ſit) odore: colore: pondere: guſtu: ĩgne. Bactriano nitor ſiccus: multiq; cãdidi ungues.
Præterea ſuum pondus: quod grauius eſſe aut leuius non debeat. Precium ſincero in
libras decem tantum. Gentes ſupradictas perſis attingit: rubro: mari: quod ibi perſicũ
uocauimus longe in terra æſtus agente. Mira arborum natura. Namq; eroſæ ſale inue
ctis derelictiſq; ſimiles ſicco littore radicibus nudis polyporum modo amplexæ ſteriles
harenas ſpectantur. Eædem mari aduenienti fluctibus pulſatæ reſiſtunt immobiles.
Quin & pleno æſtu operiuntur totæ. Apparetq; rerum argumentis aſperitate aqua
rũ illas alĩ: Magnitudo mirãda ẽ. Species ſimilis unedonis. Pomũ amygdalis extra itus
contortis nucleis.

De arboribus p̃ſicæ inſulæ: & lanigeris arboribus. Ca. X.

Pylos ĩſula ĩ eodẽ ſinu ẽ: repleta ſiluis q̃ ſpectat orı̃ẽtẽ: qq; & ipa æſtu maris p
fũdit̃. Magnitudo ſingulis arboribus fici. Flos ſuauitate ĩenarrabili. Pomũ lu
pio ſimile: pp aſperitatẽ intactũ oĩbus aĩalibus. Eiuſdẽ ĩſulæ excelſiore ſugge
ſtu lanigeræ arbores alio mõ q̃ ſerũ. iis folia ĩfœcunda: q̃ ni mĩora eſſent uitiũ poterãt
uideri. Ferũt cotonei mali amplitudine cucurbitas: q̃ maturitate ruptæ oñdunt lanu
ginis pilas: ex qbus ueſtes p̃ciſo linteo faciunt. De goſampino & arboribus

A ex quibus ueſtes fiunt:& quibus mõis cõſtent arborũ fructus. Ca. XI.

ARbores uocãt goſãpinos fertiliores etiã tylo uero minores:quæ diſtãt.x. paſſibus luba circa fruticẽ lanugines eſſe tradit:linteaq; fieri ĩdicis præſtãtiora. Arabiæ aũt arbores ex quibus ueſtes faciant cynas uocari:folio palmæ ſimili. Sic indos ſuæ arbores ueſtiũt. In tylis aũt & alia arbor floret albæ uiolæ ſpecie:ſed magnitudine quadruplici ſine odore quod miremur. In eo tractu ẽ & alia ſimilis folioſior tamẽ roſeiq; floris:quẽ noctu cõprimẽs aperire incipit ſolis exortu :meridie expãdit :In colæ dormire eum dicũt. Fert eadẽ inſula & palmas:oleaſq; ac uites :& cũ reliquo pomorum genere ficos. Nulli arbor℞ folia ibi decidũt. Rigaturq; gelidis fontibus :& hymbres accipit uicina iis arabia flagitat quandam generum diſtinctionẽ :quoniam fructus iis cõſtat:radice :frutice:cortice:ſucco:lachryma:ligno: ſurculo:flore:folio:pomo.

De coſto & nardo:& differentiis nardi. Ca. XII.

RAdix & foliũ indis ẽ maximo precio. Radix coſti guſtu feruẽs:odore eximio:frutice alias inutili:primo ſtatim introitu ãnis indi ĩpatale inſula. Duo ſunt eius geuera nigrũ & qđ melius candicãs. Preciũ in libras xvi. De folio nardi plura dicere par ẽ:ut principali in unguẽtis Frutex ẽ:graui & craſſa radice: ſed breui ac nigra:fragiliq;:q̃uis pigui:Situm redolente ut cupreſſi aſpero ſapore:folio paruo dẽſoq;. Cacumina ĩ ariſtas ſe ſpargũt :ideo gemina dote nardi ſpicas ac folia celebrãt. Alterũ eius genus apud gãgẽ naſcẽs dãnatur. In totũ ozenitidis nomine uirus redolens. Adulteratur ex peſeudo nardo hærba quæ ubiq; naſcit̃ craſiore atq; latiore folio:& colore lãguido ĩ cãdidũ uergẽte. Itẽ ſua radice permixta ponderis cã:& gũmi:ſpumaq; argenti aut ſtibio :cyperi ue cortice:Sincer℞ qdẽ leuitate deprehẽdit̃ :& colore ruffo: odoriſq; ſuauitate & guſtu :maxime ſiccante os ſapore iucũdo. Preciũ ſpicæ ĩ libras lxxxx. Folia diuiſere ad nouã ãplitudiuẽ:qđ adroſpher℞ uocat̃ maioribus ſiclis xxx. Quod minore folio ẽ meſoſphær℞ appellat̃ emit̃ lx:Laudatiſſimũ microſphær℞ e minimis foliũ Preciũq;:eius lxxv. odoris gratia oĩbus maior recẽtibus. Nardo color q ĩueterauerit nigriori melior. In noſtro orbe ꝓxime laudat̃ ſyriacũ. mox gallicũ. Tertio loco creticũ: qđ alii qdẽ agirõ uocãt:alii aliphũ:folio oluſatri :caule cubitali geniculato :ĩ purpura albicãte :radice obliqua uilloſaq; & imitante auiũ pedes. Baccaris uocat̃ nardum ruſticũ:de quo dicemus ĩter flores. Sũt aunt ea omnia hærbe præter ĩdicũ. Ex iis gallicũ & cũ radice uellit̃ :abluiturq; uino. Siccat̃ ĩ umbra :alligat̃ faſciculis ĩ charta:nõ multũ ab ĩdico differẽs. ſyriaco tamẽ leuius. Preciũ ſiclis xiii. In iis probatio una:ne ſit fragilia & arida potiuſq̃ ſicca folia. Cum gallico nardo ſemꝑ naſcit̃ herba:qnæ hirculus uocatur a grauitate odoris & ſimilitudine:quæ maxime adulterat̃. Diſtat q̃ ſine cauliculo ẽ:& quod minoribus foliis :q̃q; radicis neque amaræ neq; odoratæ.

De aſſaro amomo & amomi & de cardamomo: Ca: XIII.

NArdi uim habet & aſſarum:quod & ipſum aliqui ſiluestre nardum appellant Eſt autem ederæ foliis:rotundioribus tantũ mollioribuſq;:flore purpureo radice gallici nardi ſimile :acinoſum :ſaporis calidi:ac uenoſi. Montibus ĩ umbroſis bis ãno floret. Optimũ in põto:proximũ in phrygia :tertium ĩ illyrico. Foditur cũ folia mittere incipit. Et in ſole ſiccatur : celeriter ſitum trahẽs:ac ſeneſcẽs :inuenta nuper & ĩ thracia hærba ẽ cuius folia nihil ab indico nardo diſtãt. Amomi uua ĩ uſu ẽ indica uite labruſca ut alii exiſtimauere frutice uenoſo:palmi altitudine :carpiturq; cum radice :manipulatim leniter componitur ꝓtinus fragile. Laudatur quammaxime punici mali foliis ſimile. nec rugoris:colore ruffo. Secunda bonitas pallido. Herbaceum peius. Peſſimumque candidum:quod & uetuſtate euenit. Precium uuæ in libras ſicli lxx. Friato uero amomo xlviii. Naſcitur & in armeniæ parte:quæ uocatur ocene: & in media & in ponto. Adulteratur foliis punicis & gummi liquido ut cohæreat: conuoluatq; ſe in uuæ modum. Eſt & quæ uocatur amomis minus uenoſa:atq; du-

rior:ac minns odorata:a quo apparet ut aliud eſſe:aut colligi ĩmaturum.Similes iis &
nomine & frutice cardamomum ſemine ob longo.Metitur eodem modo & in arabia.
Quattuor eius genera.Viridiſſimum ac pingue acutis angulis contumax fricanti:
quod maxime laudatur.Proximum eius ruffo candicans.Tertium breuius atq; nigri
us.Peius tamen uarium & facile tritu:odoriſq; parui.Quod uerius coſto uicinius eſſe
debet.Hoc & apud medos naſcitur.Precium optimi in libras.xii.Cinamomo gẽtilitas
ꝓxima erat nilus:ni prius arabiæ diuitias indicari cõueniret:cauſaſq; quæ cognomẽ
illi fœlicis ac beatæ dedere.Principalia ergo in illa thus & myrrha.Hæc & cum troglo
dytis cõis.

¶ De thure & arboribus thuris. Ca. XIIII.

THura præter arabiã nullis:ac ne arabiæ quidẽ uniuerſæ.In medio eius ſũt ſe
re attramitæ pago ſabæoꝝ capite regni Sabota:in monte excelſo:a quo octo
manſionibus diſtat regio eoꝝ thurifera.Saba appellat̃:quod ſignificare græci
miſteriũ dicunt:ſpectãs ortus ſolis æſtiui undiq; rupibus inuia & a dextra maris ſcopu
lis ĩacceſſa.Id ſolũ e rubro lacteũ traditur:Siluaꝝ longitudo ẽ ſchœnoꝝ.xx .Latitudo
dimidiũ eius.Schœnus pater Eratoſthenis rõe ſtadia.xl.hoc ẽ paſſus qnq; milia.Aliqui
xxii.ſtadia ſingulis ſchœnis dedere:attolluntur colles alti:decurruntq; & ĩ palma arbo
res ſponte natæ.Terrã argilloſã eẽ cõuenit:raris fontibus ac nitroſis.Attingunt & mi
niei pagus alius:ꝑ quos euehit̃ uno tramite anguſto.Hi primi cõmertiũ thuris fecere
maxieq; exercent.A qbus & minieũ dictũ ẽ.Nec præterea arabũ alii thuris arborẽ uidẽt
ac ne hoꝝ quidẽ oẽs.Ferũtq;.ccc.nõ amplius eẽ familiarũ:quæ ius ꝑ ſucceſſiones id
ſibi uendicẽt.Sacros uocari ob id:nec ullo cõgreſſu fœminaꝝ funerũq; cũ ĩcidãt eas
arbores:aut metãt pollui.Atq; ita religione merces augeri.Quidã ꝓmiſcuũ ius iis po
pulis eẽ tradunt ĩ ſiluis.Alii ꝑ uices annoꝝ diuidi.Nec arboris ipſius q̃ ſit facies cõſtat
Res ĩ arabia geſſimus:& romana arma ĩ magnã partẽ eius penetrauere.C.ẽt Cæſar Au
guſti filius ĩde gloriã petit:nec tñ ab ullo (quod equidẽ ſciã) latino arboꝝ eaꝝ tradita
ẽ facies.Græcoꝝ exempla uariant.Alii folio pyri minore dũtaxat & hærbidi coloris ꝓ
didere.Alii lẽtiſco ſimilẽ ſubrutilo folio. Quidã terebinthũ eẽ & hoc uiſũ Antigon
regi allato frutice.Iuba ex iis uoluminibus q̃ ſcripſit ad.C.Cæſarẽ Auguſti filiũ arden
tẽ fama arabiæ tradit cõtorti eſſe caudicis:ramis aceris maxie ponti.Succũ amygdalæ
modo emittere.Taleſq; ĩ carmania apparere:& ĩ ægypto ſatas ſtudio ptolemæoꝝ regnã
tium.Cortice lauri eẽ conſtat .Quidam & foliũ ſimile dixere.Talis certe fuit arbor ſar
dibus.Nã & aſiæ reges ſerendi curã habuernnt.Qui mea ætate legati ex arabia uene
runt:oĩa incertiora fecerunt.Quod iure miremur uirgis ẽt thuris ad nos cõmeanti
bus qbus credi põt:matrem quoq; teretem & enodi fruticare trunco.Meti ſemel anno
ſolebat minore occaſione uendendi:Iam quæſtus aliam uiam affert.

¶ De natura thuris & generibus. Ca. XV.

PRior atq; naturalis uindemia circa canis ortum flagrãtiſſimo æſtu incidenti
bus:qua maxime uideatur eſſe prægnans:tenuiſſimuſq; tendi cortex.Laxa
tur hic plaga:non admittitur.Inde:proſilit ſpuma pinguis. Hæc concreta
denſatur:ubi loci natura poſcat tergere palmea excipiente.Aliubi area circum pauita.
Purius illo modo:ſed hoc ponderoſius. Quod in arbore hæſit ferro depectitur:ideo
corticoſum. Silua diuiſa:certis portionibus mutua innocentia tuta eſt. Neque
ullus ſaucias arbores cuſtodit.Nemo furatur alteri . At hercule alexandriæ ubi thura
interpollantur:nulla ſatis cuſtodit diligentia officinas.Subligaria ſignantur opifici.
Perſona adiicitur capiti:denſus ue reticulus.Nudi emittuntur:tãto minus fidei apud
uos pœna:quam apud illos ſiluæ habent.Autumno legitur ex æſtiuo partu .Hoc pu
riſſimũ candidum.Secunda uindemia eſt uere:ad eam hyeme corticibus ĩciſis.Ruffũ
hoc exit:nec cõparãdũ priori.Illud carfiatũ:hoc dathiathũ uocant.Credit̃ & nouellæ
arboris cãdidus eẽ:ſed ueteris odoratius.quidã & ĩ ĩſulis melius putãt gigni.Iuba ĩ iſu

lis negat naſci. Quod ex eo rotũditate guttæ pepẽdit maſculum uocamus. cũ alias nõ
fere mas uocetᷣ: ubi nõ ſit fœmina. Religioni tributum ne ſexu alter uſurparetᷣ. Maſcu
lum aliqui putant a ſpecie teſtium dictum. Præcipua autem gratia ẽ mammoſo cum
hærente lachryma priore cõſecuta alia miſcuit ſe. Singula hæc manum implere ſolita
inuenio. Cũ minori diripiendi auiditate lentius naſci liceret. Græci ſtrygoniam & ato
mum tali modo appellant: minorem autem orobiã. Micas cõcuſſu eliſas mãmã uoca
mus. Etiannum tamẽ inueniũtur guttæ: quæ tertiã partẽ minæ: hoc eſt xxxix. denari
orum pondus æquent. Alexandro magno in puericia ſine perſimonia thura ingeren Alexdri factũ
ti aris pedagogus Leonides deixerat ut illo modo cũ deuiciſſet thuriferas gẽtes ſupplica
ret. At ille arabia potitus thure onuſtã naui miſit ei. Large exortatus ut deos adoraret.
Thus collectũ ſabotã camelis cõuehitur porta ad id una patente. Digredi uia capitale
leges fecere. Ibi decimas deo: quem uocant Sabin. Menſura nõ pondere ſacerdotes acci
piũt. Nec ãte mercari licet. Inde ĩpẽſæ publicæ tolerantur. Nam & benigne certo itinerꝝ
numero deus hoſpites paſcit. Euehi nõ põt niſi p gebbanitas. Itaq; & hoꝝ regi pẽditur
uectigal. Caput eorum thomma abeſt a gaza noſtri littoris iudeæ oppido lxxx. xxxvii.
mil. paſ. Quod diuiditᷣ in manſiones camelorũ lxii. Sũt & q̂ ſacerdotibus dantur porti
ones ſcribiſq; regũ certæ. Sed preter hos & cuſtodes ſatelliteſq; & hoſtiarii & miniſtri po
pulantur. Iam quacũq; iter ẽ aliubi ꝓ aqua aliubi pro pabulo aut ꝓ maſionibus uariiſ
q; portoriis pẽdũt: ut ſũptus ĩ ſigulos camelos denariũ dc. lxxxviii. ad noſtrũ littus colli
gat. Iterumq; impii noſtri publicanis pẽditᷣ. Itaq; optimi thuris libra ſicloꝝ vi. Preciũ
hẽt ſecũda xii. tertia xiiii. Apud nos adulteratᷣ reſinæ cãdide gẽma pq̃ſimili: ſed depre
hẽditᷣ qbus dictum ẽ mõis. Probatᷣ cãdore: ãplitudine: fragilitate: carbone. Ut ſtatim
ardeat. Itẽ ne dẽtẽ recipiat potius q̃ ĩ micas frãgatᷣ.

De myrrha & arboribus myrrhæ. Ca. XVI.

Myrrhã ĩ iiſdẽ ſiluis permixtã arborẽ naſci tradidere: aliq plures ſeperati. Quip
pe multis in locis arabiæ gignitur: ut apparebit in generibus. Cõuehitᷣ & ex ſil
uis laudata: petuntq; eã etiam a troglodytis ſabbæi trãſitu maris. Satiua quo
que ꝓuenit multũ ſilueſtri prælata. Gaudet raſtris & ablaquæationibus. Melior radice
refrigerata. Arbori Altitudo ad quinq; cubita. nec ſine ſpina: caudice duro & in torto:
craſſiore quam thuris: & ab radice etiã quam reliqua ſui parte. Corticem lenẽ: ſimilẽ
q; unedoni. Scabrũ alii ſpinoſũq; dixere. Foeliũ oliuæ: uerꝝ criſpius: & aculeatum. Iu
ba oluſatri aliqui ſimilem iunipero ſcabriorẽ tãtum: ſpiniſq; horridã: folio rotondiore:
ſed ſapore iuniperi. Necnõ fuere q e thuris arbore utrunq; naſci mẽtirẽtur. Incidũtur
bis & ipſæ: iiſdemq; tẽporibus: ſed a radice pſq; ad ramos q ualãt. Sudãt autem ſpõte
priuſq̃ incidantᷣ. ſtacten dictã: cui nulla præfertur. Ab hac ſatiua & in ſilueſtri quoq;
melior æſtiua. Nõ dãt exmyrrha portiones deo: quoniã & apud alios naſcitᷣ. Regi tamẽ
gebbanitarum quartas partes eius pendunt. Cetero paſſim ac uulgo coemptam in
folles confartiunt: ipſique unguentarii digerunt haud difficulter odoris atq; pinguedi
nis argumentis.

De generibus myrrhæ: & natura. & precio eius. Ca. XVII.

Genera complura. Troglodytica ſilueſtrium prima. Erythrea ſequens & in
aqua ſtatea & aſtramitica eſt gebbannitica & auſeritis gebbannitarum regno
Tertia dianitis. Quarta collatitia. Quinta ſembracena a ciuitate regni ſabeo
rum mari proxima.. Sexta quam duriſitim uocant. Eſt & candida uno tantum loco:
quæ in meſſalum oppidum confertur. Probatur troglodytica pinguedine: & quod aſ
pectu aridior eſt: ſordidaq; atq; barbara: ſed acrior cæteris. Sembracena prædictis ca
ret uitiis: ante alias hylaris: ſed uiribus tenuis. In plenum autem probatio eſt minu
tis glebis: nec rotundis. In concretu albicantis ſucci & tabeſcentis: utque confra
cta candidos ungues habeat: guſtu leniter amara. Secunda bonitas: intus uaria.

Peſſima quæ intus nigra. Peior ſi ſit etiam foris. Precia ex occaſione emētiū uaria. Sta
ctæ a. vi. ad. l. Satiuæ ſūmum ad. xxii. Erythreæ ad. xvi. hāc uolūt arabicā ītelligi. Tro
glodyticæ nucleo ad. xiii. Seæ uero quā odorariam uocant ad. xiiii. Adulteratur lenti
ſci glebis & gūmi. Item cucumeris ſucco amaritudinis cauſa: ſicut ponderis ſpuma ar
genti. Reliqua uitia deprehenduntur ſapore: gūmi dente lentiſcentis. Facilime autem
adulteratur indica myrrha: quæ ibidē quadam e ſpina colligitur. Hoc ſolū peius īdia
affert facili diſtinctione: tanto deterior eſt.

De maſtice: ladano: & bruta: enhemo: & ſtrobo: & de ſtyrace. Ca. XVIII.

ERgo tranſit in maſticem quæ ex alia ſpina fit in india. Itemq; in arabia lamā
uocant. Sed maſtice quoq; gemina eſt: quoniam & in aſia græciaq; hærba re
peritur e radice folia emittēs: & carduum ſimilem alo ſeminis plenum lachry
ma: quæ erumpit inciſa parte ſūma uix ut dinoſci poſſit a maſtice uera. Necnon & ter
tia in ponto eſt bituminis ſimilior. Laudatiſſima autem chia candida: cuius precium ī
libras. xx. nigræ uero. xii. Chia e lētiſco traditur gigni gūmi modo. Adulteratur ut thu
ra reſina. Arabia etiamnum & ladano gloriatur: forte caſuq; hoc & iniuria fieri odores
plures tradidere. Capras maleficum alias frondibus animal: odoratorum uero fruticū
expetentius tanq̄ intelligant precia carpere geminum caules prædulci liquore turgen
tes diſtillantemq; ab iis caſus mixtura ſuccum improbo barbarū uillo abſtergere. Hūc
glomerari in puluerē: & incoqui ſole. Et iō in ladano caprarū pilos eſſe. Sed hoc nō ali
bi fieri q̄ in nabathæis: qui ſunt ex arabia cōtermini ſyriæ. Recentiores ex auctoribus
ſtrobon hoc uocant. Traduntq; ſiluas arabū paſtu caprarum infringi: atq; ita ſuccum
uillis in hereſcere. Verū autem ladanum cypri in inſula eſſe. Vt obiter quæq; genera
odorum dicantur: q̄uis non terrarum ordine. Similirer & hoc ibi fieri tradunt: & eē ce
ſyphum hyrcorum barbis genibuſq; uilloſis inhærens. Sed ederæ flore deroſo paſtibus
matutinis cū eſt rorulenta cypros. Deinde nebula ſola diſcuſſa in puluerē madētibus
uillis adhæreſcere: atq; ita ladanum depecti. Sunt qui hærbam in cypro ex qua id fiat
ladē appellent: & enim illi ladanū uocant: huius pingui inſidere. Itaq; attractis funicu
lis hærbā eam cōuolui: atq; ita offas fieri. Ergo in utraq; gente bina genera: terrenū: &
factitiū. Id quod terrenū eſt friabile: factitiū lentū. Necnō & fruticem eſſe dicunt ī car
mania & ſup ægyptum p Ptolemæos tranſlatis plantis. Aut ut alii generari & id in iis
ut thuris arbore colligiq; ut gūmi inciſo cortice: & caprinis pellibus excipi. Precia ſūt
laudatiſſimo in libras aſſes. xl. Adulteratur myrti baccis: & aliis animalium ſordibus.
Sinceri odor debet eſſe ferus: & quodāmodo ſolitudinem redolens. Ipſum uiſu aridum
ſtatim tactu molleſcere. Accenſum fulgere: odore iucundo gratuitum. Myrrhata de
prehenduntur: crepitantque in igne. Præterea ſincero calculi potius e rupibus inhæ
rent: q̄ puluis: In arabia & olea dotatur lachryma qua medicamentum conficitur a
græcis enhemon dictum: ſingulari effectu contrahendis uulnerum cicatricibus. In
maritimis ea fluctibus æſtuque operiuntur. Nec baccæ nocetur: cum conſtet & in fo
liis ſalem relinqui. Hæc ſunt peculiaria arabiæ. Et pauca præterea alibi communia di
cenda: quoniam in iis uincit: peregrinoſque ipſa myrrhæ odores & ab exteris petit. Tā
ta mortalibus ſuarum rerum ſatietas eſt: alienarumque auidditas. Petunt igitur in he
limæos arborē brutam cupreſſo fuſæ ſimilē: ex albidis ramis: iucundi odoris accenſam
& cū miraculo hiſtoriis Claudii Cæſaris prædicatā. Folia eius īſpergere potionibus par
thos tradit. Odorem pximū eſſe cedro: fumūq; eius contra ligna alia remedio: Naſcit
ultra phaſin tigrimque in finibus opimis ſcythiæ in monte ſcanthro. Petunt & in
carmanos arborem ſtrobum ad ſuffitus perfuſam uino palmeo accedentes. Huius
odor redit a cameris ad ſolum iucundos: ſed aggrauans capita citrā dolorem tn̄. Hoc
ſōnum ægris quærunt. His cōmerciis carracē oppodiū aperuere: quod ē illis nūdina
tium. Inde gabbam oēs petere ſolebant dierum. xx. itinere: & paleſtinā: ſyriā. Poſtea car

racē peti cœptum:ac regna parthorum ex ea cauſa Iuba auctor eſt. Mihi & ad perſas
etiam prius iſta portaſſe :q̄ in ſyriā aut ægyptum uidentur. Herodoto teſte:q tradit ſi
gula milia a talentum thuris annua penſitaſſe arabas regibus perſarum. Ex ſyria reue
hunt ſtyracem:acri odore eius in focis abigētes ſuorum faſtidiū. Cætero non alia ligni
genera ſunt in uſu quam odorata. Ciboſq; ſabæi coquunt thuris ligno :alii mirrhæ.
Opidorum uicorumq; non alio quam ex ariis fumo atq; nidore. Ad hunc ergo ſanā-
dum urunt ſtiracem in pellibus hyrcinis:ſufficiuntq; tecta. Adeo nulla eſt uoluptas:
quæ non aſſiduitate ſui faſtidium pariat. Eundem & ad ſerpentes fugādos urūt in odo
riferis ſiluis frequentiſſimas.

De fœlicitate arabiæ. Ca. XIX.

NOn ſunt eorum cinnamomum aut caſia. Et tamen fœlix appellatur arabia
falſo & ingrati cognominis :quæ hoc acceptum ſuperis ferat:cum plus ex eo
inferis debeat. Beatum illa fecit hominem etiam in morte luxuria:quæ diis in
tellexerat genita ad hibens urendis defūctis. Periti rerum adſtruxerunt non ferre tan
tū annuo fœtu:quantum Nero princeps nouiſſimo pōpæ ſuæ die concremauit. Aeſti
mentur poſtea toto orbe ſingulis annis tot funera:aceruatimq; congeſta honori cada-
uerum:quæ diis per ſingulas micas dantur. Nec minus propitii erant mola ſalſa ſup
plicantibus. Immo uero (ut palam eſt) placatiores. Verum arabiæ etiam nunc fœlici
us mare. Eſt ex illo nanq; margaritas mittit. Minimaq; cōputatione milles centena mi
lia ſeſtertium annis omnibus india & ſeres peniſulaq; illa imperio noſtro adimunt.
Tanto nobis delitiæ & fœmine conſtant. Quota, enim portio ex illis ad deos quæſo iā
uti ad inferos pertinet:

De cinnamomo & xilocinnamomo & caſia. Ca. XX.

CInnamomum & caſas fabuloſa narrauit antiquitas:princeps ue Herodotus
auium nidis :& priuatim phœnicis:in quo ſitu Liber pater educatus eſſet ex
inuiis rupibus arboribuſq; decuti carnis :quam ipſæ inferent pōdere aut plū
batis ſagittis. Item caſiam circa paludes propugnante unguibus diro ueſpertiionum
genere:aligeriſq; ſerpentibus:his commentis augentes rerum precia. Commutata ue-
ro fabula eſt ad meridiani ſolis repercuſſus:innenarrabilem quēdam uniuerſitatis hali
tum e tota peninſula exiſtere tot generū auris ſpirante concentu. Magniq; Alexandri
claſſibus arabiam odore primū nuntiatā in altum. Omnia falſa:ſiqdem cinamomum
idēq; cinnamū naſcitur in æthiopia troglo dytis connubio permixta. Ii mercantes a cō
terminis uehunt per maria uaſta ratibus :quas neq; gubernacula regant:neq; remi tra
han uel īpellant non uela:non rō ulla adiuuet::cū omnium inſtat ibi ſint homo tātū
& audatia. Præterea hybernū mare exigāt circa brumā euris tū maxime flantibus. Ii re-
cto curſu p ſinus impellūt. atq; pmōtorii ābitu argeſte deferūt ī portū gebbānitarum:
qui uocat ocila. Quā ob rem illi maxime id petūt. Produ̅tq; uis qnto āno reuerti ne-
gotiatores:& multos interire :Cōtra reuehūt uitrea:& ænea :ueſtes fibulas cū armilis
ac monilibus. Ergo negotiatio illa fœminaꝝ mayime fide conſtat. Ipſe frutex duorum
cubitoꝝ altitudine ampliſſimus:palmiq; minimus. iiii. digytoꝝ craſſitudinis:ſtatim a
terra ſex digytis ſurculoſus arido ſimilis. Cum uiret nō odoratus:folio origani : ſicci-
tate gaudēs:ſterilior hymbre:ceu diræ naturæ. Gignitur qdem in planis :ſed dēſiſſimis
in uepribus :rubiſq; :difficilis collectu. Metitur non ni i permiſerit deus. Iouem hunc
intelligunt aliqui. Aſſabinum illi uocāt: XLiiii. boum caprarūq; & arietū extis impetra
tur uenia metendi. Nō tamen aut:ante ortum ſolis:aut poſt occaſum licet. Sarmēta
haſta diuidit ſacerdos:deoq; partem ponit. Reliquum mercator in naſſas condit. Eſt
& alia fama :cum ſole diuidi ternaſque partes fieri. Deinde ſorte germina diſcerni.
Quodq; ſoli ceſſerit reliqui :ac ſponte conflagrare. Præcipua bonitas uirgutorum te-
nuiſſimis partibus ad longitudinē palmi. Secūda proximis breuiore mēſura atq; ordie.

Viliſſimum quod radicibus proximum:quoniam ibi minimum corticis : ĩ quo ſũma
gratiæ.Q ua de cã ꝑferunt cacumina:ubi plurimus cortex.Ipſũ uero lignũ ĩ faſtidio
ẽ pp origani acrimoniã:Xilocinnamũ uocatur.Precium ẽ ĩ libras.xx.Q uidã cinami
duo genera tradidere:cãdidũ nigricãſq;:& quõdam ꝑferebat̃ cãdidũ.Nũc cõtra nigrũ
laudat̃.Atq; ẽt uariũ præferunt candido:certiſſima tñ æſtimatione ſi ſit ſcabꝝ:atq; ut
ĩter ſeſe tritũ tarde feriet̃.Dãnatur in primis molle:aut cui albet cortex.Ius eius a geb
bãnitaꝝ rege ſolo ꝓficiſcitur.Is edicto mercatu uendit.Precia quondã fuere ĩ libras de
narioꝝ mille.Auctũ id parte dimidia ẽ incenſis (ut ferunt) ſiluis ira barbaroꝝ.Id acci
derit ne ob iniquitatẽ præpotentiũ:an forte:nõ ſatis cõſtat.Auſtros ibi tã ardenter fla
re:ut æſtitatibus ſiluas accendant:ĩuenimus apud auctores.Coronas ex cinamomo ĩ
terraſili auro ĩcluſas primus omniũ in templis capitolii atq; pacis dicauit ĩperator Ve
ſpaſianus Auguſtus.Radicẽ eius magni ponderis uidimus in palatii templo:quod fe
cerunt Diuo Auguſto cõiunx Auguſta aureæ pateræ ĩpoſitam : ex qua guttæ editæ
annis oĩbus in grana durabant̃:donec id delubrũ incendio cõſumptũ ẽ.Frutex & ca
ſia eſt:iuxtaq; cinami cãpos naſcit̃:ſed ĩ montibus craſſiore ſarmẽto:tenui cute:uerius
q̃ cortice:quẽ conteri:atq; ĩ cinamomo leuari:& exinaniri precium ẽ.Amplitudo fruti
cis trium cubitoꝝ.Colos triplex.Cũ primũ emicat candidus pedali menſura.Deinde
rubeſcit addito ſemipede.Vltra nigricans.Hæc pars maxĩe laudat̃:ac deinde ꝓxima.
Dãnatur uero candida.Tũ ſecant ſurculos longitudine binũ cubitoꝝ.Mox ꝑſuũt recẽ
tibus coriis quadrupedũ ob id ĩteremptoꝝ:ut iis putreſcentibus uermiculi lignũ ero
dant:& excauent corticẽ tutũ amaritudine.Probat̃ recens maxĩe & quæ ſit odoris mol
liſſimi:guſt uue q̃ maxĩe feruens:potius lento tp̃re leuiter mordens:colore purpureo:
quæq; plurima minimũ ponderis faciat breui tunicaꝝ fiſtula & non fragili.Ladã uo
cant talẽ barbaro noĩe.Alia ẽ balſamodes ab odore ſimili appellata:ſed amara iõq; utili
or medicis: ſicut nigra unguentis.Precia nulli diuerſiora.Optiæ ĩ libras.xl.cæteris.xv

De Iſocinnamo:& chancamo:ac taro. Ca. XXI.

HIs addidere mangones :quam daphonoides uocant iſocinnamomo cognomi
natam:preciumq; eius faciunt.ccc.Adulteratur ſtyrace:& propter ſimilitudi
nem cortice lauri tenuiſſimis ſurculis.Quin & in noſtro orbe ſeritur : extre
moq; in margine ĩpii:qua rhenus alluit.Vidit in aluearĩis apum ſata .Color abeſt.ille
torridus ſole:&.ob id ſimul idem odor . Ex cofinio caſiæ cinnamiq; & chancamũ ac
tarum inuehit̃:ſed per nabathæos troglodytaſq; cõnes qui conſidere ex nabathæis.

De ſerichato & gaballio & de myrobalano. Ca. XXII.

EO comportatur & ſerichatum & gabalium:quæ intra ſe conſumunt arabes:
noſtro orbi tantum nominibus cognita:ſed cum cinnamomo caſiaq; naſcen
tia.Peruenit tamen aliquando ſerichatum:& in unguenta addit̃ ab aliq̃bus.
Permutatur in libras.vi.Myrobalanum troglodytis & thebaidi & arabiæ:quæ iudæam
ab ægypto diſterminat cõmune eſt:naſcens unguento ut ipſo nomine apparet.Q uo
item iudicatur & glandem eſſe arbor:heliotropio:quam dicemus inter hærbas ſimili
folio.Fructus magnitudine auellanæ nucis.Ex iis in arabia naſcens ſyriaca appellat̃:
& eſt candida.Contra in thebaide nigra.Præfertur illa bonitate olei quod exprimitur.
Sed copia thebaica.Inter hæc troglodytica uiliſſima eſt.Sunt qui æthiopicam iis præ
ferant glandem nigram nec pinguẽ: nucleoq; gracili:ſed liquore qui exprimitur:odo
ratiori naſcentem in campeſtribus.Aegyptiam pinguiorẽ eſſe & craſſiori cortice rubẽ
tem:& quãuis in paluſtribus naſcatur breuiorem ſiccioremq;.E diuerſo arabicam ui
ridem ac tenuiorem:& quoniam ſit montoſa ſpiſſiorem.Longe autem optimã ĩ petre
am: ex quo diximus oppido:nigro cortice:nucleo candido. Vnguentarii autem tantũ
cortices premunt.Medici nucleos tõdunt affuſa eis paulatim calida aqua.

De phœnicobalano:& calamo odorato. Ca. XXIII.

MYrrhobalano ĩ unguẽtis ſimilẽ ꝓximũq; uſũ habet palma ĩ egypto quæ uocatur adipſos: uiridis: odore mali cotonei : nullo ĩtus ligno. Colligit̃ ãt pauloante q̃ ĩcipiat matureſcere. Quod reliquitur phœnicobalanus uocat̃ : & nigreſcit: ueſcenteſq; inebriat. Myrrhobalano p̃ciũ ĩ libras binas. Inſtitores & fecẽ ũguẽti hoc nomine apellãt. Calamus quoq; odoratus ẽ arabia naſcẽs cõmunis ĩdis atq; ſyriæ. eſt. In q̃ uicit omnis a noſtro mari cẽtũ ſtadiis. Inter libanũ mõtẽ aliũq; ignobilẽ nõ (ut quidã exiſtimauere) antilibanũ ĩ cõualle modica : iuxta lacũ cuius paluſtria æſtate ſiccant̃: tricenis ab eo ſtadiis calamus & iuncus odorati gignũtur. Sane enĩ dicamus & de iũco q̃uis alio hærbis dicato uolumĩe : quoniã tamẽ hic unguẽtoꝝ materia tractat̃. Nihil ergo a cæteris ſuí generis differũt aſpectu: ſed calamus præſtantior odore: ſtatĩ e longinquo ĩuitat. mollior tactu : meliorq; q minus fragilis & qui a ſolo ſe. potius q̃ qui raphani mõ frangit̃ Ineſt fiſtulæ araneum quod uocãt florẽ. Preſtãtior ẽ cuí numeroſius. Reliqua probatio ut niger ſit. Dãnatur alibi Melior quo breuior & craſſior. lentuſq; ĩ frãgendo. Calamo precium in libras ideſt iunco. v. Traduntq; iuncum odoratum & in . cãpania inueniri: ¶ Diſceſſimus a terris oceanum ſpectantibus ad conuexas in noſtra maria.

¶ De hammoniaco & ſpagno. Ca. XXIIII.

ERgo æthiopiæ ſubiecta africa hãmoniaci lachrymã ſtillat ĩ harenis ſuis. Inde etiã nomĩe Hãmonis oraculo iuxta quod gignitur arbor: q̃ metopion uocant reſinæ mõ ut gũmi. Genera eius duo traſton maſculi thuris ſimilitudĩe: quod maxime ꝓbatur. Alteꝝ pĩgue & reſinoſũ : quod pyrama appellãt. Adulteratur harenis uelut naſcẽdo apprehẽſis. Igit̃ q̃minimis glebis ꝓbatur & q̃ puriſſimis : Preciũ optimi in libras aſſes. xl. Spahnos iter eos ſitus ĩ cyrenaica ꝓuĩtia maxĩe ꝓbat̃. Alii ibriũ uocãt Secũdũ locũ optinet cyprius Tertiũ. phœniſcius. Fert̃ ĩ ægipto naſci. Qui & ĩ galla nec dubitaueri. Sũt. enĩ hoc noĩe cani arboꝝ nilli quales ĩ quercu maxĩe uidemus: ſe odore præſtãtes. Laus prima cãdidiſſimis atq; altiſſimis. Secũda rutilis. Nulla nĩgris. Et in ĩſulis petriſq; nati ĩprobãtur : omneſq; q̃bus palmaꝝ atq; non ſuus odor ẽ.

¶ De cypero & aſphalatro: & maro: Ca. XXV.

CYperus in egypto. ẽ arbor ziziphi foliis: ſemine coriandri : cãdido odorato. Coqtur hoc in oleo: premiturq; poſtea quod cyperus uocatur. Pretium ei ĩ libras quinq;. Optimũ habetur e canopica in ripis nili nata : ſecũdũ aſcalonæ iudææ: tertiũ cypro inſula odoris ſuauitate. Quidã hãc eſſe dicũt arborem: quæ in italia liguſtrũ uocet̃. In eodẽ tractu aſphalatros naſcit̃ : ſpina candida : magnitudine arboris modicæ flore roſæ. Radix unguẽtis expetitur: Tradunt in quocunq; frutice curuetur arquus celeſtis : eandem quæcunq; ſit a ſpalathro ſuauitatem odoris exiſtere: ſed in aſphalatro inenarrabilem quandam. Quidam eum Eriſi ſceptrum uocant : alii ſceptrũ Eliſei. Cuius probatio eſt in colore ruffo uel igneo : tactuq; ſpiſſo: & odore caſtoreo. Permutatur in libras xv. In ægypto naſcitur & maron peius q̃ lydium maioribus foliis ac uariis: Illa breuia ac minuta & odorata.

¶ De balſamo: & opobalſamo : & xilobalſamo & ſtyrace: & galbana: Ca. XXVI

SEd omĩibus odoribus p̃fertur balſamũ uni terraꝝ iudææ cõceſſũ. Quõdã in duobus tãtũ hortis utroq; regio: altero iugeꝝ xx. nõ amplius : altero paucioꝝ: Oſtẽdere arbuſculã hãc urbi ĩperatores Veſpaſiani. Clarũq; dictu a Ponpeio magno in triũpho arbores quoq; duximus. Seruit nũc hæc: & tributa pẽdit cũ ſua gente. In totũ alia ẽ natura quã noſtri externiq; prodiderãt. Quippe uiti ſimilior eſt quam myrto. Malleolis ſeri dicit̃ nuper iũcta ut uitis: & implet colles uineaꝝ modo quæ ſine adminiculis ſe ipſæ ſuſtinẽt. Tondetur ſimiliter fruticãs: ac raſtris niteſcit. Properat naſci. Intra tertiũ. annũ frutifera: Folium proximũ tuberi: perpetua coma. Seuiere ĩ eadẽ iudæi ſicut in uitam quoq; ſuam. Contra defendere romani: & dimicatũ ꝑ frutice eſt

Seritq; nunc eam fiſcus:Ne unq̄ fuit numeroſior aut ꝓcerior. Proceritas intra bia cu
bita ſubſiſtit. Arbori tria genera. Tenui & capillacea coma:quod uocant anthericeum.
Alteꝝ ſcabro aſpectu:incurrum:fruticoſum:odoratius:hoc ſtracum appellant. Terti
um eumetes:quia eſt cæteris ꝓcerius:leui cortice. Huic ſecunda bonitas:nouiſſima an
thericeo. Semen eius ē uino ꝓximum guſtu:colore ruffum:nec ſine pingui. Peius in
grano quod leuius atq; uiridius. Ramus craſſior myrto. Incidiť uitro:lapide: oſſeis ue
cultellis. Ferro lædi uitalia odit. Emoritur ꝓtinus. Eadē amputari ſuperuacua patiens
Incidentis manus librať artifici temperamento:ne quid ultra corticem uiolet. Succus
e plaga manat:quē opobalſamū uocant:eximiæ ſuauitatis:ſed tenui gutta:ploratu la
nis parua colligiť in cornua. Ex iis nouo fictili condiť:craſſiori ſimilis oleo: & ī muſto
candida. Rubeſcit deinde:ſimulq; dureſcit & tranſlucida. Alexandro magno res ibi ge
rente toto die æſtiuo unā concham impleri iuſtum erat. Omni uero fœcunditate e ma
iore horto cōgios ſenos. Minore ſingulos:& cū duplo rependebatur argento. Nunc etiā
ſingularum arboꝝ largior uena ter omnibus percutitur æſtatibus. Poſtea deputatur.
Et ſarmenta quoq; in merce ſūt. Dcccc. amputatio ipſa ſurculuſq; uenit intra qntum
demum annū. Xylobalſamū uocatur:& coquiť in unguentis. Pro ſucco ipſum ſubſti
tuere officinæ. Corticis ēt ad medicamenta preciū eſt. Præcipua aūt gratia lachrymæ:
ſecunda ſemini:tertia cortici:minima ligno. Ex hoc buxoſū eſt optimum:quod ē odo
ratiſſimū:mordens guſtu::ferueuſq; in ore. Adulteratur petreo hyperico quod coar
guiť magnitudine:īmanitate:latitudine:ſeu longitudine:odoris ignauia:ſapore pipe
ris. Lachrymæ ꝓbatio ut ſit pinguis:tenuis:ac modice ruffa:& in fricando odorata. Se
cundus candido colos. Peior uiridis:craſſuſq;. Peſſimus niger. Quippe ut oleum ſene
ſcit. Ex omni inciſura maxime probatur quod ante ſemel fluxit. Et alias adulteratur ſe
mine ſucco:uixq; maleficium deprehenditur guſtu amariore. Eſſe enim debet lenis:nō
ſubacidus: odore tantū auſterus. Vitiať & oleo roſæ:cyperi:lentiſci:balani: terebinthi:
myrti:reſina:galbano:cæra cypria:prout quæq; res fuit:Neqſſime autē gūmi: quoniā
ipſū quoq; inareſcit ī manu inuerſa:& in qua ſidetq;. Probatio eius gemina eſt. Debet
ſincerum & inareſcere:ſed hoc & gūmi addita fragili cruſta euenit. & guſtu deprehēdi
tur. Carbone uero quod cæra reſinaq; adulteratū ē nigriori flāma. Nā melle mutatum
ſtati cōtrahit muſcas. Præterea ſincere denſatur in tepida aqua gutta ſidens ad ima ua
ſis. Adulterata olei mō īnatat. Et ſi metopio uitiatū:ē circulo cādido cingiť. Sūma ꝓba
tio ē:ut lac coagulet:& ī ueſte maculas. nō faciat. Nec manifeſtatior alibi fraus. Quip
pe milibus denariorū ſextarii empti uendente fiſco. ccc. denariis ueneunt. In tantum
expedit augere liquorē. Xylobalſamo preciū in libras ſex. Proxima ſyria iudææ ſupra
phœnicē ſtyracē gignit circa gabala & marathunta & caſſium ſeleuciæ montē. Arbor
eſt eodē noīe:cotoneo. malo ſimilis lachrymæ ex auſtero iucundioris:intus ſimilitudo
harundinis:ſuccoq; prægnanas. In hanc circa canis ortum aduolant pēnati uermicu
li erodentes:ob id in ſcobe ſordeſcit. Styrax laudať poſt ſupradicta ex piſidia:ſidone:cy
pro:cilicia:creta:minime. Ex amano ſyriæ medicis:ſed unguentariis magis. Colos in q̄
cūq; natione præfertur ruffus & pinguiter lentus:deterior furfuroſus:& cano ſit ob
ductus. Adulteratur cedri reſina:uel gūmi:alias melle:aut amygdalis amaris. Diaq; ea
deprehenduntť guſtu. Preciū optimo xix. Exit & ī pamphylia:ſed acrior: minuſq; ſuc
coſus. Dat & galbanum ſyria in eodem amano monte:& ferulam quam eiuſdē nomi
nis reſinæ modo ſtagonitim appellant. Quod maxime laudant cartilaginoſum:pure
ad ſimilitudinem hāmoniaci:minimeq; lignoſum. Sic quoq; adulteratur faba aut ſaga
peno. Sincerū ſi uratur fugat nidore ſerpentes. permutať in libras. v. mediciæ hoc tātū

De panace:& ſpondylio:& malobathro. Ca. XXXV.

PAnacem & unguentis eadem gignit naſcentem & in ipſo fine arcadiæ citraq;
q; erymanthi fōtes:& ī africa & ī macedonia ferula ſui generis qnq; cubitoꝝ

foliis quaternis:mox ſenis in terram iacentibus:ampla magnitudine rotundis :in cacumen uero oleagineis:ſemine in muſcariis de pendente ut ferulæ. Excipitur ſuccus inciſo caule meſſibus :radice in autunno. Laudatur candor eius coacti. Sequens pallido ſtatera . Niger color improbatur . Precium optimo. in libras bini aſſes : Ab hac ferula differt uuæ uocatur ſpondylion :foliis tantũ quia ſunt minora & :platani diuiſura . Non niſi in opacis gignitur . Semen eodem nomine ſilis ſpeciem habet medicinæ tantum utile. Dat & malabathron ſyriæ arborẽ folio conuoluto :arido colore :ex quo exprimitur oleum ad unguenta . Fertiliorem eiuſdem ægypto :laudatius ex india uenit. In paludibus ibi gigni tradunt lentis modo:odoratius croco:nigricans :ſabrumq; quodam ſalis guſtu : Minus probatur candidum . Celerrime ſitum in uetuſtate ſentit . Sapor eius nardo ſimilis eſſe debet ſub lingua . Odor uero in uino ſufferuefacti antecedit alios. In precio quidẽ prodigio ſimale eſt a ſingulis ad. ccc. peruenire libras Folium autem ipſum in libras lx.

De oleo omphacio — Ca. XXVIII.

OLeum & omphatium eſt. Fit duobus generibus & totidem modis ex olea & uite . Olea adhuc alba expreſſa deterius ex druppa. Ita enim uocatur prius quam cibo matura ſit:iam tum colorem mutans . Differentia quod hoc uiride eſt:illud candidum. E uite fit pſytia aut aminea :cum ſint acini ciceris magnitudine ante canis ortum . In prima lanugine demetitur uua:eiuſque melligo . Reliquum corpus ſole quoquitur . Nocturni rores cauentur . In fictili conditat melligo colligitur :ſub inde cyprio ære ſeruatur Optima quæ ruffa :acriorq; & aridor. Preciũ omphatio in libras ſex. Fit & alio modo cũ in mortariis uua in matura teritur. Siccataq; in ſole poſtea digeritur in paſtillos.

De iryo:& oenanthe :& de elate arbore :& cinnamo comaco. — Ca. XXIX.

EOdem & iryon pertinet uua populi albæ. Optima circa gnidum aut cariam in ſitientibus aut ſiccis aſperiſque. Secunda in lycia cedro . Eodem & oenanthe pertinet . Eſt autem uitis labruſcæ uua. Colligitur cum flore cum optime olet. Siccatur in umbra ſub ſtrato linteo:atque in cados conditur. Præcipua ex parapotamia:ſecunda ab antiochia:atq; laodicea ſyrie:tertia ex montibus medicis . Hæc utilior. medicinæ. Quidam omnibus his preferunt eam:quæ. in cypro inſula naſcitur. Nam quæ in africa fit ad medicos tantum pertinet uocaturque maſaris Omnis autem ex alba labruſca præſtantior quam e nigra eſt. Eſt præterea arbor ad eadẽ unguenta pertinens . quam alii elaten uocant:quod nos albietem :alii palmam:alii ſpathen . Laudatur hammoniaca maxime:mox egyptia . Dein ſyriaca duntaxat in locis ſicientibus odorata:pingui lachryma :quæ in unguenta additur ad domandum oleum . In ſyria gignitur & cinnamum:quod comacon appellant . Hic eſt ſuccus nuci expreſſus . multum a ſurculo ueri cinnami differens: uicina tamen gratia . Preciũ in libras aſſes quadraginta.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS. HYSTORIAE LIBER. XIII.

PROHEMIVM.

De Peregrinis. Arboribus.

HACTENVS in odoribus habent precia ſiluæ: erantq; p ſe
mira ſingula: iuuitq; luxuriá ea oía miſcere: & e cunctis
unum odorem facere. Ita reperta ſunt unguenta.

¶ De unguentis & quando primum ſunt cogni
ita nobis & de compoſitione. Ca. I

QVs primus inuenerit nõ tradit̃. Iliacis tp̃ribus ñ.
erant nec thure ſupplicabãt̃. Cædri tantũ & citri
ſuo℞ fruticũ i ſacris fumo cõuolutũ nidoré ueri-
us q̃ odoré nouerãt: iam roſæ ſucco repto. Noíatur cum id
quoq; i olei laude. Perſa℞ eé debet gentis unguentũ. Sed & bathilli madẽt: eo & accerſi
ta cõmendatõe igluuiæ natũ uirus extingũt. Primũ quod equidé inueniá. Caſtris Da
rii regis expugnatis i reliquo eius apparatu Alexáder cœpit ſcriniũ unguento℞. Po-
ſtea uoluptas eius a noſtris quoq; íter laudatiſſima atq; ét honeſtiſſima uitæ bona ad
miſſa é. Honoſq; iis & ad defunctos ptinere cœpit. Qua pp plura de eo dicemus q̃ quæ
ét ii nouerũt. Fruticũ ad præſens noíbus tantũ idicabunt̃. Natura uero eo℞ ſuis red-
det̃ locis: Vnguẽtis cognoía dedere aliis patriæ: aliis ſucci: aliis arbores: aliis cauſæ. Pri
mũq; id ſcire cõuenit mutata auctoritate ad peius tráſiſſe gloriá. Laudatiſſimũ fuit an
tiqtus i delo iſula: poſtea mendeſiũ. Nec mixtura tãtũ & cõpoſitõe hoc accidit: ſed iidé
ſucci uarie alibi ad quælibet præualuere: aut degenerauere. Iriũ corinthi diu maxime
placuit: poſtea cyzici: ſimili mõ rhodinũ phaſeli. Quá gloriá abſtulere neapolis: capua:
preneſte. Crocinũ i ſolis ciliciæ diu maxie laudatũ: mox rhodi. Oenanthinũ i cypro: de
inde i ægypto p̃poſitũ: poſtea adramiteo. Amaracinũ i co. Poſtea eodé loco p̃latũ é me-
linũ. Cyprinũ in cypro. Deinde i ægypto ubi mẽdeſiũ & metopiũ gratius factum eſt.
Mox hoc abſtulit phœnice: Et Cyprini laudé ægypto reliqt. Panatheniacũ ſuũ athenæ
pſeueranter optinuere. Fuerat & pardaliũ i tharſo: cuius ét cõpoſitio & mixtura oblite
rata é. Narciſſinũ quoq; ex flore narciſſo deſiit cõponi. Ratio faciẽdi duplex: ſuccus &
corpus. Ille olei generibus fere cõſtat: hoc odo℞. Hæc ſtagmata uocãt: illa hedyſmata.
Tertius íter hæc é colos a multis neglectus. Huius cá addunt̃ ciabari & anchuſa: Sal
aſpſus olei natura coercet Quibus anchuſa adiecta é ſal ñ addit̃. Reſina aũt gummi
adiiciunt̃ ad cõtinendũ odoré i corpore. Celerrime is euaneſcit atq; defluit: ſi ñ ſit hæc
addita. Vnguento℞ expeditiſſimũ fuit: primũq; ut ueriſimile é e brio & balanino oleo:
de qbus ſupradiximus. Increuit deinde mẽdeſi. Balanino reſina mixta: magiſq; etiãnũ
metopio. Oleũ hoc é amygdalis amaris expreſſũ i ægipto. Qui addidere omphaciũ: car-
damomũ: iuncũ: calamũ: mel: uinũ: myrrhá: ſemẽ balſami. galbanũ: reſiná therebinthi-
ná. Et e uiliſſimis quidé hodie é: ob id creditũ & id i uetuſtiſſimis eé: quod cõſtat oleo
myrteo: calamo: cupreſſo: cypro: lẽtiſco: malogranati cortice. Sed diuulgata maxie un-
guenta crediderí roſa: q̃ plurima ubiq; gignit̃. Itaq; ſimpliciſſima rhodini mixtura diu
fuit: additis omphacio: flore roſæ: crocino: ciabari: calamo: melle: iũco: ſalis flore aut an
chuſa: uío. Similis rõ & in crocino additis ciabari: anchuſa: uino. Similis & i ſanſucio
admixtis omphacio: calamo. Optimũ hoc í cypro & mytilenis: ubi plurima ſanſucus.
Miſcent̃ & uiliora genera olei myrto lauro: qbus addit̃ ſanſucinũ: iliũ: fœno: græcum
myrrha: caſia: nardũ: iuncus: cinnamomũ. E malis quoq; cotoneis & ſtruteis fit oleum
(ut diximus) melinũ: quod í unguẽta tráſit: admixtis omphacio: cyprino: ſamio: balſa
mo: iunco: caſia: ambrotano. Suſinũ tenuiſſimũ omniũ é. Cõſtat ex liliis: balano: cala-
mo: mello: cínamomo: croco: myrrha. Et idé cyprinũ ex cipro: & omphacio: & cardamo
mo: calamo: aſpalatho: ambrotano. Aliq & in cyprinũ addunt myrrhá & panacem. Hoc
optimũ ſidone: mox ægypto: ſi nõ addat̃ ſeſaminũ oleũ. Durat & quadriénio. Excitat̃
cínamomo. Telinũ fit ex oleo recenti: cypro: calamo: mellilolo: fœnogræco: melle: mello
oraro: amaraco. Hoc erat celeberrimũ Menandri poetæ comici ætate. Poſtea multo ſue

ceſſit pp gloriã appellatũ megaliũ ex oleo balanino: balſamo: calão: iunco: xylobalſamo
caſia reſina. Huius ꝓprietas ut uẽtilet̃ in coquẽdo donec deſinat olere. Rurſus refrige
ratũ odorẽ ſuũ capit. Siguli quoq; ſucci nobilia unguẽta faciũt. In primis molobathꝝ
poſtea iris illyrica: & cyzicena amaracus. Hærbarii ĩ utraq; pauca iis & alia aliis miſcẽt.
Qui plurima alteꝛ utri mel. ſalis florẽ: omphatiũ ãgni foliã: panacẽ. Externa omnia: &
ꝓdigioſa cinamomo p̃cia. Addũcit̃ cinamomo balaniũ oleũ. xylobalſamũ: calamus:
iũcus:: balſami ſemina: myrrha: mel odoratũ. Vnguẽtoꝝ hoc craſſiſſimũ. Precia ei a
denariis. xxxv. ad. cccv. Nardinũ ſiue foliatũ cõſtat amphatio: balanino. iũco: coſto: nar
do: amomo: myrrha balſamo. In hoc genere cõueniet meminiſſe hærbaꝝ: quæ nardũ
ĩdicũ imitẽtur ſpecies nouẽ a nobis eſſe dictas: tãta materia adulterandi ẽ. Oĩa aũt acu
tiora fiũt coſto amomo quæ maxime nares feriũt. Craſſiora myrrha ſuauioraq;. Medi
cinæ ãt ulteriora croco. Acerrima ꝑ ſe amomo. Hoc & captis dolores facit. Quidã ſatis
habẽt aſpgere quæ ſũt precioſiſſima: cæteris decoctis: ĩpẽdio parcẽtes: ſed nõ eadẽ eſt
uis: niſi una decoctis. Mirrha & ꝑ ſe ũguẽtũ facit ſine oleo: ſtacte dũtaxat: alioqn nimi
am amaritudinẽ affert. Cyprino uiride ſit: ſuſino unguinoſũ: mẽdeſio nigrũ: rhodino
cãdidũ: myrrha pallidũ. Hæc ſũt antiquæ ĩuẽtionis genera: & poſtea officinaꝝ furta:
Nũc dicet̃ cumulus iſte delitiaꝝ & ſũma auctoritas rei.

¶ Quod unguẽtũ regale uocet̃: & quæ diapaſmata. & qualiter ſeruẽt̃. Ca. II.

næ quoq; uictores olea coronant: græci uero oleaſtro olympiæ.

Ca. V.

De cultura oliuarum.

NVnc dicemus Catonis placita de oliuis: In calido & pingui ſolo radinm maio
rẽ: ſalentinam: orchitem: poſiam: ſergianam: cominianam: albicerã ſeri iubet.
Adiicitq; ſingulari prudentia quã earum infimis locis optimã eſſe dicant. In
frigido autem. & macro liciniã. Pingui enĩ aut feruenti uitiari eius oleũ: arboremq; ipſã
fertilitate conſumi. Muſco præterea & robore infeſtari. Spectare olieueta in fauonium
loco expoſitã ſolibus cenſet.

De ſeruādis oliuis:& quomodo faciēdū oleū. Ca. VI.

NEc alio ullo modo laudat condi oliuas optime orchites & poſitas q̃ uel uirides in muria:uel fractas in lentiſco. Oleū q̃ acerbiſſimū diu optimū fieri. Cætero q̃primū e terra colligēdā. Si īquinata ſit laudandā. Siccari triduo ſatis eſſe. Si gelēt frigora:quarto die præmendā. Hāc & ſale aſpergi. Oleū in tabulato minui:deteriuſq; fieri. Itē in amurcā:& flagibus. Eæ ſunt carnes:& inde fæces. Quare ſæpius die decapulādū. Præterea conchas & plūbeas cortinas aere uitiari. Feruētibus omnia ea fieri clauſiſq; torcularibus:& q̃ minime uentilatis. Ideo nec ligna ibi cædi oportere. Quā decā enucleis ipſaꝝ ignis aptiſſimus:& e cortinis in labra fundēdū:ut feces & amurca liquentur. Ob id crebrius uaſa mundāda. Fiſcinas ſpōgia tergēdas:ut q̃maxīe pura ſinceritas cōſtet. Poſtea inuentū ut lauarentur utiq; feruēti aqua. Protinus prelo ſubiicerētur ſolidæ. Ita enim amurca exprimitur. Mox trapetis fractæ præmerentur. Iteꝝ premi plus q̃ centenos modios nō probāt. Fructus uocāt. Quod uero poſt molā primū ē flos fructus. Tres gerniniforos a quaternis hominibus nocte ac die premi iuſtū eſt.

De oleo factitio. Ca. VII.

NOn erat tum factitiū oleū. Ideoq; arbitror nihil a Catone dictū. Nūc eius genera plura. Primūq; perſequemur ea quæ ex arboribus fiunt:& īter illas ante omnes ex oleaſtro: Tenue id:multoq; amarius q̃ oleæ:tantū ad medicamentū utile. Similimū huic ineſt ex chamelea frutice ſaxoſo. non altiore palmo:foliis oleaſtro:bacciſq;. Proximū fit & e cyci arbore in egypto copioſe. Alii ſcrotonē:alii rhibin:alii ſiſimū ſilueſtre appellāt. ibiq; nō pridē. Et in hiſpania repēte prouenit:altitudine oleæ: caulæ ferulaceo:folio uitiū:ſemine uuaꝝ graciliū:pallidaꝝq;. Noſtri eā uocāt ricinum a ſimilitudine ſeminis. Coquitur id ī aqua:īnatanſq; oleū tollit̃. At in ægypto ubi abūdat ſine igni & aqua ſale aſperſū exprimitur:cibis fedū lucernis exile. Amygdalinū quod alii neopum uocāt:ex amaris nucibus arefactis:& in offā cōtuſis aſperſū aqua & iterū tuſis exprimit̃. Fit & lauro admixto drupaꝝ oleo. Quidāq; e baccis exprimūt tantū. Aliis foliis mō. Alii folio & cortice baccaꝝ. Necnō ſtiracē addūt:alioſq; odores. Optima laurus ad id latifolia:ſilueſtris:nigra baccis. Simile ē e myrto nigra:& hæc latifolia melior. Tundūtur baccæ aſperſæ calida aqua:mox decoquūtur. Alii folioꝝ molliſſima decoquūtur in oleo:& exprimūt. Alii deiecta ea in oleū prius ſole maturant. Eadē ratio & in ſatiua myrto:ſed præfertur ſilueſtris:minore:ſemine:quā quidā oxymirſinē uocāt:alii chamemyrſinē:qa coronæ habet ſimilitudinē. Hæc eſt enim breuis fruticoſa. Fit & ex citro:cupreſſo:nucibuſq; iuglādibus:quod caryinon uocant. Malis cædri quod cedreleon. Ex grano quoq; gnidio purgato ſemine & tuſo. Itē lentiſco. Nā & cyprinū etiā: e glandē ægyptia ut fieret odoꝝ cauſa dictū eſt. Indi etiā ex caſtaneis & ſiſama atq; oriza facere dicuntur. Ichthiophagi e piſcibus. Inopia cogit aliquando luminū cauſa & e platani baccis fieri aqua & ſale maceratis. Et oenanthinū fit de ipſa oenathe:ut dictū eſt ī unguentis. Gleucino muſtū incoquitur uapore lento. Ab aliis ſine igne circūdatis uinaceis diebus. xxii. bis ſingulis promixtis. Cōſumiturq; muſtūoleo. Alii non ſanſucū tantum admiſcent:ſed etiam precioſiora odoramenta. Et in gymnaſiis quoq; conditur odoribus:ſed uiliſſimis. Fit & de aſphalto:calamo:balſamo: yri:cardamomo : meliloto: nardo gallico :panace:ſanſuco:helenio:cinami radice:omnium ſuccis in oleo maceratis expreſſiſq;. Sic & rhodinum e roſis:iuncinum e iunco:quod eſt roſaceo ſimilimum. Item hyoſcyamo:lupinis:& narciſſo. Plurimum autem in gæypto e raphani ſemīe aut gramine hærbæ quod cortinon uocant. Item e ſiſama & urtica:quod agroſtinum appellant. E lilio & alibi fit ſub diuo ſole:luna:pruina maceratum. Suis hærbis componunt inter cappadociam & ſeleúciam:quod ſeleuticum appellant: neruis admodum utile. Sicut in italia e gummi. E pice fit quod picinum appellant. cum concoquitur uelleribus ſupra halitum eius expanſis atque expreſſis. Probatum maxime e brutia.

Eſt enim pinguiſſima & reſinoſiſſima. Color oleo fuluus. Sponte naſcitur in ſyriæ ma
ritimis: quod eleomeli uocant. Manat ex arboribus pingue: craſſius melle: reſina tenui
us: ſapore dulci: & hoc medicis. Veteri quoq; oleo uſus eſt ad quædam genera morbo
rum. Exiſtimatur & ebori uindicando a carie utile eſſe. Certe ſimulacrum Saturni ro
mæ intus oleo repletum eſt.

Ca. VIII.

De amurca.

SVper omnia autem celebrauit amurcam laudibus Cato. Dolia olearea cadoſ
que illa imbui: ne bibant oleum. Amurca ſubigi areas terẽdis meſſibus ut for
micæ rimæq; abſint. Quin & lutum parietum & tectoria & pauimenta hor
reorum frumenti. Veſtiarium etiam contra teredines: ac noxia animalia amurca aſp
gi. Semina frugum perfundi. Morbis quadrupedum arborum quoq; mederi illa effica
ci ad ulcera interiora humani quoq; oris. Lora etiam ac: coria oĩa & calceamina axeſ
que decocta ungi atq; æramenta contra eruginem. Coloriſq; gratia elegantioris & totã
ſupellectilem ligneam: ac uaſa fictilia in quis ficum aridam libeat aſſeruare. Aut ſi fo
lia baccaſq; & uirgas myrti aliud ue id genus ſimile. Poſtremò ligna macerata amurca
nullius fumi tedio ardere. Oleam ſi lambendo capra lingua contigerit: depaueritq; pri
mo germinatu ſterileſcere auctor eſt. M. Varro. Et hactenus de olea atq; oleo.

Ca. IX.

Pomorum omnium genera & naturæ.

REliqui arborum fructus uix ſpecie figura ue non modo ſaporibus ſucciſq; to
tiens permixtis atq; inſitis enumerari queunt.

Ca. .X.

Nucum pinearum genera quattuor.

GRandiſſimis pineis nucibus altiſſimeq; a terra ſuſpenſis: intus exiles nucleos
lacunatis includi tornis ueſtitos alia ferruginis tunica. Mira naturæ cura
molliter ſemina collocandi. Harum genus alterum tarentinum digytis fragi
li putamine auiumq; expoſitum furto in arbore. Et tertium apium picea ſatiua nucle
orum cute uertus q̃ putamine adeo molli ut ſimul mandantur. Quartum pitya uocãt
e pinaſtris: ſingularis remedii aduerſus tuſſim. In melle decoctos nucleos taurini aqui
celos uocant. Pinea cotona uictores apud iſthmum coronantur.

Ca. XI.

De malo cotoneo.

HIs proxima amplitudine mala quæ uocamus cotonea: & græci cydonea ex cre
ta inſula aduecta. Incuruatos trahunt ramos: prohibentq; creſcere parentem.
Plura eorum genera. Chryſomella inciſuris diſtincta: colore ad aurum inclina
to. Quæ candidiora noſtrata cognominata odoris præſtantiſſimi. Eſt & neapolitanis
ſuus honor. Minora ex eodem genere ſtrutea odoratius uibrant: ſerotino prouentu.
Præcocia uero muſtea. Struteis autem cotonea inſita ſuum genus fecere muluianum
quæ ſola ex iis uel cruda manduntur. Omnia iam & uirorum ſalutatoriis cubilibus i
cluſa ſimulacris noctium conſiis impoſita. Sunt præterea ſilueſtria parua e ſtruteis odo
ratiſſima in ſepibus naſcentia. Mala appellamus quãquam diuerſi perſica & granata:
quæ in punicis arboribus nouem generum dicta ſunt. His acinus ſub cortice intus.
Lignum illis in corpore. Necnon & quædam e pyris libralia appellata amplitudinem
ſibi ponderis nomine aſſerunt.

Ca. XII.

De perſico genera quattuor.

SEd perſicorum palma duracius. Nationum habent cognomen gallica & aſias
tica. poſt autumnum matureſcunt: æſtate præcocia intra. xxx. annos reperta
& primo denariis ſingula uenundata. Supernatia e ſabinis ueniunt: popula
ria undiq;. pomum innocuum expetitur ægris. preciumq; ſingulis iam tricenni num
ni fuere nullius maiore. Quod miremur quia non aliud fugacius. Longiſſima nãq;
decerpto bidui mora eſt cogitq; ſe uenundari.

Ca. XIII.

De pruno genera. xi. C.

INgens poſtea turba prunoꝝ uerſicolor: nigra: candicans. Hordearia appella
ta a comitatu frugis eius. Alia eodem colore ſeriora maioraq;. aſinina cognoĩa
ta a uilitate. Sunt & nigra ac laudatiora: cærina atq; purpurea. Necnon ab ex
terna gente armeniaca: quæ ſola & odore cõmendãtur. Peculiariis impudẽtia nucibus
eſt inſitoꝝ quæ faciẽ parẽtis ſuccũq; adoptionis exhibẽt appellata ab utroq; nucipru
na. Et hæc aũt & perſica & cærina ac ſilueſtria ut uuæ autũno cadis cõdita uſq; ad aliã
naſcẽtia ætatẽ ſibi ꝓrogant. Reliquoꝝ uelocitas cito miteſcẽtium trãſuolat. Nuper in
betica malia appelari cepiunt malis inſita: & alia amygdalina amygdalis: His intus in li
gno nucleus amygdalæ eſt. Nec aliud pomũ ingenioſius geminatũ eſt. In peregrinis ar
boribus dicta ſunt dameſcena a ſyriæ damaſco cognomiata: iam pridẽ in italia naſcen
tia grãdiore quãq̃ ligno: & exiliore carne: nec unquã in ruga ſiccata quãdo ſoles ſui de
ſunt. Simul dici poſſunt populares eoꝝ mixæ: quæ & ipſæ nũc cœpere romæ naſci inſi
tæ ſorbis. In totũ quidẽ perſica pegrina etiã aſiæ græciæq; eſſe ex noie ipſo apparet: atq;
ex perſide aduecta. Sed pruna ſilueſtria ubiq; naſci certũ eſt. Quo magis miror huius
pomi mẽtionẽ a Catone non habitã: præſertim cũ condenda demõſtraret quædã etiam
ſilueſtria. Nã perſicæ arbores ſero & cum difficultate trãſiere ut quæ in rhodo nihil fe
rant: quod primũ ab egypto eaꝝ fuerat hoſpitium. Falſum eſt uenenata cũ cruciatu in
perſis gigni: & pœnaꝝ cauſa a regibus tranſlata: & in ægyptum terra mitigata: Id enim
de perſea diligentiores tradunt: quæ in totũ alia eſt: myxis rubeſcentibus ſimilis: nec ex
tra orientem naſci uoluit. Eam quoq; eruditiores negauerunt ex perſide propter ſup
plicia tranſlatam: ſed a Perſeo mẽphi ſatam. Et ob id Alexandrũ illa coronari uictores
ibi inſtituiſſe in honorẽ attaui ſui. Semper autem folia habet & poma ſubnaſcentibus
aliis. Sed pruna quoq; omnia poſt Catonẽ cœpiſſe manifeſtum eſt.

De diuerſis generibus malorũ: genera. xxix. Ca. XIIII

MAloꝝ plura ſunt genera. De citreis cum ſua arbore diximus. Medicam autẽ
græci uocant patriæ nomine. Aeq; peregrina ſunt zinzipha & tuberes: quæ
& ipſa non pridem uenere ĩ italiam. Hæc ex africa: illa ex ſyria. Sex. Papinius
quem conſulem uidimus primus utraq; attulit Diui Auguſti nouiſſimis temporibus
in caſtroꝝ aggeribus ſata baccis ſimiliora quã malis. Sed aggeribus præcipue decora:
quoniam & in tecta iam ſiluæ ſcandunt. Tuberꝝ duo genera. Candidum & a colore ſe
ricum dictum pene peregrina. Sunt & in uno italiæ agro ueronenſi naſcentia: quæ la
nata appellantur. Lanugo ea obducit. Struteis quidem perſiciſq;. Plurimis tamen pe
culiaræ nomen dedit nulla alia comendatione inſignibus. Reliqua cur pigeat nomĩa
tim indicare? cum conditoribus ſuis eternam ꝓpagauerint memoriam: tãquã ob egre
gium aliquid in uita factum? Ni fallor apparebit ex eo ingenium inſerendi: nihilq; tã
paruũ eſſe quod nõ gloriã parere poſſit. Ergo habent originẽ a Matio Geſtioq; & Man
lio: item Claudio a quibus cotoneo iſito. Ab Appio e claudia gẽte appiana ſũt cognoĩa
ta: Odor ẽ his cotoneoꝝ: magnitudoq;. Sed claudianis color rubeus. Ac ne qs id ambi
tu ualuiſſe claritatis & familiæ putet: ſunt & ſectiana ab ĩuentore libertino iſignia ro
tunditate. Cato adiicit quiriana: & quæ tradit in doliis cõdi ſcantiana: Oĩum ãt nup
rime adoptata ſunt pua gratiſſimi ſaporis quæ petiſia nominãtur. Primas nobilitaue
re camerina & græcula. Cætera e cauſis traxere nomẽ. Germanitatis cohærentia & ge
mella nunquam ſingula in fœtu. A colore ſerica: cognatione melappia: muſtea a cele
ritate miteſcendi. Quæ nunc melimella dicuntur a ſapore melleo. Orbiculata ex figu
ra orbis in rotunditatem circumacti. Hæc in epiro primum proueniſſe argumento
ſunt græci: qui epirotica uocant. Mammarum effigie ortomaſtica. A conditione
caſtrati ſeminis: quæ ſpadonia appellant. Belgemella a foliis. Folium enim unum
aliquando & geminũ erumpit e latere medio. Celerrime in rugas marceſcũt preãnutia

Stolide tument pulmonea: Sũt q̄bus ſanguineus ẽ color: origine ex mori īſitu tracta.
Cũctis uero q̄ fuerunt ac ſole partes rubẽt. Sunt & parua grati ſaporis: atq; ẽt acutiora
odore ſilueſtria. Id peculiare īprobitatis & acerbitatis cõuitium: & uis tanta ut aciem
gladii pſtrīgat: Pacis ferme uiliſſimis nomẽ: q̄q̄ primis. aduẽtu decerpiq; ꝑperātibus.

De pyris & inſitorũ uarietate. Ca. XV.

EAdem cā in pyris taxatur: ſuperba cognoīe: Parua hæc: ſed ociſſima. Cunctis
aũt cruſtumina gratiſſima. Proxima iis falerna a potu: quoniā tanta uis ſuc
ci abũdat. Lactea hæc uocant̃ ī his: q̄ aliis colore nigro donāt ſyriæ. reliquoꝝ
noīa aliter in aliis atq; aliis locis appellant̃. Sed confeſſis urbis uocabulis auctores ſuos
nobilitauere. Decumiana & ex eo tractũ ꝙ pſeudo decimianum uocant. Dolobelliana
lõgiſſimi pediculi. põpeiana cognoīe mamoſa: liceriana: ſeueriana & q̄ ex iis nata ſunt
tyriāniana longitudine pediculi diſtantia. Fauoniana rubra. Paulo ſupbis maiora. La
teriana anitiana. Poſt autũnalia acciduo ſapore iucunda. Tiberiana appellat̃. quæ ma
xime Tiberio principi placuere. Colorantur magis ſole: grandeſcuntq; alioquin eadem
eſſent quæ liceriana. Primæ noīa habent ſeriſſima omniũ amerina: picentina: numan
tina: alexandrina: numidiana: græca: & in iis tarentina: ſignina: quæ alii a colore teſta
cea appellant: ſicut onychina purpurea. Ab odore myrrapia laurea: nardina. A tempo
re hordearia. A collo ampullacea & coriolana. Brutæ gentilitatis cucurbitana. Acidula
ſucci: In creta nominum cauſa eſt barbariciſq; ueneriiſq;: quæ colorata dicunt. Regiiſ
que quæ minimo pediculo. Seſſilia patriciis uoconiis uiridibus oblongiſq;. Præterea
dixit uolema Virgilius a Catone ſũpta: qui & ſementina & muſtea nominat. Pars hæc
uitæ iampridem peruenit ad columen expertis cuncta hominibus. Quippe cum Vir
gilius inſitam nucibus arbutum: malis platanũ: ceraſis ulmum dicat. Nec quicq̄ am
plius excogitari poteſt: nullum certe pomum nouũ diu iam inuenitur. Neq; omnia in
ſita miſceri fas eſt ſicut nec ſpinas inſeri: quando fulgura expiari ñ queunt. Facile quo
que genera inſita fuerunt: tot fulgura uno ictu pronuntiant̃. Turbinatior pyris figu
ra. In iis ſerotina ad hymen uſq; ad matrẽ pendent gelu matureſcentia. Græca: ampul
lacea: laurea: ſicut in malis amerina. ſcātiana. Conduntur uero pyra ut uuæ: ac totidẽ
modis: non aliter q̄ in cadis. Præterea quæ pomis proprietas pyris quoq; uini. Similiter
iis ægris medentes in eſcam dant: ac uino & aqua coquuntur: atque plumentarii uicẽ
implent: quod non alia præter cotonea & ſtrutea.

De pomis ſeruandis & uuis. Ca. XVI.

IN uniuerſum uero de pomis ſeruandis præcipitur. pomaria ī loco frigido ac
ſicco cõtabulari. Septemtrionalibus feneſtris ſereno die patere. Auſtros ſpecu
laribus arcere. Aquilonis quoq; afflatu poma deturpante. Colligi mala poſt
æquinoctium autumnale: neq; ante. xvi. lunam: neq; ante primam horam. Cadiua ſe
parari ſtramẽtis: ſtoreis: paleis ue ſuſterni. Rara componi: ut limites parui ſpiritũ æqua
lem accipiant. Amerina maxime durare: meli mella minime.

De cotoneis pyris & ſorbis. Ca. XVII.

OOtoneis interclusis ſpiramentũ omẽ adimendum: aut incoqui melle ea: īmer
gi ue oportere. punica aqua marina feruente indurari: mox triduo ſole ſicca
ta: ita ne nocturno rore cõtingant̃ ſuſpendi. Cũ libeat uti: aqua dulci perlui.
M. Varro & ī doliis harenæ ſeruari iubet & īmatura obrui terra ī ollis fundo effracto:
ſed ſpiritu excluſo: ac ſurculo pice. Sic ẽt creſcere amplitudine maiore q̄ poſſint ī arbo
re. Cætera mala foliis ficulneis præterq̄ cadiuis ſingula cõuolui: ciſtiſq; uitilibus cõdi
uel creta. figulinarũ illini. pyra ī uaſis fictilibus picatis inuerſis obrui iter ſcrobes. Tarẽ
tina ſeriſſime legi. Anitiana ſeruari & ī paſſo. Sorba uero & ī ſcrobibus gypſato opcu
lo duũ pedũ terra ſupinducta in loco aprico inuerſis uaſis: & ī doliis ut uuas cũ ramis
ſuſpẽdi. E ꝓximis auctoribus qdā altius curā petũt: putariq; ſtati poma ac uites ad hũc

uſũ præcipiunt decreſcente luna. Poſt horã diei tertiã cælo ſereno aut ſiccis á uẽtis. Similiter delegi & ex locis ſiccis: & ante perfectam maturitatem: addito ut luna infra terram. ſit uuas cũ maleolo ſarmentis ut duro demptis forcipe corruptioribus acinis ĩ dolio picato recẽti ſuſpẽdi: excluſa omni aura operculo & gypſo. Sic & ſorba & pyra illitis oĩum ſurculis pice. Dolia ꝓcul ab aqua eſſe. Quidã ſic cũ palmite in gypſo cõdũt: capitibus eius ſcyllæ ĩfixis utrinq;. Alii etiã uina habẽtibus doliis: dum ne cõtingant ea uuæ. Aliqui mala ĩ patinis fictilibus fluitãtia: quo genere & uino odorẽ acq̃ri putant. Aliqui oĩa hæc ĩ milio ſeruare malũt. Pleriq; uero ĩ ſcrobe duũ pedũ altitudinis harena ſubſtrata: & fictili opculo: dein terra opto. Certa qdã etiã figulina uuas alinũt: ſiccataſq; ſole ſuſpẽdũt: in uſu diluẽtes cretã. Eandẽ pomis in uino ſubigunt. Mala uero generoſiſſima eadẽ rõe cruſtãt gypſo uel cæra. Quæ niſi maturauerit: incremẽto calicẽ rumpũt. Semp aũt in pediculos collocãt ea. Alii decerpũt cũ ſurculis: eoſq; in medullã ſambuci abditos obruũt: ut ſupra ſcriptũ ẽ. Aliis ſingulis malis pyriſq; ſingula uaſa fictilia aſſignãt: & opcula eoꝝ picata dolio iteꝝ ĩcludũt. Necnõ aliqui in floccis capſiſq; quas luto paleato illinũt. Alii hoc idẽ in patinis fictilibus. Aliq & in ſcrobe ſubiecta harena. ita ſicca operiũt mox terra. Sũt qui cotonea cæra põtica illita melle demergãt. Columella auctor in puteos ciſternas ue in fictilibus uaſis pice diligẽti cura illitis mergi Liguria maritima in alpibus ꝓxima uuas ſole ſiccatas iunci faſciis inuoluit: cadiſq; conditas gypſo ĩcludit. Hoc idẽ græci platani foliis: aut uitis ipſius: aut fici uno die ĩ umbra ſiccatis: atq; in cado uinaceis ĩterpoſitis. Quo genere coa uua & berritia ſeruãtur nullius poſteritati poſtferẽdæ. Quidã ut has faciãt in cinere lexiuio tingũt protinus q̃ detraxere uiribus. Mox in ſole ſiccãt. Tum foliis ut ſupra dictũ ẽ inuolutas uinaceis ſtipant. Sũt qui malũt uuas in ſcobe ramẽtiſq; abietis: populi: fraxini: ſeruare. Sũt qui ſuſpendi procul malis: protinuſq; in granariis iubeant: quoniã optime ſit operimẽto puluis penſilibus. Contra ueſpas remedio ẽ oleo aſpergi ex ore: ut de palmis diximus.

De ficis genera. xxix. Ca. XVIII.

E Reliquo genere pomoꝝ ficus ãpliſſima ẽ. Quedãq; & pyris magnitudĩe æmula De ægyptiæ cypriæq; miraculis retulimus imter externas. Iudea ruber oliuæ magnitudine rotundior tantũ ſapore meſpili. Alexãdriã hãc ibi uocãt: craſſitudine cubitali ramoſã: materia calidã: lenta ſine lacte: cortice uiridi: folio tiliæ: ſed moli. Oneſicritus tradit ĩ hyrcania multũ noſtris eſſe dulciores: fertilioreſq;: utq; modios. cclxx. ſingulæ ferãt. Ad nos ex aliis trãſire gẽtibus chalcidicas: quaꝝ plura genera. Siqdem & lydiæ quæ ſunt purpureæ: & mamillanæ ſimilitudinẽ mãmaꝝ habẽt. Et calliſtrutiæ partim ſapore præſtãtiores ficoꝝ oium frigidiſſimæ. Nã de africanis quas multi præferũt cũctis magna quæſtio ẽ: cũ id genus in africã nupime trãſierit: patriæ nomen optinẽt. Nã alexãdriæ enixiores. Cãdicãs terina cognoĩe delicata. Nigra & rhodia ẽ & tyburtina de præcocibus. Sũt & auctoꝝ noĩa iis. Liuiæ Põpeiæ ſiccatæ hæ ſolæ ĩ annuos uſus aptiſſimæ cũ mariſcis: & quas harũdinei folii macula uariat. Eſt & herculanea & albicerata: & aratia alba: pediculo minimo latiſſima. Primo ãt ꝓuenit porphyritis lõgiſſimo pediculo. Comitat̃ eã e minimis & uiliſſimis popularis dicta. Contra nouiſſima ſub hyeme maturat̃ chelidonia. Sũt præterea eadẽ ſerotinæ & præcoces bifare alba ac nigra cum meſſe uindemiaq; matureſcẽtes. Serotinæ & a corio appellatæ duro Ex chalcidicis quædam trifero ꝓuentu. Tarenti tantum prædulces naſcũtur: quas uocant onas. Cato de ficis ſerendis ita memorat. Ficus mariſcas in loco cretoſo aut apto ſerito. In loco autem craſſiore aut ſtercorato africanas: ſed & herculaneas: ſagõtinas hybernas: telianas atras pediculo longo. Poſtea tot ſubire nomina atq; genera: ut uel hoc ſolum æſtimantibus appareat mutatam eſſe uitam. Sunt & hybernæ quibuſdã ꝓuinciis: ſicuti meſiæ: ſed arte non natura. Paruaꝝ genus arboꝝ poſt autũnũ fimo cõtegunt: depreheſaſq; ĩ his hyeme groſos: quæ mitiorẽ cælo refoſſæ cũ arbore: atq; ĩ lucẽ

remiſſæ nouos ſoles alioſq; q̃ quibus uixere:auidæ tanq̃ iterũ naturæ accipiunt: & cũ
uenientiũ flore matureſcunt:alieno præcoces ãno:in tractu uel gelidiſſimo. Sed a Ca
tone appellata iam tũ africana ãmonet & africæ ad ingens documentũ uſo eo pomo.
Nãq; perniciali odio carthaginis flagrans:nepotũq; ſecuritatis anxius:cũ clamaret ĩ oĩ
ſenatu carthaginẽ delendã:attulit quodã die in curia præcocẽ ex ea ꝓuintia ficũ. Oſtẽ
denſq; patribus interrogo uos inquit qñ hoc pomũ demptũ putatis ex arbore? Cũ in
ter oẽs recens eẽ cõſtaret. Atq tertiũ inquit ante diem ſcitote decerptum carthagine:tã
ꝓpe a muris habemus hoſtẽ. Statimq; ſumptũ eſt punicũ tertium bellũ:quo carthago
deleta eſt. Q uãq̃ Catone anno ſequente rapto. Q uid primũ in eo miremur? curam i
genii:an occaſionem fortuitã:celeritatemq; curſus:an uehementiã uiri? Super omnia
equidẽ eſt quo nihil equidẽ duco mirabilius:tantã illam urbẽ & de terrarũ orbe p.cxx.
annos urbis æmulam unius pomi argumento euerſã. Q uod ñ trebia aut traſimenus
nõ cannæ buſto inſignes romani noĩs perficere potuere. Nõ caſtra punica ad tertium
lapidẽ uallata. Portæq; colinæ adequitans ipſe Hãnibal. Tanto ꝓpius carthaginem po
mo Cato adiri monuit. Colitur ficus arbor ĩ foro ipſo ac comitio romæ nata ſacra ful
guribus ibi conditis. Magiſq; ob memoriã eius quæ nutrix fuit Romuli ac Remi con
ditoris appellata:quoniam ſub ea inuenta eſt lupa infantibus præbens rumen. Ita eni
uocabant mãmam. Miraculo ex ære iuxta dicato tanq̃ in comitũ ſponte trãſiſſet. Ada
cto nauigio ilico areſcit. Rurſuſq; cura ſacerdotũ ſeritur. Fuit & ante ſaturni ædẽ ur
bis anno ducenteſimo ſexageſimo ſublata ſacro a ueſtalibus facto cũ Siluani & Iſidis
ſimulacrum ſuberteretur. Eadem aũt fortuito ſato adiuuit ĩn medio foro:quaſi fidẽ
tia imperii fundamenta oſtento fatali. Q uæ Curtius maximis bonis hoc eſt uirtute
ac pietate ac morte præclara expleuerat. Aeque fortuita eodẽ loco ẽ uitis atq; olea um
bræ gratia. ſedulitate plebeia ſatæ. Ara inde ſublata gladiatorio munere Diui Iulii:qd
nouiſſime pugnauit in foro. Admirabilis ẽ pomi huiuſce feſtinatio unius in cunctis
ad maturitatem properantis arte naturæ.

De caprifico & caprificatione. Ca. XIX

CAprificus e ſilueſtri genere ficus nunq̃ matureſcẽs:ſed quod ipſa ñ hꝫbet aliis
tribuens:quoniã ẽ naturalis cauſaꝝ tranſitus:atq; e putreſcentibus idẽtidem
generatur aliqd. Ergo culices parti fraudati alimento in matre:hoc ẽ putri ei
us tabe ex qua nati ad cognatã uolant:morſuq; ficoꝝ crebro hoc ẽ auidiore paſtu ape
rientes ora eaꝝ. atq; ita penetrantes ĩtus ſolẽ primo ſecũ ĩducunt:cerealeſq; auras ĩmit
tunt foribus aptis. Mox lacteũ humorẽ:hoc ẽ infantiã pomi abſumunt. quod fit & ſpõ
te. Ideoq; ficetis caprificus ꝑmittiť ad rõnẽ uenti:ut flatus euolantes ĩ ficos ferat. Inde
reptum ut illatæ quoq; aliunde & ĩter ſe colligatæ iniicerenť fico. Q uod ĩ macroſo &
aqlonio ſitu nõ deſiderať:quoniã ſpõte areſcunt loci ſitu:rimiſq; eadẽ quæ culicũ ope
ra cã ꝑficit. Necnõ ubi multus puluis:quod euenit maxĩe frequenti uia appoſita. Nãq;
& pulueri uis ſiccandi:ſuccũq; lactis abſorbendi:quæ rõ puluere & caprificatiõne hoc
quoq; præſtat:ne decidant abſumpto humore tenero:& ꝯũ quadam fragilitate ponde
roſo. Ficis mollis oĩbus tactus. Maturis frumenta ĩtus: Succus matureſcẽtibus lactis ꝑ
coctis mellis. Seneſcunt in arbore. Anuſq; diſtillant. Gũmi lachrymam ſiccant. Honos
laudatas ſeruat ĩ capſis. Ebuſo inſula ꝑſtantiſſimas ampliſſimaſq;:& mox in marruci
nis. At ubi copia abundat ĩplentur orcæ:in aſia cadi:aut in ruſpina africæ urbe:panil
que ſimul & obſonii uicẽ ſiccatæ ĩplent:utpote cũ Cato cibaria ruris opariis iuſta ceu
lege ſantiens minui iubet ꝑ fici maturitatẽ:cũ & obſonii uicẽ habeant recentes ficus.
Salis ſiccatis & caſei loco ueſci nuper excogitatũ eſt. Ex hoc genere ſunt ut diximus
cottona & caricæ:quæq; cõſcedenti naui aduerſus parthos. omen fecere. M. craſſo ue
nales ꝑdicantis uoce cauneæ. Oĩa hæc in albenſe rus e ſyria intulit. L. Vitellius q po
ſtea cenſor fuit:cũ legatus in ea ꝓuintia eſſet nouiſſimis Tiberri Cæſaris tꝑibus.

INterim quæ ſūt cōmunia & pomis omnibuſq; ſuccis ſaporū genera treſdecī reperiunt̃:dulcis :ſuauis pinguis:amarus:auſterus:acer:acutus:acerbus:acidus :ſalſus .Præter hæc tria genera ſunt mirabili maxime natura. Vnū ī quo plures pariter ſentiunt̃ ſapores:ut uinis .Nāq; in iis & auſterus & acutus & dulcis & ſuauis:omnes alieni. Alteꝝ eſt genus ī quo ſit & alienus qdē:ſed & ſuus quidā & peculiaris:ut ī lacte .Siquidē ineſt ei quod tamen iure dici nō pōt dulce:& pingue & ſuaue optinēte lenitate:quæ ipſa ſuccedit ī ſaporis uicē. Nullus hic aquis:ne ſuccus qdē ut tamē eo ipſo fiat aliquis:ac ſuum genus faciat. Sētiri quidē aquæ ſaporē ullū ſucū ue uitiū eſt. Magnū his omnibus ī odore momētū & magna cognatio q & ipſe nullus eſt aquis:aut ſi ſentitur omnino uitium eſt. Miꝝ tria naturæ præcipua elementa ſine ſapore eſſe ſine odore ſine ſucco:aqua aer ignis.

De ſuccis fructuum & arborum :& coloribus :& odoribus : & natura. pomorum :& de commendatione fructuum: Ca· XXVIII.

Ergo ſuccoꝝ uinoſus pyro:moro:myrto : Minime quod miremur uuis. At pīguis oliuæ :lauro :nuciiuglandi :amygdalis .Dulcis uuis :ficis palmis. Aquoſus prunis. Magna ē & ī colore ſucci differentia. Sāguineus moris:ceraſis:cornis :uuis nigris .Idem albis cādidus. Lacteus ī capite ficis :ī corpore n̄ itē ſpumeus.malis. Nullus perſicis :cū præſertī duracina abūdet ſucco:Sed quis eius ullum dixerit colorem? ſua in odore miracula. Malis acutus. Perſicis dilutus. Dulcibus nullus Nā & uinum tale ſine odore : Tenue: odoratius .Multoq; celerius talia ad uſum ueniunt q̃ pinguia :Quæ odorata nō eodē ī guſtu tenera:quia nō ſūt pariter odor & ſapor. Quā ob rē citreis odor acerrimus .Sapor aſperimus quadātenus & cotoneis .Nulluſq; odor ficis. Et hactenus ſint ſpēs ac genera pomoꝝ .Naturas arctius colligi par ē: Alia ſiliqs gignūtur :ipſis dulcibus : ſemēq; cōplexis amaꝝ Cū ī pluribus ſemina placeant :in ſiliqua dānent̃ . Alia baccis :quaꝝ ītus lignū & extra caro :ut oliuis ceraſis .Aliquarū intus baccæ :foris.lignū :ut in his quæ in ægypto diximus gigni .Quæ baccis natura :eadē & pomis .Alioꝝ ītus corpus & foris lignū :ut nucū .Aliis foris corpus ītus lignum:perſicis:& prunis:uitiūq; cinctum fructu:cum frnctus alibi muniatur uitio. Putamine clauduntur nuces. Corio caſtaneæ: Detrahitur hociis. At in meſpilis manditur .Cruſta teguntur glandes .Cute uuæ .Corio & membrana punica. Carne:& ſucco mora cōſtāt .Cute & ſucco ceraſi .Quædam ſtatī a ligno recedūt:ut nuces & palmæ Quædī adherēt ut oliuæ lauroq;. Quorūdā generi utraq; e natura: ut pſicis .Etenī duracinis adhæret corpus:e lignoq; auelli neqt :cū ī cæteris facile ſepetur. Quibuſdā nec ītus nec extra lignū:ut ī palmaꝝ genere. Aliquoꝝ lignū .ipſū in uſum & pomi uicē ut genera myxis :quā ī ægypto gigni diximus. Quoꝝdā extra gemina gemināt̃ uitia:ut ī caſtaneis :amygdalis :nucibuſq; iuglādibus. Quoꝝdā natura trigemina eſt:corpus :deide lignū rurſuſq; ſemē ī ligno ut pſicis.quædā īter ſe denſa ut uuæ:ſorba quæ ramos circūdata ex oī parte uuaꝝ mō degrauāt : Alia.rara ut ī perſicis .quædam aliō cōtinent̃ ut granata. Depēdēt alia pediculis ut pyra. Alia racemis ut uuæ :palmæ. Alia & pediculis & racemis:ut hederæ ſambuci. Alia ramo adhærent ut in lauro quædā utroq; mō:ut oliuæ. Nā & breues pediculi & longi.quædam uaſculis cōſtant:ut punica :& meſpila:lotoſq; ī ægypto & euphrate .Iā uero diuerſa gratia & commendatio. Carnæ palmæ placent. Cruſta thebaicæ. Succo uuæ & caricæ. Calloipyra ac mala. Corpore melimela .Mora cartilagine. Nuclei grano.quædā ī ægypto cute caticæ. Detrahitur hæc ficis uirentibus ut putamen. Eadem in.ſiccis maxime placet .In papyris :& ferulis ſpinaq; alba caulis ipſe pomum eſt. Sunt & ficulni caules In fruticoſo genere cum .caule capparis .In ſiliquis uero quod manditur quid niſi lignum ē. Non omittendam ſeminis earum proprietas .Nam neq; corpus neq; lignum nec cartilago dici poteſt :neq; aliud nomen inuenit.

De myrto genera eius.xxix. Ca. XXIX.

SVccorum natura præcipuã admirationẽ in myrto habet. Q uando ex una
omniũ olei uiniq; bina genera fiunt. Itẽ myrtidanũ ut diximus. Et alius uſus
baccæ fuit apud antiquos: anteq̃ piper reperiret: libæ optinens uicẽ. Q uo-
dã etiam generoſi obſoni nomine inde tracto: quod etiam nunc myrtatũ uocatur. Ea-
demq; origione apro℞ ſapor cõmendatur: plerũq; ad intinctus additis myrtis. Arbor
ipſa in europa tetriore cælo quod e ceraunis montibus ĩcipit. Primum celcei ĩ Elpeno-
ris tumulo uiſa traditur: græcũq; ei nomen remanet: quo peregrinam eſſe apparet. Fu-
it ubi nunc roma eſt iam tum cũ conderetur. Quippe ita traditur myrtea uerbena ro-
manos ſabinoſq; cum ꝓpter raptas uirgines dimicare uoluiſſent depoſitis armis paci-
ficatos in eo loco qui nunc ſigna Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim ãtiqui pugna-
re dicebant. Et in ea quoq; arbore ſuffimenti genus habetur. Ideo tñ electa: quoniã cõ-
iunctioni & huic arbori præeſt Venus. Haud ſcio an primæua ẽt omnium ĩ locis pu-
blicis romæ ſata ſit: fatidico quidem & memorabili augurio. Inter antiquiſſima namq;
delubra habetur. Q uirini hoc eſt ipſius romuli. In eo ſacræ myrti fuere duæ añ ædẽ
ipſam ꝑ longum tp̃us. Altera patricia appellata: altera plebeia. Patricia multis annis p̃
ualuit. Flacceſcente plebeia exuberans ac læta: q̃diu ſenatus quoq; floruit: illa ingens.
Plebeia torrida ac ſqualida. Q uæ poſtq̃ eualuit flacceſcente patricia marſico bello: lã-
guida auctoritas patrũ facta eſt. ac paulatĩ in ſterilitatem emarcuit maieſtas. Quin &
ara uetus fuit Veneri myrteæ: quã murtiam uocant. Cato tria genera myrti ꝓdidit. cã-
didã: nigram. cõiugalem: fortaſſis a coniugiis ex illo cluacinæ genere. Nunc & alia di-
ſtinctio ſatiuæ aut ſilueſtris: & in utraq; latifoliæ. In ſilueſtri propria oxymyrſie. Satiua-
rum genera topiarii faciunt. Tarentinã folio minuto: noſtratem patulo: exoticam den-
ſiſſimo: ſenis foliorum uerſibus. Hæc non eſt in uſu. Ramoſa utraq; alia. Coniugalem
exiſtimo nunc noſtratem dici. Myrtus odoratiſſima eſt in ægypto. Cato docuit uinũ
fieri e nigra: ſiccata uſq; in ariditatem in umbra: atq; ita mulſo indita. Si ñ ſiccent bac-
cæ oleum gigni. Poſtea compertũ & ex albana uinũ fieri albũ. Duobus ſextariis myrti
tuſæ in uini tribus heminis maceratæ expreſſæq;. Folia & ꝑ ſe ſiccantur in farina ad
ulcerum remedia in corpore humano leniter mordaci puluere: ac infrigerandis ſudori-
bus. Q uinimo oleo quoq; mirum dictu ineſt quidã uini ſapor: ſimulq; pĩguis liquor
præcipua ui ad corrigenda uina: ſaccis ante perfuſis. Retinet quippe fæcem: nec præ-
ter purum liquorem tranſire patitur: datq; ſe comitẽ præc pua cõmendatõne liquato.
Virgæ quoq; eius geſtatæ modo uiatori proſunt in longo itinere pediti. Q uin & uir-
gæ annuli expertes ferri inguinum tumori medentur. Bellicis quoq; ſe rebus inſeruit
triumphanſq; de ſabinis poſtumius Tubertus in conſulatu: qui primus omniũ ouans
ĩngreſſus urbem eſt: quoniam rem leuiter ſine cruore geſſerat. Myrto Veneris uictricis
coronatus inceſſit: optabilemq; arborem etiam hoſtibus fecit. Hæc poſtea ouantiũ fuit
corona: excepto. M. Craſſo qui de fugitiuis & Spartaco laurea coronatus inceſſit. Maſ-
ſurius auctor eſt curru quoq; triumphãtes myrtea corona uſos. L. piſo tradit papyriũ
Naſonem qui primus in monte albano triumphauit de corſis myrto coronatũ ludos
circenſes ſpectare ſolitum. Auus maternus Africani ſequẽtis hic fuit. M. Valerius dua-
bus coronis utebatur laurea & myrtea: qui & hoc uouerat.

De lauro genera.xiii. Ca. XXX.

LAurus triumphis proprie dicatur: uel gratiſſima domibus. Ianitrix Cæſarum
pontificumq;: quæ ſola & domos exornat: & ante limina excubat. Duo eius
genera tradit Cato: delphican & cypriam. pompeius Leneus adiecit quã mu-
ſtacem appellauit: quoniã muſtaceis. ſubiiceretur. Hanc eſſe folio maxĩo: flaccidoq; &
albicãte. Delphicã æq̃li colore uiridiorẽ: maximis baccis atq; e uiridi rubẽtibus. Hac ui-
ctores delphis coronari: & triũphãtes romæ. Cypriã eẽ folio breui: nigro ꝑ margĩes ĩbri-

De meſpilis & eorum generibus tribus. Ca. XX.

MAloꝝ pirorūq; generi adnumerent̄ iure meſpila atq; ſorba. Meſpil s tria genera: anthedon: ſetania: Tertiū degenerat. Antedoni tametſi ſimilius ē quod gallicū uocāt: ſetaniæ tamē maius pomū. Cādidi uſq; acini: molliore lingno. Anthedoni cæteris minus pomū: ſed odore præſtātius: & quod diutius ſeruet̄: Arbor ipſa de āpliſſimis. Folia āteq; decidāt rubeſcūt. Radices multæ atq; alte: & ideo īextirpabiles. Nō fuit hæc arbor ī italia Catonis æuo.

De ſorbis genera quattuor. Ca. XXI.

SOrbis quadruplex differētia. Aliis eni eoꝝ rotunditas mali. Aliis turbinatio pyri. Aliis ouata ſpecies: ceu maloꝝ aliquibus. Hæc obnoxia acri odore: & ſuauitate iucūda: Cæteris uini ſapor. Generoſiſſima qbus circa pediculos folia. Quartū genus torminale appellāt: remedio tātū ꝓbabile. aſſiduū prouētu: minimūq; pomo arbore diſſimili: foliis pene platani. Nō ferūt āte trimatum ex ullo genere. Cato & ſorba ſapa cōdi iubet. Ab iis locū āplitudine uindicauerūt quæ ceſſere auctoritati.

De nuce iuglāde. Ca. XXII.

NVces iuglādes quāquā & ipſæ nuptialiū feſcenninoꝝ comites: multū pineis minores uniuerſitate. Eadēq; portiōe āpliores nucleo Necnō & honor his naturæ peculiaris: gemino ꝓtectis operimēto: puluinati primū calicis. mox ligne putaminis. Quæ cā eas nuptiis fecit religioſas tot mōis fœtu munito quod ē uerīſimilius: quā quia cadēdo tripudiū ſonū ue faciāt. Et has e pſide a regibus trāſlatas indicio ſūt græca nomina. Optimū quippe eaꝝ genus perſicū atq; baſilicō uocāt: Et hæc fuere prima noīa. Carion a capitis grauedine ꝓpter odoris grauitatē cōuenit dictū. Tigūtur cortice eaꝝ lanæ: & rufatur capillus primū ꝓdeūtibus nucleis: Id cōpertū infectis tractatu manibus. Pingueſcūt: uetuſtate. Sola differētia generū ī putamine duro fragili ue & tenui ac craſſo loculoſo & ſimplici. Solū hoc pomū natura cōpactili operimēto clauſit. Nanq; ſūt bifide putaminū carinæ. Nucleorūq; illis quadripertita diſtinctio lignea īter curſāte mēbrana. Cæteris quicquid ē ſolidū ē. Vt ī auellanis & ipſo nucū genere: quas antea abelliuas patrio noīe uocabāt. In aſia ī græciaq; e ponto genere: & ideo pōticæ nuces uocāt̄ Has quoq; mollis ꝓtegit barba. Sed putamini nucleiſq; ſolida rotūditas ineſt. Eæ & torrētur. Vmbilicus illis īt⁹ ī uētre medio. Tertia ab iis natura amygdalis tenuiore: ſe ſimili iugladiū ſūmo operimēto. Itē ſecūdo putaminis. Nucleus diſſimilis latitudine: & acriore callo. Hæc arbor an fuerit in italia Catonis ætate dubitat̄: quoniā græcas noīat: quas qdam & ī iuglādium genere ſeruāt. Adicit præterea auellanas: & galbas: preneſtinas. quas maxime laudat: & cōditas ollis ī terra ſeruari uirides tradit. Nūc thaſiæ & albēſes celebrātur: & tarētinaꝝ duo genera: fragili putamine: ac duro. Quæ ſunt āpliſſime: & minime rotūdæ. Præterea molluſcæ putamē rūpētes. Sūt qui honori nomē īterpretētur: & Iouis glādē eſſe dicūt. Nuper cōſularē uirū audiui biferas & iuglādes nuces ſe habere profitērē. De piſtaciis & ipſi rettul mus. Et hæc autem idem Vitellius in italiam primus intulit eodem tempore. Simulq; ī hiſpaniam Flaccus pompeius eques romanus. qui cum eo militabat.

De caſtaneis genera. octo. Ca. XXIII.

NVces uocamus & caſtaneas: quāquā accomodatiores glandiū generi. Armatū iis echinato calice uallū: quod inchoatū glādibus. Mirumq; uiliſſima eſſe quæ tāta occultauerit cura naturæ. Trini quibuſdā partus ex uno calice. cortexq; lētus. Proxima uero corpori mēbrana: & ī iis & ī nucibus ſaporē ni detrahat̄ infeſtat. Torrere has in cibis gratius modulantum. laturas præſtāti ieiunio fœminaꝝ qdā imaginē panis. Sardibus eæ ꝓuenere primū. Ideo apud grecos ſardianos balanos appellāt. Ni Diuus Tiberius poſtea balanum nomen impoſuit excellentioribus ſatu factis. Nunc plura eaꝝ genera. Tarentinæ faciles: nec operoſo ſunt cibo: planæ figura

Rotundior q̃ balanitis uocat̃ purgabilis maxie:& ſponte ꝓſiliens. Pura & plana eſt ex eis & ſalariana. Tarẽtina minus tractabilis. Laudatior corelliana & ex ea facta: quod di cemus i iſitis meterana: quã rubẽs: cortex p̃fert triãgulis & populäribus nigris: q̃ cocti uæ uocant̃. Patria laudatiſſimis tarentũ:& in campania neapolis. Cæteræ ſuũ paulogi gnuntur: ſcrupuloſæ corticis: intra nucleos quoq; ruminatione.

De ſiliquis & carnoſis pomis & moris & de acinis & baccis. Ca. XXIIII.

Haud ꝓcul abeſſe uident̃:& prædulces ſiliquæ: niſi ꝙ in his cortex ipſe mãdit̃. Digytoꝝ hoīs longitudo illis:& interi falcata pollicari latitudine. Glãdes iter poma numerari nõ pñt. Quã ob rẽ in ſua natura dicentur. Reliqua carnoſi ſunt generis: eaq; baccis atq; carnibus diſtant. Alia acinis caro: alia moris: alia unedoni bus:& alia acinis inter cutẽ ſuccũq; alia myxys: alia baccis: ut oliuis. Moris ſuccus in carne uinoſus: trini colores: candidus primo: mox rubẽs: maturis niger. In nouiſſimis florent. Inter prima matureſcunt. Tingunt manus ſucco. Maturæ ruunt: acerbæ mi nime. In hac arbore ingenia ꝓfecerunt: nec noībus: nec inſitis: nec alio mõ q̃ Pompeii Magnitudine differũt mora oſtienſia:& tuſculana. Romæ naſcunt̃ & in rubis multũ differente callo. Aliud corpus ẽ e terreſtribus fragis. Aliud cõgeneri eoꝝ unedoni: qḋ ſolũ pomũ ſimile frutici terræq; gignitur. Arbor ipſa fruticoſa. Fructus anno mature ſcit: pariterq; floret ſubnaſcẽs:& prior coquitur. Mas ſit an fœmina ſterilis iter auctores nõ conſtat.. Pomũ inhonoꝝ: ut cui nomen ex argumẽto ſit uinũ tantũ edendi. Duo bus tñ hoc noībus appellant græci comaron & memecylon. Ex quo apparet totidẽ eſſe genera & apud nos. Alio noīe arbutus uocatur. Iuba auctor ẽ quinquagenũ cubitorũ altitudine i arabia eẽ eas. Acinoꝝ quoq; magna ẽ differentia. Primũ iter uuas ipſas cal lo: teneritate: craſſitudine: iteriore ligno aliis paruo:& aliis ẽt gemino q̃ minime feraces muſti. Plurimũ uero differũt hederæ ſabuciq; acini. In figura ẽt punici anguloſ quip pe ſoli: nec cutis ulla ſingulis: præter cõmunẽ quæ ẽ candida: totiſq; ſuccus & caro eſt iis præcipue quibus paruulũ ineſt ligni. Magna & baccis differentia. Aliæ nãq; ſũt oli uis: lauris:& alio modo loto: cornis: alia myrtis: lẽtiſco. Aqfolio eni ac ſpinæ ſine ſucco Medioq; etiam non genere inter baccas acinoſq; ceraſis. Pomum iis primo candidum: & fere omnibus baccis: mox aliis uireſcit: ut oliuis: lauris. Rubet uero moris: ceraſis: cor nis. Deinde nigreſcit moris: ceraſis: oliuis.

De ceraſis genera octo. Ca. XXV.

Ceraſi ante uictoriã mithridaticã. L. Luculli nõ fuere in italia. At urbi ãno ſex centeſimo octogeſimo is primũ uexit e ponto: anniſq;. cxx. trans oceanum i britaniã puenere. Eadẽ ut diximus in ægypto nulla cura potuere gigni. Cera ſorũ aproniana maxime rubent. Nigerrima ſũt ut actia. Cæciliana uero & rotunda. Iu lianis gratus ſapor: ſed pene tantũ ſub arbore ſua: adeo teneris: ut geſtatũ non tolerent Principatus duricianis: quæ cãpania plyniana appellat. In belgica uero luſitanis. In ri pis ẽt rheni. Tertius is colos e nigro ac rubenti uiridiq; ſimilis matureſcentibus ſemp. Minus qnquẽnio ẽ ꝙ prodire quæ uocant laurea: nõ igratæ amaritudinis iſitæ i lau ro. Sunt macedonica paruæ arboris raroq; tria cubita excedentis.& minore ẽt nũc fru tice chameceraſi. Inter prima hoc e pomis colono gratiã annuam refert. Septẽtrione fri gidiſq; gaudet. Siccatur etiam ſole: conditurq; ut oliua cadis.

De corno & lentiſco. Ca. XXVI

Quæ cura & cornis atq; lentiſco adhibetur: ne qdnõ hoīs uentri natũ eſſe ui deatur. Miſcentur ſapores:& alio alius placere cogitur. Miſcent̃ uero & terre que cæli tractus. Inq; alio cibi genere india aduocatur: in alio ægyptus: cretæ cyrenæ: ſingulæque terræ. Nec ceſſat in ueneficiis uita: dummodo omnia deuoret. pla nius hoc fiet in hærbarum natura.

De generibus ſuccorum & de odore. Ca. XXVII.

caco criſpam. Et poſtea acceſſere genera cuius hanc ſilueſtrem laurum aliqui intelligūt nonnulli ſui generis arborem. Differt color. Eſt enim cærulea bacca. Acceſſit & regia: quæ cœpit Auguſta appellari ampliſſima & arbore & folio: baccis guſtatu quoq; non aſpero. Aliqui negant eandem eſſe: & ſuum genus regiæ faciunt longioribus foliis latioribuſq;. Iidem in alio genere bacaliam appellant hanc quæ uulgatiſſima: ē baccarumq; fertiliſſima. Sterilem uero earum (quod maxime miror) triumphalem: eaque dicunt triumphantes uti: niſi id a Diuo auguſto cœperit: ut docebimus: ex ea laurū quæ ei miſſa e cælo minima eſt altitudine: folio criſpo: ac breui quæ inuenitur rara Accedit in topiario opere taxa excreſcente in medio folio paruulo: ueluti lacinia folii Et ſine ea ſpadonia mira opacitatis patientia. Itaq; quantalibeat ſub umbra ſolum īplet. Eſt & camedaphne ſilueſtris frutex: & alexandrina: quam aliqui idæam: alii hippoglotchiō. alii daphnem: alii carpophylū: alii hypelatem uocant. Ramos ſpargit a radice dodrantales topiarii: ac coronarii operis: folio acutiore quam myrti: molliore & candidiore. Maiore ſemine inter folia rubro. Plurima in ida circa & heracleam pōti: nec niſi in montoſis. Id quoque quod danaides uocatur genus in nominum ambitu eſt. Alii enim pelaſgum: alii euptalō: alii cephalō. Alexandri uocant. Et hic frutex eſt ramoſus: craſſiore ac molliore quam laurus folio. Ex cuius guſtatu accendatur os: thuris baccis e nigro ruffis. Notatum antiquis nullum genus lauri in corſica fuiſſe: qđ nunc ſatum & ibi prouenit Ipſa pacifera: ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium. Romanis præcipuæ lætitiæ uictoriarumq; nuntia. Additur litteris: & militum lanceis. piliſq;. Faces imperatorum decorat. Ex iis in gremio: Iouis optimi maximi deponit᷑: quotiens lætitiam uictoria nouam attulit. Idq; non quia perpetuo uiret nec quia pacifera ē præferenda utiq; myrto & oleæ eſt: ſed quia ſpectatiſſima in monte pernaſo. Iōq; etiam grata Apollini: aſſuetis eo dona mittere iam & regibus romanis teſte. L. Bruto. Fortaſſis etiam in argumentum: quoniam ibi libertatem publicam: is meruiſſet: lauriferam tellurem illam obſculatus ex reſponſo. Et quia ſatarum receptarumq; in domos fulmine. ſola non icitur. Ob has cauſas equidem crediderim honorem eis habitum in triumphis potius: quam quia ſuffimentum ſit cædis hoſtium & purgatō ut tradit Maſſurius. Adeoq; in profanis uſibus pollui laurum & oleam fas non eſt: ut ne propiciandis quidē numinibus accendi ex iis altaria aræ ue debeāt. Laurus quidem manifeſto abdicat ignes crepitu: & quadam deteſtatione. Interaneorum etiam uitia & neruorum ligno torquente. Tiberium principem tonante cælo coronari ea ſolitum ferunt contra fulminum metus: Sed & circa Diuum Auguſtum euenta eius digna memoratu. Namq; Liuiæ Druſillæ quæ poſtea Auguſta matrimonii nomē accepit: cum pacta eſſet illi Cæſari: gallinam conſpicui candoris ſedenti aquila ex alto abiecit ī gremium illæſam. Intrepideq; miranti acceſſit miraculum: quoniam tenentē roſtro laureum ramum onuſtum ſuis baccis. Conſeruari alitem & ſobolē iuſſere aruſpices: ramumq; eum ſeri: ac rite cuſtodiri. Quodq; factum eſt in uilla Cæſarum fluuio tiberi impoſita iuxta nonum lapidem flamminia uia: quæ ob id uocatur ad gallinas. Mireq; ſilua prouenit. Ex ea triumphans poſtea Cæſar laurum in manu tenuit. coronamq; in capite geſſit. Ac deinde imperatores Cæſares cuncti. Traditusq; mos eſt ramos: quos tenuerunt ſerendi. Et durant ſiluæ nominibus ſuis diſcretæ. Fortaſſis ideo mutatis triumphalibus. Vnius arborum latina lingua nomen imponitur uiris. Vnius folia diſtinguntur appellatione. Lauream enim uocamus. Durat & in urbe impoſitum loco: quando lauretum in auentino uocatur: ubi ſilua lauri fuit Eadem purificationibus adhibetur: teſtatumq; ſit obiter & ramo eam ſeri: quoniā dubitauere. Democritus & Theophraſtus. Nunc dicemus ſilueſtrium naturas.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIPER.XVI.

PROHEMIVM.

Ca. .I.

Silueſtrium arborum naturæ.

POMIFERAE arbores quæque mitioribus ſuccis uolupta
tem primæ cibis attulerunt:& neceſſario alimento delicias
imiſcere docuerunt. Siue ille ultro ſiue ab homine didicere
blandos ſapores adoptione & cõnubio. Idq; minus etiam fe
ris uolucribuſq; dedimus:intra prædictas conſtant. Primũ
erat narrare glandiferas quoq;:quæ primo uictum morta
lium aluerunt nutrices inopis ac feræ ſortis:ni præuerti co
geret admiratio uſu comperta:quænam qualiſque eſſet ui
ta ſine arbore ulla ſine frutice uiuentium.

Ca. II

Gentes ſine arbore:& miracula i ſeptemtrionalis regionis arboribus.

DIximus & in oriente quidem iuxta oceanum cõplures ea neceſſitate gentes.
Sunt uero & i ſeptẽtrione uiſæ nobis caucoꝝ:qui maiores minoreſq; appellá
tur. Vaſto ibi meatu perpetuis bis dierũ noctiũq; ſingularũ iteruallis effuſus
in imenſũ agitur oceanus æterná operiens rerũ naturæ controuerſiá:dubiumq; terræ
ſit:an pars maris. Illic miſera gens tumulos optinet altos:aut tribunalia ſtructa mani
bus ad experimenta altiſſimi æſtus. caſis ita impoſitis:nauigantibus ſimiles:cũ integát
aquæ circũdatæ naufragiis. Cum uero receſſerint:fugientes cum mari piſces circa tu
guria uenantur. Non pecudes hos habere non lacte ali:ut finitimos. Ne cum feris qui
dem dimicare contingit omini procul abacto frutice. Vlua & paluſtri iunco funes ne
ctunt ad prætexenda piſcibus retia. Captũq; manibus lutum uentis magis q̃ ſole:ſiccá
tes. Terra cibos & rigentia ſeptemtrione uiſcera ſua urunt. Potus non niſi ex hymbre
ſeruato ſcrobibus in ueſtibulo domus: Et eæ gentes certe ſi uincantur hodie a populo
ro. ſeruire ſe dicunt. Ita eſt profecto :multis fortuna parcit in pœnam. Aliud i ſiluis mi
raculũ in tota reliqua germania referunt:adduntq; frigori umbras:altiſſime tamen.
Haud procul ſupradictis caucis circa duos præcipue lacus. Littora ipſa optinẽt quer
cus maxima auiditate naſcendi ſuffoſſæq; fluctibus aut propulſæ flatibus uaſtas com
plexu radicum inſulas ſecum auferunt. Atq; ita libratæ ſtantes nauigant ingentiũ ra
moꝝ armamentis. Sæpe territi claſſibus noſtris:cũ uelut deinduſtria fluctibus agerent
ut i ꝓſpectu ſtantes noctu:iopeſq; remedii illæ prœliũ nauale aduerſus arbores mirẽt.

Ca. III.

De hyrciniæ ſiluæ magnitudine.

IN eadẽ ſeptẽtrionali plaga hyrciniæ ſiluæ roboꝝ uaſtitas itacta & cõgẽita mũ
do ꝓpe imortali ſorte miracula excedit. Vt alia omittanẽ fide caritura. Cõſtat
attolli colles occurſantiũ iter ſe radicũ:repcuſſu. Aut ubi ſecuta tellus nõ ſit:arcus ad
ramos uſq;:& ipſos iter ſe rixãtes curuari portaꝝ patẽtiũ mõ ut turnas eqtũ tráſmitát.

Ca. IIII.

De glandiferis.

GLandiferi maxime generis omnes:quibus honos apud romanos perpetuus.

Ca. V.

De ciuica corona:& qui frondea corona donati.

HInc ciuicæ coronæ militũ uirtutis iſigne clariſſimũ. lampridẽ uero & clæmẽ
tiæ ipatorũ poſtq̃ ciuiliũ belloꝝ ꝓfanatiõe meritũ cœpit uideri ciuẽ non occi
dere. Cedũt iis murales uallareſq;:& aureæ:q̃q̃ ꝑcio ãtecedẽtes. Cedũt & roſtra
tæ:q̃uis i duobꝰ maxĩe ad hoc æui celebres. M. Varrone e piraticis bellis dant e magno
Pompeio. Itẽq;. M. Agrippa tribuẽte Cæſare e ſiculis:quæ & ipſa piratica fuere. Antea
roſtra nauiũ tribunali præfixa foro decus erant:ueluti populo ro. corona impoſita.

Poſtq̄ uero tribunitiis ſeditionibus calcari ac pollui cœpere: poſtq̄ uires ex publico in priuatum magis ſinguliſq; ciuiū quæri: & ſacroſancta omnia profana fecere: tum a pedibus eorū ſubiere in capita ciuiū roſtra. Dedit hanc Auguſtus coronam Agrippæ. Sed ciuicā genere humano accepit ipſe. Antiquitus quidē nulla niſi deo dabatur. Ob id Homerus cælo tātum eas & prœlio uniuerſo tribuit. Viritim uero ne in certamine quidē ulli. Feruntq; primū oīum Liberū patrem impoſuiſſe capiti ſuo ex hedera. Poſtea deorū honori ſacrificantes ſumpſere uictimis ſimul coronatis. Nouiſſime & in ſacris certaminibus uſurpatæ: in quibus hodieq; nō uictori dant: ſed patriā ab eo coronari pronūtiat. Inde natum ut etiam triūphaturis cōferrentur in templis dicandæ. Mox ut & ludis darentur. Lōgum eſt: nec ex inſtitutione opis diſſerere quiſquam romanorū primus acceperit. Neq; enī alias nouerant q̄ bellicas. Quod certum eſt uni gētium huic plura ſunt genera q̄ cūctis. Romulus frondea coronauit Hoſtum Hoſtiliū q fidenā primus irrupiſſet. Auus hic Tulli Hoſtilii regis fuit. P. Decium patrem tribunū militum frōdea donauit exercitus ab eo ſenatus: imperatore Cornelio Coſſo cōſule ſānitium bello. Ciuica iligna primo fuit: poſtea magis placuit ex æſculo Ioui ſacrum. Variataq; in hoc cū quercu ē: ac data ubiq; quæ fuerat: cuſtodito tamen honore glandis. Additæ leges arctæ: & ideo ſupbæ: quaſq; cōferre libeat cū illa græcorū ſūma: quæ ſub ipſo ioue datur. Quiq; patriæ muros primus ſcandens audentem irrūpere occidit. Quiq; ciuem maluit ſeruare q̄ hoſtem occidere. Vtq; eum locum in quo ſit actum optineret hoſtis eo die. Vtq; ſeruatus fateatur: alias teſtes nil proſunt. Vt ciuis fuerit. Auxiliis quamuis rege ſeruato: decus id non dant. Nec creſcit honos idem imperatore ſeruato: quoniam conditores in quocunque ciuem ſummum eſſe uoluerunt. Accepta licet uti ppetuo ludis. Induenti ſemp aſſurgi etiā ab ſenatu in more eſt. Sedendi ius in pximo ſenatui. Vacatio munerum oīum ipſi: patriq; & auo paterno. Xiiii. eas accepit Sicinius dentatus ut rettulimus ſuo loco. Sex. Capitolinus. Is quidem & de duce Seruilio. Africanus de parte accipere noluit apud trebiam. O mores æternos: qui tāta opa honore ſolo donauerunt. Et cū reliqs coronas auro cōmendarent: ſalutē ciuis iis in precio eſſe noluerūt: clara profeſſione: ſeruari quidem hominem nefas eſſe lucri cauſa.

De glande genera tredecim. Ca. VI.

fluere. ac remanere aquam ſi qua mixta fuerit.

De aquaticis calamis & fruticibus. Ca. XXXVII.

INterea qui frigidis gaudent aquaticos frutices dicere conuenit. Principatum
in iis tenebunt harundines belli paciſq; experimentis neceſſariæ: atq; etiam in
deliciis gratæ. Tegulo enim earum domus ſua ſeptentrionales populi operiūt
durantq; eius alta tecta. In reliquo uero orbe & cameras leuiſſime ſuſpendunt. Carthiſq;
ſeruiunt calami ægyptii maxime: cognatione. quadam papyri. Probatiores tamen nidii
& qui in aſia circa anaeticum lacum naſcuntur. Noſtratibus fungoſior ſubeſt natura:
cartilagine bibula: quæ cauo corpore intus: ſuperne tenui inareſcit ligno. Fiſſilis præa/
cuta ſemper acie: geniculata. Cætero gracilitas nodis diſtincta leui faſtigio tenuatur in
cacumina. Craſſiore peniculo coma: neq; hac ſuperuacua. Aut enim pro pluma ſtrata
cauponarum replet: aut ubi limoſiore callo induruit: ſicut in belgis contuſa & interie/
cta nauium commiſſuris ferruminat textus: glutino tenatior: rimiſq; explendis fidelior
pice. Calamis orientis populi bella conficiunt. Calamiſ ſpicula addunt irreuocabili ha/
mo noxio. Mortem accelerant pinna addita calamis. Fitq; & ex ipſo tælum aliud fracto
in uulneribus. His armis ſolem ipſum obumbrant. Propter hoc maxime ſeréos dies op/
tant. Odere uentos & hymbres qui inter illos pacem eſſe cogunt. Ac ſi quis æthiopas:
ægyptum: arabas: indos: ſytas: bactras: ſarmatarū tot gentes & orientis omniaq; partho/
rum regna diligentius computet: æqua ferme pars hominum in toto mundo calamis
ſuperata degit. Præcipuus hic uſus in creta bellatores ſuos præcipitauit. Sed í hoc quo
que ut in cæteris rebus uicit italia. Quoniam nullus ſagittis aptior calamus q̄ in rheno
bononienſis amne: cui plurima ineſt medulla. ponduſq; uoluere: Contra flatus quoq;
peruicax libra. Quippe non eadem gratia belgicis. Hæc & creticis commendationibus:
q̄ ī præferantur indi: quorum alia quibuſdam uidetur natura: quando & haſtarum ui
cem præbent additis cuſpidibus. Haruudini quidem indicæ arborea amplitudo: qualē
uulgo in templis uidemus. Differe mares ac fœminas in his quoq; indi tradūt. Spiſſius
mari corpus: fœminæ capacius. Nauigiorum etiam uicem præſtant (ſi credimus) ſin/
gula internodia: Circa aceſinem amnem maxime naſcuntur. Harundo omnis ex una
ſtirpe numeroſa. Atq; etiam reciſa fœcundius reſurgit. Radicis natura uiuax: genicula/
ta & ipſa. Folia indicis tantum breuia. Omnibus uero a nodo orſa complexu tenues p
ambitum inducunt tunicas: atq; a medio internodio cum plurimum deſinunt ueſtire
procumbuntq;. Latera harundini calamoq; in rotunditatem bina ſuper nodos alterno
ſemper inguine: ut alterum ad dextram fiat: alterum ſuperiore geniculo ab leua per ui
ces. Inde exeunt aliquando rami qui ſunt calami tenues. Plura autem genera. Alia ſpiſ
ſior denſiorq; geniculis: breuibus internodiis. Alia rarior maioribus: tenuior & ipſa. Ca/
lamus uero alius totus concauus: quem ſyringiam uocant: utiliſſimus fiſtulis: quoniā
nihil eſt ei chartilaginis atq; carnis. Orchomenius eſt continuo foramine peruius. quē
auleticon uocant. Hic tibiis utilior: fiſtulis ille. Eſt alius craſſiore ligno & tenui forami
ne. Hunc totum fungoſa replet medulla. Alius breuior: alius procerior: exilior: craſſior/
que. Fruticoſiſſimus qui uocatur donax non niſi in quaticis natus: quoniam & hæc
differentia eſt multum prælata harundine quæ in ſiccis proueniat. Suum genus ſagit
tario calamo ut diximus. Sed certico longiſſimis íternodiis obſequiūq; quo libeat flecti
calefacto. Differentias faciūt & folia nō multitudine: uerū robore & colore. Valida lacōi
cis: & ab una pte dēſiora: q̄les í totū circa ſtagna gigni putát. Diſſimiles ānicis longiſq;
ueſtiri foliis: ſpatioſius a nodo ſcādēte cōplexu. ē & obliq̄ harūdo ñ í excellitatē naſcēs

ſed iuxta terram fruticis modo ſe ſpargens:ſuauiſſima in teneritate animalibus. Voca-
tur a quibuſdam elegia. Eſt & in italia naſcens adarcha nomine paluſtris ex cortice tã-
tum. Sub ipſa coma utiliſſima dentibus:quoniã uis eadẽ ẽ quæ ſinapi. De orchomenii
lacus harũdinetis accuratius dici cogit admiratio antiq̃. Characian uocabant craſſiorẽ
firmioremq;. Plociam uero ſubtiliorem. Hanc in inſulis fluitantibus natare: illam in ri
pis expatiãtis lacus. Tertia harundo eſt tibialis calami:quem auleticõ uocant. Nono hic
anno naſcebatur. Nam & lacus incrementa hoc temporis ſpatio ſeruabat. Prodigioſus ſi
quando amplitudinem biẽnio extendiſſet:quod notatum apud cheroniam infauſto at
henienſium prœlio. Et apud lebaida ſæpe notatur influente cephiſo. Cum igitur anno
permanſerit inundatio proficiunt in aucupatoriam quoq; amplitudinem. Vocantur
zeugitæ. Contra bombyciæ maturius reciproco graciles. Fœminarum latiore folio atq;
candidiore:modica lanugine:aut omnino nulla:ſpadonum nomine inſignibus. Hinc
erant armamenta ad incluſos cantus non ſilendos ex reliquo curæ miraculo: ut uenia
ſit argento iam potius rani. Cædi ſolebant tempeſtiue uſq; ad Antigenẽ tibicenẽ cũ ad-
huc ſimplici muſaica uterentur ſub arcturo. Sic præparatæ aliquot poſt annos utiles eẽ
incipiebant. Tunc quoq; multa domandæ exercitationem:& canore tibiæ ipſæ educen
dæ:comprimentibus ſe lingulis:quod erat illis theatroꝝ moribus utilius. Poſtq̃ uarietas
acceſſit & cantus quoq; luxuriantes. cædi ante ſolſtitia cœptæ: & fieri utiles in trimatu
apertioribus eaꝝ ungulis ad flectendos ſonos. Quæ inde ſunt & hodie. Sed tũc ex ſua
quaq; tantum harundine congruere perſuaſum erat:& ea quæ radicem anteceſſerat le
uæ tibiæ conuenire:quæ cacumen dexteræ. Immenſum q̃tum iis prælatis quas ipſe ce-
phiſus abluiſſet. Nunc ſacrificæ tuſcoꝝ e buxo. Ludicræ uero loto oſſibuſq; aſininis &
argento fiunt. Aucupatoria harũdo a panhormo laudatiſſima. Piſcatoria ab aritana ex
africa. Harundinis italiæ uſus ad uineas maxime. Cato ſeri eam iubet in humidis agris
bipalio ſubacto prius ſolo:oculis diſpoſitis interuallo ternorũm pedum. Simul & corun
dam unde aſparagi fiant:concordare amicitiam. Salicis uero qua nulla aquaticaꝝ uti-
lior. Licet populi uitibus placeant:& cecubum ducant. Licet alni ſæpes muniant:con-
traq; erũpentium amniũ impetus riparum muro in tutelis ruris excubent:in aqua ſatæ
cæſæq; denſius innumero hærede proſint.

De ſalice genera eius octo:& q̃ p̃ter ſalicẽ ſint utilia ligaturis & de rubis. C. XXXVIII.

Salicis ſtatim plura genera. Nam quædam & ĩ proceritatem magnam emittũt
iugis uinearum perticas. Pariuntq; balteo cortice uincula. Et aliæ uirgas ſeq̃-
cis ad iuncturas lentitiæ. Aliæ prætenues uiminibus texendis ſpectabili ſubti-
litate. Rurſus aliæ firmiores corbibus ac plurimæ agricolarum ſupellectili candidiores
ablato cortice:leuiq; tractatu mollioribus uaſis:q̃ ut e corio fiant:atq; etiam ſupinaruʒ
in delicias canthedrarum aptiſſima. Decidua ſalici fertilitas: denſiorq; tonſura ex breui
pugno uerius q̃ ramo:non ut remur in nouiſſimis curanda arbore. Nullus quippe tu-
tior eſt reditus minoris ue impendii aut tempeſtatis ſecurior. Tertium locum ei in æſti
matione ruris Cato attribuit:prioremq; q̃ oliuetis:q̃q; frumento:aut pratis: nec quia de
ſint alia uincula. Siquidem & geniſtæ:ithaceæ.& populi & ulmi:& ſanguinei frutices:
& betullæ:& harundo fiſſa:& harundinum folia:ut in liguria & uitis ipſa:reciſiſq; acu
leis rubi alligant:& intorta corylus. Mirumq; contuſo ligno alicui: maiores ad uincula
eſſe uires. Salici autem præcipua dos. Finditur enim græca rubens: candidiorq; ameri-
na. ſed paulo fragilior. Ideoque ſolido ligat nexu. In aſia tria genera obſeruant. Nigram
utiliorem uiminibus. Candidam agricolarum uſibus. Tertiam quæ breuiſſima eſt heli-
cen uocant. Apud nos quoque multi totidem nomina imponunt. Viminea uocant eã
dem purpuream. Alteram nicelinam a colore:quæ ſit tenuior. Tertiaʒ gallicam: quæ te
nuiſſima. Nec in fruticũ nec ĩ ueprium caulinũ ue neq; in hærbaꝝ:aut alio ullo q̃ ſuo
genere numerent iure ſcirpi fragiles paluſtreſque ad tegulũ tegeteſque. E q̃bus detra

cto cortice cádelæ luminibus & funebribus ſeruiunt. Firmior qbuſdá i locis eaꝝ rigor.
Namqꝫ iis uelificant non in pado tantum nautici: uerum & in mari piſcator africus p̄
poſtero more uela intra malos ſuſpendens. Et mapalia ſua mauri tegunt. Proximeque
æſtimanti hoc uideatur eſſe qđ in interior munda parte pari ſunt papyri uſui: ſed fru
ticoſi generis ſunt. Inter aquaticas arbores ſunt & rubi atqꝫ ſambuci fungoſi generis: ali
ter tamen q̄ ferulæ. Quippe plus ligni ac ſucci utiqꝫ ſambuco. Ex qua magis canoram
bucinam tubamqꝫ credit paſtor ibi cæſæ ubi gallorum tantum frutex ille nō exaudiat.
Rubi mora ferunt & alio genere ſimilitudinem roſæ: qui uocatur cinoſbatos. Tertium
genus idæum uocát græci a loco: tenuior eſt q̄ cætera: minoribuſqꝫ ſpinis: & minus ad
uncis. Flos eius contra lippitudinem illinitur ex melle: & ignem ſacrum. Contra ſtoma
chi quoqꝫ uitia bibitur ex aqua. Sambuci acinos habent nigros atque paruos: humoris
lenti inficiendo maxime capillo: qui & ipſi aqua decocti manduntur.

De ſuccis arborũ & natura materiarũ: & cædẽdis arboribus. Ca. XXXIX.

HVmor & cortici arborum eſt: qui ſanguis earum intelligi debet: non idem om
nibus. Ficis lacteus. Huic ad caſeos figurãdos coaguli uis. Ceraſis gummoſus
Vlmis ſaliuoſus. Lentus ac pinguis malis. Vitibus ac pyris aquoſus. Viuatiora
quibus lentior. Atqꝫ in totum copore arborum: ut reliquorum animaliũ: cutis: ſanguis
caro: nerui: uenæ: oſſa: medullæ. Pro cute cortex mirum in moro medicis ſuccum quæ
rentibus fere hora diei ſecunda lapide inciſus manat altius fractus ſiccus uidetur. Pro
ximi pleriſqꝫ adipes: li uocantur a colore alburnũ. Mollis ac peſſima pars ligni etiá i ro
bore facile putreſcẽs teredini obnoxia. Quare ſemp amputabit̃. Subeſt huic caro cui
oſſa: id eſt materiæ optimum. Alternant fructus quibus ſiccius lignum: ut olea: magiſq̄
quibus carnoſum: ut ceraſus. Nec omnibus adeps carneſue largæ: ſicuti nec animaliũ
acerrimis. Neutrum habent buxus: cornus: olea. Nec medullam: minimumqꝫ etiam ſan
guinis. Sicuti oſſa non habent ſorba: carnem ſambuci: & plurimam ambæ medullam.
Nec harundines maiores ex parte. In quarundam arborum carnibus pulpæ ueneqꝫ ſũt
Diſcrimen earum facile: Venæ latiores candidioreſqꝫ. Pulpæ fiſſilibus inſunt. Ideo fit ut
aure ad caput trabis quamlibet prælongæ admota ictus ab altero capite uel grauis ſen
tiatur: penetrante rectis meatibus ſono. Vnde deprehenditur an torta ſit materies: no
diſqꝫ conciſa. Quibuſdam ſunt tubera: ſicut ſunt in carne glandia: in iis nec uena nec
pulpa: quodam callo carnis in ſe conuoluto. Hoc precioſiſſimum in citro & acere. Cæ
tera menſarum genera fiſſis arboribus circinnantur in pulpam. Alioquin fragilis eſſet
uena in orbem arboris cæſa. Fagis pectines tranſuerſi in pulpa apud ãtiquos. Inde & ua
ſis honos. Manius Curius iurauit ſe ex præda nihil attigiſſe: præter guttum faginum.
quo ſacrificaret. Lignum in longitudinem ita fluctuat: ut quæ pars fuit ab radice uali
dius ſidat. Quibuſdam pulpa ſine uenis mero ſtamine & tenui conſtat. Hæcqꝫ maxime
fiſſilia. Alia frangi celeriora q̄ findi quibus pulpa non eſt: ut oleæ uites. At e contrario
totum a carne corpus fico. Tota oſſea eſt ilex: cornus: robur: cytiſus: morus: hebenos: lo
tos: & quæ ſine medulla eſſe diximus. Cæteris nigricãs color. Fulua cornus in uenabu
lis nitet inciſuris nodata propter decorem. Cædrus & larix & iuniperus rubent.

De teredinibus larice. Ca. XL.

LArix fœminam habet: quam græci uocant ægida mellei coloris. Inuentum eſt
pictorum tabellis immortale: nulliſqꝫ fiſſile rimis. Hoc lignum proximum me
dullæ eſt. In abiete leucon græci uocauere. Cædrus quoque duriſſima: quæ
medullæ proxima ut in corpore oſſa deraſo modo limo. Et ſambuci interiora mire firma
traduntur. Namque qui uenabula ex ea faciunt præferunt omnibus: Conſtat enim ex
cute & oſſibus. Cædi tempeſtiuũ quæ decorticentur. Vt teretes ad templa cæteraque
uſus rotũdi cũ germinãt: alias cortice iextricabili & carie ſubnaſcẽte ei materiaqꝫ nigre
ſcẽte. Tigna & qbus aufert ſecuris corticẽ a bruma ad fauoniũ: aut ſi præuenire cogat

mur arcturi occaſu:& ante eum fidiculæ.Nouiſſima ratione ſolſtitio.Diues ſydeꝝ hoꝝ
reddentur ſuo loco.Vulgo ſatis putant obſeruare:ne quæ dedolandæ arbores ſternātur
ante editos ſuos fructus.Robur uere cæſum teredinē ſentit. Bruma autē ne uitiatur:
neqꝫ finditur:alias obnoxiū etiam ut torqueat ſeſe:ſindatqꝫ quod in ſubere tempeſtiue
quoqꝫ cæſo euenit.Infinitum refert lunaris ratio:nec niſi a uigeſima in trigeſimā cædi
nolunt.Inter omnes cōuenit utiliſſime in coitu eius ſterni:quē diem alii interlunium:
alii ſilentis lunæ appellant.Sic certe Tiberius Cæſar cōcremato pōte naumachiario lari
ces ad reſtitendū cædi ex retia præfiniuit.Quidā dicūt ut ī coitu & ſub terra ſit luna.
Quod fieri nō poteſt niſi noctu: At ſi cōpetant coitus in nouiſſimum diē brumæ:illa
æterna ſit materies:proxime cū ſupradictis ſyderibus.Quidā & canis ortum addunt:&
ſic cæſas materies in forum auguſtū.Nec nouellæ aūt ad materiem nec ueteres utiliſſi-
mæ.Circunciſas quoqꝫ ad medullam alii non inutiliter relinquūt:ut omnis humor ſtā
tibus defluat.Mira apud antiquos primo punico bello claſſem Duilli imperatoris ab ar
bore exciſa ſexageſimo die nauigaſſe.Contra uero Hieronem regē ducentas.xx.naues ef
fectas diebus.xlv.tradit.L.Piſo.Secundo quoqꝫ punico bello Scipionis claſſis.xl.die a ſe-
curi nauigauit.Tantū tempeſtiuitas etiā in rapida claritate pollet.Cato hominum ſum
mus ī omni uſu de materiis hæc adiicit.Prælium e ſappino atra potiſſimum facito. Vl
meam:pineam:nuceam:hanc atqꝫ aliam materiem omnem cum effodies:luna decreſcē
te eximito poſt meridiem ſiue uento auſtro.Tunc erit tēpeſtiua:cum ſemen ſuum ma-
turum erit.Caueto ne per rorem trahas:aut doles.Idemqꝫ mox. Niſi in trimeſtri lunaqꝫ
dimidiata ne tangas materiem.Tunc ne effodias aut præcidas abſ terra.Diebus quattu-
or proximis quibus luna plena fuerit optime eximitur. Omnino caueto nigram mate-
riam ne doles:ne cædas:ne ue tangas niſi ſiccam:ne ue gelidam:ne ue rorulētam. Tibe
rius idem u in Capitolio cōdendo ſeruauit īterlunia.M.Varro aduerſus defiuuia præ-
cepit obſeruandū idem a pleniluniis. Larici & magis abiecti ſucciſis humor diu defluit.
Hæ omnium arborum altiſſimæ ac rectiſſimæ. Nauium malis antenniſqꝫ propter leui-
tatem præfertur abies.Cōmuni ab iis pino quæ aut quadripartitos uenarum curſus bi-
fidoſqꝫ habeat:uel omnino ſimplices.Fabrorum inteſtina operaria medulla ſectilis op
tima quadripartitis materiis & mollior quam cæteræ:Intellectus in cortice protinus pe
ritis.Abietis quæ pars a terra fuit enodis eſt.Hacqꝫ quā diximus ratione fluuiata decorti
catur:atqꝫ ita Sappinus uocatur:ſuperior pars nodoſa duriorqꝫ ſuſterna. Et in ipſis aūt
arboribus robuſtiores aquiloniæ partes.Et in totum deteriores ex humidis opaciſque.
Spiſſiores ex apricis:& diuturnæ.Ideo Romæ inferna abies ſupernati præfertur.Eſt per
gentiū quoqꝫ regiones in iis differētia.Alpibus apēninoqꝫ laudatiſſimæ. In gallia ciuri-
bus ac mōte uoſego:in corſica:bithynia:pōto:macedonia.Deteriores eneatica & arcadi
ca.Peſſimæ parnaſia:& euboea:quoniā romoſæ ibi & cōtortæ putreſcēteſqꝫ facile.At cæ
drus ī creta africa ſyria laudatiſſima.Cædri oleo puncta materies nec tineā nec cariem
ſentit.Iunipo eadē uirtus quæ cædro.Vaſta hæc ī hiſpania: maximæqꝫ baccæ eis. Me-
dulla eius ubicūqꝫ ſollidior etiā q̄ cædrus.Publicū oīum uitiū uocāt ſpiras ubi ſeſe con-
uoluere uenæ atqꝫ nodi.Inueniunt̄ ī qbuſdā ſicut marmore cētra:id ē duricia clauo ſi-
milis:inimica ſerris.Et quædā forte accidūt in lapide cōphēſo aut recepto ī corpus aut
alterius arboris ramo.Megaris diu ſtetit oleaſter in foro:cui uiri fortes affixerant arma:
quē cortice ambiente ætas lōga occultauerat.Fuitqꝫ arbor illa fatalis excidio urbis præ
monitæ oraculo cū arbor arma pepiſſet.quod ſucciſæ accidit ocreis galeiſqꝫ intus reper
tis.Ferunt lapides ita īuentos ad cōtinēdos partus eſſe remedio.

¶De materiis:De magnitudine arboꝝ:& q̄ cariē & ruinā n̄ ſētiūt:& de
ppetuitate materiarum. Ca. XLI.

Mpliſſia arboꝝ ad hoc æui exiſtiat̄ rōæ uiſa:q̄ pp miraculū.T.C.ī eodē pōte nau
machiario expoſuerat aduectā cū reliq̄ materie.durauitqꝫ ad.N.principis āphiteatꝝ

Fuit aũt rabes e larice longa pedes.cxx.bipedali craſſitudine æqualis.Q uo intelligebat
uix credibilis reliqua altitudo faſtigiũ ad cacumẽ æſtimátibus.Fuit & memoria noſtra
ĩ porticib9 ſeptoꝝ a M.Agrippa relicta æque miraculi cá:q̃ đliberatorio ſupfuerat.xx.
pedibus breuior ſexqpedali craſſitudine.Abies admiratiõis p̃cipuæ ĩ naui q̃ ex ægypto
Caii pricipis iuſſu beliſcũ in uaticano circo ſtatutũ:q̃ttuorq; trũcos lapidis eiuſdẽ ad
ſuſtinendũ adduxit.Q ua naue nil admirabilius uiſũ mari certũ ẽ.Cxx.modii tũc lẽtis
pro faburra ei fuere. Longitudo ſpatium obtinuit magna ex parte oſtienſis portus la
niere leuo.ibi namq; demerſa eſt a Claudio principe cum tribus molibus turrium alti
tudine i ea exædificatis obiter puteolão puluere aduectis.Quæ arboris craſſitudo quat
tuor hominum ulnas complectentium implebat.Vlgoque auditur lxxx. numorum &
plur s malos ad eos uenundari uſus.Rates uero connecti.xl. ſeſtertiis pleraſque. At in
ægypto ac ſyria reges inopia abietis cædro ad claſſes feruntur uſi. Maxima ea in cypro
traditur ad undeciremen Demetrii ſucciſa cxxx.pedum longitudinis:craſſitudinis ue
ro ad trium hominum complexum . Germaniæ prædones ſingulis arboribus cauatis
nauigant:quarum quædam & triginta homines ferunt Spiſſiſſima ex omni materie iõ
& grauiſſima iudicatur hebenus & buxus·graciles natura:neutra in aquis fluitat: nec
ſuber ſi dematur cortex:nec larix.Ex reliquis ſicciſſima lotos:quæ romæ ita appellatur
Deinde robur ex alburnatum:& huic nigricans color:magiſque etiam cytiſo:quæ pro
xime accedere hebenum uidetur.Quamquam non deſint qui ſyriacas terebinthos ni
griores affirment.Celebratus & Tericles nomine calices ex terebĩtho ſolitus facere torno
Per quam probatur materies:omnium hæc ſola ungi uult :meliorque oleo fit . Colos
mire adulteratur iuglande ac pyro ſilueſtrit inctis atque in medicamine decoctis.Om
nibus quæ diximus ſpiſſa firmitas.Ab his proxima eſt cornus:quamquam non poteſt
uideri materies propter exilitatem.Sed lignum nonalio pene quam ad radios rotarum
utile:aut ſi quid cuneádum ſit ĩ ligno clauis ue figendum ceu ferreis.Ilex item & olea
ſter & olea atque caſtanea carpinus populus.Hæc omnia & criſpa aceris modo . Si ulla
materies idonea eſſet.Ramis ſæpe deputatis caſtraceo illis eſt:adimitque uires. De cæte
ro pleriſque eorum.Sed utique robori tanta duricia eſt:ut terebrari niſi madefactum ñ
queat:& ne ſic quidem adactus auelli clauus.Et diuerſo clauum nõ tenet cædrus.Mol
liſſima tilia:eadem uidetur & calidiſſima: argumentum afferunt quod citiſſime aſcias
retundet.Calidæ morus:laurus:hedera:& omnes quibus ignaria fiunt : Exploratorum
hoc uſus in caſtris:paſtorumque reperit:quoniam ad excuciendum ignem non ſemp
lapidis occaſio eſt . Teritur igitur lignum ligno:ignemq; concipit attritu : excipiente
materia aridi fomitis fungi uel foliorum facillime conceptum.Sed nihil hædera præſtã
tius:quæ teratur lauro:laurumq; terat.Probatur & uitis ſilueſtris alia quam labruſca:
& ipſa hederæ modo arborem ſcandens.Frigidiſſima quæcumque aquatica . Lentiſſi
ma autem & ideo ſcutis faciendis aptiſſima quorum plaga contrahit ſe protinus:clau
ditque ſuum uulnus.Et ob id contumacius tranſmittit ferum.In quo ſunt genere fici
ut ſalix:tilia:betulla:ſambucus:populus utraque.Leuiſſimæ ex his ſicut & ſalix:ideoq;
utiliſſimæ.Omnes autem etiam ad ciſtas quæcunque flexibili crate conſtant . Habent
& candorem rigoremque & in ſculpturis facilitatem.Eſt lentitia platano:ſed madida ſi
cut alno.Siccior eadem ulmo:fraxino:moro:ceraſo:ſed põderoſior. Rigorem fortiſſime
ſeruat ulmus:ob id cardinibus aſſamentiſque portarum utiliſſima :quoniam minime
torquetur:permutanda tantum ſic:ut cacumen ab inferiore ſit cardine:radix ſuperior.
Palam eſt mollis.Et ſuberis materies ſpiſſa.Et malus pyruſque necnon acer:ſed fragiles
& q̇cunq; criſpa.In omnibus ſilueſtris & maſcula differẽtia cuiuſque generis augẽt .Et
ĩfœcũda firmiora fertilibus:niſi quo ĩ genere mares ferũt:ſicut cupreſſus:& corn9 Cariẽ
uetuſtatẽq; ñ ſentiũt cupreſus:cædrus:hebẽus:lotos:buxus:taxus:iunipus:oleaſter &
olea.Et ex religs tradiſſime larix:robur:ſuber:caſtáea:iuglás:Rimá fiſſuráq; ñ capit ſpõ

te cædrus: cupreſſus olea. Buxũ maxime æternã putant: hebenũ: & cupreſſũ ꝫ: cædrũq;
Claro de oĩbus materiis indicio in tẽplo epheſiæ Dianæ utpote tota aſia extruẽte: cum
q̃dringẽtis annis pactũ ſit. Cõuenit tectũ eius eſſe cædrinis trabibus: De ipſo ſimulacro
deæ ambigit̃. Cæteri ex hebeno eſſe tradũt. Mutianus ter cõſul ex iis qui ꝓxime uiſo eo
ſcripſere: uitigineũ & nunq̃ mutatũ ſepties reſtituto tẽplo. Hãc materiã elegiſſe eandem
Canetiã nomẽ artificis nũcupãs. Quod equidẽ miror: cũ antiquiorẽ Mineruã ñ quoq;
mõ Libero patri uetuſtatẽ attribuat. Adiicit multis foraminibus nardo rigari: ut medica
tus humor alat: teneatq; iũcturas: quas & ipſas eſſe modicas admodũ miror. Valuas eſſe
e cupreſſo: & iam q̃dringentis ꝓpe anuis durare materiã oẽm nouæ ſimilẽ. Id quoq; no
tandũ ualuas in glutinis cõpage quadriẽnio fuiſſe. Cupreſſus in eas electa: quoniã præ
ter cætera uno ĩ genere materiæ nitor maxime ualeat æternus. Nõne ſimulacrũ iouis in
arce e cupreſſo durat a cõdita urbe ſexcẽteſimo ſexageſimo primo anno dicatũ? Memo-
rabile & ũticæ tẽplũ Apollinis: ubi indicaꝝ cædroꝝ trabes durãt ita ut poſitæ fuere pri
ma urbis eius origine annis. mil. clxxxviii. Et in hiſpaniis aiunt tẽplum a Dianæ a Za-
cyntho aduectæ cũ cõditoribus anno ducẽteſimo ante excidiũ troiæ ut auctor eſt Boc
chus: infra oppidũ ipſũ id haberi. Cui pepcit religione ĩductus Hãnibal iuniperi trabibꝰ
etiã nunc durãtibus. Sup oĩa memorat̃ ædes in aulide eiuſdẽ deæ ſæculis ante troianũ
bellũ exædificata. Cuius quoniã generis materiæ ſciẽtia obliterata ĩ plenũ dici nõ poteſt
utiq; quæ odore p̄cellãt: ea æternitate p̄ſtere. A p̄dictis morus ꝓxime laudat̃: quæ uetu-
ſtate etiã nigreſcit. Et quædã tamẽ in aliis diuturniora ſunt uſibus q̃ alia. Vlmus ĩ p̄fla
tu firma. Robur defoſſum. Et in aq̃s quercus obruta. Eadẽ ſup terrã rimoſa facit opa tor
quẽdo ſeſe. Larix ĩ humore p̄cipua: & alnus nigra. Robur marina aq̃ corrũpit̃. Nõ ipro
bat̃ ĩ aqua & fagus & iuglãs. Hæ q̃dẽ in iis quæ defodiunt̃ uel pricipales. Itẽ iuniperus
eadẽ & ſubdialibꝰ aptiſſima. Fagus & cerrus celeriter marceſcũt. Aeſculus quoq; humo
ris impatiẽs. E cõtra adacta in terrã paluſttibus alnus æterna. onerisq; q̃libet patiẽs. Ce
raſus firma. Vlmus & fraxinus lentæ: ſed facile pandũt̃: flexibiles tamẽ ſtãtes a circũciſu
ra: ſiccatæ fideliores. Laricẽ in maritimis nauibus obnoxiã teredini tradũt. Et oĩa p̄terq̃
oleaſtrũ & oleã. Quædam enĩ in mari: quædã in terra uitiis oportuniora.

De teredinibus. Ca. XLII.

INfeſtantiũ quattuor genera. Teredines capite ad portionẽ gratiſſimo rodunt
dentibus. Hæ tantũ mari ſentiũt̃: nec aliã putãt teredinẽ ꝓprie dici. Tereſtres
tineas uocãt. Culicibus uero ſimiles triphas. Quartũ eſt & e uermiculoꝝ ge-
nere: quoꝝ q̃dẽ alii putreſcẽte ſucco: ipſa materie alii pariunt̃. ſicut in arboribus. Ex eis
q̃ ceraſtes uocat̃ cũ tantũ eroſerit ut circũagat ſe: generat aliũ. Hæc naſci ꝓhibet in aliis
amaritudo ut cupreſſo: ĩ aliis duricia ut buxo. Tradunt & abietẽ circa germinationes d̃
corticatã q̃ diximus luna aq̃s non corrũpi. Alexãdri magni comites ꝓdiderũt in tilo ru
bri maris inſula arbores eſſe: ex q̃bus naues fierent: quas. cc. annis durãtes inuentas: & ſi
mergerent̃ ĩcorruptas. In eadẽ eſſe fruticẽ baculis tantũ idoneæ craſſitudinis: uarium ti
grium maculis: ponderoſum: & cũ in ſpiſſiora decidit: uitri mõ fragilem.

De materiis architecti: & quæ materies ad quid utilis: & quæ firmior ma
teria in tectum. Ca. XLIII.

APud nos materiæ findunt̃ aliquæ ſpõte: ob id architecti eas fimo illitas ſiccari
iubent ut afflatus nõ noceant. Pondus ſuſtinere ualide abies larix etiã in trãſ-
uerſum poſitæ. Robur olea incuruant̃ cedũtq; ponderi. Illæ renitũt̃: nec teme
re rumpunt̃: priuſq; carie q̃ uiribus deficiũt. Et plana arboꝝ ualida: in diuerſum enim
curuat̃. At populus contra oĩa inferiora pandit̃. Palma e contrario fornicat̃. Pinus &
cupreſſus aduerſus cariem tineaſq; firmiſſimæ. Facile panditur iuglans. Fiunt enim
& ex ea trabes: frangique ſe prænuntiat ſtrepitu. Quod in andro accidit: cum e ba-
neis territi ſono profugerunt. Pinus: piceæ: alni ad quarum ductus in ſtobos cauantur

Obrutæ terra plurimis durant annis. Eædẽ ſi nõ integant̃ :cito ſeneſcunt : miro modo
fortiores ſi humori extra quoq; ſuperſit. Firmiſſima in tectũ abies: Eadem ualuarũ repa
gulis & ad quæq; libeat in teſtina opa aptiſſima ſiue græco ſiue cãpano ſiue ſiculo fabri
cæ artis genere ſpectabilis: ramẽtorum crinibus pampinato ſemper orbe ſe uoluens ad
incitatos runcinarũ raptus. Eadẽ & curibus maxime ſociabilis glutino in tantum : ut
ſidatur ante cum ſolida eſt:

De glutinanda materia & lignis ſectilibus. Ca. XLIIII.

MAgna aũt & glutinatio: proptereaq; ſectilibus laminis ac in alio genere opiun-
tur. Stamineã hoc uſu probant uenã: & uocant fertileã argumento ſimilitudi-
nis: quoniã lacunoſe criſpa. In omni genere & glutinũ abdicant quædã: & in-
ter ſe & cũ aliis inſociabili glutino ſicut robur. Sed nec fere cohærent niſi ſimilia natu-
ra : ut ſi quis lapidẽ lignũq; cõiungat. Cornũ maxime audit ſorbus: carpinus : buxus:
poſtea tilia. Cuicũq; operi facilia flexilia omnia quæ lenta diximus: præterq̃ morus & ca
prificus. Durabilia ac ſectilia quæ modice humida. Arida enim latius q̃ uiridia ferris ce
dunt: præter robur: & buxum: quæ pertinacius reſiſtunt: ſerrarũq; dentes replẽt æqua-
litate inerti. Q ua de cã alterna inclinatione egerunt ſcobem. Obedientiſſima quocũq;
in opere fraxinus: eademq; corylo haſtis melior: cornu leuior: ſorbo lentior. Gallica uero
etiã ad currus flexibilis Vitẽ æmularetur ulmus: ni pondus eſſet in culpa. Facilis & fa-
gus: quãq̃ fragilis & tenore eodẽ fictilibus laminis in tenui flexibilis : capſiſq; ac ſcriniis
ſola utilis. Secatur in laminas ꝑtenues & ilex colore quoq; nõ in grata: ſed maxime fida
iis quæ teruntur : ut rotarũ axibus. Ad quos lentore fraxinus utilis : ſicut duricia ilex:
& utroq; legitur ulmus. Sũt uero & parui uſus fabriliũ miniſteriorũ inſignes. Ideoq; ꝑ
dicũ terebris uaginas ex oleaſtro: buxo: illice: ulmo: fraxino utiliſſima fieri. Ex iiſdẽ mal-
leos: maiores quoq; e pinu & illice. Et iis aũt maior ad firmitatẽ cã tẽpeſtiuæ cæſuræ q̃
imaturæ: Q uippe cũ ex olea duriſſimo ligno cardines in foribus diutius imorati plan
tæ mõ germinauerit. Cato uectes aquifolios: laureos: ulmeos fieri iubet. Higinus manu
bria ruſticis carpinea: illiga: cerrea. Q uæ in laminis ſecant̃ : quorũq; operimẽto ueſtiat̃
alia materies præcipua ſunt citrus: terebinthus: aceris genera: buxum: palma aquifoliũ
ilex: ſambuci radix: populus. Dat & alnus (ut dictũ eſt) tuber ſectile : ſicut citrus acerq;
Nec aliarũ tubera i precio. Mediaq; pars arborũ criſpior: & quo proprior radici minori-
bus magiſq; flexibilibus maculis. Hæc prima origo luxuriæ arborẽ alia in tegi : & uilio-
res ligno precioſiores cortice fieri: ut una arbor ſæpius ueniret. Excogitatæ ſunt & ligni
bratteæ. Nec ſatis. Cœpere tingi animaliũ cornua: dentes ſecari lignũq; ebore diſtingui:
mox operiri. Plaacuit deinde materiẽ & in mari quæri. T e ſtudio in hoc ſecta. Nuperq;
portentoſis ingeniis principatu. Neronis inuentũ: ut pigmẽtis ꝑderet ſe : pluriſq; ueni-
rer imitata lignũ. Sic lectis ꝓcia quærunt̃. Sic terebinthũ uinci iubent. Sic citrũ precio-
ſius fieri. Sic acer decipi. Mõ luxuria ñ fuerat cõtẽta ligno. Iã lignũ emi teſtudinẽ facit.

De arboꝝ ætate: & quæ genera arboꝝ minime durant. Ca. XLV.

VIta arborũ quarũdam imenſa credi poteſt ſi quis profunda mundi & ſaltus in
acceſſos cogitat. Verũ ex iis quas memoria hominũ cuſtodit durãt i ueliterno
Africani prioris manu ſatæ oliuæ. Itẽ myrtus eodẽ loco cõſpicuæ magnitudi
nis. Subeſt ſpecus in quo manes eius cuſtodire draco tradit̃. Romæ uero lotos in Luci
næ area anno qui fuit ſine magiſtratibus ccclxix. urbis æde cõdita. Incertũ q̃tum ipſa
uetuſtior. Eſſe quidem uetuſtiorẽ nõ eſt dubiũ: cũ ab eo luco Lucina nominet̃. Hæc
nunc circiter annum ccccl. habet. Antiquior enim illa eſt: ſed incerta eius ætas quæ ca
pillata dicit̃ quoniã ueſtaliũ uirginũ capillus ad eã defertur. Verũ altera lotos in uulca
nali: quod Romulus cõſtituit ex uictoria de decimis æquæua urbi intelligitur: ut au-
ctor eſt Maſurius. Radices eius in forũ uſq; Cæſaris per ſtationes municiporũ penetrãt
Fuit cum ea cupreſſus æqualis circa ſuprema Neronis principis ꝓlapſa atq; neglecta.

Vetuſtior autem urbe in uaticano ilex. In qua titulus æreis litteris hetruſcis religiõe ar
borem iam tunc dignã fuiſſe ſignat. Tyburtes quoq; originẽ multo ante urbem romã
habent. Apud eos extant ilices tres etiam Tyburno conditore eorum uetuſtiores: apud
quas inauguratus traditur. Fuiſſe autẽ eum tradunt filiũ Amphiarai q apud thebas ob
ierit una ætate ante iliacũ bellũ. Sũt auctores & delphicã platanũ Agamẽnonis manu
ſatam. Et alterã in caphie arcadiæ luco. Sunt hodie ex aduerſo ilienſium urbis iuxta hele
ſpontum in proteſilai ſepulchro arbores: quæ omnibus ephebiis eius cum in tantũ ac-
creuere: ut ilium aſpiciant inareſcunt: rurſuſq; adoleſcunt. Iuxta urbem autẽ quercus
ili tumulo tunc ſatæ dicuntur: cum cœpit ilium uocari. Argis olea nunc etiam durare
dicitur: ad quam Iouem in uaccam mutatam Argus alligauerit. In ponto circa heracleã
aræ ſunt Iouis Statiui cognomini: ibiq; quercus duæ ab Herculæ ſatæ. In eodem tractu
portus Amyci ẽ Bebryce rege interfecto clarus. Eius tumulus a ſupremo die lauro tegi
tur: quã inſanam uocant: quoniam ſi quid ex ea decerptum inferatur nauibus iurgia
fiant: donec abiiciatur. Regionem aulocrenen diximus per quã ab apamea in phrygiã
itur. Ibi platanus oſtenditur: ex qua pependit Marſia uictus ab Apolline: quæ iam tum
magnitudine electa eſt. Necnõ palma deli ab eiuſdẽ dei ætate cõſpicitur. Olympiæ olea
ſter: ex quo primus Hercules coronatus eſt. & tunc cuſtoditur religioſe. Athenis quoq;
olea durare trãditur in certamine edito A minerua. E diuerſo breuiſſima uita eſt puni-
cis: fico: malis. Ex iis præcocibus breuior q̃ ſerotinis: dulcibus: q̃ acutis: & dulcior in pu-
nicis. Item in uitibus: præcipueq; fertilioribus. Grecinus auctor eſt ſexagenis annis du-
raſſe uites. Vident̃ & aquaticæ celerius interire. Seneſcunt quidẽ uelociter: ſed e radici-
bus repullulant laurus: & mali: & punicæ. Firmiſſimæ ergo ad uiuendum oleæ: ut quas
durare annis. cc. inter auctores conueniat. Et in ſuburbano tuſculani agri colle q cor-
ne appellatur. Lucus antiqua religione Dianæ ſacratus a latio: uelut arte tonſili coma
faginei moris. In hoc arborem mori eximiam ætate noſtra adamauit Paſſienus Criſpus
bis conſul orator Arippinæ matrimonio & Nerone priuigno clarior poſtea: oſculari cõ
plectiq; eam ſolitus: non modo cubare ſub ea: uinũq; illi affundere. Vicina luco eſt ilex
& ipſa nobilis. xxxv. pedum ambitu caudicis. x. arbores metiens ſingulas magnitudinis
uiſendæ: ſiluãq; ſola facit. Hædera necari arbores certum eſt. Simile quidam & in uiſco
cãetſi tardiorem eaꝝ iniuriã arbitrant̃. Nãq; & hoc præter fructus agnoſcitur nõ ĩ nouiſ
ſimis mirabile. Quædã enim in terra gigni non poſſunt: & in arboribus naſcũtur. Nãq;
cũ ſuam ſedem nõ habeant: in aliena uiuunt: ſicut uiſcum. Eſt & in ſyria hærba quæ
uocatur caſſitias: nõ tantum arbores: ſed ipſis etiam ſpinis circũuolués ſeſe. Item circa tẽ
pla theſſalica quæ polypodion uocatur: & quæ dolichos: ac ſerpillum. Oleaſtro quoque
deputato quod gignitur uocant phaunos. Quod uero in hiſpiria fullonia hipophactõ
calliculis inanibus: foliis paruis: radice alba. cuius ſuccus ad detractiões ĩ comitiali mor
bo utiliſſimus habetur. Viſci tria genera. Nãq; eſt in abiete & larice caſſitias. Stelin dicit
eũboea naſci. Hyphear arcadia. Viſcum autem in quercu: robore ilice: pruno ſilueſtri:
terebintho: nec aliis arboribus adnaſci. Pleriq; copioſiſſimum in quercu. quod dryos hy
phear uocant. In omni arbore excepta ilex & quercu differentiam facit odor uiruſq; &
foliũ non iucundi odoris. In utroq; uiſcum amaꝝ & lentum. Hyphear adſaginanda pe-
cora utilius. Vitia modo purgat primo: dein pinguefacit: quæ ſuffecere purgatiõi. Qui
bus ſit aliqua tabes intus negant durare ea. Edẽdi ratio ætatis quadragenis diebus. Adi
iciunt diſcrimen in iis quæ folia emittant: & ipſi decidere. Contra inhærere nato ĩ æter-
na fronde. Omnino autem ſatum nullo modo naſcitur: nec niſi per aluum auium redi
tum: maxime palumbis & turdis. Hæc eſt natura ut niſi maturatum in uentre auium
non proueniat. Altitudo eius non excidit cubitalem ſemper fruticoſi ac uiridis. Mas fer
tilis. Fœmina ſterilis. Aliquando non fert. Viſcum fit ex acinis qui colliguntur meſſuꝫ
tempore imaturi. Nam ſi acceſſere hymbres: amplitudine quidem augẽtur: uiſco uero

marceſcunt. Sicantur deinde:& aridi tunduntur:ac conditi in aqua putreſcũt duodẽis
fere diebus. Vnumq; hoc rerum putreſcendo gratiam inuenit. Inde in profluente rur/
ſus malleo tuſi amiſſis corticibus interior carne lenteſcunt. Hoc eſt uiſcum pennis aui
um tactu ligandis. Iuglandis oleo ſubactum cum libeat inſidias moliri. Non eſt omitten
da in ea re & galliarum admiratio. Nihil habent druides (ita ſuos appellant magos) uiſ
co & arbore in qua gignatur (ſi modo ſit robur) ſacratius. Iam per ſe roborum eligunt
lucos: nec ulla ſacra ſine ea fronde conficiunt: ut inde appellari quoq; interpretatione
græca poſſit druides uideri. Enimuero quicquid adnaſcatur illis e cælo miſſum putat
ſignumq; eſſe electæ ab ipſo deo arboris. Eſt autem id rarum admodum inuentu:& re/
pertum magna religione petitur. Eſt ante omnia ſexta luna: quæ principia menſium
annorumq; iis facit & ſæculi poſt triceſimum annum: quia iam uirium abunde habeat
nec ſit ſui dimidia. Omnia ſanantem appellantes ſuo uocabulo. Sacrificio epuliſq; rite
ſub arbore præparatis duos admouent candidi coloris tauros: quorum cornua nunc
primum uinciantur. Sacerdos candida ueſte cultus arborem ſcandit. Falce aurea deme
tit. Candido id excipitur ſago. Tum demum uictimas immolant precantes ut ſuum do
num deus proſperum faciat iis quibus dederit. Fœcunditatem eo peto dari cuicunque
animali ſterili arbitrantur. Contraq; uenena omnia eſſe remedio. Tanta genitium in re
bus friuolis plerumque religio eſt.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. XVII.

PROHEMIVM.

Arborũ Precia Mirabilia. Ca. I.

NATVRA ARBORVM TERRA MARIQVE SPON
te ſua prouenientium dicta eſt. Reſtat earum quæ arte & hu
manis ingeniis fiunt: uerius q̃ naſcuntur. Sed prius mirari
ſuccurit quæ abſtulimus penuria pro indiuiſo poſſeſſa a fe
ris: depugnante cum iis homine circa caducos fructus. Cir
ca pendentes uero & cum alitibus: in tanta deliciarum p̄cia
ueniſſe clariſſimo (ut equidem arbitror) exemplo. L. Craſſii
atq; Cn. domitii Aenobardi. Craſſus orator fuit ĩ primis no
minis romani. Domus ei magnifica: ſed aliquanto præſtã/
tior in eodem palatio. Q. Catuli qui cimbros cum. C. Mario fudit. Multum uero pul/
cherima conſenſu omnium ætatea in colle uiminali. C. Aquilii equitis romani clario/
ris etiam tum q̃ iuris ciuilis ſcientia: cum tamen obiecta Craſſo ſuo eſt. Nobiliſſimarum
gentium ambo Craſſus atq; Domitius cenſuram poſt conſulatum ſimul geſſere: anno
conditæ urbis ſexcenteſimo ſexageſimoſecundo frequentem iurgiis propter diſſimilitu
dinem morum. Tunc Cn. Domitus ut erat uehemens natura: præterea accenſus odio:
quod ex æmulatione auidiſſimum eſt grauiter increpuit tanti cenſorem habitare: pro
domo eius milia nummorum identidem promittens. Et Craſſus ut præſens ingenio
ſemper & faceto lepore ſolers concedere reſpondit: exceptis ſex arboribus. Ac ne uno q
dem denario ſi admimerentur emptam uolente Domitio. Craſſus utrum ne igitur ego
ſum inquit quæſo Domitii exemplo graui & ab ipſa mea cenſura notandus: qui domo
quæ mihi hæreditate obuenit comiter habitem? an tu qui ſex arbores æſtimas? Eæ fu
ere loti patula ramorum opacitate laſciuæ. Cecina largo e proceribus crebro in iuuenta
noſtra eas in domo ſua oſtentante. Durauerunt q; quoniam & de longiſſimo æuo arbo
rum diximus) ad Neronis principis incendia: quibus cremauit urbem: annis. clxxx.
Poſtea cultu uirides iuueneſq;: ni princeps ille acceleraſſet etiam arborum mortem. Ac

ne quis uilem de cætero Craſſi dmoum nihilq; iri ea iurgante Domitio fuiſſe dicendũ
præter arbores iudicet. Iam colũnas quattuor hymetii marmoris ædilitatis gratia ad ſcæ
nam ornandam aduectas in atrio eius domus ſtatuerat: cũ in publico nõdum eſſent ul
læ marmoreæ. Tam recens eſt opulentia tantoq; tunc plus honoris arbores domibus af
ferebant: ut ſine illis ne inimicitiaꝝ quidem precium ſeruauerit Domitius. Fuere ab iis
& cognomina antiquis: Frũditio militi illi qui præclara facinora uulturnum tranſna
tans fronde capiti impoſita aduerſus Hãnibalem edidit. Stolonũ Liciniæ genti (ita enĩ
appellatur in ipſis arboribus fruticatio inutilis: unde & pãpinatio inuento) primo Sto
loni dedit nomen. Fuit & arboꝝ cura legibus priſcis: cautũq; eſt. xii. tabulis ut qui iniu
rias ceci diſſet alienas lueret in ſingulas ſiclos æris. xxv. Quid exiſtimamus? futuras ne
eas crediдиſſe ad ſupradictam æſtimationẽ illos qui frugiferas tanti taxauerant? Nec mi
nus miraculum in pomo eſt multaꝝ circa ſuburbana fructu annuo addito binis mili
bus nũmum maiore ſingulaꝝ reditu: q̃ erat apud antiquos prædioꝝ. Ob hoc inſita &
arborũ quoq; adulteria excogitata ſunt: ut nec poma pauperibus naſcerentur. Nunc er
go dicemus quo maxime mõ tantum ex iis uectigal contingat: uerã colẽdi rõem ab ſolu
tãq; ꝑdituri. Et iõ ñ uulgata tractabimus: nec quæ cõſtare aíaduertimus: ſed icerta atq;
dubia: in q̃bus maxíe fallitur uita. Nã diligentiã in ſupuacuis affectare nõ noſtrũ ẽ. Añ
oĩa aũt in uniuerſum & q̃ ad cũcta arboꝝ genera ꝑtinẽt in cõe de cælo terraq; dicemus

De natura cæli ad arbores: & quam partẽ cæli ſpectare debeant. Ca. II.

AQuilone maxime gaudent: dẽſiores ab afflatu eius lætioreſq; & materiæ firmio
ris. Qua in re pleriq; fallũnt: cum in uineis pedamenta nõ ſint a uento eo op
ponenda: & id tantũ a ſeptẽtrione ſeruandum. Quinimo tẽpeſtiua frigora plu
rimum arborum firmitati conferunt. & ſic optime germinant. Alioquin ſi blandiantur
auſtri defatiſcentes: ac magis etiam in florem. Nam ſi cum defloruere: protinus ſequan
tur hymbres: in totum poma depereunt. Adeo ut amygdala & pyri etiam ſi omnino nu
bilum fiat auſtrinus ue flatus amittant fœtus. Circa uergilias quidem pluere: inimiciſ
ſimum uiti & oleæ quoniam tunc coitus eſt earum. Hoc eſt illud quatriduũ oleis decre
torium. Hic articulus auſtrinus nubili ſpurci quod diximus. Fruges quoq; peius matu
reſcunt auſtrinis diebus: ſed celerius. Illa ſunt noxia frigora: quæ ſeptentrionibus aut p̃
poſteris fiunt horis. Hyemem quidem aquiloniam eſſe: omnibus ſatis utiliſſimũ. Hym
bres uero tunc expetendi euidens cauſa eſt: quoniam arbores fœtu exinanitas: & folioꝝ
quoq; amiſſione languidas naturale eſt auide eſurire. Cibus autẽ earum hymber. Qua
re tepidam eſſe hyemem ut abſumpto partu arborum ſequatur ꝓtinus conceptus: ideſt
germinatio ac deinde alia floreſcendi exinanitio: inutiliſſimum experimentis creditur.
Quinimo ſi plures ita continentur anni: etiam ipſæ moriuntur arbores. Quoniam ne
mini dubia pœna eſt in fame laborantium. Ergo qui dixit hyemes ſerenas optandas nõ
pro arboribus uota fecit. Nec per ſolſtitia hymbres uitibus conducunt. Hyberno quidẽ
puluere fieri meſſes lætiores luxuriantis ingenii fertilitate dictum eſt. Alioquin uota ar
borum cõmunia ſunt frugũq;: niues diutinas ſedere. Cauſa non ſolum quia animam
terræ euaneſcentem exhalationem includunt & comprimunt: retroq; agũt in uires fru
gum atq; radices: uerum ꝙ & liquorem ſenſim præbent: purum præterea leuiſſimumq;
quando nix aquarum cæleſtium ſpuma eſt. Ergo humor ex iis non uniuerſus ingurgi
tans diluenſq;: ſed quomodo ſititur diſtillans uelut ex ubere alit omnia quæ non inun
dat. Tellus quoq; illo modo fermenteſcit: & ſucci plena: ac lacteſcentibus ſatis nõ effœ
ta cum tempus aderit: tepidus aridet horis. Ita maxime frumenta pingueſcunt: præterq̃
ubi calidus ſemper aer eſt: ut in ægypto. Continuatio enim & ipſa conſuetudo idem
quod modus alibi efficit. Plurimumq; prodeſt ubicunq; non eſſe quod noceat. In ma
iore parte orbis cum præcoces excurrere germinationes euocatæ indulgentia cæli ſecu
tis frigoribus exuruntur. Qua de cauſa ſerotinæ hyemes noxiæ ſilueſtribus quoque

nuda ſolſticia
hyemesq; optare
serenas [illegible]

quæ magis etiam dolent urgente umbra ſua:nec adiuuante medicina. Quoniam ueſti
re teneras intorto ſtramento in ſilueſtribus non eſt. Ergo tempeſtiue aquis hybernis
primum hymbribus:deinde germinatione antecedentibus. Tertium tempus eſt cum e
ducant poma:nec protinus:ſed iam ualido fœtu. Quæ fructus ſuos diutius continẽt
longioreſq; deſiderant cibos:iis & ſerotinæ aquæ utiles:ut uiti:oleæ:punicis. Hæ iá plu
uiæ generis cuiuſq; arboribus diuerſo modo deſiderantur:aliis alio tempore maturanti
bus. Qua propter iiſdem hymbribus quædam lædi uideas:alia iuuari. Et in eodem ge
nere ſicut in pyris. Alio die hyberna quærunt pluuias:alio uero præcioſa. Vt pariter q
dem omnia deſiderent. Hybernum tempus eſt ante germinationem quæ aquilonem
auſtro utiliorem facit. Ratio eadem mediterranea maritimis præfert (ſunt enim plerũq;
frigidiora) & montoſa planis:& nocturnos ignes diurnis. Magis fruuntur aquis ſata:
non ſtatim auferentes eas ſole. Conuexa'& ſitus uinearum arbuſtorumq; ratio ẽ. quas
in oras debeant ſpectare. Virgilius ad occaſus ſeri damnauit. Aliqui ſic maluere q̃ in ex
ortu. A pluribus meridiem probari aduerto. Nec arbitror perpetuum quicq̃ in hoc præ-
cipi poſſe. Ad ſoli naturam:ad loci ingenium:ad cæli cuiuſq; mores dirigenda ſollertia
eſt. In africa meridiem uineas ſpectare & ſi uiti inutile colono ſalubre eſt:quoniam ipſa
meridianæ ſubiacet plagæ. Qua propter ibi qui in occaſum aut ſeptentriones cõſeret
optime miſcebit ſolum cælo:cum Virgilius occaſus improbent. Nec de ſeptentrione re
linqui dubitatio uidet. Atqui ciſalpina italia magna ex parte uineis ita poſitis compertum eſt nullas eſſe fertiliores. Multum rationis obtinent uenti. In narbonenſi prouin-
tia atq; liguria & parte hetruriæ contra circium ſerere imperitia exiſtimatur. Eundem-
que obliquum accipere prouidentia Is enim ibi æſtatem temperat:ſed tanta plerumque
uiolentia ut auferat tecta.

De ſocietate cæli & terræ ad arbores. Ca. III.

QVidam cælum terræ parere cogunt:ut quæ in ſiccis ſerantur orientem ac ſep
tentriones ſpectent. Quæ in humidis meridiem. Necnon ex ipſis uitibus cau-
ſas mutuantur. In frigidis præcoces ſerendo:ut maturitas antecedat algorem
Quæ poma uiteſq; rores oderint contra ortus:ut ſtatim auferat ſol. Quæ ament ad oc
caſus:uel etiam ad ſeptentriones ut diutius eo fruantur. Cæteri uero fere rationem na-
turæ ſecuti in aquilonem obſeruare uites & arbores poni ſuaſere. Odoratiorem etiam
fieri talem fructum Democritus purat.

De qualitate regionum. Ca. IIII.

AQuilonis ſitum uentorumq; reliquorum diximus ſecundo uolumine. Dice-
muſq; proximo plura cæleſtia. Interim manifeſtum uidetur ſalubritatis argu
mentum:quoniam in meridiem etiam ſpectantium ſemper ante decidunt fo
lia Similis & in maritimis cauſa. Quibuſdam locis afflatus maris noxii:in plurimis idẽ
utiles. Quibuſdam ſatis e longinquo aſpicere maria iucundum. Propius admouere ſa
lis halitum inutile. Similis & fluminum ſtagnorumq; ratio. Nebulis adurunt:aut æſtu
antia refrigerant opacitate:atq; etiam rigore gaudent:quæ diximus. Quare experimẽ-
tis optime creditur. A. cælo proximum eſt terræ dixiſſe ratiõem haud feciliore tractatũ
Quippe non eadem arboribus conuenit & frugibus:plerunque nec pulla qualem ha
bet campania:ubique optima uitibus. Aut quæ tẽues exalat nebulas. Nec rubrica mul
tis laudata. Cretam in albenſium pompeianorumque agro & argillam cunctis ad ui-
neam generibus anteponunt:quamquam præpingues quod accipitur in eo genere ina
uicem ſabulum album:In ticinenſi multiſq; in locis nigrum. Itemq; rubrum etiá pin-
gui terræ permixtum infœcundum eſt. Argumenta quoque iudicantium ſæpe fallũt:
Non utique ſolum lætum eſt:in quo proceræ arbores nitent:præterquam illis arbori-
bus. Quid enim abiete procerius. Aut quæ uixiſſe poſſit alia in loco eodem? Nec luxu
rioſa pabula pinguis ſoli ſemper indicium habent. Ná quid laudatius germáiæ pabulis

& tamen ſtatim ſubeſt harena tenuiſſimo ceſpitum corio: Nec ſemper aquoſa eſt terra: cui proceritas hærbarum. Non hercle magis q̄ pinguis adhærens digytis. Quod in argilis arguitur. Scrobes quidem regeſta in eos nulla complet: ut denſa atq; rara ad hūc modum deprehendi poſſit ferroq; omnis rubiginem obducit. Nec grauis aut leuior iuſto deprehenditur pondere. Quod enim terræ pondus iuſtum intelligi poteſt: Nec fluminibus aggeſta ſemper laudabilis quando ſeneſcāt ſata quædam aqua. Sed neq; illa quæ laudatur diu præterq̄ ſalici utilis ſentitur. Inter argumenta ſtipulæ craſſitudo eſt tanta alioquin in leborino cāpaniæ nobili campo: ut ligni uice utantur. Sed idem ſolum ubicunq; arduum opere: difficile cultu: bonis ſuis acrius pene q̄ uitiis cū affligit agricolam Et carbūculis quæ terra ita uocatur. Emendari uitem hac terra putatur. Nam toſus ſcaber natura fricabilis expetitur quoq; ab auctoribus. Virgilius & quæ filicem ferat non improbat uitibus. Salſæq; terræ multa melius creduntur: tutiora uitiis īnaſcentiū animaliū. Nec colles opere nudantur: ſi quis perite fodiat. Nec cāpi omēs minus ſoles atq; pflatus q̄ opus ſit accipiunt. Et quaſdā pruinis ac nebulis paſci diximus uites. Omnium rerum ſunt quædam in alto ſecreta: & ſuo cuiq; corde præuidenda. Quid q̄ mutat̄ ſæpe iudicata quoq; ac diu comprehenſa? In theſſalia circa lariſſam emiſſo lacu frigidior facta ea regio eſt. Oleæ deſierunt quæ prius fuerant. Item uites aduri: quod non antea thracia ſenſit amoto hebro. Et circa philippos cultura ſiccata regio mutauit cæli habitū At in ſyracuſano agro aduena cultor elapidato luto ſole prodidit fruges: donec regeſſit lapides. In ſyria leuem tenui ſulco imprimunt uomerem: quia ſubeſt ſaxum exurēs æſtate ſemina. Iam in quibuſdam locis ſimiles æſtus: īmodici & frigorum effectus. Eſt fertilis thracia frugum rigore: & æſtibus africa & ægyptus. In chalchia rodiorum inſula locus quidam eſt in tantū fœcundus: ut ſuo tēpore ſatum demetāt hordeū. ſublatūq; protinus ferant: & cū aliis frugibus metāt. Glareoſum oleis ſolum aptiſſimum in uenefrano: pinguiſſimum in betica. Pūnica uina in ſaxo coquuntur. Cecubæ uites in pōtinis paludibus madent. Tanta eſt argumentorum & ſoli uarietas ac differentia. Cæſar uopiſcus cū cām apud cenſores ageret campos roſiæ dixit italiæ ſumē eſſe: in quibus perticas pridie relictas gramen operiret: Sed nō niſi ad pabulum ꝓbantur. Nō tñ indociles natura nos eē uoluit: & uita cōfeſſa fecit ēt ubi bōa certa nō fecerat. Quā ob rē prius dicamus cria.

Genera terraꝝ. Ca. V.

Terrarum amaram ſiue macram ſi quis probare uelit. Demonſtrant eam atræ degenereſq; hærbæ. Frigidam autem retorride nata. Itē uliginoſam triſtia. Rubricam oculi. Argiloſam quæ operi difficillima: quæq; raſtros ac uomeres īgentibus glebis oneret: quanq̄ aliquando nō quod operi: hoc & fructui ſit aduerſum. Item econtrario cineraceam & ſabulum album. Nam ſterilis denſa callo facile deprehenditur uel uno ictu cuſpidis. Cato breuiter atq; ex ſuo more uitia determinat. Terram carioſam caue: ne ue plauſtro ne ue pecore impellas. Quid putamus hac appellatione ab eo tantopere reformidari: ut pene ueſtigiis quoq; interdicat? Redeamus ad ligni cariem & inueniemus illa: quæ in tantum abominatur uitia: aridæ: fiſtuloſæ: ſcabræ: caneſcentis: exeſæ pumicoſæ. Plus dixit una ſignificatione quam poſſit ulla copia ſermonis enarrari Eſt enim interpretatione uitiorum quadam non ætate: quæ nulla in ea intelligi poteſt ſed natura ſua anus terra. Et ideo infœcunda ad omnia: atq; etiam imbecilla. Id agrum optimum iudicat ad radicem montium planitie in meridiem excurrente: quæ eſt totius italiæ ſitus. Terram uero teneram quæ uocetur pulla. Erit igitur hæc optima & operi ſatiua. Intelligere modo libeat dictam mira ſignificatione teneram: & quicquid optari debet in eo uocabulo inuenietur. Illa temperatæ ubertatis: illa mollis: faciliſque culturæ: nec madida: nec ſitiens. Illa poſt uomerem niteſcens: qualem fons ingeniorum Homerus in armis ab eo cælatam dixit: addiditq; miraculum increſcentis: q̄uis fieret in auro. Illa quam recentem exquirunt improbæ alites uomerem comitantes: coruique aratoris

ueſtigia ipſa rodentes. Reddantur hoc in loco luxuriæ q̃uoque ſententia & aliqua in
propoſitum. Certe Cicero lux doctrinarum altera. Meliora inquit unguenta ſunt quæ
terram:q̃ quæ crocum ſapiunt. Hoc enim maluit dixiſſe q̃ redolent. Ita eſt profecto. Illa
enim erit optima:quæ unguenta ſapiet. Quod ſi admonendi ſumus:qualis ſit terræ
color ille:qui quæritur:contingit ſæpe etiam quieſcente ea ſub occaſu ſolis in quo loco
arquus cæleſtis deiecerit capita ſua. Et cum a ſiccitate continua immaduerit hymbre:
tunc emittit illum ſuum halitum diuinum ex ſole conceptum:cui comparari ſuaui/
tas nulla poſſit: Is eſſe odor in commota debebit:repertuſque neminem fallet: ac de ter
ræ odore optime iudicabit. Talis fere eſt in noualibus cæſa uetere ſilua : quæ conſenſu
laudatur. Et in frugibus quidem ferendis eadem terra utilior intelligitur :quotiens in/
termiſſa cultura quieuit:quod in uineis non fit. Eoq; diligentius eligenda eſt:ne uera
exiſtat opinio eorum:qui iam italiæ terram exiſtimauere laſſam. Operis quidem facul/
tas in aliis generibus cõſtat e cælo:nec poteſt arari poſt hymbres aliqua ubertatis uitio
lenteſcens. Contra in bizantio africæ illum centena & quinquagena fruge fertilem cã
pum:nullis cum ſiccus eſt arabile tauri:poſt hymbres uili aſello : & a patre altera iugi
anu uomerem trahente uidimus ſcindi. Terram enim terra emendari (ut aliqui præci/
piunt) ſuper tenuem pingui iniecta aut gracili:bibulaq; ſuper humidam ac pinguẽ:
dementiæ operarii eſt. Quid enim poteſt ſperare qui talem colit.

De terra quam britannia & gallia amat Ca. VI.

ALia eſt ratio quam britannia & gallia inuenere alendi eam: ipſa quod uocant
margam. Spiſſior ubertas in eam intelligitur. Eſt autem quidam terræ adeps:
ac uelut glandina in corporibus ibi denſante ſe pinguitudinis nucleo. Non
omiſere & hoc græci.

De græcorũ doctrina. Ca. VII.

QVid enim intentatum illis? Leucargyllion. uocant candidam argillam :qua in
megarico agro utuntur. Sed tãtum in humida frigidaq; terra. Illas gallias bri/
tanniaſq; locuplectantis cum cura dici conuenit. Duo genera fuerant. Plura
nuper exerceri cœpta proficientibus ĩgeniis/ Eſt enim alba ruffa:columbina:argyllacea
tofacea:harenacea. Natura duplex:aſpera aut pinguis. Experimenta utriuſq; in manus
uſuſq; geminus:aut ut fruges tantum alant:aut eædem & pabulum. Fruges alit tofa/
cea alba:quæ ſi ſit inter fontes reperta:eſt ad infinitum fertilis. uerum aſpera tractatu:
& ſi nimia iniecta eſt exurit ſolum. Proxima eſt ruffa:quæ uocatur capnumargos inter
mixto lapide terræ minutæ harenoſæ. Lapis conduntur in ipſo campo:primiſq; annis
ſtipula difficulter cæditur propter lapidis. Impendio tamen minimo leuitate dimidio
minoris q̃ cæteræ inuehitur. Inſpergitur rara ſale eam miſceri putant. Vtrumq; hoc ge
nus ſemel iniectum in. l. annos ualet & frugum & pabuli ubertate.

De terrarum generibus. Ca. VIII.

QVæ pingues eſſe ſentiuntur: ex iis præcipue alba. Plura eius genera. Mordaciſ
ſimum quod ſupra diximus. Alterum genus albæ cretæ argentaria eſt. Petitur
ex alto in centenos pedes actis plerumq; puteis ore anguſtatis intus ut in me/
tallis ſpatiente uena. Hac maxime britannia utitur. Durant annis. lxxx. Neq; exemplũ
ullius qui bis in uita hanc eidem iniecerit. Tertium genus cãdidæ gliſchromargon uo
cãt. Eſt autem creta fullonia mixta pingui terra:pabuli q̃ frugum fertilior:ita ut meſſe
ſublata ante ſementem. alteram lætiſſimum ſecetur. Dum in fruge eſt nullum aliud
gramen emittit. Durat. xxx. annis denſior iuſto. Cymini modo ſtrangulat ſolum. Colũ
binam gallia ſuo nomine glaucopelon appellat: glebis excitatur lapidum modo. Sola ge
latione ita ſoluit ut tenuiſſimas bratteas facit. Hæc ex æquo fertilis. Harenaceam utũ/
tur ſi alia non ſit: in uliginoſis uerticibus & ſi alia ſit: ubi hos gentium ſolos nouimus
qui fertiliſſimum agrum colentes quacunq; terra ĩfra tres pedes effoſſa & pedali craſſi/

tudine iniecta lætificent. Sed ea nō diutius annis.x. ꝑdeſt. Hedui & pectines calce uber
rimos fecere agros. quæ ſane & oleis & uitibus utiliſſima repitur. Qīs aūt marga arato
iniiciēda ē: ut medicamentū rapiatur: & fimi deſiderat aliq̄tulum. Quæ primo plus aſ-
pera & quæ in hærbas nō effundit: alioqn nouitate quæcūq; fuerit ſolum lædet. Ne ſic
quidē primo anno fertilis. Intereſt & quali ſolo quærat. Sicca.n. humida melior: arido
pinguis. Tēperata alterutra creta uel colūbina cōuenit.

¶ De cineris uſu: & de fimo: & quæ ſata uberiorē terram faciant: & quæ urāt. C. IX.

TRanſpadanis cineris uſus adeo placet: ut anteponāt fimo iumentoꝝ: quod qa
leuiſſimū eſt: ob id exurunt. Vtroq; tamen pariter nō utunt̄ ī eodem aruo: nec
in arbuſtis cinere: nec quaſdā ad fruges ut diximus. Sūt q puluere quoq; uuas
ali iudicēt: pubeſcenteſq; puluerēt: & uitium arborūq; radicibus aſpergent. Quod certū
eſt narbonēſi ꝓuintiæ & uindemias certius ſic eo coqui: quia plus puluis ibi q̄ ſol cōfert
Fimi plures differentiæ. Ipſa res antiqua. Iam apud Homerū regius ſenex agrum ita ſuis
manibus lætificans reperitur. Argeus rex ī græcia excogitaſſe traditur. Diuulgaſſe uero
Hercules in italia: quæ regi ſuo Stercuto Fauni filio ob hoc inuentum īmortalitatē tri-
buit. M. Varro principatū dat turdoꝝ fimo ex auiariis. Quod etiā pabulo boum ſuum
magnificat. Neq; alio cibo celerius pingueſcere aſſeuerat. De noſtris moribus bene ſpera
re eſt: ſi tanta apud maiores fuere auiaria: ut ex iis agri ſtercorarentur. Proximū collume
la colūbariis: mox gallinariis facit: natantiū alitū dānato. Cæteri auctores conſenſu hu-
manas dapes ad hoc in primis aduocant. Alii ex iis ꝓferunt hominū potus in coriīꝝ of-
ficinis pilo madefacto. Alii ꝑ ſeſe aqua iteꝝ largiuſq; etiā q̄ cum bibitur admixta. Quip-
pe plus iā ibi male domandū eſt: cū ad uirus illud uini homo acceſſerit. Hæc ſunt certa
mina quibus inuicem ad tellurem quoq; alendā utuntur homines. Proxime ſpurcitias
ſuum laudant. Columella ſolus damnat. Alii cuiuſcunq; quadrupedis exitioſum. Aliq
colūbarum præferunt. Proximum deinde capraꝝ eſt. Ab hoc ouium. Deinde boum. No
uiſſimus iumētorum. Hæ fuere apud priſcos differentiæ. Simulq; præcepta nō inuenio
re tali utendi: quando & hic uetuſtas utilior. Viſumq; iam eſt apud quoſdam prouinti
alium in tantum abundante geniali copia pecudum farinæ uice cribris ſuperiniici: feto
re aſpectuq; temporis uiribus in quandam etiam gratiam mutato. Nuper repertū oleas
gaudere maxime cinere & calcariis fornacibus. Varro præceptis adiicit: equino quod fit
leuiſſimum ſegetes alendas. Prata uero grauiore: & quod ex hordeo fiat: multaſq; gignit
hærbas. Quidam etiam bubulo iumentoꝝ præferūt: ouillūq; caprino. Omnibus uero
aſininum: quoniam lentiſſime mandat. E contrario uſus aduerſus utrūq; pronuntiat.
Inter omnes autem conſtat nihil eſſe utilius lupini ſegete: priuſq̄ ſiliquet̄ aratro uel bi-
dentibus uerſa: manipulis ue circa radices arborum uel uitium obrutis. Etiam ubi nō
ſit pecus culmo ipſo uel etiam filice ſtercorare arbitrantur: Cato ſtercus unde fiat: ſtra-
menta: lupinum: paleas: fabalia: ac frondes iligenas: quernaſq; e ſegete eullito. Ebulū ci-
cutam & circum ſalicta hærba auctam uuluāq; ea ſuſternito ouibus: frondēq; putridā
Vinea ſi macrauerit: ſarmenta ſua comburito: & itidem inarato. Itemq; ubi ſaturus eris
frumentum: oues ibi delectato. Necnon & ſatis quibuſdam ipſis paſci terram dicit. Sege
tem ſtercorant fruges: lupinum: faba: uitia. Sicut e contrario cicer: quia uellitur: & quia
ſalſum eſt: hordeum: fœnūgræcum: erum. Hæc omnia ſegetem exurunt. & omnia quæ
uelluntur. Nucleos in ſegetem ne indideris. Virgilius & lino ſegetem exuri: & auena: &
papauere arbitratur. Fimeta ſub diuo concauo loco & qui humorem colligat: ſtramēto
intecta ne in ſole areſcant. Palo e robore depacto fieri iubet. Ita fore ne innaſcantur iis
ſerpentes. Fimum miſcere terræ plurimum refert fauonio flante ac luna ſitiente. Id ple
riq; praue intelligunt a fauonii ortu faciendum: ac februario menſe tantū: cū id pleraq;
ſata aliis poſtulēt mēſibus. Quocūq; tēpore fiat: curādū ut ab occaſu æqnoctiali flante
uēto fiat: luna decreſcēte ac ſicca. Miꝝ īmodū auget̄ ubertas affectuſq; eiꝰ obſuatōe tali

De ſatione arboꝝ:& ꝙ auulſione naſcuntur arbores. Ca: X.

HBunde prædicta ratione cæli ac terræ.Nūc de his arboribus dicemus:quæ cu
ra hominum atque arte proueniunt. Nec pauciora prope ſunt genera: tam
benignæ naturæ gratiam rettulimus. Aut enim ſemine proueniunt:aut plan
tis radicis:aut propagine:aut auulſione:aut ſurculo:aut inſito & conſecto arboris trun
co. Nam folia palmarum apud babylonios ſeri:atq; ita arborem prouenire. Trogum cre
didiſſe demiror. Quædam pluribus generibus ſeruntur:quædā omnibus. At pleraq;
ex iis natura ipſa docuit.& in primis ſemen ſerere: cum decidens exceptumq; terra ui
uiſceret. Sed quædam non aliter proueniunt:ut caſtaneæ iuglādes: cæduis dumtaxat
exceptis. Et ſemine autem quamquam diſſimili ea quoq; quæ & aliis modis ſeruntur:
ut uites & mala atq; pyra. Namq; iis pro ſemine nucleus:non ut ſupradictis fructus ipſe
Et meſpia ſemine naſci poſſunt. Omnia hæc tarda prouentu ad degenerātia & inſito re
ſtituenda.Interdum etiam caſtaneæ. Quibuſdam natura contra omnino non degene
randi quoquo modo ſerant̃ ut cupreſſis:palmis:lauris. Nāq; & laurus pluribus modis
ſeritur. Genera eius diximus. Ex iis auguſta & bacalis & pinus ſimili modo ſerunt̃:Bac
cæ menſe ianuario aquilonis afflatu ſiccante leguntur:expanduntur q;raræ:ne calefiāt
aceruo. Poſtea quidam fimo ad ſerendum paratas urina madefaciunt. Alii in qualo pe
dibus in profluente deculcant:donec auferatur cutis. Alioquin uligo infeſtat:nec pati
tur naſci.In ſulco repaſtinato palmi altitudine uicenæ fere aceruatim menſe martio.
Eædem & propagine ſeruntur. Triuuphaliſq; talea tantum. Myrti genera omnia in cā
pania baccis ſeruntur.Romæ propagine tarentina. Democritus & alio modo ſeri docet.
grandiſſimis baccarum tuſis leuiter ne grana frangantur:eaq; in trita reſte circumliga
ti:atq; ita ſeri:parietem fore denſitatis:ex quo uirgulæ differant̃. Sic & ſpinas ſæpis cā ſe
runtur uomice moris ſpinarum circumlita.Pilas autem laurus & myrti inopia a trima
tu tempeſtiuum eſt transferre.Inter ea quæ ſemine ſeruntur: Mago ĩ nucibus operoſus
eſt. Amygdalæ in argilla molli meredίem ſpectanti ſeri iubentur. Gaudere eas in dura
calidaq; terra.In pingui & humida mori ac ſterileſcere. Serendas q̃maxime falcatas & e
nouella:fimoq; diluto maceratas pro triduum:aut pridie q̃ ſerantur aqua mulſa. Mu
crone defigi aciem lateris.In aquilonem ſpectare:ternas ſimul ſerendas: trianguli ratio
ne:palmo inter ſe diſtantes:denis diebus adaquari donec grādeſcant.Iuglandes nuces
porrectæ ſeruntur comiſſuris iacentibus.Pineæ nucleis ſeptenis fere in ollas perforatas
additis: aut ut laurus quæ baccis ſeritur. Citrea grano & propagine. Sorba ſemine & a
radice planta & auulſione proueniunt. Sed illa in calidis. Sorba & in frigidis & humi
dis. Natura & plantaria demonſtrauit:multarum radicibus pululane ſobole denſa: &
pariente matre quas enecet.Eius quippe umbra turba indigeſta premitur:ut in lauris
punicis:platanis:ceraſis:prunis.Paucorum in hoc genere rami parcunt ſoboli:ut ulmo
rum palmorumq;.nullis uero tales pulluli proueniunt:niſi aquarum radices amore ſo
lis atq; hymbris in ſumma tellure ſpatiantur. Omnia ea non ſtatim moris eſt in ſua lo
cari.ſed prius nutrici dari.atq; in ſeminariis adoleſcere:iterumq; migrare: Qui trāſitus
mirū in modū mitigat etiā ſilueſtres:ſiue arborū quoq; ut hominū natura nouitatis ac
pegrinationis auida eſt:ſiue diſcedentes uirus relinquūt:manſueſcūtq; tractatu ceu fe
ræ dū radici auellit̃ planta. Et aliud gēus ſimile natura p̃mōſtrauit. Auulſiq; arboribus
ſtolones uixere. Quo in genere & cū parui ſūt auellant̃: parteq; aliquā e matris quoq;
corpore auferūt ſecū fimbriato corpore.Hoc mō plātant̃ punicæ:coryli:mali:ſorbi:meſ
pili:fraxinis:fici.In primiſq; uites. Cotōeū ita ſatū degenerat. Ex eodē iuētu ē: ſurculos
abſciſos ſerere hoc prīo ſæpis cā factū ſābucis cotōeo & rubris depactis. Mox & culturæ
ut populis:alnis:ſalici:qnæ uel inuerſo ſurculo ſeritur. Iā eæ ibi diſponunt̃: ubi libeat
eē eas. Quā ob rem ſeminarii curā ante cōuenit dicit:q̃ tranſeat̃ in alia genera. Nāq; &
huic prīcipio eligi ſolū refert:quoniā nutricē idulgēciorē eē q̃ matrē ſæpe conuenit. Sic

ergo ſiccum ſuccoſumq; bipalio ſubactum:aduenis hoſpitale :& q̃ſimillimũ terræ quaſ
transferendum ſit. Ante omnia elapidatum munitũq; ad incurſum etiam gallinacei ge
neris. Quáminime rimoſum:ne penetrans ſol exurat fibras. Interuallo ſexquipedum ſe
ri ne ſe inter ſe contingant:& noceant. Præter alia uitia etiam uerminoſa fiunt:ideo ſar
riri conuenit ſæpius:hærbaſq; auelli. Præterea ſemina ipſa fruticantia ſupputare:ac fal‑
cem pati conſueſcere. Cato & furcis crates imponi iubet altitudine hominis ad ſolem re
cipiendum:atq; integi culmo ad frigora arcenda. Sic pyrorum malorumq; ſemina nu‑
triri. Sic pineas nuces. Sic cupreſſos ſemine ſatas & ipſas. Minimis id granis conſtat : ut
uix perſpici quædam poſſint. Non omittendum naturæ miraculum. Ex tam paruo gi‑
gni arbores:tanto maiore tritici & hordei grano:ne quis fabam reputet. Quid ſimile ori
ginis ſuæ habent malorum pyrorumq; ſemina? His principiis reſpuentem ſecures mate
riem naſci indomitam ponderibus imenſis præla:arboris uelis turribus muriſq; impel‑
lendis arietibus. Hæc eſt natura eius. Hæc potentia. Super omnia erit e lachryma, naſci
aliquid:ut ſuo loco dicemus. Ergo e cupreſſo fœmina (mas eni ut diximus nõ gignit)
pilulæ collectæ:quibus docui menſibus ſiccantur ſole:ruptæq; emittunt ſemen formi‑
cis mire expetitum:ampliato etiam miraculo tantuli animalis cibo abſumi natalem tan
tarum arborum. Seritur menſe aprili area æquata cylindris:aut uolgiolis dẽſum terraq;
cribris ſupercernitur pollicis craſſitudine. Contra imane pondus attollere ſe non ualet:
retorqueturq; ſub terra. Ob hoc parcitur ueſtigiis. Leniter rigatur a ſolis occaſu in tri‑
nis diebus:ut æqualiter bibat:donec erumpant. Differũtur poſt annum dodrãtali filo
cuſtodita temperie:ut uiridi cælo ſerantur ac ſine aura. Mirũq; dictu periculum tantũ
eo die eſt:ſi rorauerit q̃tuluncunq; hymbrem:aut ſi afflauerit. De reliquo tutæ ſunt per
petua ſecuritate. Aquaſq; poſtea odere. Et zinziſa grano ſeruntur menſe aprili. Tuberes
melius inſeruntur in pruno ſilueſtri & malo cotoneo. Et in calabria ea ẽ ſpina ſilueſtris:
quæcunq; optime & myxas recipit:utiliter & ſorbos.

¶ De transferendis ſeminariis:& ulmis ſerendis & ſcrobibus. Ca. XI.

PLantas ex ſeminario transferre in aliud priuſq̃ ſuo loco ponantur operoſe præ
cipi arbitror:licet translatione folia latiora fieri ſpondeant. Vlmorum priuſq̃
folio ueſtiantur. Samara colligenda eſt circa martias chalen. cum flaueſcere in‑
cipit. Deinde biduo in umbra ſiccata ſerenda denſa in re fracto terra ſup minuatim cri‑
brata craſſitudine quæ in cupreſſis. Pluuiæ ſi non adiuuent:riganda. Deferẽdæ ex area‑
rum uenis poſt annum in ulmaria interuallo pedali in unam quanq̃ partem. Maritas
ulmos autũno ſerere utilius:quia carent ſemine. Nam eæ e plantis ſeruntur. In arbuſtũ
quinquẽnes ſub urbe transferuntur:aut (ut quibuſdam placet) quæ uicenum pedum
eſſe cœperunt. Sulco qui nouenarius dicitur:altitudine pedum trium: pari latitudine:
& eo amplius circa poſitas pedes terni undiq; e ſolido adaggerantur. Arulas id uocant ĩ
campania. Interualla ex loci natura ſũmuntur. Aridiores ſerendas in campeſtribus con
uenit. Populos & fraxinos quia feſtinantius germinant diſponi quoq; maturius conue
nit. Hoc eſt ab idibus febru. plantis & ipſas naſcentes. In diſponẽdis arboribus arbuſtiſq;
ac uineis quincuncialis ordinum ratio uulgata & neceſſaria:non perflatu modo utilis:
Verum & aſpectu grata quocunq; modo intueare in ordinem ſe porrigente uerſu. Po‑
pulis eadem ratio ſemine qua ulmos ſerendi:transferendi quoque e ſeminariis eadem &
ſiluis. Ante omnia igitur in ſimilem transferri terram aut meliorem oportet. Nec e trepi
dis aut præcocibus in frigidos aut ſerotinos ſitus:ut neq; ex iis in illos. Præfoderẽ ſcrobes
ante (ſi fieri poſſet) tanto:donec pingui ceſpite obducantur. Mago ante annum fieri iu
bet:ut ſolem pluuiaſq; combibant:aut ſi conditio largita non ſit:ignes in medio fieri an
te menſes duos:nec niſi poſt hymbres in his ſeri. Altitudinem earũm ĩ argilloſo aut du
ro ſolo trium cubitorum eſſe in quãq; partem. In prunis palmo amplius: & ubiq; cami
nata foſſura ore compreſſiore ſint. Nigra uero terra duo cubita & palmum quadratis

angulis.Eadem menſura græci auctores conſentiunt: nõ altiores quino ſemipedes eſſe
debere:nec latiores duobus pedibus.Nuſq̃ uero ſexquipede minus alto:quoniam in hu
mido ſolo ad uicinæ aquæ perueniat.Cato ſi locus aquoſus ſit,iquit latas pedes ternos
In feucibus imiſq; palmum & pedem:altitudine quattuor pedũ:eas lapide cõſterni:aut
ſi nõ ſit perticis ſalignis uiridibus.Si neque eæ ſint.ſarmentis:ita ut in latitudiné ſemi-
pedem trahantur.Nobis adiiciendũ uidetur ex prædicta arborũ natura ut altius dimit-
tantur eæ:quæ ſũma tellure gaudent:tanq̃ fraxinus:olea.Hæc & ſimilia quaternos pe-
des oportet demitti.Cæteris ſat eſt ſi altitudinis pedes ternos effecerint.Excide iquit ra-
dicé iſtum Papyrus curſor iperator ad terroré preneſtinorum prætoris.Deſtringi ſecuri
us ſe teſte i noxium abradi partes:quæ ſe nudauerint terra.Aliqui lapides rotũdos ſub-
iici malunt qui & contineant humorem & tranſmittant.Non item planos facere:& a
terreno arcere radicem exſtimantes. Glarea ſubſtrata inter utramq; ſententiam fuerit.
Arborem nec minorem bima nec maiorem trima transferri quidá præcipiunt. Alii cũ
annum impleat.Cato craſſiorem quinq; digytis nõ omiſit.Idem ſi abſtinere meridianá
cæli partem ſignare in cortice:ut tranſlata iiſdem & aſſuetis ſtatueretur oris ne aquilo-
niæ meredianis oppoſitæ ſolibus finderentur:& algerét meridianæ aquilonibus.Quod
diuerſo affectant etiam quidam uite ficoq; permutantes in contrarium . Denſiora eni
folia ita fieri:magiſq; protegere fructum & minus amittere: ficũq; ſic etiam ſcáſilem fie-
ri.Pleriq; id demum cauent:ut plaga deputati cacuminis meridiem ſpectet:ig nari ſiſ-
ſuris nimii uaporis opponi:Id quidem in horam diei quintá uel octauam ſpectare ma-
luerim.Aeque latet nõ negligendum:ne radices mora inhareſcant : ne ue a ſeptentrio-
nibus:aut ab ea parte cæli uſque ad exortum brumalem uento flante effodiantur arbo-
res:aut certe nõ aduerſæ iis uentis radices præbeantur.Propter quod emoriuntur igna-
ris cauſæ agricolis.Cato omnes uentos & imbrem quoque in tota tranſlatione damnat
Et hoc proderit q̃plurimum terræ in qua uixerint radicibus cohærere ac tota ceſpite cir-
cumligari.Cum ob id Cato in corbibus transferi iubeat.Proculdubio utiliſſime quidé
ſummam terram contentus eſt ſubdi.Q uidam punicis malis ſubſtrato lapide non rũ-
pi pomum in arboribus tradunt.Radices inflexas poni melius. Arboré ita locari ut me-
dia ſit totius ſcrobis neceſſarium.Ficus ſi in ſicilia bulborum hoc genus eſt ſeritur:ociſ-
ſime ferre traditur pomum:neq; uermiculationi obnoxium. Quo uitio non carent reli-
qua poma ſimiliter ſata.Radicum eius magnam adhibendam curam ut exemptas ap-
pareat:nõ auulſas quis dubitet?Q ua ratione & reliqua cõfeſſa omittimus.Sicuti terrá
circa radices feſtucato ſpiſſádá.Quod Cato primũ i ea re eé cenſet. Plagá quoq; a trũco
oblimi fimo:& foliis ꝑligari ꝑcipiens

De iteruallis plantandarũ arborũ & umbris & ſtillicidiis:& ubi plantari debeát. Ca. XII.

HVius loci pars eſt ad interualla pertinens. Q uidam punicas & myrtos & lau-
ros denſiores ſeri iuſſerunt.In pedibus tamen nouenis. Malos amplius paulo:
uel magis etiam pyros:magiſq; amygdalas:& ficus.Q uod optime diiudicabit
ramorum amplitudinis ratio:locorumque & umbræ cuiuſque arboris : quoniam has
quoque obſeruari oportet.Breues ſunt quáuis magnarum arborum quod in orbem ra-
mos circinnent:ut in malis pyriſq;.Eædem enormes ceraſis.lauris. Iam quedá umbræ
ꝓprietas.Iuglandium grauis & noxia:etiam capiti humano:omnibuſq; iuxta ſati. Ne-
cat germina & pinus:ſed uentis utraq; reſiſtit·quoniam & protecta uinearum rõe egét
Stillicidia pinus quercus ilicis ponderoſiſſima.Nullũ cupreſſi:umbra minima:& in ſe
circumuoluta.Ficorum leuis quáuis ſparſa:ideoq; inter uineas ſeri nõ uetantur . Vl-
morum leuis:etiam nutriens quæcunq; opacat.Sed attico hæc quoq; uidetur e grauiſ-
ſimis:nec dubito ſi emitantur iu ramos.Conſtrictæ quidem ulmi noxiam eſſe non ar-
bitror.Iucunda & plantani quamq̃ craſſa.Licet gramini credere non ſoli:haud alia læ-
tius opiente toros.Populo nulla ludétibus foliis.Pinguis aluo:ſed paſcét ſata.Vitis ſibi

ſufficit:mobili folii:iactatuq; crebro ſolem umbra temperans. Eodem graui protegens
in hymbre. Omnium fere leuis umbra:quorum pediculi longi. Non faſtidienda hæc
quoq; ſcientia:atq; non in ultimis ponenda:quando quibuſq; ſatis umbra aut nutrix:
aut nouerca eſt. Iuglandium quidem pinorũq; & piceaꝝ & abietis quacũq; attigere:nõ
dubie uenenũ eſt. Stillicidii breuis diffinitio ẽ. Omniũ quæ proiectu frõdis ita diffũdũ
tur:ut per ipſas nõ defluant hymbres:ſtilla ſæua eſt. Ergo plurimũ intererit hac in quæ
ſtione terra in qua ſeremus:in quãtum arbores quaſq; alat. Iam p ſe colles minora quæ
unt interualla. Ventoſis locis crebriores ſeri conducit. Olea tamen maximo interuallo:
De qua Catonis italica ſententia eſt. In.xxv.pedibus minimũ:plurimũ.xxx.ſeri. Sed hoc
uariatur locoꝝ natura. Nõ alia maior in betica arbor. In africa uero fides penes auctores
erit. Moliarias uocari multas narrat a põdere olei quod ferãt annuo prouẽtu. Ideo.lxxv.
pedes Mago interuallo dedit undiq;:etiam in macro ſolo ac duro, atq; uẽtoſo. Cũ mini-
mum.xlv. Betica quidẽ uberrimas meſſes inter oleas metit. Illam inſcitiam pudendã eſſe
conueniet:& adultas inter ſeſe luctari iuſto plus:& in ſenectam præcipitare:aut plerũq;
ipſis:qui poſuere coarguentibus imperitiam ſuam totas excidere. Nihil eſt fœdius agrico
lis:q̃ geſtæ rei penitentia multo iam ut præſtet laxitate delinquere.

¶ Quæ arbores tarde creſcãt:& quæ celeriter:& de ſabina. Ca. XIII.

Quædam autem natura tarde creſcunt:& in primis ſemine tantum naſcẽtia: &
longo æuo durantia. At quæ cito occidũt uelocia ſunt.ut ficus: punica: pru-
nus:malus:pyrus:myrtus:ſalix:&tamen antecedũt diuitiis. In trimatu eni fere
incipiũt oſtendẽtes & ante. Ex iis lẽtiſſima:pyrus. Ociſſima omniũ cyperus & pſeudoca
pirius frutex. Protinus enim flores:ſemẽq; profert. Oĩa uero acelerius adoleſcũt ſtoloni-
bus ablatis:unãq; in ſtirpem redactis alimẽtis. Eadem natura & propagines docuit. Ru
bi nãq; curuati gracilitate & ſimul proceritate nimia defigunt rurſus in terram capita.
Iterũq; naſcuntur ex ſeſe repleturi omnia:ni reſiſtat cultura:pſus ut poſſint uideri ho
mines terræ cauſa geniti. Ita peſſima atq; execranda res propaginem tamen docuit: atq;
radicem acquiri uiridem. Eadem autem natura eſt hederis. Cato propagari præter uitẽ
tradit ficum:oleam:punicam:malorum:genera omnia. Lauruꝫ:prunos:myrtus :nuces
auellenas:& preneſtinas:platanum. Propagationũ duo genera:ramo ab arbore depreſſo
in ſcrobem quattuor pedum quoq;:& poſt biẽnium amputato flexu:plantaq; tranſlata
poſt trimatum:quas ſi longius fere libeat:in qualis ſtatim aut uaſis fictilibus defodere
propagines aptiſſimum:ut in iis transferatur. Alterum genus luxurioſus:radicẽs ĩ ipſa
arbore ſollicitudo traiectis per uaſa fictilia:uel qualos ramis terraq; circũpactis:atq; hoc
blandimento impetratis radicibus:inter poma ipſa & cacumina (in ſũma enim cacumi
na hoc modo petuntur audaci ingenio) arborem aliam longe a tellure faciendi. Eodem
quo ſupra biẽnii ſpatio abſciſſa propagine:& cum qualis illis ſata. Sabina hærba propa-
gine ſeritur & auulſione. Tradunt fece uini aut e parietibus latere tuſo mire ali. Iiſdẽ mo
dis roſmarinum ſerũt:& ramo.quoniã neutri ſemen. Rododẽdron ꝓpagine & ſemine.

¶ De ſatione arborum & inſitione:& quomodo inuenta ſit
tenera inſerendi implaſtratio. Ca. XIIII.

Semine quoq; inſerere natura docuit raptim auium fame deuorato:ſolidoq; &
alui tepore madido cum fœcundo fimi medicamine abiecto in mollibus arboꝝ
lecticis:& uentis ſæpe tranſlato in aliquas corticum rimas. Vnde uidimus ce-
raſum in ſalice:platanum in lauro:lauꝝ in ceraſo:& baccas ſimul diſcolores. Tradunt
& monedulam cõdentem ſemina in theſauros cauernaꝝ eiuſdẽ rei præbere cãs. Hic na-
ta inoculatio ſutoriæ ſimili fiſtula aperiendi in arbore oculum cortice exciſo: ſemenq; ĩ
cludẽdi eadem fiſtula ſublatũ ex alia. In ficis aũt & malis hæc fuit ĩoculatio antiqua. Vir
giliana quærit ſinũ in nodo germĩe expulſi corticis:gẽmãq; ex alia arbore ĩcludit. Et ha
ctenus natura ipã docuit. Inſitionẽ ãt caſus magiſter alius: & pene numeroſior ad hũc

modum. Agricola ſedulus caſam ſepis munimēto cingens: quo minus putreſcerent ſu
des: limen ſubdidit ex hedera. At illæ uiuaci morſu apprehenſæ ſuam ex alieno fecere ui
tam: apparuitq; truncum eſſe pro terra. Auſertur ergo ſerra æqualiter ſuperficies: leui
gatur falce truncus. Ratio poſtea duplex. Et prima inter corticem lignumq; inſerendi.
Timebant priſci truncum findere. Mox inforare auſi medio. Ipſiq; medullæ calamum
imprimebant unum inſerentes. Neque enim plures cupiebat medulla ſubtilior. Po
ſtea ratio uel ſenos adiicit mortalitati eorum ex numero ſuccurrere perſuaſa per media
trunco leniter fiſſo: cuneoq; tenui fiſſuram cuſtodiente: donec cuſpidatim deciſus de
ſcendat in rimam calamus. Multa in hoc ſeruanda. Primum omnium quæ patiat̃ coi
tum talem arbor & cuius arboris calamus. Varie quoque & non in iiſdem ꝑtibus. Sub
eſt omnibus ſuccus. Vitibus ficiſq; media ſicciora: & e ſumma parte conceptus. Ideo il
linc ſurculi petuntur. Oleis circa medias ſuccus: inde & ſurculi. Cacumina ſitiunt. Fa
cillime coaleſcunt. Quibus eadem corticis natura: quæq; pariter florentia eiuſdem horæ
gignationem ſuccorumq; ſocietatem habēt. Læta enim res quotiens humidis repugnāt
ſicca: mollibus corticum duri. Reliqua obſeruatio ne fiſſura in modo fiat. Repudiat ꝗp
pe aduenam inhoſpitalis duritia: ut in parte nitidiſſima: ne longior multo tribus digy
tis: ne obliqua ne tranſlucens. Virgilius ex cacumine inſeri uetat. Certumque eſt ab hu
meris arborum orientem æſtiuum ſpectantibus ſurculos petēdos: & e feracibus & e ger
mine nouello: niſi uetuſtate arbori inſerantur: li enim robuſtiores eſſe debent. Præterea
ut prægnantes: hoc eſt germinatione turgentes: & qui parere illo ſperauerint ãno. Bimi
itaq; nec tenuiores digyto minimo. Inſeruntur autem & inuerſi cum id agit̃: ut minor
altitudo in latitudinem ſe fundat. Ante omnia geminantes nitere conuenit: nihil uſq̃
ulceroſum eſſe aut retorridum. Spei fauet medulla calami commiſſuræ: ſi in matre li
gni corticiſq; iungatur. Id enim ſatius q̃ foris cortici æquari. Calami exacutio medullã
ne nudet: Tenui tamen fiſtula detegat: ut faſtigatio leui deſcendat cuneo tribus nō am
plior digytis. Quod facilime contingit tinctum aqua radentibus ne excutiatur in uē
to: ne cortex a ligno decidat alterutri. Calamus ad corticem uſq; ſuum deprimatur. Ne
laxetur dum deprimitur: ue ut cortex replicetur ĩ rugas. Ideo lachrymantes calamos in
ſeri non oportet. Non hercule magis q̃ aridos: qui illo modo labat humore nimio cortex.
Hoc uitali defectu non humeſcit neq; concorporat. Id etiam religionis ſeruant: ut luna
creſcente calamus utraq; deprimatur manu. Et alioquin in hoc opere duæ ſimul ma
nus minus nituntur neceſſario temperamento. Validius enim demeſſi tardius ferunt:
fortius durant. Contrarium ex diuerſo: ne hiſcat nimium rima: laxeq; capiat: aut ne pa
rum exprimat: aut compreſſum necet. Hoc maxime præcauendum: ut præualide acipi
entis trunco in media fiſſura relinquantur. Quidam ueſtigio fiſſuræ falce in truncis
facto ſalice præligant marginem ipſum. Poſtea cuneos figunt continente uinculo liber
tatem dehiſcendi. Quædam in plantario inſita eodem die tranſferuntur. Si craſſior trū
cus inſeratur: inter corticem & lignum ĩſeri melius cuneo optime oſſeo: ne cortice rum
patur laxato. Ceraſi libro dempto finduntur. Hæ ſolæ & poſt brumam inſeruntur: dem
pto libro habent ueluti lanuginem: quæ ſi comprehendit inſitum: putrefacit. Incolũi
cuneo adactum utiliſſime aſtringitur: Inſerere aptiſſimum quamproximum terræ pa
tiatur. nodorum trunciq; ratio. Eminere calami ſex digytorum longitudine non ampli
us debent. Cato argillæ uel cretæ harenam fimumq; bubulum admiſeri. atq; ita uſq;
ad lentorem ſubigi iubet: idq; interponi &: circumlimi. Ex iis quæ commentatus eſt fa
cile apperet illa ætate inter lignum & corticē: nec alio mō inſerere ſolitos: aut ultra lati
tudine duum digitorum calamos dimittere. Inſeri autem præcipit pyra ac mala per
uer: & poſt ſolſtitium diebus. l. poſt uindemiam. Oleas autem & ficos per uer tantum
luna ſitiente: hoc eſt ſicca. Præterea poſt merediem ac ſiue uento auſtro. Mirum quod
non contentus inſitum muniſſe. Vt dictum eſt: & ceſpite ab hymbre frigoribuſque

ꝑtexiſſe: ac mollibus bifidoꝝ uiminũ faſcibus: lingua bubula (hærbæ id genus ē) ĩſup obtegi iubet: eamq; illigari opertam ſtramentis. Nunc autem abunde arbitretur paleato luto libro farcire duos digytos inſito extante. Verno inſerentes tempus urget: incitantibus ſe gẽmis: præter q̃ in olea: cuius diutiſſime oculi parturiunt: minimũq; ſucci habẽt ſub cortice: qui nimius inſitis nocet. Punica uero & ficũ quãq̃ alias ſicca ſint recraſtinare minime utile. Pyrum uel florentem inſerere licẽt: & in maium quoque menſem protendere inſitionem. Q uod ſi longius afferantur pomorum calami rapo infixos optime cuſtodire ſuccum arbitrantur. Seruarique inter duos hymbres iuxta riuos uel piſcinas utrinque ſerra obſtructos.

De uite inſerenda. Ca. XV

Vitium uero in ſcrobibus ſiccis ſtramento opertos ac deinde terra obrutos: ut cacumine exiſtant. Cato uitem tribus modis inſerit. Præſectam findi iubet per medullam. In eam ſurculos exacutos ut dictum eſt addi: medullas iungi. Altero ut ii ſeſe uites contingant: utriuſq; in obliquum latere contrario adraſo iunctis medullis colligari. Tertium genus eſt: terebrare uitem in obliquum ad medullaȝ: calamoſq; addere longos pedes binos: atq; ita ligatum inſitum in tritaq; illitum operire terra calamis ſubrectis. Noſtra ætas correxit ut gallica uteret̃ terebra: quæ excauat nec urit: quoniam aduſtio omnis hebetat: atq; ut gẽmaſcere incipiens ligetur calamus. Nec plus quã binis ab inſitio emineat oculis ulmeo uimine alligatus: binaq; circundaretur acie a duabus partibus: ut inde potius diſtillet humor: qui maxime uites infeſtat. Deinde cũ eualuiſſent flagella pedes binos: uinculum inſiti incideretur ubertati craſſitudine permiſſa. Vitibus ſerendis tempus dedere ab æquinoctio autũno ad germinationis initia. Satiuæ plantæ ſilueſtrium radicibus inſeruntur natura ſiccioribus. Si enim ſatiuæ ſilueſtribus inſerantur: degenerant in fertilitatem. Reliqua cælo conſtant. Aptiſſima inſitis ſiccitas. Huius enim remedium appoſitis fictilibus uaſis modicus humor per cinerem diſtilat. Inoculatio rores amat leues.

De emplaſtratione. Ca. XVI.

Emplaſtri ratio & ipſa ex inoculatione nata uideri poteſt. Craſſo autem maxime cortici conuenit ſicut eſt ficis. Ergo amputatis omnibus ramis ne ſuccum auocent. Nitidiſſima in parte quaq; præcipua cernatur hylaritas exempta ſcutula ita ne deſcendat ultra ferrum cortici imprimitur ex alia cortex par cũ ſui germinis mãma: ſic compage denſata cicatrici locus non ſit: & ſtatim unitas fiat: non humorem nõ afflatum recipiens: nihilominus tamen & luto munire & uinculo melius. Hoc genus non pridem repertum uolunt qui nouis moribus fauent. Sed id etiã apud ueteres græcos inuenitur: & apud Catonem: qui oleam ficumq; ſic inſeri iuſſit menſura etiam præfinita ſecundum reliquam diligentiam ſuam Cortices ſcalpro excidi quattuor digytorum longitudine: & trium latitudine. Atque ita coagmentari & illa ſua intrita oblini. Eadem ratione & in malo. Q uidam huic generi miſcuere fiſſuram in uitibus exempta cortice teſſella ſurculo a latere plano adigendo. Tot modis inſitam arborem. Vidimus iuxta tybures tiliam omni genere pomorum onuſtam alio ramo nucibus: alio baccis: aliunde uite: ficis: pyris: punicis: malorumq; generibus. Sed huic fuit breuis uita. Nec tamen omnem experimentis aſſequi naturam poſſumus. Quidam enim naſci niſi ſponte nullo modo queunt. Eaq; ĩmitibus & deſertis tantum locis proueniunt. Capaciſſima inſitorum omnium dicitur platanus: poſtea robur. Verum utraque ſapores corrumpũt. Quædam omni genere inſeruntur: ut ficus & punicæ. Vitis non recipit emplaſtra: nec quibus tenuis ac caducus rimoſuſq; cortex. Neque inoculationem ſiccæ aut humoris exigui fertiliſſima omnium inoculatio: poſtea emplaſtratio. Sed utraque infirmiſſima: & quæ cortice nituntur tantum: uel leui aura ociſſime deplantantur. inſerere firmiſſimum & fœcundius quam ſerere.

Exemplum huius rei. Ca. XVII.

NOn eſt omittēda raritas unius exempli. Corellius eques romanus Aceſte genit9
īſeruit caſtaneā ſuomet ipſā ſurculo in neapolitano agro. Sic facta ē caſtanea
quæ ab ipſo nomen accipit īter laudatas. Poſtea hæres eiuſdē libertus corellia
nā iterū inſeruit. Hæc ē inter eas differētia: illa copioſior. Hæc corelliana melior. Reliqua
genera caſus īgenio ſuo excogitauit: ac de fractos ſerere ramos docuit: cū pali defixi radi
ces cepiſſent. Multa ſic ſerunt. In primiſq; ficus omnibus quidē aliis mōis naſcēs: præ
terq̄ talea. Optime quidē ſi uaſtiore ramo pali mō exacuto adigat alte exiguo ſuper ter
rā relicto capite: eoq; ipſo harena coopto. Ramo ſerunt & punica palis laxato prius īnea
tu: itē myrtus. Omniū horū longitudine triū pedū: craſſitudine minus brachiali. Corti
ce diligenter ſeruato: trunco exacuto. Myrtus & taleis ſerit. Morus talea tantū quoniā
in ulmo eam inſeri religio fulgurū ꝓhibet. Qua ꝓpter de talearū ſatu nūc dicendū eſt.
Seruādū ī eo āte oīa: ut taleæ exferatibus fiant arboribus: ne curuæ: ne ſcabræ: aut bifur
ce ne ue tenuiores q̄ ut manū ipleant: ne minores pedalibus ut illibato cortice atq; ut
ſectura inferior ponatur ſemper: & quod erit ab radice: accumuleturq; ne germinatio
terra donec robur planta capiat.

De cultura taleaꝝ: & quibus temporibus inſitio fiat. Ca. XVIII.

QVæ cuſtodienda ī taleaꝝ cultura Cato iudicauerit: ipius uerbis optime ꝑcipie
mus. Taleas oleaginas quas ī ſcrobe ſaturus eris: tripedaneas facito. Diligēterq;
tractato: ne liber laboret: cū dolabis aut ſecabis. Quas ī ſeminario ſaturus eris:
pedales facito. Eas ſic inſerito: locus bipalio ſubactus ſit beneq; gluttus. Cū taleā d̄mittis
pede taleā opprimito. Si paꝝ deſcēdat maleo aut mateola adiicito: cauetoq; ne librū ſci
das. Cū adiicis: palo prius locū ne feceris quo taleā demittas: Ita melius uiuet talea. Et
ubi trimæ ſūt: tū deniq; curæ ſint: ubi liber ſe uertet. Si ī ſcrobibus aut ī ſulcis ſeras: ter
nas taleas ponito. Eas diuaricato ſup terrā: nec plus quattuor digytis. Tranſuerſo ſemie
uel oculis ſerito. Diligēter eximere oleā oportet: & radices q̄plurimas cū terra ferre. Vbi
radices bn̄ opueris: caſcare bn̄ ne qđ noceat. Si qs q̄rat qđ tēpus oleæ ſerendæ ſit: agro
ſicco p ſemētē: agro læto p uer. Oliuetū diebus. xv. an̄ æqnoctiū uernū īcipito putare.
Ex eo die dies. xl. recte putabis. Id hoc mō putato. Qua loc9 recte ferax erit: q̄ arida erūt
& ſi qd uētus īterſtegerit ī ea oīa eximito. Qua locus feras nō erit: id plus cōcidito: ara
toq; bn̄ enodatoq;. Stirpes leues facito: circū oleas autūno ablaqueato: & ſtercus adiicito.
Qui oliuetū ſæpiſſime & altiſſime miſcebit: is tēuiſſimas radices exarebit. Radices ſi ſur
ſū abibūt craſſiores fiēt: & eo ī radices oleæ uiree abibunt. Quæ gn̄a oleaꝝ uel ī quo gn̄e
terræ uiuere & ſeri debeāt ſpectariq; olíueta: dixius ī ratōe olei. Mago ī colle & ſiccis &
argilia & īter autūnū & brumā ſeri iuſſit. In craſſo aut humido aut ſubriguo a meſſe ad
brumā. Quod ꝑcepiſſe eū africæ ītelligit. Italia qdē nūc uere maxīe ſerit. Sed & autūno
ſi libeat. Poſt æqnoctiū. xl. diebus ad uergiliarū occaſū. xiiii. ſoli dies ſūt qbus feri noceat.
Africæ peculiare qdē ī oleaſtro ē īſerere. Quadā æternitate cōſeneſcūt ꝓxime adoptiōe
uirga emiſſa: atq; ita alia arbore ex eadē iuueneſcēte. Iteꝝq; & quotiēs opus ſit: ut eius
eadē olíueta cōſtent. Inſerit aūt oleaſter calamo & ioculatiōe. Olea ubi quercus effoſſa
ſit male ponit: quoniā uermes q raucæ uocāt ī radice q̄rcus naſcunt & trāſeūt. Nō īhu
mane taleas aut ſiccare priuſq̄ ſerāt utilius cōptū. Vet9 oliuetū ab æqnoctio uerno ītra
uergiliaꝝ exortū īterradi alternis ānis meli9 iuētū. Itē muſcū circūdare radicis. Circūfo
di āt omibus ānis a ſolſtitio duū cubitoꝝ ſcrobe pedali altitudine. Stercorari tertio āno
Mago idē amygdalas ab occaſu arcturi ad brumā ſeri iubet. Pyra n̄ eodē tēpore oīa quo
niā neq; floreāt. Eadē oblōga aut rotūda ab occaſu uergiliaꝝ ad brumā. Reliq̄ genera me
dia hyeme ab occaſu ſagittæ ī ſbſolanū aut ſeptētrionē ſpectātia. lauꝝ ab occaſu aqlæ ad
occaſū ſagittæ. Cōfeſſa. n. de tēpore ſerēdi q̄ rō ē uere & autūno. id ex magna parte fieri
decreuere: Eſt & alia hora circa canis ortus paucioribus nota: quoniā nō omibus locis

uilis pariter intelligitur. Sed haud omittẽda nobis: nõ tractus alicuius rõem: ueꝝ natu
ræ potius indagantibus. In cyrenaica regione ſub eteſiaꝝ flatu cõſerunt. Necnon & in
græcia oleam maxime in laconia. Co inſula & uites tunc ſerit. Cætæri apud græcos in
oculare & inſerere nõ dubitant. Sed arborem non ſerunt. Plurimũq; in eo locoꝝ natura
pollet. Nãq; in ægypto omĩ ſerunt menſe: & ubicũq; hymbres æſtiui nõ ſunt: ut in ĩdia
& æthiopia. Neceſſario poſt hæc autũno ſerunt arbores. Ergo tria tempora eadẽ germi-
nationis uer & canis arcturiq; ortus. Neq; enĩ animaliũ tãtũ eſt ad coitum auiditas: ſed
multo maior eſt terræ ac ſatoꝝ omniũ libido. Qua tẽpeſtiue uti plurimum intereſt cõ-
ceptus. Peculiare utiq; in inſitis cum ſit mutua cupiditas utrinq; coeundi. Qui uer ꝓ
bant: ab æquinoctio ſtatim admittunt: prædicantes germina ꝑturire: ideo faciles corti-
cum eſſe amplexus. Qui præferunt autũnum ab arcturi exortu: quoniã ſtatim radicẽ
quãdam capiant: & ad uer parata ueniant: atq; nõ protinus germinatio auferat uires.
Quædã tamen ſtatutũ tempus anni habẽt ubiq;. ut ceraſi & amygdalæ circa brumam
ſerendi uel iſerẽdi. De pluribus locoꝝ ſitus optime iudicabit. Frigida & aquoſa uerno cõ
ſeri oportet. Sicca & calida autũno. Cõmunis quidẽ italiæ rõ tempora ad hunc modum
diſtribuit. Mora ab idibus februariis in æquinoctiũ: pyra in autũnũ: ita ut brumã. xv.
ne minus diebus antecedãt. Malis æſtiuis & cotoneis. Itẽ ſorbis prunis poſt mediã hye-
mẽ i idus februarias. Siliquæ græcæ & perſici ante brumã per autũnũ. Nucibus iuglan
di & pineæ & auellanæ græcæ atq; caſtaneæ a chal. martiis ad idus eaſdẽ. Salici & geni-
ſtæ circa martias chal. Hãc in ſiccis ſemine: illã in humidis uirga ſeri diximus.

Quæ arbores ſocietate gaudeant: & de diſciplina ablaqueandi & accumulãdi. C. XIX.

Est etiam nunc noua inſerendi rõ: ne quid ſciens ꝗdem prætereã quod uſq̃ iue
nerim a Columella excogitata: ut affirmat ipſe. Qua uel diuerſæ inſociabileſq;
naturæ arborũ copulentur ut fici atq; oleæ. Iuxta hanc ſeri ficum iubet: non
ampliore interuallo q̃ ut contingi large poſſit: ramo oleæ q̃maxime ſequaci atq; obeditu
ro. Eũq; omni interim tẽpore edomari meditatione curuandi. Poſtea fico adepta uires:
quod euenire trimæ atq; utiq; quinquẽnii ſolet: detrũcata ſuperficie ipſaq; deputata ut
dictũ eſt adraſo cacumine defigi in cruce fici cuſtoditũ uinculis: nec curuatura fugiat.
Ita quodã propaginũ inſitorũq; tẽpamento triẽnio cõmuni inter duas matres coale-
ſcere. Quarto anno abſciſſum totum adoptantis eſſe: nondum uulgata ratione haud
mihi certe ſatis comperta. Cæterum eadem illa de calidis frigidiſq; & humidis & ſiccis ſu
pradicta ratio & ſcrobes fodere monſtrauit. In aquoſis enim neq; altos neq; amplos face-
re conuenit. Altos æſtiuoſo ſolo & ſicco: ut q̃maxime accipiant aquam: contineantque.
Hæc & apud ueteres arbores colendi ratio eſt. Feruentibus enim locis accumulant æſta
te radices: operiuntq; ne ſolis ardor adurat. Aliubi ablaqueant perflatuſque admittunt.
Iidem hyeme cumulis a gelu uindicant. Contra illi hyeme aperiunt: humoremq; ſitien
tibus quærunt. Vbicunq; circunfodiendi arbores ratio in circuitu pedes in orbem ter-
nos: neq; id in pratis: quando amore ſolis humoriſq; in ſũma tellure oberant. Et de arbo
ribus hæc quidem fructus gratia ſerendis inſerendiſq; in uniuerſum ſint dicta.

De ſalicto & harũdineto: & cæteris cæduis ad perticas palos. Ca. XX.

Hinc reſtat eaꝝ ratio: quæ ꝓpter alias ſerunt: uineas maxime cæduo ligno. Prin
cipatũ in iis optinẽt ſalices: quaꝝ ſatio fit loco madido tamen rẽfoſſo duos pe-
des & ſemipedem talea ſexquipedali uel pertica: quæ utilior quo plenior. Inter
uallo eſſe debent pedes ſenos trime pedibus binis a terra putatione coercentur: ut ſic ſe
in latitudinem fundant: ac ſine ſcalis tondeantur. Salix enim fœcũdior eſt quo terræ ꝓ
pior. Has quoq; oĩbus annis cõfodi iubent mẽſe aprili. Hæc eſt uiminaliũ cultura. Per-
ticalis & uirga & talea ſeritur foſſura eadem. Perticas ex ea iuſtũ ẽ cædi quarto fere anno
Et hæ autẽ ſeneſcẽtiũ ꝓpagine ſartiũt locũ. Pertica ĩmerſa ac poſt annũ reciſa. Salicis ui-
minalis iugera ſingula ſufficiũt, xxv. uineæ iugeribus. Eiuſdẽ rei cã populus alba ſerit

bipedaneo paſtinatu:talea ſexquipedali biduo ſiccata palmipede interuallo:terra ſuper
iniecta duorum cubitorum craſſitudine.Harundo etiamnum dulciorem q̃ hæ ſolo gau
det.Seritur bulbo radicis quem alii oculum appellant dodrantali ſcrobe:interuallo du
um pedum & ſemipedis:reficiturq; ex ſeſe uetere harundineto extirpato: quod utilius
repertum q̃ caſtrare ſicut antea.Nãq; inter ſe radices ſerpunt.mutuoq; diſcurſu necan
tur.Tempus inſerendi priuſq̃:deſintq̃ oculi harundinum intumeſcant ante Chalende
martias.Creſcit ad brumam uſq; deſinitq; cum dureſcere incipit. Hoc ſignum quod tẽ
peſtiuam habet cæſuram.Et hanc autem quotiens & uineam fodiendum putant.Serit̃
& tranſuerſa non alte terra condita.Erumpuntq; ſingulis oculis totidem plantæ. Serit̃
deplantata pedali ſulco binis obrutis gemmis:ut tertius nodus terram attingat prono
cacumen:ne rores concipiat.Cæditur decreſcente luna.Vineis anno ſiccata utilior q̃ ui
ridis.Caſtanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus:perdurandi peruica
cia:regerminatione cædua uel ſalice lætior.Quærit ſolum facile:necnon harenoſum:
maximeque ſabulum humidum aut carbunculum:uel toſi etiam farinam q̃libet opa
co ſeptentrionaliq; & præfrigido ſitu:uel etiam decliui.Recuſat eadem galliam rubrica
cetam omnemque terræ fœcunditatem ſeti nunc diximus:ſed niſi ex maxime non p̃
uenit:nec niſi quinis aceruatim ſatis.Perfringi ſolum debet ſupra ex nouembri menſe
in februarium:quo ſolutæ ſponte cadunt ex arbore:atq; ſubnaſcuntur. Interualla ſint
pedalia undiq; ſulco dodrantali.Ex hoc ſeminario transferuntur in aliud bipedali inter
uallo plus biennio.Sunt & propagines nulli quidem faciliores.Nudata enim radice to
ta in ſulco proſternitur.Tunc ex cacumine ſuper terram relicto renaſcitur & alia ab ra
dice.Sed tranſlata neſcit hoſpitari:pauetq; nouitatem.Biennio fere poſtea proſilit. Ideo
nucibus potiuſq̃ radice plantaria cædua implentur. Cultura non alia q̃ ſupradictis fo
diendis ſupputandiſq; per biennium ſequens.De cætero ipſa ſe colit umbra ſtolones ſu
peruacuos enecante.Cæditur intra ſeptimum annum. Sufficiunt pedamenta iugeri
unius uicenis uinearum iugeribus quando etiam ea bifida ſtirpe fiunt:durantq; ultra
alteram ſiluæ ſuæ cæſuram.Aeſculus ſimiliter prouenit cæſura triennio ſenior: minus
moroſa naſci.In quacunq; terra ſeritur:naſcitur e balano ſed non niſi æſculi.ſcrobe do
drantali:interuallis duorum pedum ſeritur leuiter quater anno.Hoc pedamentum mi
nime putreſcit:læſuſq; maxime fruticat.Præter hæc ſunt cædua quæ diximꝰ: fraxinꝰ
laurus:perſica:corylus:malus:ſed tardius naſcuntur. Terram defixa uix tolerant: non
modo humorem.Sambucus contra firmiſſima ad palum:taleis ſeritur ut populus. Nã
de cupreſſo ſatis diximus.Et prædictis uelut armamentis uinearum. XXI.

De culturis & diſciplina excolendarũ uinearũ. Ca.

RESTAT ipſarum natura præcipua tradenda cura. Vitium ſurculis & quarum
dam arborum quibus fungoſior intus natura eſt:geniculatis ramorũ nodis ĩ
ter ſerpiũt medullã.Ferulæ ipſæ breues:& ad ſumma breuiores articulis utiq;
duobus ĩternodia ĩcludũt.Medulla ſiue illa uitalis aĩa ẽ ante ſe tendit lõgitudinẽ ĩpel
lens q̃diu nodi puia patet fiſtula.Cũ uero cõcreti ademere tranſitũ:repcuſſa arũpit ab
ima ſui parte:iuxta priorẽ nodũ alternis laterũ ſẽp ĩguinibus ut dictũ ẽ ĩ harũdine ac
ferula:quorũ dextrũ ab imo ĩtelligit̃ articulo:leuũ ĩ ꝓximo:atq; ta puices.Hæc uocat̃ ĩ
uite gẽma:cũ ibi ceſpitẽ facit.Ante uero q̃ faciat ĩ cõcauo oculos:& in cacumĩe ipſo ger
mẽ.Sic palmites nepotes uuæ folia pãpini gignũt.Mireq; firmiora eẽ ĩ dextra pte gẽita
Hoc ergo ĩ ſurculis nodos cũ ſerunt̃ medios ſecare oportet:ita ne ꝓfluat medulla & ĩ fi
co qdẽ dodrãtales paxilli ſolo patefacto ſerũt̃ ſic ut deſcẽdãt q̃ ꝓxima arbori fuerit.Duo
oculi extra terrã emineãt.oculi aũt ĩ arborꝝ ſurculis ꝓprie uocãt̃ uñ germinãt.hac d̃ cã
& ĩ plãtariis aliquãdo eodẽ ãno ferũt quos fuere laturi fructꝰ ĩ arbore:cũ tẽpeſtiue ſatis
p̃gnãtes ĩchoatos cõceptus aliubi pariũt.Ita ſatas ficos tertio ãno trãſferre facile.Hoc p̃
ſeneſcendi celeritate attributũ huic arbori ut citiſſime ꝓueniat.Vitiũ numeroſior ſatus

Primũ oĩm nihil ſerit̃ ex iis niſi iutile & deputatũ in ſarmẽto. Opputat̃ aũt qcqd proxi
mo tulit fructũ. Solebat capitulatus utrinq; e duro ſurculus ſeri: eoq; argumẽto malleo
lus etiã uocat̃ nũc. Poſtea auelli cũ ſua calce ceptus ẽ: ut ĩ fico: neq; aliud eſt uiuacius.
Tertiũ genus adiectũ etiãnũ expeditus ſine calce: qđ ſagittæ uocãt: cũ ĩtorti pangunt̃.
Id eni cũ deciſi nec ĩtorti trigẽmes. Plures aũt ex eodẽ ſurculo hoc mõ fiũt. Serere e pã
pinariis ſagittas ſterile ẽ: nõ niſi fœcũdas oportet. Quæ raros habẽt nodos ĩfœcũdæ iu
dicãt̃. At dẽſitas gẽmaꝝ fertilitatis ĩdiciũ ẽ. Quidã ſeri uetãt niſi eos q floruerint ſurcu
los. Sagittas ſerere minus utile: quoniã ĩ trãſferẽdo facile rũpit̃ qđ intortũ fuit. Serũt̃ pe
dali nõ breuiores lõgitudine qnq; ſex ue nodoꝝ. Pauciores ue trib9 gẽmis ĩ hac mẽſura
eſſe nõ poterũt. Inſeri eodẽ die quoputãt̃ utiliſſimũ. Si multo poſtea neceſſe ſit ſerere cu
ſtoditos uti p̃cipimus oportet caueri utiq; ne extra terrã poſiti ſole inareſcant: uẽto ue
aut frigore hebetent̃. Qui diutius ĩ ſico fuerint prius q̃ ſerant̃ in aq̃ pluribus diebus re
uiuiſcãt. Solũ apricũ & q̃ampliſſimũ ĩ ſeminario ſiue ĩ uinea bidẽte paſtinari debet ter
nos pedes bipalio alte ĩ area reiici q̃ternoꝝ pedũ fermẽto: ita ut ĩ pedes binos foſſa proce
dat. Foſſatũ purgari & extẽdi ne crudũ relinquat̃. Veꝝ & exigi mẽſura. Male paſtinatũ
dep̃hendũt ſcãna inæq̃lia. Metiẽda ẽ & ea pars q̃ interiacet puluinis. Surculi ſerũt̃ & in
ſcrobe & ĩ ſulco lõgiore: ſup quos tenerrima ĩgerit̃ terra. Sʒ ĩ gracili ſolo fruſtra: niſi ſub
ſtrato piguiore. Nec minus q̃ duos ĩtegi oportet: & ꝓximã attingi terrã: & eodẽ paxillo
deprimi & ĩpiſſari. Intereſſe ĩ plãtario ſexqpedes ĩter bina ſemina ĩ latitudinẽ: ĩ lõgitudi
nẽ ſemiſſes. Ita ſatos malleolos. xxiiii. mẽſe recidere ad imũ articulũ: niſi ipſi parcat̃. Ocu
loꝝ ĩde materia emicat cũ aq̃. xxxvi. mẽſe uiuæ radix trãſfert̃. Eſt & luxurioſa rõ uites
ſerẽdi: ut q̃ttuor malleoli uehemẽti uiculo colligẽt̃ ĩ p̃te luxurioſa: atq; ita uel p oſſa bu
buli cruris uel p colla fictilia traiecti obruãt̃ binis eminẽtibus gẽmis. Humeſcũt hoc mõ
reciſiq; palmitẽ emittũt. Poſtea fiſtula fracta radix libere capit uires: uuãq; fert: & oĩum
corpoꝝ ſuoꝝ acinos. In alio genere iuẽtu nouitio findit̃ malleolus: medullaq; eraſa ĩ ſe
colligant̃ ipſi caules: ita ut gẽmis parcat̃ oĩ mõ. Tũ malleolo ĩ terrã fixo mixta ſerit̃: & cũ
ſpargere cœpit caules decidit̃: foditq; ſæpius. Talis uuæ acinos nihil ĩtus ſigni habitu
ros Columella ꝓmittit: cũ uiuere ſemina ipſa p q̃ mixꝫ ſit: & medulla adẽpta naſci. Surcu
lus etiã qbuſdã fit articulatio arboris nõ omittẽdũ uidet̃. Nãq; buxi tenuiſſimis qnis ſe
nis ue col'igatis depacti ꝑueniũt. Quõdã in obſeruatiõe erat ut defringerẽt ex ĩputata
buxo: aliter uiuere nõ crediti. Detraxere hæc experimẽta ſeminarii curaq;. Seq̃t̃ uineaꝝ
rõ. Quinq; geneꝝ hæ. Sparſis p terrã palmitibus aut p ſe uite ſubrecta: uel cũ aminicu
lo ſine iugo. Aut pedatæ ſimplici iugo. Aut cõpluuiatæ q̃druplici. Quæ pedatæ rõ erit
eadẽ ĩtelligit̃ eius quoq;: ĩ q̃ ſine ãminiculo uitis p ſe ſtabit. Id. n. nõ fit niſi pedamẽti ino
pia. Simplici iugo cõſtat porrecto ordine quẽ cãteriũ appellãt. Meliorq; ea uino: q̃do ſi
bi ipſa nõ obũbrat: aſſiduoq; ſole coq̃t̃: & afflatũ magis ſentit: & celerius rorem dimittit.
Pãpinationi quoq; & occationi oĩq; operi facilior. Sup cætera defloreſcit utilius. Iugũ fit
pertica aut harũdine aut crine funiculo ue: ut ĩ hiſpania brũduſioq;. Cõpluuiata copio
ſior uino ẽ: dicta a cauis ædiũ cõpluiis. Diuidit̃ ĩ q̃ternas p̃tes totidẽ iugis. Huius ſerẽdi
rõ dicet̃ eadẽ ualitura ĩ oĩ genere ĩ hoc uero numeroſior tantũ. His uero tribus ſerit̃ mo
dis. Optime ĩ paſtinato: ꝓxime ĩ ſulco: nouiſſime ĩ ſcrobe. De paſtinatione dictum eſt.

De ſulco & uinearum putatione. Ca. XXII.

SVlco latitudo palæ eſt: Scrobibus ternoꝝ pedũ in quãcunq; partẽ. Altitudo ĩ
quocũq; genere tripedalis: ideo nec uitis minor tranſferri debet. Extatura etiã
num duabus gẽmis. Emolliri terrã minutis in ſcrobe iam ſulcis fimoq; miſce
ri neceſſarium. Cliuoſa altiores poſcunt ſcrobes. Præterea puluinatis a deuexitate labris
Quæ ex iis longiores fient: ut uites binas accipiant. E diuerſo aliæ locabuntur. Eſſe ui
tis radicem in media ſcrobe oportet. Sed ipſam innixam ſolido in orientem æquinoctia
lem ſpectare. Adminicula prima e calamo accipere. Vineas limitati decumano. xviii.

pedum latitudinis ad cõtrarios uehiculorũ tranſitus.aliiſq; cõuerſis limitibus. De
num pedum diſtingui per media ugera. Aut ſi maior modus ſit:totidem pedum cardie
quot de cumano limitari. Semper uero quintanis ſemitari:hoc ẽ in quinto quoq; palo
ſingule iugo paginæ includantur. Solo ſpiſſo non niſi repaſtinato:nec niſi uiuæ radi/
cem fert. Tenero & ſoluto uel malleolum ſulco uel uel ſcrobe. In colles ſulcos agere trãſ
uerſos melius q̃ paſtinare ut defluuia palis eorum contineãt. Aquoſo cælo uel ſicco
ſolo malleolos ſerere autumno:niſi ſi tractus ratio mutauerit. Siccus enim & calidus po
ſcit ſeri.humidus frigiduſq; etiam ueri exitu. In arido ſolo uiuæ radix quoq; fruſtra ſeri
tur. Male & in ſiccis malleolus.niſi poſt hymbrem. Aut in riguis uel frondẽs uitis:& uſ/
que ad ſolſtitium recte.uſq; uer ut in hiſpania. Quieſcere uentos ſationis die utiliſſimũ
Pleriq; auſtros optant:Cato abdicat. Intereſſe medio temperamẽto ĩter binas uites opor
tet pedes quos. Minimum autem læto ſolo pedes quaternos. Tenui plurimum octonos
Ymbri & marſi ad uicenos intermittunt arationis gratia in iis:quæ uocant proculeta/
Pluuio & caliginoſo tractu rariores poni:ſicco denſiores congruit. Subtilitas parſimo/
niæ compendia inuenit. Cum uinea in paſtinato ſeratur :obiter ſeminariũ faciendi ut
uiuæ radix loco ſuo & malleolus qui transferatur inter uites ordine ſeratur. Quæ ratio
in iugero circiter.xvi.uiuæ radicem donat. Intra biennium autem fructus quo tardiq
in ſato prouenit q̃ in tranſlato. Viuæ radix poſita in uinea poſt annum reſecatur uſq;
ad terrã:ut unus tantũ emĩeat oculus ãminiculo iuxta affixo & fimo addito. Simili mõ
& ſecundo ãno reciditur:uireſq; concipit:& intra ſe paſcit ſuffecturus oneri:alias feſti/
natione pariendi graciliſcat:ac e mucida (ni cohibeatur) caſtigatione tali in fœtũ exeat
tota. Nihil auidius naſcitur:ac niſi ad periendũ uires ſeruent :tota fit fœtus: Pedamẽta
optima quæ diximus aut radice:robur·oleaq;:aut ſi nõ ſint pali:iunipero:cupreſſo:al/
burno:ſambuco: Reliquorũ generũ ſudes omnibus annis recidunt. Saluberrima in iu/
go harundo connexa faſciculis durat quinis annis . Cum breuiores palmites farmento
iunguntur inter ſe funium modo:ex hoc arcus funeta dicuntur. Tertius uineæ ãnus
palmitem uelocem robuſtumq; emittit:in quem faciat ætas uitem. Hic in iugum inſilit
Quidam tunc excæcant eũ ſpina falce auferendo oculos:ut noxia iniuria lõgius euo
cent. Vtilior enim conſuetudo pariendi:ſatiuſq; pãpinos adiudicate detergere uſq; quo
placeat roborari eam. Sunt qui uetant tangi proximo anno:quo tranſlata ſit. neq; ante
quadrageſimum menſem falce curari. Tũc autem ad tres gemmas recidi. Alii proximo
quidem ãno recidunt. Sunt ut ternos quaternos ue ſingulis annis adiiciunt articulos
quarto demum perducant ad iugum. Ideo utriuſq; fructum tardum. Præterea retorri/
dum & nodoſum puluinoſumq; reddit incremento. Optimum autem matrem eſſe fir
mam:poſtea fœtum audacem. Nec tutum eſt quod cicatricoſum:magno imperitiæ er/
rore. Quicquid eſt tale plagis naſcit̃ nõ e matre. Totas enim habet illas uires dum robo
ratur:& annos accipit tota fœtus:cum permiſſum fuerit naſci. Nil natura portionibus
parit. Quæ cum excreuerit ſatis firma protinus in iugo collocari debebit. Sin etiãnnũ
infirmior erit:ſub ipſo iugo hoſpitari:reciſa uiribus non ætate decernitur. Temerariũ
eſt ante craſſitudinem pollicarem uiti imperare. Sequenti anno palmites ſalutentur p
uiribus matris ſinguli aut gemini. Idem & ſecundo ſi cogit infirmitas nutriantur. Ter
tioque demum anno duo adiiciatur. Nec ſunt plures quaternis unq̃ permittendi. Bre/
uiterq; non indulgendum eſt:& ſemper inhibenda fœcunditas. In ea eſt enim natura:
ut parere malit quam uiuere. Quicquid materiæ adimitur fructui accidit. Illa ſemi/
na mauult quam fructum gigni quoniam fructus caduca res eſt. Sic pernicioſe luxu
ria:nec ampliat ſe ſed egerit. Dabit conſilium & ſoli natura. In macro etiam ſi uires ha/
bebit:reciſa intra iugum moretur:ne omnis fœtura ſub eo exeat. Minimum id eſſe de
bebit interuallum:ut attingat iugum:ſuperetque non teneat adeo non recumbat ĩ eo:
nec delicate ſe ſpargat. Ita temperetur hic modus:ut creſcere ẽt malit q̃ parere. Palmes

duas tres ue gēmas ſub iugo habere debet ex materiis quibus materia naſcatũr. Tunc ꝑ
iugum mergi alligariq; ut ſuſtineatur iugo nō pendeat. Vinculos mox aſtrictus a ter-
tia gēma alligari: quoniam & ſic coercetur impetus materiæ. Denſioreſq; citra pampini
exultant: cacumen religari uetant. Natura hæc eſt deiecta pars aut præligata fructum
dat plurimũq; ipſa curuatura. Quod citra eſt materiem mittit: offenſante credo ſpiritu
& illa quam diximus medulla. Quæ ita emicuerit materia fructum dabit anno ſequen
te. Sic duo genera palmitum. Quod e duro exit materiáq; in proximũ annum ꝓmittit
pāpinarium uocatur. Aut ubi ſupra cicatricē eſt: fructuariũ. Alteꝝ ex adminiculo pal
mite ſempq; fructuarium relinquit̃ ſub iugo. Et qui uocat̃ cuſtos. Hic ē nouellus pal
mes nō longior tribus gēmis: ꝓximo āno materiā daturus: ſi uitis luxuria ſe cōſumpſe-
rit. Et alius iuxta eũ uerucæ magnitudine q ſurũculus appellatur. Si forte cuſtos fallat
Vitis anteq̃ ſeptimũ annũ cōpleat̃ a ſurculo euocata ad fructũ eiuueneſcit: ac moritur
Nec ueterē placet palmitē in longũ & ad quartũ uſq; pedamētũ emitti: quod alii draco-
nes: alii iuuniculos: ut faciant quæ maſculeta appellant. Cũ induruit uitis: peſſimũ in
uinea traducere. Quinto anno & ipſi palmites intorquent̃: ſingulæq; e ſingulis mate-
riæ emittuntur: ac deinde e proximis prioreſq; amputantur. Semp cuſtodem relinq̃ me
lius. Sed is ꝓximus uiti eſſe debet: nec lōgior q̃ dictũ eſt. Et ſi luxuriauerint: palmites in
torqueri ut quattuor materias uel duas ſi uniuga erit uinea emittat. Si ꝑ ſe uitis ordina
bitur ſine pedamento: qualecũq; tamē initio admiraculũ deſiderabit: dum ſtare cōdiſcat
& recta ſurgere. Cætera primordia eadem. Diuidi aũt putatione pollicis inæquali exa-
mine undiq; ne prægrauet fructus parte aliqua: obiter idē deprimens ꝓhibebit in excel
ſum emicare. Huic uineæ trium pedum altitudo excelſior nutat: cæteris a quinto: dum
nō excedat hois longitudinem iuſtam. Iis quoq; quæ ſparguntur in terra breuis ad in-
nitendũ caueas circũdant: ſcrobibus ꝑ ambitum actis: ne uagi palmites inter ſe pugnēt
occurſantes. Maiorq; pars terraꝝ ita ſupinā in tellure uindemiā metit. Siquidē & ī afri-
ca & in ægypto ſyriaq; ac tota aſia & multis locis europæ hic mos præualet. Ibi ergo iu-
xta terram cōprimi debet uitis. Eodem modo & tēpore nutrita radice: quo iniugata ui-
nea: ut ſemper tantum pollices relinquantur fertili ſolo cum tribus gēmis: graciliore q
nis. Præſtatq; multos eſſe q̃longos. Quæ de natura ſoli diximus tanto potentiora ſen-
tiuntur: q̃to propior fuerit uua terræ. Genera ſepari ac ſingulis conſeri tractibus utiliſ-
ſimum. Mixtura enim generum etiam in uino non modo in muſto diſcors. Aut ſi mi-
ſceantur nō alia q̃ pariter matureſcentia iungi neceſſariũ. Iuga altiora quo lætior ager
& quo planior. Item roſcido nebuloſo minuſq; uentoſo conueniunt. Contra humiliora
gracili: & arido: æſtuoſo: uentiſq; expoſito. Iuga ad pedamentum quam arctiſſimo no-
do uinciri oportet: uitem leui contineri. Quæ genera uitium & ī quali ſolo cæloq; eſſēt
cōlenda: cũ enumeraremus naturas eaꝝ & uinoꝝ notauimus. De reliquo cultu uehe
menter ambigitur. Pleriq; æſtate tota poſt ſingulos rores confodi iubēt uineā. Alii uetāt
gemmā: decuti enim oculos tactuq; intrantiũ deteri. Et ob id arcendũ procul omnem
quidē pecus: ſed maxime lanatum: quoniam facillime auferat gēmas. Inimicos & pube
ſcente uua roſtros. Satiſq; eſſe uineam ter anno confodi: ab æquinoctio uerno ad uergi-
liarum exortum: & canis exortum: & nigreſcente acino. Quidam ita determinant. Vete
rem ſemel a uindemia ante brumam cum alii ablaqueare & ſtercorare ſatis putent. Iteꝝ
ab idibus aprilis: anteq̃ concipiat: hoc eſt in. vi. idus maii. Deinde priuſq̃ florere incipiat
& cum defloruerit: & uariante ſe uua. Peritiores affirmant ſi iuſto ſæpius fodiatur: in
tantum tenereſcere acinos: ut rumpantur. Quæ fodiuntur ante feruentes horas diei
fodiendas conuenit. Sicuti lutum neque arare neque fodere. Foſſione puluerem ex-
citatum contra ſoles nebulaſque prodeſſe. Pampinatio uerna in confeſſo eſt ab idibus
maiis intra dies decem utique ante quam florere incipiat: & eam infra iugum debere fie
ri. De ſequente uariāt ſententiæ. Cum defloruerit aliqui pampinādum putāt. Alii ſub

Pampinatio qd

ipſa maturitate. Sed de his Catonis præcepta decernent. Nāq; & putationū tradenda rō
eſt. Protinus hanc a uindemia ubi cæli tepor indulget adoriuntur. Sed hoc fieri nunq̄
debet rōne naturæ ante aquilæ exortū: ut in ſyderū cauſis docebimus ꝓximo uolumīe
Immo uero fauonio: quoniā aceps culpa ſit præproperæ feſtinationis. Si ſaucias recenti
medicina mordeat quædā hyemis ruminatio certū eſt gemmas earum frigore hebetari:
plagaſq; findi. Et cæli uitio exuri oculos lachryma diſtillante. Nam gelu fragiles fieri qs
neſciat? Operarū iſta cōputatio eſt. In latifūdis nō legittima naturæ feſtinatio quo ma/
turius putantur aptis diebus: eo plus materie fundunt: quo ſerius eo fructum uberiorē
Quare macras prius conuenit putare: ualidas nouiſſime. Plagam omnem obliquā fieri:
ut facile decidant hymbres: & ad terram uerti q̄ leuiſſima cicatrice acie falce exacta pla/
gaq; conuelata. Recida aūt ſemper inter duas gēmas: ne ſit uulnus oculis ī reciſa parte
Nigram eſſe eam exiſtimant: & donec ad ſinceram ueniatur recidendam: quoniā e ui/
tioſa materie utilis nō exeat. Simacra uitis idoneos palmites nō habeat: ad terram recidi
eam: nouoſq; elici utiliſſimum. In pampinatione nō hos detrahere pampinos qui cum
uua ſint. Id enim uuas ſupplantas: præterq̄ in nouella uinea. Inutiles iudicantur ī la/
tere nati nō ab oculo. Quippe etiam uua quæ naſcatur e duro rigeſcente ut niſi ferro
detrahi nō poſſit. Pedamentum quidam inter duas uites utilius putant ſtatui: & facili/
us ablaqueantur ita: meliuſq; eſt uniiugæ uineæ: ſi tamen & ipſi iugo ſint uires: nec fla
tui infeſta regio. In quadripertita q̄ proximum oneri adminiculum eſſe debet: ne tamē
impedimentum ſentiat ablaqueatio cubito abeſſe nō amplius. Ablaqueari autē priuſq̄
putari iubent. Cato de omni cultura uitium ita præcipit. Quamaltiſſimam uineā fa/
cito: alligatoq; recte dum ne nimium conſtringas: hocq; modo eam curato. Capita uitiū
putata circunfodito. Arare incipito. Vltra citraq; ſulcos ꝑpetuos ducito. Vites teneras
q̄primum propagato. Veteres q̄minimum caſtrato. Potius ſi opus fuerit deiicito: bien/
nioq; poſt præcidito. Vitē nouellam reſecari tum erit tempus: ubi ualebit. Si uinea ab
uite caluata erit ſulcos interponito: ibiq; uiuam radicem ſerito. Vmbram a ſulcis remo/
to: crebroq; fodito. In uinea ueteri ſerito ocimum. Si macra erit quod granum capit ne
ſerito. Et circum capita addito ſtercus: paleas: uinaceas: aliquid horūce. Vbi uinea frō
dere cœperit: pampinato. Vineas nouellas alligato crebro: ne caulis præfringatur. Et q̄
iam in perticam ibit eius pampinos teneros alligato leuiter: porrigitoq;. Quæ ubi recte
ſteterint: ubi uua uallaria fieri cœperit: uites ſubligato. Vitis inſitio una eſt per uer. alte
ra cum uua flore: ea optima eſt. Vineam ueterem ſi in aliū locum tranſferre uoles: dum
taxat brachiū craſſū primū deputato. Binas gēmas ne amplius relinqto. Ex radicibus bn̄
effodito. Et caue radices ne ſaucies. Ita uti fuerit ponito in ſcrobe: aut in ſulco: opitoq;
& bn̄ occultato. Eodēq; mō uineā ſtatuito: alligato: floxatoq; uti fuerit crebroq; fodito.
Ocimū qd̄ ī uinea ſeri iubet ātiq appellabāt pabulū ūbræ patiens qd̄ celerime ꝑu eiat.

Ratio arbuſtorum. Ca. XXIII

SEquit̃ arbuſti rō mirū ī modū dānata a Sarſēna patre filioq;: celebrata Scroſæ
uetuſtiſſimis poſt Catonē peritiſſimiſq;: ac ne a Scrofa quidē niſi uni italiæ
cōceſſa: cū tam longo iudicet̃ æuo. Nobilia uina nō niſi in arbuſtis gigni: & in
iis quoq; laudatiora ſūmis: ſicut uberiora imis: adeo excelſitate ꝑficit̃. Hac rōe & arbores
eligunt̃. Prima oīum ulmus excepta ꝓpter nimiā frōdem atinia. Deīde populus nigra
eadē de cā minus denſa folio. Nō ſpernūt pleriq; & fraxinū ficūq; & etiā oleam: ſi nō ſit
umbroſa ramis. Harū ſatus cultuſq; abunde tractatus ē. Ante triceſimūſextū mēſē attin
gi falce uetantur. Alterna ſeruant̃ brachia. Alternis putant̃ annis. Sexto anno maritā/
tur. Tranſpadana italia præter ſupradicta: cornu: populo: tilia: acere: orno: carpio: quer
cu arbuſtat agros. Venetia ſalice ꝓpter uliginē ſoli. Et ulmus detruncata a media inter
ramorum ſcanna digeritur: nulla fere. xx. pedū altiore arbore. Tabulata earū ab octauo
pede altitudinis dilatant̃ ī collibus ſicciſq; agris. A duodecimo ī cāpeſtribus & humidis

Meridianum ſolem ſpectare palmites debent. Rami a proiectu digytorum modo ſubri-
rigi tonſili in iis tenuium quoq; uirgultoꝝ barba ne obumbrent. Interuallum iuſtū ar-
boꝝ ſi aretur ſolum: quadrageni pedes in terga frontēq;: i latera uiceni. Si nō aret: hoc
in oēs partes. Singulis denas ſæpe adnutriūt uites: dānato agricola minus ternis. Marita
re niſi ualidas inimicū: enecāte ueloci uitiū incremento. Serere tripedaneo ſcrobe neceſſa
rium: diſtātes inter ſeſe arborēq; ſingulis pedibus. Nihil ibi malleolis atq; paſtinationi.
Nulla fodiēdi impēdia utpote cū arbuſti rō hac peculiari dote præſtet: ꝙ in eodem ſolo
ſeri fruges & uitibus prodeſt. Supq; quod uindicans ſe altitudo nō ut in uinea ad arcē-
das animalium iniurias pariete uel ſæpe uel foſſarum utiq; impendio muniri ſe cogat ī
arbuſto. Et prædicta eſt ſola uiuæ radicis ratio. Item propaginum: & hæc gemina ut di
ximus. Qualorum in ipſa tabulato maxime probata: quoniam a pecore tutiſſima eſt.
Altera deflexa uite uel palmite iuxta ſuam arborem aut circa proximā cælibem. Quod
ſupra terram eſt e matre radi iubetur: ne fruticet. In terra pauciores gēmæ quattuor ob
ruuntur ad radicem capiendam. Extra in capite binæ relinquuntur. Vitis in arbuſto
quattuor pedes in longo conſtat: omni ſulco tres lato: altos duos cum ſemipede. Poſt an
num propago inciditur ad medullam: ut paulatim radicibus aſſueſcat ſuis. Caulis a ca-
pite ad duas gēmas reciditur. Tertio totus mergus abſciditur: reponiturq; altius ī terraꝫ
ne ex reciſo frondeat. Tolli uiua radix a uindemia protinus debet. Nuper repertum dra-
conem ſerere iuxta arborem: ita palmitem appellamus emeritum: pluribuſq; induratuꝫ
annis. Hunc præciſum q̃ maxima amplitudine tribus partibus longitudinis deraſo cor-
tice quatinus obruatur: unde & raſilem uocant: deprimere ſulco: reliqua parte ad arbo-
rem erecta: ociſſimum in uite. Si gracilis ſit uitis aut terra: uſitatum eſt: q̃ proxime ſolum
decidi: donec firmetur radix: ſicut neq; roſcidam ſeri: neq; ſeptentrionis flatu. Vites aqlo
nem ſpectare debent ipſæ: palmites autem earūdem ad meridiem. Non eſt feſtinandum
ad putationem nouellæ: ſed primo in circulos materies colligenda: nec niſi ualidæ pu-
tatio admouenda. Seriora fere anno ad fructum arbuſta q̃ uitis iugata. Sunt qui omnio
putari uetant priuſq̃ arborum lōgitudinem æquauerit. Prima falce ſex pedes a terra re-
cidatur flagello infra relicto & naſci coacto incuruationem materiæ. Tres ei gēmæ non
amplius deputato ſuperſint. Exq; iis emiſſi palmites proximo anno imis inferantur ſcā-
nis: ac per ſingulos annos ad ſuperiora ſcādant: relicto ſemper duramento in ſingulis ta
bulatis. & emiſſario uno qui ſubeat uſq; quo placuerit. De cætero putatione omni flagel
la quæ proxime tulerint recidantur. Noua circunciſis undiq; capreolis aſpergantur in
tabulatis. Vernacula putatio deiectis per ramos uitium crinibus circūueſtit arborē: cri-
neſq; ipſos uuis. Gallica in traduces porrigitur. Aemiliæ uiæ in radices atiniarum ambi
tur frondem earum fugiens. Eſt quorūdam imperitia ſub ramo uitem uinculo ſuſpen-
dendi ſuffocantium iniuria: quando contineri debet uimine nō arctari. Quinimo etiā
quibus ſalices ſuperſunt molliore hoc uinculo facere malunt: hærbaq; quam ſiculi uo
cant ampelodeſmen. Græcia uero uniuerſa iunco cypero ulua. Liberā quoq; uinculo
per aliquot dies uagari: & inconditā ſpargi: atq; ī terra quā per totum annum ſpectaue
rit recūbere. Nāq; ut ueterina a iugo & canes a curſu uolutatio iuuat: ita tum & uitium
porrigi lumbos. Arbor quoq; ipſa gaudet aſſiduo leuata onere ſimilis reſpiranti. Nihi ē
in opere naturæ: quod nō exēplo dieꝝ noctiūq; aliquas uices feriaꝝ uelit: ob id ꝓtinus
a uindemia putari: & laſſas etiānum fructu edito improbatur: ut putatæ rurſus alligen
tur alio loco. Nāq; orbita uincūli ſentitur uexatione nō dubia. Traducis gallice cultura
binis utrinq; lateribus: ſi pars quadrageno diſtet ſpatio: quaternis. Viceno iter ſe obuii
miſcentur alliganturq; uno conciliati uirgultoꝝ comitatu obiter ligati qua deficiant.
Aut ſi breuitas nō patiatur ipſoꝝ: adalligato protendunt in uiduam arborē iūco. Tra-
ducē binum præcidere ſolebant. Oneratis enī uetuſtate melius donare tēpus ut trāſilē
faciant: ſi largiat̃ craſſitudo. Alias utile toros futuri draconis paſci. Vnū etiānū genus ē

medium inter hæc & propaginem. Totas ſupplantandi in terra uites: cuneiſq; findēdi
& in ſulcos plures ſimul ex una ꝓpagandi gracilitate ſingulorū firmata circumligatis
haſtilibus: nec reciſis qui a lateribus excurrunt pampinis. Nouarienſis agricola traducū
turba nō contentus: nec copia ramorū impoſitis etiamnū patibulis palmites circumuo
luit: Itaq; præter ſoli uitia cultura quoq; torua fiunt uina. Alia culpa iuxta urbem ua
racinis: quæ alternis putantur annis: nō quia id uiti conducat: ſed quia uilitate redituū
impendia exuperent. Mediū temperamentū in carſulano ſequuntur: carioſaſq; tantum
uitis partes incipientes marceſcere deputando: cæteris ad uuam relictis detracto onore
ſuperuacuo ꝓ nutrimento omni eſt raritas uulneris. Sed niſi pingui ſolo talis cultura
degenerat in labruſcam. Arbuſta arari q̄altiſſime deſiderant: & ſi tantum frumenti ratio
nō exigit. Pampinari ea nō eſt mors: & hoc cōpendium operæ. Deputantur cū uite pa
riter intetlocata denſitate ramorū: qui ſint ſuperuacui: & abſumant alimenta. Plagas ad
ſeptentrionem aut ad meridiem ſpectare uetuimus. Melius ſi neq; in occaſus ſolis: Diu
enim dolent talia quoq; ulcera & difficile ſaneſcunt algendo minus æſtuando ue. Non
eadem in uite quæ in arbuſtis libertas: quoniam certa latera & facilius abſcondere: q̄ de
torquere quo uelis. Plagas in arborum tonſura ſupinare uelut calices faciendi ne con
ſiſtat humor. Viti adminicula addenda quæ ſcandat apprehenſa ſi maiores ſint.

De ſeruandis uuis & morbis arborum. Ca. XXIIII.

Nitium generoſarum pergulas quinquatribus putandas: & quarū ſeruare uuas
libeat decreſcente luna tradunt. Quæ uero interlunio ſint putatæ: nullis aīa
lium obnoxias eſſe. Alia rationē plena luna noctu tondendas: cum ſit ea ī leo
ne: ſcorpione: ſagittario: tauro: atq; in totum ſerendas plena aut creſcente utique cenſet.
Sufficiunt in italia cultores deni in centena iugera uinearū. At abunde de ſatu cultuq;
arborum tractato quoniā de palmis ac cytiſo peregrinis arboribus affatim diximus: ne
quid deſit: indicanda reliqua natura ſit magnope pertinens ad omnia ea. Infeſtant̄ nam
que & arbores morbis. Quid enim gentiū caret iis malis? Et ſilueſtriū quidam pernicio
ſos negant eſſe: uexariq; tantum grandine in germinatione aut flore: Aduri quoq; fer
uore aut flatu fragiliore præpoſtero die q̄ ſuo. Frigora etiam obſunt ut diximus. Quid
ergo? nōne & uites algore intereunt? Hoc quidem eſt quo deprehendat̄ ſoli uitiū: quo
niam nō euenit niſi in frigido. Itaq; p hyemes cæli rigorē ꝓbamus Nō enim ſolū infir
miſſimæ arbores gelu ꝑclitant̄: ſed maximæ: uexatiſq; ita prima cacumina inareſcunt
quoniā præſtrictus gelu nō potuit eo ꝑuenire humor. Arborū quidā cōmunes morbi:
quidā priuati generū. Comunis uermiculatio eſt. Sideratio & dolor mēbroꝝ: unde par
tium adhibita ſocietate nominū quoq; cū hominū miſeriis trūca dicim9 certe corpora
& oculos germinū exuſtos: ac multa ſimili ſorte. Itaq; laborant & fame & cruditate: quæ
fiunt humoris quātitate. Aliq; uero & obeſitate: ut omnia q̄ ferunt reſinā nimia pingue
dine in tedā mutantur: & cū radices quoq; pingueſcere cœpere: ītereūt. Vt aīalia nimio
adipe q̄to & peſtilētia p genera: ſicut īter hoīes: nūc ꝓuitia: nūc plebes urbana uel ruſtica
Vermiculant̄ magis minus ue quædā: oēs tamē fere. Idq; aures caui corticis ſono experi
unt̄. Iā quidē & in hoc luxuria eſſe cœpit: prægrandeſq; roboꝝ delicatiores ut in cibo.
Coſſos uocāt. Atq; etiā farina ſaginati. In quoq; altiles fiūt. Maxime aūt arboꝝ hæc ſen
tiunt pyri: mali, fici. Minuſq; quæ amaræ ſūt & obdoratæ. Eorū q in ficis exiſtūt alii naſ
cunt̄ ex illis: alios parit q uocat̄ ceraſtes. Oēs tamē in ceraſtē figurant̄: ſonūq; edūt per
uuli ſtridoris. Et ſorbus arbor infeſtat̄ uermiculis ruffis piloſis: atq; ita emorit̄. Meſpila
quoq; ī ſenecta obnoxia ei morbo ē. Sideratio tota e cælo conſtat. Qua pp & grando in
iis cauſis intelligi debet: & carbunculatio: quod pruinarū iniuria euenit. Hæc eni uer
no tempore inuitatis & erumpere audētibus ſatis mollibus inſidens adurit acreſcentes
germinū oculos: qđ in flore carbunculū uocāt. Pruniæ pnicioſior natura: quoniā lap
ſa perſidet: gelatq;: ac ne aura quidē ulla depellit̄: quia nō ſit niſi in moto aere & ſereno.

Proprium tamen ſiderationis eſt ſub ortu canis ſiccitatum uapor: cum inſitæ ac nouel
læ arbores moriuntur: præcipue ficus & uites. Olea præter uermiculationē quā æque
ac ficus ſentit. Clauũ etiā patit̃: ſiue fungũ placet dici uel patellam. Hæc eſt ſolis exuſtio
Nocere tradit Cato & rubꝝ muſcum. Nocet plerũq; uitibus atq; oleis nimia & fertilitas.
Scabies cõmunis omniũ eſt. Impetigo & quæ adnaſci ſolēt coc'eæ peculiaria ficoꝝ ui-
tia. Nec ubiq;. Sũt enim quædā ægritudines & locoꝝ. Verum ut homini neruoꝝ crucia
tus: ſic & arbori: ac duobus æque modis. Aut eni in pedes hoc eſt radices erũpit uis mor
bi: aut in articulos: hoc eſt cacuminũ digytos: q longiſſime a toto corpore exeunt. Inare
ſcunt ergo & ſunt apud græcos ſua noia utriq; uitio. Vndiq; primo dolor: mox & ma-
cies eaꝝ partium fragilis: poſtremo tabes morbuſq; nõ intrāte ſucco: aut nõ pueniente:
maximeq; id fici ſentiunt. Caprificus omnibus īmunis eſt: quæ adhuc diximus. Scabies
gignit̃ roribus lentis poſt uergilias. Nā ſi rariores fuere perſundũt arborem: nõ ſcalpũt
ſcabie. Cæteꝝ ſi cadunt: ſiue hymbres nimii fuere. Alio mõ ficus laborat radicibus ma-
didis. Vitibus præter uermiculationē & ſiderationē morbus peculiaris articulatio tribꝰ
de cauſis. Vna ui tēpeſtatum germinibus ablatis. Altera ut notauit Theophraſtus ĩ ſu-
pinũ exciſis. Tertia culturæ imperitia læſis. Oēs enim eaꝝ iniuriæ in articulis ſentiunt̃
Siderationis genus eſt in his deflorēſcentibus roratio. Aut cũ acini priuſꝗ creſcant deco
coquũtur in callum. Aegrotant & cũ alſere: læſis uredine attonſaꝝ oculis. Ex calore hoc
euenit intēpeſtiuo: quoniā omnia mõ conſtant: certoq; temperamēto fiunt. Et culpa ui
nitoꝝ colentium: cũ præſtringunt̃ ut dictum eſt. Aut circũfoſſor iniurioſo ictu uerbe
rauit. Vel etiā ſubarator imprudēs luxauit radices: corpus ue deſquāmauit. Eſt & quæ-
dam cõtuſio falcis hebetioris. Quibus oībus cauſis difficilius tolerāt frigora aut æſtus:
quoniā in ũlcus penetrāt oīs a foris iniuria. Infirmiſſima uero malus maxime quæ dul-
cis eſt. Quibuſdā debilitas ſterilitatē nõ necē affert: ut ſiqs pino cacumen auferat uel
palmæ. Serileſcunt enim nec moriunt̃. Aegrotant aliquādo & poma ipſa ꝑ ſe ſine arbo-
re: ſi neceſſariis temporibus hymbres aut tepores uel afflatus defuere: aut cõtrario abun
dauere. Decidũt enim aut deteriora fiunt. Peſſimũ eſt inter omia cum defloreſcentem u
tem & oleam ꝑcutit hymber: quoniam ſimul defluit fructus. Sunt eadē cauſa naſcētes
& erucæ diꝝ animal: eroduntq; frondē: aliæ florem. Oliuaꝝ quoq; ut in mileto: ac depa
ſtam arborē turpi facie relinquũt. Naſcitur hoc malũ tēpore humido & lento. Fit aliud
ex eodē ſi ſol acrior inſecutus inuſſerit ipſum uitium: ideoq; mutauit. Eſt etiānum pe-
culiare oliuis & uitibus: quod araneũ uocant: cũ ueluti telæ inuoluũt fructum & abſu-
munt. Adurũt & flatus quidā eas maxime: ſed & alios fructus. Nā uermiculationem &
poma ipſa ꝑ ſe quibuſdam annis ſentiũt: mala: pyra: meſpila: punica: In oliua ancipiti
euentu quando ſubeunt nati fructum adimunt. Augent ſi in ipſo nucleo fuere erodē
tes eum. Gigni illos prohibent pluuiæ quæ fiunt poſt arturum. Eædem ſi auſtrinæ fue
re: generant. In drupis quoq; quæ matureſcentes tunc ſunt præcipue caducæ. Id riguis
magis euenit: etiam ſi non ceciderit faſtidiendis. Sunt & culicum genera aliquibus mo-
leſta: ut glandibus fico qui uidentur ex humore naſci tunc dulci ſubdito corticibus. Et
ægrotatio quidem fere in his eſt. Quædam temporum cauſæ aut locorum non proprie
dicuntur morbi: quoniam protinus necant: ſicut tabes cum inuaſerit arborem: aut ure
do. Vel flatus alicuius regionis proprius: ut eſt in apulia atabulus: in euboea olympias
Hic enim ſi flauerit circa brumam: exurit frigore arefaciens: ut nullis ſolibus poſtea re-
creari poſſint. Hoc genere conualles & appoſita fluminibus laborant: præcipueq; uitis:
olea: ficus. Quod cum euenerit detegitur ſtatim in germinatione. In oliuis tardius. Sed
in omnibus ſignum eſt reuiuiſcendi ſi folia amiſere: alioquin quas putes præualuiſſe:
moriuntur. Nonnunquam inareſcunt folia: eademq; reuiuiſcunt. Aliæ in ſeptentriona
libus ut in ponto phrygia frigore aut gelu laborant: ſi poſt brumam continuauere. xl.
diebus. Ibi autem & in reliquis partibus ſi protinus editis fructibus gelatio magna con-

ſecuta eſt:etiam paucis diebus necat. Quæ iniuria hominum cōſtant ſecūdas habent
cauſas. Pix:oleum:adeps inimica præcipue nouellis. Cortice in orbe detracto necantur
excepto ſubere:quod ſic etiam iuuatur:craſſeſcens enim præſtringit & ſtrangulat. Nec
andrachne offenditur:ſi non ſimul incidatur & corpus . Alioquin & ceraſus & tilia &
uitis corticem mittunt:ſed non uitalem:nec proximum corpori:utq; eū qui ſubnaſcen
te alio expellitur. Quarumdam natura rimoſus cortex:ut platanis. Tiliæ renaſcitur pau
lominus q̄ totus. Ergo iis quarum cicatricem trahit medentur luto fimoq; : & aliquan
do proſunt:ſi non uehementior frigorum uel calorum uis ſecuta eſt. Quædam tradi
us ita moriuntur:ut robora & quercus. Refert & tempus anni . Abieti enim & pino ſi
quis detraxerit ſole taurum uel geminos tranſeunte cum germinant ſtatim moriuntur
Eandem iniuriā hyeme paſſæ diutius tolerant. Similiter ilex & robur & quercus: Quod
ſi anguſtia decorticatio fuerit:nil nocet ſupradictis. Infirmiores quidem & in ſolo graci
li uel ab una tantum parte detractus interimit. Similem & decacuminatio rationem ha
bet cupreſſi:piceæ:cædri. Eæ enim detracto cacumine aut ignibus aduſto intereunt. Si
milem & depaſtio animalium. Oleam quidem etiam ſi lambat capra ſterileſcere auctor
eſt Varo ut diximus. Quædam hac iniuria moriunt̄ . Aliqua deteriora fiunt:ut amyg
dalæ. Ex dulcibus enī transfigurātur in amaras. Aliqua uero etiā utiliora:ut apud chios
pyrus quam phocida appellant. Nam detruncatio diximus quibus prodeſſe . Intereunt
pleraq; exciſa ſtirpe:exceptis uite malo:fico:punica. Quædam uel ab ulcere. Ficus hāc
iniuriam ſpernit:& omnia quæ reſignam gignūt . Radicibus amputatis mori minime
mirum eſt. Pleræq; tamen non omnibus:ſed maximis:aut quæ ſunt inter illas uitales
abſciſſis moriuntur. Necat inuicem inter ſeſe umbra. Vel denſitate atq; alimēti rapina
Necat hædera uinciēs. Nec uiſcum prodeſt & cytiſus:nec aureo quod alimodo græci uo
cant. Quorundam natura non necat quidem:ſed lædit odore aut ſucci mixtura:ut ra
phanus & laurus uitem. Olfatrix enim intelligitur: & tangi eam odore mirum ī modū
Ideoq; cum iuxta ſit auerti & recedere:ſaporemq; īimicum fugere. Hinc ſumpſit Andro
cides medicinam contra ebrietates raphanum mandi præcipiens. Odit & caulem & oē
olus. Odit & corilum niſi procul abſint triſtis atq; ægra. Nitrum quidem & alumen ma
rina aqua calida & fabæ putamina uel erui ultima uenena ſunt inter uitia arborum.

De prodigiis ex mutatione:& de remediis ex arboribus : & quæ irrigatione
proficiant:& qualiter rigandum & mirabilia de riguis. Ca. XXV.

ESt & prodigiis locus: Inuenimus enim ſub foliis natat uitem:ficum:& malum
punicum ſtirpe fructum tuliſſe:non palmite aut ramis :uitem uuas ſine fo
liis:oleas quoq; amiſiſſe folia baccis hærentibus. Sunt & miracula fortuita Nā
& oliua in totum ambuſta reuixit. Et in boetia deroſæ a locuſtis ficus iterum germina
uere. Mutantur arbores & colore. Fiuntq; ex nigris candidæ:non ſemper prodigioſæ:&
maxime quæ ex ſemine naſcuntur:ut populus alba in nigram tranſit. Quidam & ſor
bum ſi in calidiora loca uenerit ſterileſcere putant . Prodigio autem fiunt ex dulcibus
acerba poma:aut dulcia ex acerbis. E caprifico fici & contra. Graui oſtento, cum in de
teriora mutantur:ex olea in oleaſtrum. Ex candida uua & fico ī nigras:ut laodiceæ Xer
ſis aduentu platano in oleam mutata. Qualibus oſtentis Ariſtandri apud græcos uolu
men ſcatet:ne in infinitum abeamus. Apud nos uero. C. Epidii commentarii ī quibus
arbores locutæ reperiantur. Subſedit in cumano arbor graui oſtento paulo ante Pom
peii magni bella ciuilia paucis ramis eminentibus. Inuentum ſybillinis libris internicio
nem hominum fore:tantoq; eam maiorem quanto propius ab urbe poſtea facta eſſet.
Sunt prodigia & cum alienis locis naſcuntur ut in capitibus ſtaturum uel aris. & cum
in arboribus ipſis alienæ. Ficus in lauro nata eſt cizici ante obſidionem . Simili modo
trallibus palma in baſi Cæſars dictatoris circa bella ciuilia. eius. Necnō & romæ in capi
tolio in capite bis bello perſei enata palma uictoriam triunphoſque portendit:ac tempe

ſtatibus proſtrata:eodem loco ficus enata eſt.M.Meſſalæ.C.Caſſii cenſorum luſtro. A quo tempore pudiciciam ſubuerſam Piſo grauis auctor ꝑdidit. Super omnia quæ unq̃ audita ſunt etiam prodigium noſtro æuo.Neronis principis ruina factum in agro marrucino Vectii Marcelli e primis equeſtris ordinis oliueto uniuerſo uiam publicam traſgreſſo:aruiſq; inde e contrario locum oliuetis profectis.

De remediis morboꝝ arborum. Ca. XXVI.

NVnc expoſitis arborum morbis conſentaneum eſt dicere & remedia.Ex iis quædam ſunt cõmunia omnium: quædam propria quarundam. Cõmunia ablaqueatio:accumulatio afflari radices aut cooperiri riguis dato potu uel ablata fimi ſucco refectis putatione leuatis onere.Item ſucco emiſſo quibuſdam ueluti detractio ſanguinis circunraſi corticis:uitium extenuatio:& domitura palmitum.Gẽmas (ſi frigus retorridas hirſutaſq; fecerit) repumicatio & quædam dolitura. Arborum iis aliæ magis aliæ minus gaudent:ueluti cupreſſus:& aquam aſpernatur & fimum & circunfoſſuram amputationemq; & omnia remedia odit.Quinetiam necatur.Riguis & uites & punicæ præcipue aluntur.Ficus ipſa arbor riguis alitur.Pomum uero eius inareſci. Amigdalæ ſi colantur foſſione florem amittunt.Nec inſitas circunfodere oportet priuſq̃ ualidæ ferre cœperint poma.Plurimæq; autem amputari ſibi uolunt oneroſa ac ſuperuacua:ſicut nos unguem & capillum.Reciduntur ueteres totæ.Ac rurſus a ſtolone aliquo reſurgunt:ſed non omnes:nec niſi quarum naturam pati diximus.Rigua æſtiuis uaporibus utilia:hyeme inimica:autũno uaria.Et hoc eſt ex natura ſoli.Quippe cum uindemiator hiſpaniarum ſtagnante ſolo uuas demetat.Cæterum maiore in parte orbis etiam pluuia aut omni aqua ſeri & arari non conuenit. Circa canis ortus rigua maxime proſunt:ac ne tunc quidem nimia:quoniam inebrietatis radicibus nocent. Et ætas modum temperat.Nouellæ enim minus ſitiunt.Deſiderant autem maxime rigari quæ aſſueuere.Contra ſiccis locis genita non expetunt humorem niſi neceſſarium. Aſperiora uina rigari utiq; cupiunt.In ſulmonenſi italiæ agro pago fabiano ubi & arua rigantur:mirũ ꝙ hærbæ aqua illa necãt:fruges alũt:& riguis ꝑ ſarculo ẽ. In eodẽ agro bruma tãto magis ſi niues ſcateãt gelat ue:ne frigus uites adurat circũfundũt riguis:qđ ibi tepidare uocãt:memorabili natura ĩ amne ſolo.Sed eadẽ ĩ æſtate uix tolerãdi rigoris.

De caprificatione & ſtercoratione. Ca. XXVII

CArbunculi ac rubiginum remedia demonſtrabimus uolumine proximo. Interim eſt & caprificatio quædam in remediis.Cum macie corticis ex ægritudine aſtringente ſe iuſto plus uitalia arborum comprimente exactam falcis aciem utraq; manu imprimentes perpetuis inciſuris deducunt:ac ueluti cutem laxant. Salutare id fuiſſe argumento ſunt dilatatæ cicatrices & internato corpore expletæ.Magnaq; ex parte ſimilis hominum medicina & arborum eſt:quando earum quoq; terebrantur oſſa.Amygdalæ ex amaris dulces fiunt ſi circunfoſſo ſtipite & ab una parte circunforato defluens pituita aſtergatur:Et ulmis detrahitur ſuccus inutilis ſupra terram foratis uſq; ad medullam in ſenecta:aut cum alimento nimio abundare ſentiuntur.Idem & ficorum turgido cortice inciſuris in obliquum leuibus emittitur.Ita fit ne decidant fructus.Pomiferis quæ germinant nec ferunt fructum fiſſa radice inditur lapis: fertileſq; fiunt.Hoc idem & amygdalis e robore cuneo adacto.In pyris ſorbiſq; e tæda ac cinere & terra cooperto etiam radices circuncidiſſe prodeſt.Vitium luxuriantium ficorũq; & circunciſis cinere addidiſſe.Fici ſerotinæ fiunt:ſi primæ groſſi cum fabæ magnitudinem exceſſere detrahantur.Subnaſcuntur enim quæ ſerius matureſcunt.Eædem cum frondere incipiunt:ſi cacumina rami cuiuſq; detrahantur:firmiores fertilioreſq; fiunt.Nam caprificatione maturata in ea culices naſci e groſſis manifeſtum eſt:quoniam cum euolauere non inueniuntur intus grana quæ in eos uerſa apparet.Exeundi tanta eſt auiditas:ut pleriq; aut pede relicto aut penna pariter erumpant.Eſt & aliud genus culicum:

quos uocant centrinas fucis apum ſimiles ignauia maliciaq; cum pernice uerorum &
utilium. Interimunt enim illos atq; ipſi moriuntur. Vexant & tineæ ſemina ficorum.
Contra quas remedium in eadem ſcrobe defodere italicam lentiſcum iuerſa parte quæ
fuerit a cacumine. Vberrimas autem ficus lubrica amurca diluta & cum fimo infuſa
radicibus frondere incipientium facit. Caprificorum laudantur maxime nigræ & in pe
troſis: quoniam frumenta plurima habeat caprificatio ipſa poteſt hymbrē. In primis aūt
cauendum ne ex remediis uitia fiant. Quod euenit nimia aut intempeſtiua medicina.
Interlucatio arboribus prodeſt: ſed omnium annorum trucidatio inutiliſſima. Vitis tā
tum tonſuram annuam quærit: alternam myrtus: punicæ oleæ quia celeriter fruticeſ
cunt. Cæteræ rarius tondentur. Nulla autunno. Ac ne raduntur quidem niſi uere pu
tatiōe. Plagæ ad uitalia ſunt omnia quæcunq; nō ſuperuacua. Similis ſtercoratio. Cau
dent ea. Sed cauendum eſt ne in feruore ſolis admoneatur: ne immaturius. ne ualidius
q̄ opus ſit. Vrit uineas ſuillum: niſi quinquennio interpoſito: præterq̄ ſi riguis diluatur
Et e coriariorum ſordibus niſi admixta aqua. Item largius. Iuſtum exiſtimant in denos
pedes quadratos tres medios. Id qdem ſoli natura decernit. Columbino ac ſuillo plagis
quoq; arborum medentur. Si mala punica acida naſcant̄: ablaqueatis radicibus fimū
ſuillum adhibent: eo anno uinolenta: proximo dulcia futura. Alii urina hominis aqua
mixta riganda cenſent quater anno: ſingulis amphoris aut cacumina ſpargi uino laſe
re diluto. Si finduntur in arbore: pediculum intorqueri. Ficis utiq; amurcam adfundi
Cæteris arboribus ægri fecem uini: ac lupinum circa radices earum ſeri. Aqua quoq;
lupini decocti circumfuſa pomis prodeſt. Fici cum uulcanalibus tonuerit cadent. Re
medium eſt: ut ante ſtipula hordeacea areæ ſtringatur. Ceraſos præcoces facit cogitq;
matureſcere calx admota radicibus. Et hæc ante omnia poma interuelli melius eſt ut
quæ relicta ſunt grandeſcant.

De diuerſis medicamentis arborum contra uenenata animalia: & cōtra formicas & contra noxia animalia. Ca. XXVIII.

QVædā pœna emendant̄ aut morſu excitantur ut palmæ & lentiſci. Salis eni
aquis aluntur. Salis uim & cinis ſed leniorē habet. Ideo ficis aſpergūtur rutaq;
ne fiant uerminoſæ: ne ue radices putreſcant. Quin & uitiū radicibus aquā ſal
ſa iubent affundi ſi ſint lachrymoſæ: Si uero fructus eaꝝ decidant: cinerē aceto aſpergi
ipſaq; illini: aut ſandaraca ſi putreſcat uua. Si uero fertiles nō ſunt: aceto acri ſubacto ci
nere rigari atq; oblini. Quod ſi fructū nō maturent prius inareſcentē præciſaꝝ ad ra
dices plagā fibraſq; aceto acri & urina uetuſta madefacere: atq; eo luto obruere: ſæpe fo
dere. Oleaꝝ ſi parū promiſere fructus: nudatas radices hyberno frigori opponunt: eaq;
caſtigatione ꝑficiunt. Oīa hæc ānua cæli rōe cōſtant. Et aliquando ſerius poſcūtur
aliquādo celerius. Necnon ignis aliquid prodeſt: ut harūdini. Ambuſta nāq; denſior mi
tiorq; ſurgit. Cato & medicamenta quædā cōponit: menſuræ quoq; diſtinctione ad ma
iorū arboꝝ radices amphorā: ad minorum urnam amurcæ & aquæ portionē æquam:
ablaqueatis prius radicibus paulatim affundi iubens. In olea hoc amplius ſtramētis an
tea circumpoſitis. Item fico. Huius præcipue ueterem terram adaggerari radicibus. Ita
futurum ut nō decidant groſſi: maiorq; fœcunditas nec ſcabra proueniat. Simili modo
ne conuoluolus fiat in uinea: murcæ congios duos decoctos in craſſitudinem mellis:
rurſuſq; cum bituminis tertia parte & in ſulphuris quarta ſub diuo uſq; quo ex ardeſ
cat ſub tecto. Hoc uites circa capita ſub brachiis ungi. Ita non fore conuoluolum. Qui
dam contenti ſunt fumo huius mixturæ ſuffiræ uineas ſecundo flatu continuo triduo
Pleriq; non minus auxilii & alimenti arbitrant̄ in urina q̄ Cato in amurca addita mo
do aquæ pari portione: quoniam per ſe noceat. Aliiq; uoluto eſſe appellant animal præro
dens pubeſcetes uuas. Quod ne accidat: falces cum ſint exacutæ fibrina pelle detergūt
Atq; ita putant. Aut ſanguine urſino liniri uolunt poſt putationem eaſdē. Sūt arboꝝ

peſtes & formicæ. His abigunt rubrica ac pice liquida perunctis caudicibus. Necnõ & piſce ſuſpenſo iuxta in unum locum congregant. Aut lupino trito cum oleo radices li nunt. Multi & talpas amurca necant: Contraq; erucas & mala putreſcant: lacertæ uiri dis pelle tangi cacumina iubent. Priuatim autem contra erucas ambiri arbores ſingu las a muliere incitati menſis nudis pedibus recincta. Item ne quod animal paſtu malefi co decerpat frondem fimo boum diluto aſpergi folia: quotiens hymber interueniat: quo niam ita abluatur uirus medicaminis mira quædam excogitãte ſolertia humana. Quip pe cum auerti carmine grãdines credant pleriq;: cuius uerba inſerere non equidem ſe rio auſim quanq̃ a Catone prodita. Contra luxata membra inunguendæ harundinum fiſſuræ. Idem arbores religioſas lucoſq; ſuccidi permiſit ſacrificio prius facto. cuius rei ra tionem notionemq; eodem uolumine tradit.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XVIII. PROHEMIVM.

Quod antiquis maximũ ſtudium agriculturæ fuit: & hortoꝝ ſingulari diligẽtia. Ca. I.

SEQVITVR Natura frugum hortorũq; ac florum. Quæq; alia præter arbores aut frutices benigna tellure proueniunt: uel per ſe tantum hæc imẽſa contemplatiõe ſiquis æſtimet uarie tatem: numeꝝ: flores: odoreſq;: colores: & ſuccos ac uires earum: quas ſalutis aut uoluptatis hominũ gratia gignit. Qua in par te primum omniũ patrocinari terræ: & adeſſe cunctoꝝ parenti iuuat. Quãq̃ inter initia operis defenſæ. Quoniã tamen ipſa materia intus accedit ad reputationẽ eiuſdem patientis & noxia Noſtris eam criminibus urgemus: culpãq; noſtram illi imputa mus. Genuit uenena: ſed quis inuenit illa præter hominem? Ca uere ac refugere alitibus feriſq; ſatis eſt. Atq; cũ in arbores exacuant limentq; cornua ele phanti: & duro ſaxo rhinocerotes: & utroq; apri dentium ſiccas: ſciantq; ad nocendum ſe præparare animalia. Quod tamen eoꝝ tæla ſua excepto hoĩe uenenis tingit? Nos & ſagittas ungimus: & ferro ipſi nocentius aliquid damus. Nos & flumina iſicimus & rerũ naturæ elementa. Ipſum quoq; uiuitur aerem in perniciem uertimus. Neq; eſt ut pute mus ignorari ea ab animalibus: quæ quidem quæ præpararent contra ſerpentium di micationem: quæ poſt prœlium ad medendum excogitarent indicauimus. Nec ab ullo præter hominem ueneno pugnatur alieno. Fateamur ergo culpam ne iis quidem quæ naſcuntur contenti. Etenim q̃uando plura earum genera humana manu fiunt. Quid non & homines quidam ad uenena naſcuntur? Atra hominum ceu ſerpentium lingua uibrat: tabeſq; animi contractata adurit culpantium omnia. Ac dirarum alitum modo tenebris quoq; & ipſarum noctium quieti inuidentium gemitu: quæ ſola uox eorum eſt: ut inauſpicatarum animantium uice obuii quoq; uetent agere: aut prodeſſe uitæ. Nec ullum aliud abominati ſpiritus præmium nouere. q̃ odiſſe omnia. Verum & ĩ hoc eadem naturæ maieſtas tanto plures binos genuit ac fruges: quanto fertilior in iis: quæ iuuant aluntq;. Quorum æſtimatione & gaudio nos quoq; relictis exuſtioni ſuæ iſtis hominum turbis pergamus excolere uitam: eoq; conſtantius: quo operæ nobis maior q̃ famæ gratia expetitur. Quippe ſermo circa rura eſt agreſteſq; uſus. Sed quibus uita ho noſq; apud priſcos maximus fuerit.

Quæ corona primo romæ. Ca. II.

ARuorum ſacerdos Romulus in primis inſtituit. ſeq; duodecimum fratrem ap pellauit inter illos ab Acca Laurentia nutrice ſua: ſpicea corona quæ uita alba

colligaretur in ſacerdotio ei p religioſiſſimo inſigni data. Quæ prima apud romanos fu
it corona: honoſq; is non niſi uita finitur: & exules etiam captoſq; comitatur. Bina tunc
iugera populo ro. ſatis erant: nulliq; maiorem modum attribuit: quo ſeruos pauloante
principis Neronis contempto huius ſpatii uiridaria & piſcinas iuuat habere maiores gra
tumq; ſi non aliquem & culinas. Numma inſtituit deos fruge colere: & mola ſalſa ſup
plicare. Atq; ut auctor eſt Hemina far torrere: quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet. Id
uno modo conſecutum ſtatuendo non eſſe purum ad rem diuinam niſi toſtum. Is &
fornacalia caluæ inſtituit farris torrendi ferias: & æque religioſa terminis agrorũ. Hos
enim duos tunc maxime nouerant. Seiamq; a ſerendo: ſegeſtam a ſegetibus appellabant
quarum ſimulacra in cyrco uidemus. Tertiam ex his nominare ſub tecto eſt religio. Ac
ne deguſtabant quidem nouas fruges aut uina antequam ſacerdotes primitias libaſſet

De iugere & actu: & legibus circa pecora: & quotiens & quibus tẽporibus
fuit ſumma utilitas annonæ: & qui agri cultura illuſtres. Ca. III.

IVgum uocabatur quod uno iugo boum in die exarari potuiſſet. Actus ĩ quo
boues agerentur cum aratur uno impetu iuſto. Hic erat. cxx. pedum: duplica
tuſq; in longitudinem iugerum faciebat. Dona ampliſſima imperatorum ac
fortium ciuium q̃tum quis uno die plurimum circunarauiſſet. Item quartarii farris
aut heminæ conferente populo. Cognomina etiam prima inde. Pilumni pilum piſtri
nis inuenerunt. Piſones a piſendo. Iam Fabiorum: Lentinorum: Ciceronum: ut quiſq;
aliquod optime genus ſereret. Inniorum familiæ bubulcum nominauerunt: q bubus
optime utebatur. Quin & in ſacris nihil religioſius confarrationis uinculo erat. Nouæ
que nupte farreum præferebant. Agrum male colere cenſorium probrum iudicabatur.
At (ut refert Cato) quem uirum bonum colonum dixiſſent: ampliſſime laudaſſe exiſti
mabant. Hinc & locupletes dicebant loci hoc eſt agri plenos. Pecũia ipſa a pecore appel
labatur. Etiam nunc in tabulis cenſoriis paſcula dicuntur omnia: ex quibus populus
reditus habet: quia diu hoc ſolum uectigal fuerat. Mulctatio quoq; non niſi ouium bo
umq; impendio dicebatur. Non omittenda priſcarum legum beniuolentia. Cautum q̃p
pe eſt ne bouem priuſq̃ ouem nominaret qui indiceret mulctam. Ludos boum cauſa
celebrantes bupetios uocabant. Seruius rex ouium boumq; effigie primus æs ſignauit
Frugem quidem aratro quæſitam furtim nocte pauiſſe: ac ſecuiſſe puberi duodecim ta
bulis captale erat: ſuſpenſumq; Cereri necari iubeant grauius: q̃ homicidio conuictum
Impubem prætoris arbitratu uerberari: noxam ue decerni: Iam diſtinctio honoſq; ciui
taris ipſius non aliunde erat. Ruſticæ tribus laudatiſſimæ eorum qui rura haberent.
Vrbanæ uero in quas transferri ignominia eſſe deſidiæ probo. Itaq; quattuor ſolæ erãt
partibus urbis in quas habitabant: ſuburbana: palatina: collina: eſquilina. Nundinis ur
bem reuiſitabant: & ideo comitia nundinis haberi non licebat: ne plebs ruſtica auocare
tur. Quies ſomnuſq; in ſtramentis erat. Gloriam deniq; ipſam a farris honore adoream
appellabant. Equidem etiam uerba priſcæ ſignificationis admiror. Ita enim eſt in com
mentariis pontificum. Augurio coronario augendo dies conſtituantur: priuſq̃ frumẽ
ta uaginis exeant: & ante q̃ in uaginas perueniant. Ergo iis moribus nõ modo ſufficiẽ
bant fruges nulla prouintiarum paſcente italiam: uerum etiam annonæ uilitas incre
dibilis erat. Mannius Martius ædilis plebis primum frumentum populo in modios aſ
ſibus donauit. Minutius Augurius qui Sp: Melium coarguerat farris precium ĩ trinis
nundinis ad aſſem redegit undecimus plebei tribunus: qua de cauſa ſtatua ei extra por
tam trigeminam a populo ſtipe collata ſtatuta eſt. Trebius in ædilitate aſſibus populo
frumentum preſtitit. Quam ob cauſam & ei ſtatutæ in capitolio & palatio dicatæ ſunt
Ipſe ſupremo die populi humeris portatus in rogum eſt. Verum quo anno mater deũ
aduecta romam eſt: maiorem ea æſtate factam eſſe q̃ antecedentibus annis decem facta
eſſe tradunt. M. Varo auctor eſt: cũ. L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephãtos

aſſibus ſingulis farris modios fuiſſe. Item uini congios ficiq; ſiccæ pondo. xxx. olei pon
do. x. carnis. pondo. xii. Nec e latifundis ſingulorum contingebat arcentium uicinos.
Quippe etiam lege Stolonis Licini incluſo modo quingentorum iugerum & ipſo ſua
lege damnato cum ſubſtituta filii perſona amplius poſſideret luxuriãtis reipublicæ fuit
iſta menſura. Manii quidem Curii poſt triumphos imenſumq; terrarum adiectum im
perio nota concio eſt: perniciosum intelligi ciuem: cui ſeptem iugera non eſſent ſatis.
Hæc autem menſura plebi poſt exactos reges aſſignata eſt. Quæ nam ergo tantæ uber
tatis cauſa erat: Ipſorum tunc manibus imperatorum colebantur agri (ut fas eſt crede
re) gaudente terra uomere laũreato: & triumphali aratore. Siue illi eadem cura ſemina
tractabant qua bella: eademq; diligentia arua diſponebant qua caſtra: ſiue honeſtis ma
nibus omnia lætius proueniunt: quoniam & curioſius fiunt. Serentem inuenerunt da
ti honores Serranum: unde cognomen. Aranti quattuor ſua iugera in uaticano quæ p
rata quintia appellantur. Cincinnato uiator attulit dictaturam: & quidẽ (ut tradit Nor
banus) nudo plenoq; pulueris etiamnum ore. Cui uiator uela corpus inquit: ut profe
ram ſenatus populiq; romani mandata. Tales tum etiam uiatores erant: quibus ipſum
no men inditum eſt: ſubinde ex agris ſenatum duceſq; accerſentibus. At nunc eadem il
li uincti pedes: damnatæ manus: inſcripti uultus exercent. Non tamen ſurda tellure: q̂
parens appellatur. coliq; dicitur & ipſa: honore hinc aſſumpto: ut nunc imutata ea: &
indigne ferente credatur id fieri. Sed nos miramur ergaſtulorum non eadem emolumẽ
ta eſſe quæ fuerunt imperatorum. Igitur de cultura agri præcipere principale fuit & a
pud exteros. Siquidem & reges fecere Hiero. Philometer: Attalus: Archelaus: & duces Xe
nophon: & penus etiam Mago. Cui quidem tantum honorem ſenatus noſter attribuit
carthagine capta: cum regulis africæ bibliothecas donaret unius eius duodetriginta uo
lumina cenſeret in latinam linguam transſerenda cum. M. Cato præcepta condidiſſet:
peritiſq; linguæ punicæ dandum negocium in quo præceſſit omis uir tum clariſſimæ
familiæ. D. Syllanus ſapiẽtiæ cõpoſitiſſimæ quos ſequeremur ꝑtexuimus i hoc uolumi
ne nõ igratæ noiando. M. Varronẽ q lxxxi. uitæ annũ agẽs de ea re ꝓdẽdũ putauit.

Ratio de agricultura. Ca. IIII.

APud romanos multo ſerior uitium cultura eſſe cœpit. Primoq; ut neceſſe erat
arua tantum colere. Quorum nobis ratio nunc tractabitur non uulgari modo
uerum ut adhuc fecimus & uetuſtis: & poſtea inuentis omni cura perquiſitis:
cauſaq; rerum & ratione ſimul eruta. Dicemus & ſydera: ſyderũq; ipſorum terreſtria ſi
gna dabimus indubitata. Quando quidem qui adhuc ea diligẽtius tractauere: qbuſuis
oratoribus potius q̃ agricolis ſcripſiſſe poſſunt uideri. Ac primum omniu; oraculis ma
iore ex ꝑte agemus: quæ nõ i alio uitæ genere plura certiora ue ſũt. Cur. n. nõ uideant
oracula a certiſſimo die: maxĩeq; ueridico uſu ꝓfecta. Principiũ aũt a Catone ſũmemus.

Laus agricolarum: & quæ obſeruanda in agro parando. Ca. V.

FOrtiſſimi uiri & milites ſtrenuiſſimi ex agricolis gignuntur: minimeq; maleco
gitantes. Prædium ne cupide emas. In re ruſtica operi ne percas. In agro emen
do minime. Quod male emptum eſt ſemper pœnitet. Agrum paraturos ante
omnia intueri oportet aquarum uim: aut uicinum. Singula magnas interpretationes
habent: nec dubias. Cato in conterminis hoc amplius æſtimari iubet: quo pacto uiuant
In bono eſt inquit religione bene utenti. Attilius Regulus ille punico bello bis conſul
aiebat: neq; fœcundiſſimis locis inſalubrem agrum parandum: neq; effœtis ſaluberrimũ
Salubritas loci non ſemper incolarum colore detegitur: quoniam aſſueti in peſtilẽtibus
durant. Præterea ſunt quædam partibus anni ſalubria. Nihil autem ſalutare eſt niſi
quod toto anno ſalubre. Malus eſt ager cum quo dominus luctatur. Cato inter prima
ſpeculari iubet: non ſolum ſua uirtute ualeat qua dictum eſt poſitione. Vt operariorum

copia prope ſit. Oppidumq; ualidum. Vt nauigiorum euectus uel itinerum. Vt bene
ædificatus. & cultus. In quo fali pleroſq; uideo: Segnitiem eniȝ prioris domini pro emp
tore eſſe arbitrantur. Nihil eſt damnoſius deſerto agro. Itaq; Cato. De bono domino me
lius emi: nec temere contempnēdam alienam diſciplinam: agroq; ut homini: q̄uis. quæ
ſtuoſus ſit: ſi tamen & ſumptuoſus: nō multum ſupereſſe. Ille in agro quæſtuoſiſſimam
iudicat uitem non fruſtra quoniam ante omnia de impenſæ ratione cauit. Pro hortos
irriguos: nec id falſo: ſi ſub oppido ſint. Et prata: quæ antiqui parata dixere. Idēq; Cato
interrogatus quis eſſet certiſſimus quæſtus reſpondit, Si bene paſcas. Qui proximus ſit.
At ſi bene ſumma omnium in hac ſpectanda fuit: ut fructus is maxime probaretur: q
q̄minimo impendio conſtaturus eſſet. Hoc ex locorū occaſione aliter alibi decernitur.
Eodemq; pertinet q̄d agricolam uendacem oportere eſſe dixit. Fundum in adoleſcentia
conſerendum ſine contatione: ædificandum non niſi conſito agro. Tunc quoq; contan
tur: optimumq; eſt: (ut uulgo dixere) aliena inſania frui· ſed ita ut, uilarum tutela nō
ſit oneri. Eum tamen qui bene habitet ſæpius uentitare in agrum. Frontemq; domini
plus prodeſſe quam occipitium non mentiuntur.

Prata q̄ſi parata Catonis dictum

Oculus dn̄i ſpīguat agrū alius: ſtē pedis

De uilarum poſitione: & præcepta antiquorum de agro colendo. Ca. VI.

Odus hic probatur: ut neq; fundus uillam quærat: neq; uilla fundum. Nō ut
fecerint iuxta diuerſum eadem ætate exemplis. L. Lucullus. Q. Scæuola cum
uilla. Sæuolæ fundus careret: uilla Luculli agro. Quo in genere cenſoria caſti
gatio erat: minus arare q̄ uertere. Nec hoc ſine arte quadam eſt. Nouiſſimus uillam i mi
ſinenſi: poſuit. C. Marius. vii. conſul: ſed peritia caſtramentandi: ſicut comparatus ei in
cæteris etiam Scylla fœlix. Quos cæcos fuiſſe dicere conuenit. Neq; iuxta paludes po
nendā eſſe: neq; aduerſo amne. Quamq̄ Homerus omnino e flumine ſemper ante luca
nas auras in ſalubres ueriſſime tradit. Spectare in æſtuoſis locis ſeptētrionem debet me
ridiem ī frigidis. In temperatis exortum æquinoctialem. Agri ipſius bonitas quibus ar
gumentis iudicanda ſit: quamq̄ ad terræ optimo genere differentes abunde dixiſſe po
ſumus uideri etiamnum tamen traditas notas ſubſignabimus Catonis maxime uerbis.
Ebulum: uel prunus ſilueſtris: uel rubus: bulbus minutus: trifolium: hærba pratenſis:
quercus ſilueſtris: pyrus: maluſq; frumentarii ſoli notæ. Item nigra terra & cinerei colo
ris. Omnis creta coqui niſi permacra. Sabulum etiam niſi id per tenue eſt: & multo cā
peſtribus magis q̄ cliuoſis reſpondent eadem. Modum agri in primis ſeruandum anti
qui putauere. Quippe ita cenſebant. Satius eſſe minus ſerere & melius arare. Qua in ſē
tentia & Virgilium fuiſſe uideo. Verum confitentibus latifunda prodidere italiam. Iam
uero & prouintias ſex & ſemiſſem domini africæ poſſidebant: cum interfecit eos Nero
princeps. Non fraudabo magnitudine hac quoq; ſua. Cn. Pompeium qui nunquam
agrum mercatus eſt conterminum. Agro empto domum uendendam inclementer atq;
non ex utilitate publici ſtatus Mago cenſuit. Hoc exordio præcepta pandere ingreſſus
ut tamen appareat aſſiduitatem deſideratam ab eo. De hinc peritia uillicorum in cura
habenda eſt. Multaque de iis Cato præcepit. Nobis ſatis ſit dixiſſe: quam proximum do
mino corde eſſe debere: & tamen ſibimetipſi non uideri. Coli rura ergaſtulis peſſimum
eſt: ut quicquid agitur a deſperantibus. Temerarium uideatur unam uocem antiquo
rum poſuiſſe: & fortaſſis incredibile penitus æſtiment. Nihil minus expedire q̄ agrum
optime colore. L. Tatius Ruffus infima natalium humilitate conſulatum militari indu
ſtria meritus antiquæ alias parſimoniæ circiter mile ſiclos liberalitate Diui Auguſti
congeſtum uſque ad detractionem hæredis exhauſit agros in piceno coemendoque in
gloriam. Internitionem ergo fameque cenſemus. Immo hercule iudico modum rerum
omnium utiliſſimum. Bene colere neceſſarium eſt. Optime damnoſum. Preter
quam ſobole ſua colono. Aut paſcendis. Alioquin domino aliqua meſſes collige
re non expedit: ſi computetur impendium operæ. Nec temere oliuam nec quaſdam

terras diligenter colere:ſicuti in ſicilia tradunt itaqȝ decipi aduenas. Quonam igitur
modo utiliſſime coluntur agri? ex oraculo ſcilicet malis ac bonis. Sed defendi æquũ eſt
abauos:qui præceptis ſuis proſpexere uitæ. Ná cum dicerent malis intelligere uoluere
uiliſſimos. Sũmum prouidentiæ illoꝝ fuit:ut q̃minimũ eſſet impẽdii. Præcipiebát enĩ
iſta:qui triũphali denas argenti libras ĩ ſupellectile crimini dabát:q mortuo uillico relĩ
quere uictorias:& reuerti ſua rura poſtulabát:quoqȝ p̃dia colenda ſuſpiciebat reſpubl.
exercituſqȝ ducebát ſenatu illis uillicáte. Inde illa reliqua oracula. Neq̃ agricolá eſſe qſqs
emeret quod p̃ſtare ei fũdus poſſet. Malũ patrẽfamilias:qſquis ĩterdiu faceret quod no-
ctu poſſet:niſi ĩ tempeſtate cæli. Peiorẽ qui ꝑ feſtis diebus ageret quod feriatis deberet.
Peſſimus q ſereno die ſub tecto potius oparet̃ q̃ in agro. Nequeo mihi tẽperare: quo mi
nus unũ exẽplum antiqtatis afferá. Ex quo intelligi poſſit apud populũ etiá de culturis
agẽdi morẽ fuiſſe:qualiter defendi ſoliti ſint illi uiri. C. Furius Creſinus e ſeruitute libe
ratus cũ in paruo admodũ agello largiores multo fructus pcipe ret q̃ ex ampliſſimis ui
cinitas. In ĩuidia magna erat:ceu fruges aliẽas pelliceret ueneficiis. Quá ob rẽ a Sp. Al-
bino curuli die dicta metuẽs dánationẽ cũ in ſuffragiũ tribus oporteret ire:inſtrumẽtũ
ruſticũ omẽ in foꝝ attulit:& adduxit filiam ualidá:atqȝ (ut ait piſo) bene curatá ac ue-
ſtitá:ferramẽta egregie facta:graues ligones:uomeres põderoſos:boues ſaturos. Poſtea di
xit. Veneficia mea qrites hæc ſũt nec poſſum uobis oſtẽdere:aut in foꝝ adducere lucu-
brationes uigiliaſqȝ & ſudores. Omniũ ſentẽtiis abſolutuſqȝ ita ẽ. Profecto opa nõ impẽ
ſa cultura cõſtat. Et ideo maiores fertiliſſimũ in agro oculũ domini eſſe dixerũt. Reliqua
p̃cepta reddent̃ ſuis locis:quæ ꝓpria ſinguloꝝ generꝝ erunt. Interim coía quæ ſuccur-
runt nõ omittemus. Et in primis Catonis humaniſſimũ & utiliſſimũ. Id agendũ ut dili
gant uicini. Cauſas reddit ille:quas exiſtimamus nulli eſſe dubias. Inter príа idẽ cauet:
ne familiæ malæ ſint. Nihil ſero faciendũ ĩ agricultura oẽs cẽſent. Iterũqȝ ſuo quæqȝ tẽ-
pore faciẽda. Et tertio p̃cepto p̃termiſſa fruſtra reuocari. De terra carioſa execratio Cato
nis abũde indicata ẽ. Quãq̃ prædicere ñ ceſſat is. Quicqd ꝑ aſellũ fieri poteſt utiliſſime
cõſtat. Filix biẽnio morit̃:ſi frondẽ agere nõ patiaris. Id efficaciſſime cõtingit germinã
tis ramis baculo decuſſis. Succus.n.ex ipſa defluens necat radices. Aiunt & circa ſolſti-
tiũ auulſas nõ renaſci:nec harũdine ſectas:aut exaratas uomeri harũdine impoſita. Simi
liter & harũdinẽ exarari filice uomeri ipoſita p̃cipiunt. Iuncoſus ager uerti pala debet.
At in ſaxoſo bidẽtibus. Fruteta igni optime tollũtur. Humidiorẽ agrum foſſione conci-
di atqȝ ſiccari utiliſſimũ eſt. Foſſas autẽ retuſis locis aptas relinqui. In ſolutiore terra ſe-
pibus firmari. In reprocibus ac ſupinis lateribus procũbere quaſdam obſerari:& in alias
dirigi. Maiores patentioreſqȝ (ſi ſit occaſio) ſilice uel glarea ſterni. Ora utrinqȝ lapidibus
ſtatu minari:& alio ſupintegi. Siluæ extirpãdæ rationẽ Democritus prodidit:lupini flo-
re i ſucco cicutæ uno die macerato ſparſiſqȝ radicibus.

¶ De frugum generibus. & natura. Ca. VII.

ET quoniá præparatus eſt ager:natura nunc indicabitur frugum. Sunt autem
duo prima earum genera. Frumenta ut triticum:hordeum. Et legumina ut fa
ba & cicer. Differentia uero notior:q̃ ut indicari deceat frumenti ipſius totidẽ
genera per tempora ſatu diuiſa. Hyberna quæ circa uergiliarum occaſum terra per hye
mem nutriuntur:ut triticum:far:hordeum. Aeſtiua quæ æſtate ante uergiliarum exor
tum ſeruntur:ut milium:panicum:ſiſama horminum:irio italiæ duntaxat ritu. Alio-
quin in græcia & aſia omnia uergiliarum occaſu ſeruntur. Quædam autem utroqȝ tẽ-
pore in italia. Ex his quædá & tertio ueris ſcilicet. Aliqui uerna:milum:panicum:lentẽ
cicer:halicam appellant. Sementica autem triticum:hordeum:fabam:napum: rapam.
Et ĩ tritici genere pars aliqua pabuli eſt quadrupedũ cauſa ſati:ut farrago. Et in legumi
nibus ut uicia. At cõis quadrupedum hominũqȝ uſui lupinus. Legumina oía ſingulas
habẽt radices p̃ter fabá:eaſqȝ ſurculoſas:quia nõ in multa diuidunt̃. Altiſſimas autẽ ci-

cer. Fruméta multis radicanť fibris ſine ramis. Erumpit a primo ſaltu hordeum die ſep
timo. Legumina quarto: uel cū tradiſſime ſeptimo. Faba a.xv.ad.xx. Legumina i ægyp
to tertio die. Ex hordeo alterū caput grani in radicē exit: alterum i hærbam: quæ & pri
or floret. Radicem craſſior pars grani fundit: tenuior florem. Cæteris ſeminibus eadem
pars & radicē & florem. Frumenta hyeme i hærba ſunt: uerno tempore faſtigiantur in
ſtipulá quæ ſunt hybermi generis: At milium & panicū i culmē geniculatum & cōca
uum. Siſama uero in ferulaceum. Omniū ſatorum fructus aut ſpicis continenť: ut triti
ci: hordei: muniturq; uallo ariſtarū quadruplici: aut includitur ſiliquis: ut leguminum
aut uaſculis: ut ſiſamæ: ac papaueris. Milium ac panicū tantum pro indiuiſo & paruis
auibns expoſita ſunt: inde fenſa quippe membranis continenť. Pannicū a panniculis di
ctum: cacnmine languido nutante: paulatim ex tenuato culmo: pene i ſurculum præ
denſis aceruatur granis: cum longiſſima pedali obſimili comæ granum cōplexæ: quæ
frimbriato capillo curuať. Sunt & panico genera. Mámoſo epanno paruis racemato pa
niculis: & cacumine gemino. Quin & colore diſtinguitur: candido: nigro: ruffo: etiam
purpureo. Panis multifarie & e milio fit: panico rarius. Sed nullum frumento pondero
ſius: aut quod coquendo magis creſcat. Lx. enim pondo panis e modio reducūt: modiū
que plutis ex tribus ſextariis madidis. Milium intra hos decem annos ex india in Italiá
inuentū eſt: nigrum colore: amplū grano: harundineū culmo. Adoleſcit ad pedes altitu
dine ſeptem prægrandibus culmis. Lobas uocant: omniū frugum fertiliſſimū. Ex uno
grano terni ſextarii gignunť. Seri debet in humidis. Frumenta quædam in genu tertio
ſpicâ incipiunt concipere. Quædá in quarto: ſed etiamnū ocultam. Genicula aūt ſunt
tritico quaterna. Farri ſena. Hordeo octaua. Sed nō ante ſupra dictum geniculorū nu
merum conceptus eſt ſpicæ: q ut ſpecie ſui fecerit: quattuor aut quinq; tardiſſime die
bus florere incipiunt. Totidemq; aut paulo pluribus defloreſcūt. Hordea uero cū tardiſ
ſime ſeptem. Varro quater nouenis diebus fruges abſolui tradit: & menſe nono meti. Fa
bæ in folia exeunt: ac deinde caulem emittunt nullis diſtinctum internodiis. Reliqua le
gumina ſurculoſa ſunt. Ex iis ramoſa cicer eruum: lens. Q uorundá caules ſpargunť
in terrá: ſi nō habeant adminiculū: ut piſorum. Quod ſi nō habuere deteriora fiunt. Le
guminū unicaulis faba ſola. Vnus & lupinis. Cæteris ramoſus: ꝑtenui ſurculo. Om
nibus uero fiſtuloſus. Foliū quædá a radice mittunt: quædá a cacumine. Frumentū ue
ro & hordeum uitiaq; & quicquid in ſtipula eſt in cacumine unum foliū habet. Sed
hordeo ſcabra ſunt: cæteris leuia. Multiplicia cōtra fabæ: ciceri: piſo. Frumentis folium
harundinaceū. Fabæ rotundū: & magnæ leguminū parti. Longiora eruiliæ & piſo. Fa
ſiolis uenoſa. Siſamæ & irioni ſanguinea. Cadunt folia lupino tantum: & papaueri. Le
gumina diutius florent: & ex iis eruum ac cicer. Sed diutiſſime faba. xl. diebus. Nō aūt
ſingulis capi tam diu: quoniá alio deſinente alius incipit. Nec tota ſeges ſicut frumenti
pariter. Siliquamtur uero omnia diuerſis diebus: & ab ima primum parte paulatim flo
re ſubeunte. Frumenta cum de floruere craſſeſcunt: maturanturque: cum plurimum
diebus. xl. perficiuntur. Item ſaba. Pauciſſimis cicer: Id enim a ſemente diebus. xl. perfici
tur. Milium & panicum. & ſiſama & omnia æſtiua quadraginta diebus maturanť a flo
re. Magna terræ cæliq; differētia. In ægypto eni hordeū ſexto a ſatu menſe. Frumenta
ſeptimo metuntur. In hellade hordeum. In peloponneſo octauo & frumenta etiamnū
tardius. Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur. In faba leguminibuſque alternis late
ribus ſiliquantur. Fortiora hyeme frumenta leguminaque in cibo. Tunicæ frumento
plures. Hordeum maxime nudum: & halica: ſed præcipue auena. Calamus altior frumē
to quam hordeo. Ariſta mordacior hordeo. In area exteruntur triticum & ſiligo & hor
deum. Sic & ſeruntur pura qualiter moluntur: quia non ſunt. E diuerſo far: mili
um: panicum purgari niſi toſta non poſſunt. Itaque hæc cum ſuis foliculis ſeruntur
cruda. Et far in uaginulis ſuis ſeruant ad ſatus: xtq; nō torrent. Leuiſſimum ex iis het

deum raro excedit.xv.libras:& faba.xxii.Ponderoſius far:magiſq; etiãnum triticũ. Far ĩ
ægipto olyra conficitur.Tertium genus ſpicæ hoc ibi eſt.Galliæ quoq; ſuu; genus far
ris dedere:quod illic brance uocant:apud nos ſendalam nitidiſſimi grani.Et alia differẽ
tia eſt:ꝙ fere quaternis libris plus reddit panis:q̃ far aliud.Populum romanum farre tã
tum e frumento.ccc.annis uſum Verius tradidit.Tritici genera plura quæ fecere gen-
tes.Italico nullum equidem comperauerim candore ac pondere:quo maxime decernit.
Montanis modo comperetur italiæ agris externum.In quo principatum tenuit boetia:
deinde ſicilia:mox africa.Tercium pondus erat thracio ſyrioq;:deinde ægyptio:athleta-
rum cum decreto:quorum capacitas iumentis ſimilis quem diximus ordinem fecerat.
Græcia & ponticum laudauit:quod in italiam non peruenit. Ex omni eodem genere
grani pertulit oreuntium & tragum dignes:& ſelinuntium argumento craſſiſſimi cala
mi.Itaq; pingui ſolo hæc genera aſſignabat.Leuiſſimum & maxime inane ſeu tenuiſſi-
mi calami in humidis ſeri iubebat:quoniam multo egeret alimento.Hæ fuere ſententiæ
Alexandro magno regnante:cum clariſſima fuit græcia atq; in toto terrarum orbe po-
tentiſſima:ita tamen:ut ante morte eius annis fere centum quadragintaquinq; Sopho-
cles poeta in fabula Triptolemo frumentum italicum ante cuncta laudauerit:aduerbũ
tranſlata ſententia.

Et fortunatam italiam frumento caneſcere candido.

Quædam laus peculiaris hodie italico eſt.Quo magis admiror poſteros græcorũ nul
lam mentionem huius feciſſe frumenti.Nunc ex iis generibus quæ romam inuehunt:
leuiſſimum eſt gallicum atq; e cheronenſo aduectum : quippe non excedunt in mo-
dium uicenas libras:ſi quis granum ipſum ponderet.Adiicit ſardium ſex libras:Alexan
drinum & trientes.Hoc eſt & ſicli pondus.Boeticum totam libram addit:africum & do
drantes.In tranſpadana italia ſcio uicenas quinas libras farris modios pendere. Circa
cluſium & ſenas.Lex naturæ certa eſt in quocunq; genere pane militari:tertia portio ad
grani pondus accedat.Sicut optimum eſſe frumentum:quod impactum congiũ aquæ
capiat.Quibuſdam generibus per ſe pondus:ſicut balearico:modio tritici panis põdo
xxx.reddit.Quibuſdam in permixtis:ut cyprio & alexandrino.xx.prope libras non exce
dentibus:Cypri um fuſcum eſt:panem nigrum facit.Itaq; miſcetur alexandrinum can
didum:reducuntq;.xxv. pondo. Thebaicum libras adiicit. Marina aqua ſubigi: quod
pleriq; maritimis in locis faciunt occaſione lucrandi ſalis uiliſſimum.Non alia de cauſa
oportuniora morbis corpora exiſtunt.Galliæ & hiſpaniæ frumento in potum reſoluto
quibus diximus generibus ſpuma ita concreta pro frumento utuntur. Qua de cauſa
leuior illis quam cæteris panis eſt.Differentia eſt & calami. Craſſior quippe melioris eſt
generis.Plurimis tunicis thracium triticum ueſtitur ob nimia frigora illi plagæ exqui
ſitum.Eadem cauſa & trimeſtria inuenit detinentibus terras niuibus: quod tertio fere
ſatũ mẽſe ut in reliquo orbe metit̃.Totis hoc alpibus notũ & hyemalibus ꝓuintiis. Nul
lũ hoc frumẽto lætius.Vnicalamũ p̃terea:nec uſq; capax:ſerit̃ q; nõ niſi tenui terra. Eſt
& bimeſtre circa thraciũ ſinũ:qđ.xl.die quo ſatũ ẽ matureſcit:mirũq; nulli frumẽto plꝰ
eſſe põderis:& furfuribus carere. Vtit̃ eo & ſicilia & achaia:mõtoſis utraq; ptibus.Eubo
ea quoq; circa cariſtũ.In tãtũ fallit̃ Columella:q ne trimeſtris qdẽ ꝓpriũ genus exiſtima
uerit eẽ cũ ſit antiqſſimũ.Græci trimenõ uocãt.Tradũt ĩ bactris grana tãtæ magnitudi bactrie g̃ni max'
nis fieri:ut ſingula ſpicas nr̃as æquent.Primũ ex oĩbus frumẽtis ſerit̃ hordeũ.Dabimus
& dies ſerendi cuiq; generi natura ſingulorꝫ expoſita.Hordeũ indis ſatiuũ & ſilueſtre:ex
quo panis apud eos præcipuus.Italici qdẽ maxime oriza gaudẽt:ex q̃ ptiſanã cõficiũt:
quã reliq mortales ex hordeo.Orize quidẽ folia carnoſa:porro ſimilia:ſed latiora.Altitu
do cubitalis:flos purpureus:radix gẽmeæ rotũditatis.Antiquiſſimũ in cibis hordeum:
ſicut athenienſiũ ritu Menãdro auctore apparet & gladiatorꝫ cognoie:q hordearii uoca
bãtur.Polentã quoq; græci nõ aliunde præferunt. Pluribus fit hæc modis . Græci pſu-

ſum aqua hordeum ſiccant nocte una :ac poſtero die frigunt:deinde molis frangunt.
Sunt qui uehementius toſtũ rurſus exigua aqua aſpergant:ſiccentq; priuſq̃ molãt. Alii
uero uirentibus ſpicis decuſſum hordeum recens purgant madidũq; in pila tundunt:
atq; incorbibus eluunt:ac ſiccatum ſole rurſus tundunt:& purgatũ molunt. Quocun
que aũt genere præparato uicenis hordei libris:ternas ſeminis lini:& coriandri ſelibras
ſaliſq; acetabulo:torrentes ante omnia miſcent in mola. Qui diutius uolũt ſeruare cũ
polline ac furfuribus ſuis cõdunt nouis fictilibus. Italia ſine perfuſione toſtum in ſucti
lem formã molit:iiſdem additis.atq; etiam milio. Panem ex hordeo antiquis uſitatũ uita
damnauit:quadrupedumq; tradidit refectibus Ptiſanæ inde uſus ualidiſſimus ſaluber
rimuſq; tantopere probatur. Vnũ laudibus eius uolumen dicauit Hippocrates clariſſi
mus medicinæ ſcientiæ. Ptiſanæ bonitas præcipua uticenſi. In ægypto uero ea eſt que
fit ex hordeo:cui ſunt bini anguli. In boetia & africa genus ex quo fiat hordei glabrum
appellat Turranius. Idem olyrã & oryzam eandem eẽ exiſtimat. Ptiſanæ conficiẽdæ uul
gata ratio eſt. Simili modo ex tritici ſemine tragum fit in campania tantum & ægypto.
Amilum uero ex omni tritico ac ſiligine. Sed optimum ex trimeſtri. Inuentio eius chio
inſulæ debetur:& hodiæ laudatiſſimum inde eſt:appellatũ ab eo q̃d ſine mola fiat. Pro
ximum trimeſtri:quod eſt minime ponderoſo tritico. Madeſcit dulci aqua in ligneis ua
ſis:ita ut integatur:quinquies in die mutata. Melius ſi & in nocte:ita ut miſceatur pari
ter emolitum prius q̃ aceſcat. Linteoq; aut ſportis ſiccatum tegulæ infunditur illitæ fer
mento.atq; ita in ſole denſatur. Poſt chium maxime laudatur creticum:mox ægyptiũ.
Probatur aũt leuitate & leuore:atq; ut recẽs ſit. Iam & Catonis dictu. Apud nos hordei
farina ad medendum utuntur. Mirũq; in uſu iumentorum ignibus durato: ac poſtea
mollito:offiſq; humana manu dimiſſis maiores ĩ aluum uires toroſq; corporis fieri. Spi
cæ quædam binos ordines habent quædã plures uſq; ad ſenos. Grano ipſi aliquot dif
ferentiæ:longius:leuiuſq;:aut breuius:aut rotundius:cãdidius:nigrius.uel cui purpu
ra eſt. Vltimo ad polentam cõtra tempeſtates candido maxima infirmitas. Hordeũ fru
gum omnium nobiliſſimum eſt:ſeri nõ ualet niſi ſicca & ſoluta terra:ac niſi læta. Palea
ex optimis. Stramento uero eius nullum comparatur. Hordeum ex omni frumento mi
nime calamitoſum:quia tollitur anteq̃ triticum occupet rubigo. Itaq; ſapientes agrico
læ triticũ cibariis tantũ ſerunt. Hordeũ ſarculo ſeri dicunt. ꝓpterea celerrime reddit:fer
tiliſſimumq;. Quod in hiſpania & carthagine aprili menſe collectum eſt:hoc ſeritur eo
dem menſe in celtiberia:eodemq; anno bis naſcitur. Rapitur omen a prima ſtatim matu
ritate feſtinantius q̃ cætera. Fragili enim ſtipula & tenuiſſima palea granum continet.
Meliorem etiam polentam fieri tradunt ſi non ex maturitate tollatur.

Nõ oĩa fruměti genera ubiq; naſci:& de reliq̃s in oriente generibus. Ca. VIII

FRumenti genera nõ eadem ubiq;:neq; ubi eadem ſunt iidem noĩbus. Vulga
tiſſima far:quod adoreum ueteres appellauere:ſiligo:triticum. Hæc plurimis
terris comunia. Arinca galliarum propria:copioſa & italiæ eſt. In ægypto aũt
ac ſyria ciliciaq; & alia ac græciæ parte peculiares zea:olyra:typhe. Aegyptus ſimilaginẽ
conficit e tritico ſuo nequaq̃ italicæ parem. Qui zea utuntur non haben: far. Eſt & hæc
italiæ in campania maxime:ſemenq; appellatur. Hoc debet nomen res præclara ut mox
docebimus. Propter quam Homerus zederoſa rura dixit. Non ut arbitrantur aliqui:
quoniam uitam donaret. Amylum quoque ex ea fit prior craſſius. Hæc ſola differentia
eſt. omni genere duriſſimum far:& contra hyemes firmiſſimum. Patitur frigidiſſimos
locos:& minus ſubactos:uel æſtuoſos ſitienteſq;:primus antiquis latio cibus: magno
argumento in adoreæ donis ſicuti diximus. Pulte autem non pane longo tempore ui
xiſſe romanos manifeſtum. Quoniam inde & pulmentaria hodieq; dicuntur. Et En
nius ãtiq̃ſſimus uates obſidionis famẽ deſcribens offã eripuiſſe plorãtibus liberis patres
cõmemorat. et hodie ſacra priſca atq; nataliũ pulte fritilla cõficiũt: uidet q; tã puls igno

ta græciæ fuiſſe:q̃ italiæ polẽta. Tritici ſemine auidius nullũ ẽ:nec quo plus alimẽti tra
hat. Siliginẽ dixerim ꝓprie tritici delicias:candor eſt:& ſine uirtute:& ſine pondere:con
ueniens humidis tractibus:quales italiæ ſunt & galliæ comatæ. Sed & trãs alpes in allo
brogum tantum auernorũq; agro pertinax. In cæteris ibi partibus biẽnio in triticũ trã-
ſit. Remediũ ut grauiſſima quæq; grana eius ſerantur.

¶ De piſtoriis:& molitura:& farina. Ca. IX.

E Siligine lautiſſimus panis:piſtrinarumq; opera laudatiſſima. Præcellit in ita-
lia:ſi campana piſis natæ miſceatur. Ruffor illa:at piſana candidior: pondero-
ſior uero cretacea. Iuſtum eſt e grano campanæ quam uocant caſtratam:e mo
dio redire ſextarios quattuor ſiliginis. Vel e gregali ſi e caſtratura ſextarios quinq;. Præ-
terea floris ſemodium. Et cibarii quod ſecundarium uocant ſextarios quattuor. Furfu-
ris ſextarios totidem. E piſana autem ſiliginis ſextarios quinq;. Cætera paria ſunt. Cluſi-
na arentiaq; etiamnum ſextarios ſiliginis aſſũmunt:in reliquis pares. Si uero pollinẽ fa
cere libeat.xvi.pondo panis redeunt. Et cibarii tria. Furfurum ſemodium. Molæ diſcri-
mine hoc conſtat. Nam quæ ſicca moluntur plus farinæ reddunt. Quæ ſalſa aqua ſp-
ſa candidiorem medullam:uerum plus retinent in furfure. Farinam a farre dictam no-
mine ipſo apparet. Siligineæ farinæ modius gallicæ.xxii.libras panis reddit. Italicæ dua
bus tribus ue amplius in artoptitio pane. Nam furnaceis binas adiiciunt libras in quo-
cunque genere.

¶ De ſimilagine & ſiligine & de aliis generibus & de piſtura. Ca. X.

Similago ex tritico fit laudatiſſima. Ex africo iuſtũ eſt e modiis redire ſemodios:
& pollinis ſextarios quinq;. Ita enim appellant in tritico: quod florem in ſiligi
ne. Hoc ærariæ officinæ chartariæq; utuntur. Præterea ſecundarii ſextarios q̈t
tuor. Furfurumq; tantũdem. Panes uero e modio ſimilaginis.cxxii. E floris modio.cxvii.
Precium huic annona media in modio farinæ.xl.aſſeſ. Similagini caſtratæ octonis aſſi
bus amplius. Siligini caſtratæ duplum. Eſt & alia diſtinctio. Similago.l.pollin aũt.xvii.
pondo panis reddere uiſa tritici.xxx.cum triente:& ſecundarii panis quinas ſelibras:to
tidem cibarii:& furfurum ſextarios ſex. Siligo nunq̃ matureſcit pariter: nec ulla ſegetũ
minus dilationem patitur propter teneritatem. Iiſq; q̂maturuere ꝓtinus granum dimit
tentibus:ſed minus q̃ cætera frumenta in ſtipula periclitatur:quoniam ſemper rectam
habet ſpicam:nec rorem continet:qui rubiginem faciat. Ex africa dulciſſimus panis:
ipſa ſpiſſior q̃ far:& maior ſpica eadem & ponderoſior. Raro modius grani nõ.xvi.libras
implet. Exteritur in græcia difficulter. Ob id iumentis dari ab Homero dicta. Hæc enim
eſt quam uocat olyram. Eadem in ægypto facilis fertiliſq; far ſine ariſta eſt. Item ſiligo ex
cepta ea quæ laconica appellatur. Adiiciuntur iis genera:bromos:ſiligo exceptitia:& tra
gos externa:omnia ab oriente inuecta orize ſimilia. Tiphe & ipſa eiuſdẽ generis: ex qua
fit in noſtro orbe oriza. Apud græcos eſt & iſia. Traduntq; eam ac tiphen cum ſint dege
neres redire ad frumentum:ſi piſtæ ſerantur:necprotinus:ſed tertio anno. Tritico nihil
eſt fertilius. Hoc enim natura ei tribuit:quoniam eo maxime alat hominem. Vtpote cũ
e modio ſi ſit aptum ſolum:quale in bizantio africæ campo centeni quinquageni mo-
dii reddantur. Miſit ex eo loco Diuo Auguſto procurator eius ex uno grano uix credi
bile dictu quadringenta paucis minus germina. Extantq; de ea re epiſtolæ. Miſit & Ne-
roni ſimiliter.cccxl.ſtipulas ex uno grano. Cum centeſimo quidem & leontini ſiciliæ
campi fundunt. Aliique:& tota betica:& in primis ægyptus. Fertiliſſima tritici genera
ramoſum:aut quod centigranum uocant. Inuentus eſt iam & ſcapus unus centum fa
bis onuſtus. Aeſtiua frumenta diximus ſi ſamam:milium panicum. Siſama ab indis ue
nit:ex ea & oleum conficiunt. Color eius candidus. Huic ſimile eſt in aſia græciaque
eriſimum:idemque erat:niſi pinguis eſſet:quod apud nos uocant irionem: medicami-
nibus annumerãdũ potius q̃ frugibus. Eiuſdẽ naturæ & hormiũ a græcis dictũ: ſed cy-

minio ſimile:ſeriturq; cum ſiſama hoc & irione. Nullum animal ueſcitur uirentibus. Pi
ſtura nō omnium facilis. Quippe & heturia ſpicam farris toſti piſente pilo præferrato
fiſtula ſerrata: & ſtella intus denticulata: ut niſi intenti piſant: cōcidatur grana: ferreq;
frangantur. Maior pars italiæ ruido utitur piſo: rotis etiā: quas aqua uerſet obiter: & mo
lat. De ipſa ratione piſendi Magonis proponetur ſententia. Triticū ante perfundi aqua
multa iubet. poſtea euelli. Deinde ſole ſiccatum pila repeti. Simili modo hordeū. Huius
ſextarios. xx. ſpargi duobus ſextariis aquæ. Lentē torrere prius: deinde cum furfuribus
leuiter piſi. Aut additos in ſextarios. xx. lateris crudi fruſto: & harenæ ſemodio. Eruiliam
iiſdem modis quibus lentem. Siſamam in calida maceratam exporrigi. Deinde confrica
ri: frigidæ immergi: ut paleæ fluctuent: iterumq; exporrigi in ſole ſuper lintea. Quod
niſi feſtinato peragatur: lurido colore muceſcere. Et ipſa quæ autē eualuantur uariam
piſturarum rationem habent. Acus uocatur cum per ſe piſitur. Spica tantum aurificū
ad uſus. Si uero in area teritur cum ſtipula: palea ut maior in terrarū parte ad pabula
iumentorū. Milii & panici & ſiſamæ appludam uocant purgamēta: alibi aliis nomini
bus. Milio campania gaudet præcipue: pultemq; candidam ex eo facit. Fit & panis præ
dulcis. Sarmatarū quoq; gentes hac maxime pulte aluntur: & cruda etiā farina equino
lacte: uel ſanguine e cruris uenis admixto. Aethiopes nō aliam frugem q̄ milii hordeiq;
nouere. Panico & galliæ quædam præcipue aquitania utitur. Sed circumpadana italia
addita faba: ſine qua nihil conficiunt. Ponticæ gentes nullam panico præferunt cibū.
Cætero æſtiua frumenta riguis magis etiā q̄ hymbribus gaudent. Milium & panicum
aquis minime: cum in folia exeunt. Vetant ea inter uites arboreſq; frugiferas ſeri: terrā
emacrari hoc ſatu exiſtimantes.

¶ De fermentis & panis faciendi ratio & genera: & quando pri-
mum piſtores romæ & de cribris & alica. Ca. XI.

MIlii præcipuus ad fermenta uſus e muſto ſubacti in annuum tempus. Simile fit
ex tritici ipſius furfuribus minutis & optimis e muſto albo triduo maturato
ſubactis: ac ſole ſiccati. Inde paſtilos in pane faciendo dilutos: cū ſimilagine ſe
minis ferueſaciunt: atq; ita farinæ miſcent: ſic optimum panē fieri arbitrantes. Græci i
binos ſemodios farinæ ſatis eſſe beſſes fermenti cōſtituere. Et hæc quidē genera uinde
miis tantū fiunt. Quod libeat uero tempore ex qua hordeoq; bilibres offæ feruenti foco
uel fictili patina torrent̃ cinere & carbone: uſq; dū rubeant: Poſtea opiuntur i uaſis do
nec aceſcant: hinc fermētū diluit̃. Cū fieret aūt panis hordeaceus eruiliæ aut cicerulæ
farinæ ipſæ admixtione fermentabant̃. Iuſtūq; erat duæ libræ in quinq; ſemodios. Nūc
fermentū fit ex ipſa farina quæ ſubigit̃ prius q̄ addatur ſal ad pultis modū decocta: &
relicta donec aceſcat. Vulgo uero nec ſuffer uere faciunt: ſed tātū pridie aſſeruata mate
ria utunt̃. Palāq; natura eſt acore frumentarii: ſicut & ualidiora eſſe corpora quæ fru-
mento pane alunt̃. Quippe cū apud ueteres ponderoſiſſimo cuiq; præcipue tritico ſa-
lubritas perhibita ſit. Panis ipſius uaria genera ꝓſequi ſuperuacū uidet̃. Alias ab obſo
niis appellari ut oſtrearii. Alias a deliciis ut artolagani. Alias a feſtinatione ut ſpeuſtici.
Necnō a coquendi ratione ut furnacei uel artopteſii: aut in clibanis cocti nō pridē etiā
e parthis aduecto: quē alii aquaticū uocant: quoniā aqua trahitur a tenui & ſpongioſa
inanitate: alii pthicū. Sūma laus ſiliginis bonitate & cribi tenuitate cōſtat. Quidam ex
ouis aut lacte ſubigunt. Butyro uero gentes etiā pacatæ ad opis piſtorii genera tranſeun
te cura. Durat ſua piceno in panis inuentione gratia ex alicæ materia cū nouē diebus
macerata: decimo ad ſpeciem tracta. & ſubacta uuæ paſſæ ſucco eſt. Ibi poſtea in furnis
ollis indita: quæ rumpantur ibi torrent. Neq; eſt ex eo cibus niſi madefacto: quod fit la
cte maxime mulſo. Piſtores romæ non fuerunt ad perſicum uſq; bellum: ānis ab urbe
condita ſuper quingentos octoginta. Ipſi panes faciebant quirites: mulierumque id
opus erat: ſicut etiam nunc in plurimis gentium. Artopteſiam Plautus appellat in fa

bula: q̃ aulularia ſcripſit. Magna obid cõcertatiõe eruditoꝝ: an is uerſus poetæ ſit ilius:
certũq; ſit Attei Capitonis ſentẽtia. Toſtum panem lautioribus coquere ſolitos: piſtoreſ
q; tantum eos qui far piſebant nominatos. Nec cocos uero habebant in ſeruitiis: eoſque
ex macello cõducebant. Cribroꝝ genera galliæ ſetis equoꝝ inuenere: hiſpaniæ lino ex-
cuſſoria & pollinaria: ægyptus e papyro atq; iunco. Sed inter hæc dicatur prima & alicæ
ratio: præſtantiſſimæ ſaluberrimæq;: quæ palma frugũ indubitanter italiam contingit.
Fit ſine dubio & in ægypto ſed admodũ ſpernẽda. In italia uero pluribus locis: ſicut ue-
ronẽſi piſanoq; agro. In cãpania tamẽ laudatiſſimus campus ẽ: montibus ſubiacet nim
boſis totis quidem .xl. mil. paſ. planicie. Gratia terræ eius (ut protinus ſoli natura dicat̃)
puluerea ſũma: inferior bibula: & punicis fiſtulãs uice. Montium quoq; culpa in bonũ
cedit. Crebros enim hymbres percolat atq; tranſmittit: nec dilui aut madere uoluit prop
ter facilitatem culturæ. Eadem acceptum humorẽ nullis fontibus reddit: ſed temperat:
& concoquens intra ſe uice ſuſi continet. Seritur toto anno: panico ſemel: bis farre. Et ta
men uere ſegetes quæ interquieuere fundunt roſam odoratiorem ſatiua: adeo terra non
ceſſat parere. Vnde uulgo dictum plus apud campanos unguẽti: q̃ apud cæteros olei
fieri. Quantum autem uniuerſas terras campus circum campanus antecedit: tantum
ipſum pars eius: quæ laboriæ uocantur: quem phlegræũ græci appellãt. Finiunt̃ labo-
riæ uia ab utroq; latere conſulari: quæ a puteolis: & quæ a cumis capuã ducit. Alica fit
e zea quam ſemen appellauimus. Tunditur granũ eius in pila lignea. Nã lapidis duritia
coteritur. Nobilius ut notũ eſt pilo uinctoꝝ penali opa. Primori ineſt pixis ferrea excuſ-
ſis inde tunicis. Iterum iiſdem armamentis nudata conciditur medulla. Ita fiunt alicæ
tria genera: minimũ: ac ſecundariũ: grandiſſimũ uero apherema appellant. Nõdum ha-
bent candore ſuum quo præcellunt. Iam tamen alexandrinæ præferuntur. Poſtea miꝝ
dictu admiſcet̃ creta: quæ tranſit in corpus: coloremq; & teneritateʒ affert. Inuenit̃ hæc
inter puteolos & neapolim in colle leucogeo appellato. Extatq; Diui Auguſti Decretuʒ
quo anno ad uicena milia neapolitanis pro eo numerari iuſſit e fiſco ſuo: coloniam de-
ducens capuam. Adiecitq; cauſam afferendi: quoniam negaſſent campani alicam confi
ci ſine eo metallo poſſe. In eodem reperitur & ſulphur. Emicantq; fontes oraxi oculorũ
claritati: & uulneꝝ medicinæ: dentiũq; firmitati. Alica adulterina fit maxime e zea quæ
in africa degenerat. Latiores eius ſpicæ nigrioreſq;: & breui ſtipula. Piſunt cum harena:
& ſic quoq; difficulter conterunt utriculos. Fitq; dimidia modii mẽſura. Poſteaq; gypſi
pars quarta inſpargitur: atq; ut cohæſerit farinario cribro ſubcernunt. Quæ in eo remã
ſit exceptitia appellatur: & grandiſſima eſt. Rurſus quæ tranſit arctiore cernitur: & ſecũ
daria uocatur. Item cribraria: quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro anguſtiſſimo: &
tantũ harenas trãſmittente. Alia rõ ubiq; adulterãdi. Ex tritico candidiſſima atq; grandi
ſima eligunt grana: & ſemicocta in ollis: poſtea arefaciunt ſole ad initium: rurſuſq; leui
ter aſperſa molis frangunt. Ex zea pulchrius q̃ ex tritico fit granum q̃uis id alicæ uitiũ
ſit. Candorem autem ei pro creta lacti incoctis mixtura confert.

De leguminibus. Ca: XII.

Sequitur natura leguminum: inter quæ maximus honos fabæ. Quippe ex qua
tentatus ſit etiam panis. Lomentum appellatur farina ea: aggrauaturq; pon-
dus illa & omni legumine. Iam uero & pabulo uenalis. Fabæ multiplex uſus:
omnium quadrupedum generi præcipue homini. Frumento etiam miſcetur apud ple
raſq; gentes: & maxime panico ſolida: ac delicatius fracta. Quin & priſco ritu fabaria
ſuæ religionis diis in ſacra eſt: præualens pulmentaru cibo & hebetare ſenſus exiſtimata
īſõnia quoq; facere. Ob hoc pythagorica ſentẽtia dãnata. Vel (ut alii tradidere) quoniã
mortuoꝝ aiæ ſunt in ea. Qua de cã parẽtãdo utiq; aſſumit̃. Varro & ob hæc flaminẽ eã
nõ ueſci tradit: quoniã & ĩ flore eius litteræ lugubres repiant̃. In eadẽ peculiaris religio.
Nãq; fabã utiq; in frugibus referre mos ẽ auſpicii: cã: quæ ideo referuia appellat̃. Et auc

tionibus eam adhiberi lucroſſum putant. Sola certa frugum etiam exeſa replétur creſcē
te luna. Aqua marina alia ue ſalſa nō percoquitur. Seritur ante uergiliarum occaſum
leguminū prima: ut antecedat hyemem. Virgilius per uer eam ſeri iubet circumpadáæ
italiæ ritu. Sed maior pars malunt ſabalia maturæ ſationis: q̃ trimeſtrem fructum eius.
Náq; ſiliquæ cauleſq; gratiſſimi ſunt pabulo pecorꝫ. Aquas in flore maxime cōcupiſcit
cum uero defloruit: exiguas deſiderat. Solum in quo ſata eſt lætificat ſtercoris uice. Iō
circa macedoniam theſſaliamq; cum florere incepit uertunt arua. Naſcitur & ſua ſpon
te pleriſq; in locis: ſicut ſeptentrionalis oceani inſulis: quas ob id noſtri fabarias appellāt
Item in mauritania ſilueſtris paſſim: ſed prædura: & quæ percoqui nō poſſit. Naſcitur
& in ægypto ſpinoſo caule. Qua de cauſa crocodili aculeos timentes refugiunt. Longi
tudo ſcapo quattuor cubitorum eſt. ampliſſima craſſitudo. Octona genicula hēt: molli
calamo. Simile caput papaueri: colore roſeo. In eo fabæ non ſupra tricenas. Folia ampla
Fructus ipſe amarus & odore: ſed radix perq̃ lata. Incolarum cibus cruda. & omnino de
cocta. Harundinum radicibus ſimilis. Naſcitur & in ſyria ciliciaq; & in thorone chalci
dis lacu. Ex leguminibus autem nouēbri ſeruntur lens: & in græcia piſa: Lens amat ſo
lum tenue magis q̃ pingue: cælum utiq; ſiccum. Duo genera eius in ægipto: alterum
rotundius nigriuſq;: alterum ſua figura. Vnde uario uſu tranſlatum ē in lēticulas no
men. Inuenio apud auctores æqua nimitatem fieri ueſcentibus ea. Piſum ī apricis ſeri
debet: frigorum impatientiſſimum. Ideo in italia & in auſteriore cælo nō niſi uerno tē
pore terra facili ac ſoluta. Ciceris natura eſt gigni cum ſalſilagine: ideo ſolum urit. Nec
niſi madefactu in pridei ſeri debet. Differentiæ plures: magnitudine: figura: colore: ſapo
re. Eſt enim arietino capiti ſimile: unde ita appellatur. Album nigrūq; eſt & columbinū
quod alii uenerium uocant: candidum: rotundum: leue. Arietino minus: quod religio
peruigiliis adhibet: Eſt & cicercula minuti ciceris: inæqualis angulos habent ueluti pi
ſum. Dulciſſimum autem id quod eruo ſimillimum: firmiuſq; quod nigrum & ruffum
q̃ quod album. Siliquæ rotundæ ciceri: cæteriſq; leguminum lōgæ & ad figuram ſemi
nis latæ. Piſo cilindraciæ: Faſiolorum cum ipſis manduntur granis. Serere eos qua uelis
terra licet ab idibus octobris in Chalende. nouembris. Legumina cum matureſcere cœ
periut rapienda ſunt: quoniam cito exiliunt: latentq; cū decidere ſicut & lupinum.

De rapis & napis amiterinis. Ca. XIII.

QVáq̃ prius dixiſſe cōueniat de rapis: in tranſcurſu eas attigere noſtri: paulo di
ligētius græci & ipſi tamē īter hortenſia: Si iuſtus ordo fiat a frumēto ptinus
aut certe faba dicendis. Quádo alii pſtantior uſus ab iis nō eſt. Ante oīa náq;
cunctis aīalibus naſcunt̃: nec in nouiſſimis. Satiát ruris alitū quoq; genera: magiſq; ſi
decoquant̃ aqua. Quadrupedes & frōde eaꝝ gaudēt. Et homini nō minore rapaciorū
ſuis horis gratia q̃ cimaꝝ. Flacidoꝝ quoq; & in horreis enecatoꝝ: uel maiore q̃ uirentiū
Ipſa uero durát & ī ſua terra ſeruata. Et poſt a paſſo pene ad aliū ꝓuentū ſaméq; ſentiri
ꝓhibent. A uino atq; meſſe tertius hic tráſpadanis fructus. Terrá nō moroſe eligit: pene
ubi nihil aliud ſeri poſſit. Nebulis & pruinis ac frigore ultro alunt̃ āplitudine mirabili
Vidi. xl. libras excedētia. In cibis quidē noſtris pluribus mōis cōmendant̃: durantq; ad
alia ſinapis acrimonia domita. etiá coloribus picta: pter ſuū ſemen: ſex aliis: purpureo
quoq;: neq; aliud ī cibis tingui decet. Genera eoꝝ græci duo prima ſecere: maſculinū fœ
mininūq; & ea ſerēdi mō ex eodē ſemīe. Dēſiore eni ſatu maſculeſcere: itē ī terra difficili
Semē pſtantius quo ſubtilius. Species uero oīum tres. Aut eni ī latitudinē ſūdi: aut ī ro
tūditatē globari. Tertiá ſpeciē ſilueſtrē appellauere: ī lōgitudinē radice ꝓcurrēte: rapha
ni ſimilitudine & folio āguloſo ſcabroq;: ſucco acri q circa meſſē excepꝰ oculos purgat
medet̃q; caligini admixto lacte mulieꝝ. Frigore dulciora fieri exſtimāt & grādiora tepo
re ī folia exeūt. Palma ī nurſino agro naſcētibus. taxatio ī libras ſeſtertii ſinguli: & ī pe
nuria bini. Proxima ī algido natis. Napi uero amiternini quoꝝ eadē fere natura gaudēt

æque frigidis. Serunt̃ & ante chal. martias in iugero ſextarii quattuor. Diligentiores qn
to ſulco napũ ſeri iubens: rapã quarto utroqꝫ ſtercorato. rapã latiorẽ fieri ſi palea ſemine
tur. Serere nudũ uolunt precãtem ſibi & uicinis ſerere ſe. Satus utriqꝫ generi iuſtus in-
ter duoꝝ numinũ dies feſtos. Neptũni atqꝫ Vulcani. Ferũtqꝫ ſubtili obſeruatione quota
luna ꝓcedente hyeme nix prima ceciderit: ſi totidẽ numinũ die intra prædictũ tempo-
ris ſpatium ſerant̃ mire prouenire. Serunt̃ & uere in calidis atqꝫ humidis.

De lupino. Ca. XIIII.

LVpino eſt uſus proximus: cum ſit homini & quadrupedum generi ungulas
habenti cõmunis. Remedium eius ne metentes fugiant exiliendo. ut ab hym
bre tollatur. Nec ullius quæ ſeruntur natura aſſenſu terræ mirabilior eſt. Pri-
mum omnium cum ſole quottidie circũagitur: horaſqꝫ agricolis etiam nubilo demon-
ſtrat. Ter præterea floret. Terrã amat: terraqꝫ operiri nõ uult. Et unũ hoc ſeritur nõ ara-
to: ubi fuerit maxime ſabuloſa: & ſicca: atqꝫ etiã harenoſa. Coli utiqꝫ nõ uult. Tellurem
adeo amat: ut q̃uis fruteto ſolo cõiectuꝫ ĩter folia uepreſqꝫ: ad terrã tamẽ radice ꝓueniat
Pingueſcere hoc ſatu arua uineaſqꝫ diximus. Itaqꝫ deo nõ eget fimo: ut optimi uicẽ re-
præſentet. Nihil aliud nullo impẽdio cõſtat: ut quod ne ſerendi qdem gratia opus ſit af
fere ꝓtinus ſeritur ex aruo. Ac ne ſpargi quidẽ poſtulat decidens ſponte. Primũqꝫ oĩum
ſeritur: nouiſſimũ tollitur. Vtrũqꝫ ſeptẽbri fere mẽſe: quia ſi nõ anteceſſerit hyemẽ: frigo
ribus obnoxiũ ẽ. Impune præterea iacet: uel derelictũ etiam: ſi nõ protinus ſicuti obruãt
hymbres: ab omnibus animalibus amaritudine ſua tutũ. Pleꝝqꝫ tamẽ leui ſulco integũt
Ex denſiore terra rubricã maxime amat. Ad hanc alendã poſt tertiũ florem uerti debet ĩ
ſabulo poſt ſecundũ. Cretoſa tantũ limoſaqꝫ odit: & in iis nõ prouenit. Maceratũ calida
aqua homini in cibo eſt. Nã bouẽ unum modii ſinguli ſatiant: ualidũqꝫ præſtant. Quã
do etiam impoſitum puerorum uentribus pro remedio eſt. Condi in fumo maxime cõ-
uenit: quoniam in humido uermiculi umbilicum eius in ſterilitatem caſtrant. Si depa
ſtum ſit in fronde: inarari protinus ſolum opus eſt.

De uitia: & eruo. Ca. XV.

ET uitia pingueſcunt arua: nec ipſa agricolis opoſa: uno ſulco ſata: nõ ſarritur:
nõ ſtercoratur: nec aliud q̃ deoccatur. Sationis eius tria tẽpora. Circa occaſum
arcturi: ut decembri menſe paſcat. Tunc optime ſeritur in ſemẽ. Aeqꝫ nãqꝫ fert
depaſta. Secunda ſatio menſe ianuarii eſt: nouiſſima martio: ac tum ad frõdẽ utiliſſima
Sicitatẽ ex omnibus quæ ferunt̃ maxime amat: nõ aſpernat̃ etiam umbroſa. Ex ſemine
eius ſi lecta natura eſt palea cæteris præfertur. Vitibus præripit ſuccũ langueſcũtqꝫ ſi ĩ
arbuſtis ſeratur. Nec erui opoſa cura eſt. Hoc amplius q̃ uitia runcatur: & ipſum medi-
caminis uim optinẽs. Quippe ꝑ eum Diuum Auguſtum curatum epiſtolis ipſius me-
moria extat. Sufficiunt ſingulis boum iugis modii quini ſati. Martio menſe ſatum noxi
um eſſe bubus aiunt. Itẽ autũno grauedinoſum. Innoxiũ aũt fieri primo uere ſatum.

De fœno & farragine & de ocimo & medica & cytiſo. Ca. XVI.

ET ſicilia hoc eſt fœnũgræcũ ſacrificatione ſeritur: nõ altiore quattuor digytoꝝ
ſulco q̃toqꝫ peius tractatur: tanto ꝓuenit melius. Raꝝ dictu: eſſe aliqd cui pro
ſit negligẽtiam. Id aũt quod ſecale atqꝫ farrago appellatur occari tantũ deſide-
rat. Secale taurini ſub alpibus aſiam uocãt. deterrimũ: & tantũ ad arcendũ famem utile.
Fœcũda ſed gracili ſtipula: nigricia triſtẽ: ſed põdere præcipuũ. Admiſcetur huic far ut
mitiget amaritudinẽ eius: & tamẽ ſic quoqꝫ ingratiſſimũ uentri ẽ. Naſcitur qualicunqꝫ
ſolo cũ centeſimo grano. Ipſũqꝫ pro lætamine ẽ. Farrago ex recremẽtis farris prædenſa ſe
ritur: admixta aliquãdo & uitia. Eadẽ aliquãdo in africa fit ex hordeo. Oĩa hæc pabula-
ria. Degeneratqꝫ ex leguminibus quæ uocat̃ cracca: in tantũ colũbis grata: ut paſtas ea
negẽt illius loci fugitiuas fieri. Apud antiquos erat pabuli genus: quod Cato ocimũ uo
cat: quo ſiſtebãt aluũ bubus. Id erat e pabulis ſegete uiridi deſecta añq̃ gelaret. Sura Ma-

nulius id aliter interpretatur:& tradit fabæ modios.x.uitiæ duos tantundẽ:& eruiliæ i
iugero autumno miſceri & ſeri ſolitos. Melius & auena græca:cui non cadit ſemen ad-
mixta.Hoc uocitatum ocimum:boumq; cã ſeri ſolitum. Varro appellatũ celeritate pro
ueniendi a græco:quod ocys oceos dicũt.Medica externa etiã græciæ ut a medis adue-
cta per bella perſarũ quæ Darius intulit.Sed uel in primis dicenda tanta dos eius:ut cũ
uno ſatu amplius q̃ tricenis annis duret.Similis eſt trifolio caule:foliiſq; geniculata:qc
quid in caule aſſurgit:in folia contrahitur. Vnum de ea & cytiſo uolumen Amphilo-
chus fecit confuſſum.Solum in quo ſeratur elapidatum purgatũq;. Subicitur autum
no:mox aratum & occatum integitur crate iterum & tertio: quinis diebus interpoſitis
in fimo addito.Poſcit autem ſiccũ ſuccoſum uel riguum. Ita præparatum ſeritur men
ſe maio:alias pruinis obnoxia:Opus eſt denſitate ſeminis omnia occupari: internaſcen
teſq; hærbas excludi.Id præſtant in iugera modia uicena:immouendum ne aduratur:ter
raq; protinus integi debet·Si ſit:humidũ ſolum:hærboſum ue uincitur : & deſciſcit in
pratum.Ideo ꝓtinus altitudine unciali hærbis omnibus liberanda eſt manu potius q̃
ſarculo.Secatur incipiens florere:& quotiens refloruit.Id ſexies euenit per annos:cũ mi
nimum quater.In ſemen matureſcere prohibendum eſt: quia pabulum utilius eſt uſ
que ad trimatum.Verno ſeri debet:liberariq; cæteris hærbis. ad trimatum marris a ſolo
radi.Itaq; reliquæ hærbæ intereunt ſine ipſius damno propter altitudinem radicum.
Si euicerint hærbæ:remedium unicum eſt aratio:ſæpius uertendo:donec omẽs aliæ ra-
dices intereant.Dari non ad ſatietatem debet:ne repellere ſanguinem neceſſe ſit: & uiri
dis utilior eſt Areſcit ſurculoſe:ac poſtremo in puluerem inutilem extenuatur. De cyti
ſo cui & ipſi principatus datur in pabulis affatim diximus inter frutices. Et nũc frugũ
omnium natura peragenda eſt cuius in parte de uitis quoq; dicatur.

De uitiis frugũ & remediis:& qd i quoq; terræ genere debeat ſeri. Ca.XVII.

PRimũ omniũ feruenti uitiũ auena eſt:& hordeum in eam degenerat:ſicut ipſa
frumẽti ſit inſtar. Quippe cũ germaniæ populi edant eã neq; alia pulte uiuãt
Soli maxime cæliq; humore hoc euenit uitium.Sequentẽ cãm habet imbecilli
tas ſeminis:cũ diutius retentũ eſt terra:priuſq̃ erũpat.Eadẽ eſt rõ ſi carioſũ fuit:cũ ſere-
ret̃.Prima aũt ſtatim eruptione agnoſcit̃:ex quo apparet in radice eſſe cãm. Eſt & aliud
in uicino euenæ uitiũ:cũ amplitudine inchoata granũ:ſed nondũ natura:priuſq̃ robo
retur corpus afflatu noxio caſſũ & inane a ſpica euaneſcit quodã abortiuo. Venti aũt
tribus tẽporibus nocent frumento & hordeo.In flore aut ꝓtinus cũ defloruere:uel matu
reſcere incipientibus. Tũc enim exinaniũ grana.Prioribus cauſis naſci ꝓhibent. Nocet
& ſol creber e nube.Naſcunt̃ & uermiculi in radice:cũ ſementẽ hymbribus ſecutis iclu
ſerit repentinus calor humorũ.Gignunt̃ & in grano:cũ ſpicæ in pluuiis calor infer-
ueſcit.Eſt & cantharis dictus ſcarabeus paruus frumenta erodens. Omnia ea aĩalia cũ
cibo deficiunt.Oleũ:pix:adeps contraria ſeminibus.Cauendũq; ne cõtracta eis tunc ſe
rant̃.Hymber i hærba utilis quarto.Florẽtibꝰ ãt frumẽto & hordeo nocet.Leguminibꝰ
in-
nocuus:ꝓterq̃ ciceri.Matureſcentia frumenta hymbre læduntur.& hordeũ magis. Na-
ſcitur & hærba alba panico ſimilis:occupans arua:pecori quoq; mortifera.Nam lolium
& tribulũ & carduũ :lappãq; nõ minus q̃ rubrũ:inter frugũ morbos potius q̃ iter ipſius
terræ peſtẽ numerauerim.Cæleſtę frugũ uinearũq; malũ nullo minus noxiũ eſt rubigo
Frequentiſſima hæc i roſcido tractus cõuallibuſq; ac perflatũ nõ habentibus.E diuerſo
carent ea uẽtoſa & excelſa.Inter uitia ſegetũ & luxuria ẽ:cũ onerata fertilitate ꝓcumbũt
Cõe aũt omniũ ſatorũ uitium urtica:etiã ciceris cũ ſalſilagine eius abluendo hymber
dulcius id facit.Eſt hærba quæ cicer enecat & eruum circũligando ſe uocat̃ orobãche.
Triticũ ſimili mõ era.Hordeũ feſtuca quæ uocat̃ ægilos. Lentẽ hærba ſecuridaca:quã
græcia ſimilitudine pelecinõ uocant.Eſt hæc qdem cõplexu necãt . Circa philippos aũ
antranium noiant in pingui ſolo hærbã:qua faba necatur.Era nõnunq̃ in macio: cũ

udam quidam uentus afflauerit. Eræ granum minimum eſt ĩ cortice aculeato. Cum
eſt in pane celerrime uertigines facit. Aiuntq; ĩ aſia & græcia balneatores cũ uelĩt tur/
bã pellere: carbonibus id ſemẽ inicere. Naſcit & phalãgius in eruo beſtiola aranei gene
ris: ſi hyems aquoſa ſit. Limaces naſcunt ĩ uitia: aliquãdo e terra cocleæ minutæ miꝝ ĩ
modũ erodẽtes eã. Et morbi qdem hi ſunt. Remedia eoꝝ quæcũq; ptinẽt ad herbas ĩ ſar
culo: & cũ ſemẽ iactat cinere. Quæ uero ĩ ſemie & circa radicẽ cõſiſtũt præcedẽte cura
cauẽtur. Vino ãt ſemia pfuſa minus egrotare exiſtimãt. Virgilius nitro & amurca pfũ
di iubet fabã: ſic etiã grãdeſcere pmittit. Quidã uero ſi triduo ãte ſatũ urina & aq̃ ma/
ceſet: præcipue adoleſcere putant. Ter qdẽ ſartã modiũ fractæ e modio ſolidæ reddere.
Reliqua ſemia cupreſſi foliis tuſis ſi miſceant: nõ eẽ uermiculis obnoxia: nec ſi ĩterlu
nio ſerant. Multi ad mihi remedia rubetã noctu aruo circũferri iubẽt priuſq̃ ſarriatur
defodiq; ĩ medio ĩcluſã uaſe fictili. Ita nec paſſerẽ nec uermẽ nocere: ſed eruẽdã priuſq̃
metat: alioqn amarã fieri. Qui & armo talpæ cõtacta ſemĩa uberiora eſſe. Democritus
ſucco hærbæ quæ appellat aizoõ ĩ tegulis naſcẽs tabuliſeſſũ latine uero ſeduma (ut dĩ
cit ille) medicata ſeri iubet oĩa ſemina. Vulgo uero ſi dulcedo noceat & uermes radici/
bus ĩhæreãt: remediũ ẽ amurca pura ac ſie ſale ſpargere: deide ſarrire. Si ĩ articulũ ſeges
ire cœperit runcare: ne hærbæ uincant. Peſtem a milio atq; panico ſturnoꝝ paſſeꝝ ue
agmina ſcio abigi hærba: cuius nomẽ ẽ ignotũ: ĩ quattuor ãgulis ſegetis defoſſa mirũ
dictu ut omnino nulla auis ĩtret. Mures abigunt cinere muſtellæ uel fellis diluto &
ſemie ſparſo: uel decoctaꝝ aqua. Sed redolet uirus animaliũ eoꝝ etiã ĩ pane. Ob id felle
bubulo ſemia attigi utilius putãt. Rubigo qdẽ maxĩa ſegetũ peſtis lauri ramis in aruo
defixis trãſit ĩ eaꝝ folia ex aruis. Luxuria ſegetũ caſtigat dẽte pecoris ĩ hærba dũtaxat:
& de paſtæ qdẽ uel ſæpius nullã ĩ ſpica ĩiuriã ſentiũt. Retõſaꝝ uero etiã ſemel omnino
certũ ẽ grauũ lõgius fieri: ſed iane caſſumq; ac ſatũ non naſci. Babylone tamẽ bis ſecãt:
tertio depaſcũt. Alioqn folia tm̃ fierẽt. Sic quoq; cũ qntodecio fœnore meſſes reddit exĩ
litas ſoli. Veꝝ diligẽtioribus cũ cẽreſimoqnquageſimo. Neq; ẽ cura difficilis. Quãdiu/
tiſſime aquari gaudẽt: ut præpiguis & dẽſa ubertas diluat. Limũ ãt nõ ĩuehũt euphra
tes tigriſq;: ſicut ĩ ægypto nilus. Nec terra ipſa hærbas gignit. Vbertatis tamẽ tãtæ ſunt
ut ſequẽte ãno ſpõte reſtibus fiat ſeges impreſſis ueſtigio ſeminibus. Quæ tanta ſolĩ
differẽtia ãmonet terræ genera ĩ fruges deſcribere. Igit Catonis hæc ſentẽtia ẽ. In agro
craſſo & læto frumentũ ſeri. Si uero nebuloſus ſit. Idẽ raphanũ: miliũ: panicũ ĩ frigido
& aquoſo prius ſerendũ: poſtea in calido. In ſolo ãt rubricoſo uel pullo: uel harenoſo ſi
nõ ſit aquoſũ lupinũ. In cretoſo & rubricoſo & aquoſiore agro adoreũ. In ſicco & non
hærboſo nec umbroſo triticũ. ĩ ſolo ualido fabã. Vitiã uero q̃minime aquoſo herbidoq;
Siliginẽ & triticũ ĩ apto loco edito q ſole q̃diutiſſime torteãt. Lẽtẽ ĩ frutero & rubicoſo
qui nõ ſit hærbidus. Hordeũ ĩ nouali & ĩ agro ꝙ reſtibile poſſit fieri: trimeſtre ubi ſemẽ
tẽ maturã facere nõ poſſit: & cuius craſſitudo ſit reſtibilis. Subtilis & illa ſentẽtia. feren
da eſſe ea ĩ tenuiore terra: quæ nõ muito ĩdigẽt ſucco: ut cytiſus & cicer: exceptis legu
minibus quæ uellunt e terra nõ ſubſecãtur. Vnde & legumĩa appellata: qa ita legunt.
In pingui ãt quæ cibi ſũt maioris: ut olus: triticũ: ſiligo: linũ. Sic ergo tenue ſolũ hordeo
dabit. Minus eni alimenti radix poſcit. Leuior terra denſiorq; tritico. In loco humili far
adoreũ petius q̃ triticũ ſerat. Tẽperato & triticũ & hordeũ. Colles robuſtius: ſed minus
reddũt triticũ. Far & ſiligo & cretoſũ & uliginoſũ ſolũ ſortiuntur.

De pdigĩis frugũ & arãdi diſciplina: & uomeꝝ generibus. Ca. XVIII.

ESt & in frugibus oſtentũ. Semel (quod eqdẽ ĩueneri) accidit P. Elio Cn. Cor
nelio conſ. quo ãno ſupatus ẽ Hãnibal. In arboribus eni tũc nata pdunt fru/
mẽta. Et quoniã de frugũ terræq; generibus abũde diximus: nũc de arãdi rõe
dicemus: ãte omnia ægypti fœlicitate cõmemorata. Nilus ibi coloni uice fungẽs eua/
gari ĩcipit (ut diximus) a ſolſtitio aut noua luna: ac prio lẽte. deide uehemẽtius q̃diu

in leone ſol eſt. Mox pigreſcit in uirginē tranſgreſſo:atq; in libra reſidet. Si.xii. cubitos
nō exceſſerit: fames certa ē. Nec minus ſi.xvi.exupauerit. Tanto enim tardius decidit:
quāto abundantius creuit.& ſementē arcet. Vulgo credebat̄ ab eius deceſſu ſerere ſoli
tos:mox ſues īpellere ueſtigiis ſemina deprimentes.& ī madido ſolo credo antiqtus fa-
ctitatū. Nūc quoq; nō multo grauiore opa:ſed tñ inarrari certū eſt:abiecta prius ſemi-
na ī limo digreſſi ānis:hoc ē nouembri mēſe incipiēte. Poſtea pauci runcant:quod bo
taniſmon uocāt. Reliqua pars nō niſi cū falce arua uiſit pauloante kaleñ.aprilis. Per
agit̄ aūt meſſis menſe maio:ſtipula nunq̄ cubitali. Quippe ſabulū ſubeſt:granūque li
mo tantū continet̄. Excellētius ī thebaidis regionibus frumentū q̄ paluſtribus.ægyp-
tiis. Similis rō ſed fœlicitas maior babyloniæ ac ſeleuciæ euphrate atq; tigri reſtagnan
tibus:quoniā ibi rigandi modus manu tēperatur. Syria quoq; tenui ſulco arat:cū mul
tifariā ī italia octoni boues ad ſingulos uomeres anhelāt. In omni quidē parte culture
ſed ī hac quidē maxīe ualet oraculū illud. Quid quæq; regio patiat̄. Vomerū plura
genera. Culter uocat̄ p̄denſam priuſq̄ præſcindat̄:terrā ſecās:futuriſq; ſulcis ueſtigia
p̄ſcribens īciſuris:quas reſupinus ī arando mordeat uomer. Alter̄ genus ē uulgare ro-
ſtratū uti uectis. Tertiū ī ſolo facili nec toto porrectū dentali:ſed exigua cuſpide:in ro-
ſtro latior. Hæc quarto generi:ſed exacutior in mucronē faſtigiata:eodēq; gladio ſcin-
dens ſolū:& acie laterū radices hærbarū ſecans:nō pridē inuentū in rhetia. Galliæ uero
duas addiderūt rotulas:quod genus uocāt plāmorati. Cuſpis effigiē palæ habet. Serunt
ita ñ niſi culta terra & fere noua. Latitudo uomeris ceſpites uerſat. Semē ptinus iniici
unt. Crateſq; dētatas ſuptrahūt. Nec farriēda ſūt hoc mō ſata:ſed p ſellis binis terniſq;
ſic arāt. Vno iugo boum cēſeri āno facilis ſoli q̄dragēa iugera:difficilis tricena iuſtū ē

¶ De temporibus arandi:& iunctione boum. Ca. XIX.

IN arando magnope ſeruandū ē Catonis oraculū. Quid ē primū? Agrum be
ne colere. Quid ſecundū? Bene arare. Quid tertiū:ſtercorare. Sulco uario ne
ares. Tēpeſtiue ares. Tepidioribus locis a bruma p̄ſcindi arua oportet:ac frigi
dioribus ab æqnoctio uerno. Et maturius ſicca.regione q̄ humida. Maturius dēſa terra
q̄ ſoluta.pingui q̄ macra. Vbi ſiccæ & graues æſtates terra cretoſa aut gracilis. Vtilius
īter ſolſtitium & autūni æqnoctium arat̄. Vbi leues æſtus frequētes hymbres pigue
hærboſūq; ſolū:ibi melius caloribus. Altū & graue ſolū ēt hyeme moueri placet. Tenue
ualde & aridū pauloante ſationis tempus. Sunt & hic ſuæ leges. Lutoſā terrā ne tangi
to. Vi omni arato. Priuſq̄ ares p̄ſcindito. Hoc uilitatē habet q in uerſo ceſpite hærbarū
radices necantur. Quidā utiq; ab eqnoctio uerno p̄ſcindi uolunt:quodq; uere ſemel
aratū eſt a temporis argumento ueruactū uocatur. Hoc in nouali atq; regeto neceſſari
[Nouale] um ē. Nouale ē quod alternis ānis ſeritur. Araturos boues q̄ arctiſſime iungi oportet:
ut capitibus ſublatis arent. Sic minime colla cōdunt. Si īter arbores uiteſq; aret̄ ſiſceliis
capiſtrati:ne germinū tenera p̄cerpant:Securiculā inſitiuā pendere:qua ītercidant̄ ra
dices. Hoc melius q̄ cōuelli aratro:boueſq; luctari. In arando uerſū pagi:nec ſtrigare in
actu ſpiritus. Iuſtū eſt proſcindi ſulco dodrantali iugerum uno die:iterari ſexqiugerū
ſi ſit facilitas ſoli. Si minus p̄ſcindi ſemiſſē:itetari aſſem. Quādo & animaliū labori na
tura leges ſtatuit. Omne aruū rectis ſulcis:mox & obliqs ſubigi debet. In collibus tranſ
uerſo tantū monte aratur:ſed modo in ſupiora modo in inferiora roſtrante uomere.
Tantumq; eſt laboris homini:ut ēt boum uice fungatur. Certe ſine hoc animali mon
tanæ gentes ſarculis arant. Arator niſi incuruus p̄uaricatur. Inde tranſlatū hoc crimē
in forum. Ibi itaq; caueatur:ubi inuentum eſt. Purget uomerem ſubide ſtimulus cu-
ſpidatus rulla. Scāna inter duos ſulcos cruda ne reliquatur:glebæ ne exultent. Male
aratur aruum:quod ſatis frugibus occandum eſt. Id demū recte ſubactum erit:ubi nō
intelligetur utro uomer ierit. In uſu eſt:& collectitias interponere: ſi ita locus poſcat:
ampliore ſulco:quæ in foſſas aquam deducant.

De occãdo:& quodã arationis genere:& iteratiõe:& reſectiõe. Ca. XX.

His quæ ſunt neceſſaria adiicient̃ de luna uẽtiſqꝫ & præſagiis: ut ſit tota ſyderalis rõ ꝑfecta. Nãqꝫ Virgilius etiã i numeros lunæ quædã digerenda putauit: Democriti ſecutus oſtẽtationẽ. Nos legũ uilitas quæ i toto opere: i hac quoqꝫ mouet ꝑte. Oĩa quæ cædunt̃: carpunt̃: tundunt̃ inocẽtiꝰ decreſcẽte luna creſcẽte fiũt. Stercus niſi decreſcẽte luna ne tangito. Maxĩe aũt inter mẽſtrua dimidiaqꝫ ſtercorato. Verres: iuuencos: arietes: hædos decreſcẽte luna caſtrato. Oua luna noua ſupponito. Scrobes luna plena noctu facito. Arborꝫ radices luna plena opit. Humidis locis ĩterlunio ſerito: & circa ĩterluniũ quatriduo. Vẽtilari quoqꝫ frumẽta: ac legumĩa: & cõdi circa extremi lunii iubẽt. Seminaria cũ luna ſupra terrã ſit fieri. Calcari muſta cũ luna ſub terra. Itẽ materies cædi: quæqꝫ alia locis ſuis diximus: neqꝫ facilior ẽ obſeruatio: ac iã dicta a nobis ſecũdo uolumĩe: ſed quod ĩtelligere uel ruſtici poſſint. Quotiẽs ab occidente ſole cernitur: prioribuſqꝫ noctis horis lucebit: creſcẽs erit. Et oculis dimidiata iudicabit̃. Cũ uero occidẽte ſole oriet̃ ex aduerſo: ita ut pariter aſpiciãt̃: tũc erit pleniluniũ. Quotiẽs ab ortu ſolis orit̃: prioribuſqꝫ noctis horis detrahet lumẽ: & ĩ diurnas extẽdet: decreſcẽs erit. Iterꝫqꝫ dimidia. In coitu uero quod ĩterluniũ uocãt: cũ appere deſierit Supra terras ãt erit: quãdiu & ſol: Interlunio & prima tota die ſecũda hora noctis uno diſtãte ſicilico ac deĩde tertia uſqꝫ ad qntãdecimã multiplicatis horarꝫ iiſdẽ portiõibus: qntadecĩa tota ſupra terras noctu erit: eadẽqꝫ ſub terris tota die. xvi. ad primæ horæ nocturnæ dextãtẽ ſicilicũ ſub terra aget: eaſdẽqꝫ portiones horarꝫ ꝑ ſingulos dies adiicit uſqꝫ ad ĩterluniũ. Et quãtũ primis ꝑtibus noctis detraxerit: ꝓ ſub terris agat: tãtũdẽ nouiſſimis ex die adiiciet ſup terrã. Alternis autẽ menſibus. xxx. implebit numeros. Alternis uero detrahet ſingulos. Hæc erit ratio lunaris.

De uẽtorꝫ ratione. Ca. XXXIII.

Uentorꝫ paulo ſcrupuloſior obſeruatio. Solis ortu quocunqꝫ libeat die: ſtãtibus hora diei ſexta: ſic ut ortũ eũ a ſiniſtro humero habeãt. Cõtra mediã faciẽ meridies: a uertice ſeptẽtrio erit: qui ita limes ꝑ agrũ currit. cardo appellat̃. Circũagi deĩde melius eſt: ut umbrã ſuã qſqꝫ cernat: alioqn poſt hoĩem erit. Ergo ꝑmutatis lateribus ut ortus illius diei a dextro humero fiat: occaſus: a ſiniſtro: tunc erit hora ſexta: cũ minima umbra cõtra mediũ fiat hoĩem. Per huius mediã lõgitudinẽ duci ſarculo ſulcũ: uel cinere lineã: uerbi gratia: pedũ. xx. cõueniet: mediãqꝫ mẽſurã: hoc ẽ in. x. pede circũſcribi circulo ꝑuo: qui uocet̃ umbilicus. Quæ pars fuerit a uertice umbræ: hæc erit uẽtus ſeptẽtrionalis. Illo tibi putator arborꝫ plagæ ne ſpectẽt: ne ue arbuſta uineæue niſi i africa: cyrenis: ægypto. Illinc flãte ne arato: quæqꝫ alia præcipimus. Quæ pars lineæ fuerit a pedibus umbræ meridiẽ ſpectãs: hæc uentũ auſtrũ dabit: quẽ a græcis notum diximus uocari. Illinc flatu ueniẽte materiã uineamqꝫ agricola ne tractes. Humidus aut æſtuoſus italiæ eſt. Africæ quidem incendia cum ſerenitate affert. In hunc italiæ palmites ſpectent: ſed non plagæ arborum uitium ue. Hunc olíueti metator uergiliarum quatriduo. Hunc caueat inſitor calamis: gemmiſqꝫ ĩoculator. De ipſa regionis eius ora præmonuiſſe conueniet. Frondem medio die arborator ne cædito. Cum meridiem adeſſe ſenties paſtor: æſtate contrahente ſe umbra pecudem a ſole in opaca cogito. Cum æſtate paſces in occidentem ſpecta ante meridiem poſt meridiem in oriẽtem. Aliter noxium: ſicut hyeme & uere in rorulentum duceres Nec contra ſeptemtrionem paeuris ſupradictum. Clodunt ita: lippiunt ue ab afflatu: & aluo cita pereunt. Qui fœminas cõcipi uoles: in hunc uentum ſpectantes iniri cogito.

De limitatione agrorum. Ca. XXXIIII

OIximus ut in media linea deſignaret umbilicus. Per hunc mediũ tranſuerſa
currat alia. Hæc erit ab exortu æqnoctiali ad occaſum æquinoctialẽ. Et limes
qui ita ſecabit agrum decumanus uocabitur. Ducant deinde aliæ duæ lineæ
nde his obliquæ: ita ut a ſeptẽtrionis dextera leuaq; ad auſtri dextram leuáq; deſcẽdat.
Oẽs per eundem currant umbilicum. Oẽs inter ſe pares ſint. Omnium interualla pa
ria. Quæ ratio ſemel in quoq; agro ineunda erit: uel ſæpius: ſi libeat: ita uite ligno faci
enda: regulis paribus in tympanum exiguũ: ſed circinatum adactis. Ratione qua do
ceo occurrendum ingeniis quoq; iperitorum eſt. Meridiem excuti placet: quoniá ſemp
eſt idem. Sol aũt quottidie ex alio cæli momento q̃ pridie oritur. Ne quis forte ad exortũ
capiendá putet lineam. Ita cæli exacta parte quod fuerit lineæ caput ſeptẽtrioni: proxi
mum: a parte exortiua ſolſtitialẽ habebit exortum: hoc ẽ longiſſimi diei: uentumq; aq
lonem: boream a græcis dictum. In hunc ponito arbores uiteſq;. Sed hoc flante ne ara
to. Frugem ne ſerito. Semen ne iacito. Præſtringit enĩ atq; præcellit hic radices arbo℞
quas poſiturus afferes. Præmonitus eſto. Alia robuſtis ꝑſunt: alia infantibus. Nec ſum
oblitus ĩ hac parte uentũ a græcis poni: quẽ cæciá uocant. Sed idẽ Ariſtotiles uir ĩ mẽ
ſæ ſubtilitatis qui ipſũ fecit rationẽ cõuexitatis mundi reddit: quia cõtrarius aqlo affri
co flat. Nec tñ eum toto anno in prædictis timet agricola. Mollit ſydera æſtate media:
mutatq; nomen: & eteſias uocaẽ. Ergo cum frigidum ſenties caueto. Ac quacũq; aqui
lo prædicitur: tanto pniciosior ſeptẽtrio eſt. In hunc aſiæ: græciæ: hiſpaniæ: maritimæ:
italiæ: cápaniæ apuliæ: arbuſta uineæq; ſpectant. Q ui mares concipi uoles: in hũc pa
ſcito: ut ſic in eundẽ ineant. Ex aduerſo aquilonis ab occaſu brumali africus: quẽ græ
ci lyba uocant. In hunc a coitu cũ ſe pecus circũegerit: fœminas conceptas eſſe ſcito.
Tertia a ſeptẽtrione linea quá per latitudinẽ umbræ duximus & decumaná uocamus
exortũ habebit æquinoctialẽ: uentumq; ſubſolanũ a græcis apeliorem dictũ. In hũc ſa
lubribus locis uillæ uineæq; ſpectent. Ipſe leniter pluuius: tñ eſt ſiccior fauonio. Ex ad
uerſo eius ab æqnoctiali occaſu zephyrus a græcis nominatur. In hunc ſpectare oliue
ta Cato iuſſit. Hic uer incohat: aperitq; terras tenui frigore ſaluber. Hic uites putádi: fru
geſq; curandi: arbores ſerendi: poma inſerendi: oleas tractandi ius dabit: afflatuq; nu
tricũ exercebit. Quarta a ſeptentrione linea: eadem auſtro ab exortiua parte proxima
brumalem habebit exortum uentumq; uulturnũ: eurum a græcis dictũ: ſicciorẽ & ip
ſum tepidioremq;. In hunc apiaria & uineæ italiæ galliarumq; ſpectare debent. Ex ad
uerſo uulturni flabit chorus: ab occaſu ſolſtitiali & occidẽtali latere ſeptẽtrionis: a græ
cis dictus argeſtes. ex frigidiſſimis & ipſe. ſicut omnes qui a ſeptentrionis parte ſpirãt.
Hic & grandines infert: cauendus & ipſe non ſecus ac ſeptẽtrio. Vulturnus ſi a ſerena
celi parte: cœperit flare non durabit in noctem. At ubi ſubſolanus in maiorem partem
noctis extenditur: quiſquis eri tuentus: ſi feruidus ſentieẽ: pluribus diebus permane
bit. Aquilonem prænuntiat terra ſicceſcens: ſed roreſcens repente: auſtrum immiſcet
humeſcens in rore occulto.

Prognoſtica tempeſtarum. Ca. XXXV

ET enim prædicta ratione uentorum ne ſæpius. Eadem dicantur tranſire
conuenit ad reliqua tempeſtatum præſagia: quoniam & hoc placuiſſe Vir
gilio magnopere uideo. Si quidem in ipſam meſſem ſæpe occurrere ꝓce
lia uentorum damnoſa imperitis refert. Tradunt enim eundem Democritum metente
fratre eius Demaſo ardentiſſimo æſtu oraſſe ut reliquæ ſegeti parceret: raperetque de
ſecta ſub tectum: paucis mox horis ſæuo hymbre uaticinatione approbata. Q uinimo
& harundinem non niſi impendente pluuia ſeri iubent: & fruges inſecuturo hymbre
Q uam ob rem & hæc breuiter contigemus ſcrutati maxime ptinentia. Primũq; a ſole
capiemus præſagia. Purus oriẽs atq; nõ feruens ſerenũ diẽ nũtiat. At hyberná pallidus

grandinem. Si & occidit pridie ſerenus:& orit̃:tanto certior fides ſerenitatis. Cõcauus
oriens pluuias prædicit. Item uentos:cum ãte exorientem eũ nubes rubeſcũt. Quod
ſi & nigræ rubentibus interuenerint:& pluuias. Cum orientis atq; occidentis radii ru-
bent:coire pluuias. Si circa occidentem rubeſcunt nubes. ſerenitatem futuræ diei ſpon
dent. Si in exortu ſpargentur:partim ad auſtrum:partim ad aquilonem:pura circa eũ
ſerenitas ſit licet. pluuiam tamen uentoſq; ſignificabunt. Si in exortu aut in occaſu cõ
tracti cernentur radii hymbrem. Si in occaſu eius pluet:aut radii in ſe nubem trahent
aſperam in proximum diem ſignificabunt tempeſtatem. Cũ oriente radii non illuſtres
eminebunt:q̃uis circũdati nube non ſint:pluuiam portendent. Si ante exortum nu-
bes globabuntur:hyemem aſperam denuntiabunt. Si ab exortu repellentur:& ad occa-
ſum abibunt:ſerenitatem. Si nubes ſolẽ circũcludent:quãto minus luminis relinquẽt
tanto turbidior tempeſtas erit. Si uero etiam duplex orbis fuerit eo atrocior. Quod ſi
in exortu fiet ita ut rubeſcant nubes:maxima oſtendetur tempeſtas. Si non abibunt:
ſed incũbent. a quocũq; uento fuerint:eum portendent. Si a meridie:& hybrem. Si ori
ens cingetur orbe:ex qua parte is ſe aperit:expectetur uẽtus. Si totus defluxerit: æqua
liter ſerenitatẽ dabit. Si in exortu longe radios per nubes porriget:& mediis erit inanis
pluuiam ſignificabit. Si ante ortum radii ſe oſtendent:aquam & uentum. Si circa occi
dentem candidus circulus erit:noctis leuem tempeſtatem. Si nebula: uehementiorem.
Si candente ſole:uentum. Si ater circulus fuerit:ex qua regione is eruperit:uentũ ma-
gnum. Proxima ſunt iure lunæ præſagia. Quartam eam maxime obſeruat ægyptus.
Si ſplendens exorta puro nitore fulſerit:ſerenitatem. Si rubicunda:uentos Si nigra plu
uias portendere creditur. In quinta cornua eius obtuſa pluuiam. Erecta & infeſta uen-
tos ſemper ſignificant. Quarta tamen maxime. Cornu eius ſeptemtrionale acuminatũ
atq; rigidum illum præſagit uentum. Inferius auſtrum. Vtraq; recta noctẽ uentoſam.
Si quartũ orbis rutilus cinget:uentos & hymbres præmonebit. Apud Varronem ita ẽ
Si quarto die luna erit directa:magnam tempeſtatem in mari præſagiet:niſi coronam
circa ſe habebit:& eam ſinceram:quoniam illo modo non ante plenam lunam hyemã-
dum oſtendit. Si plenilunio per dimidium pura erit:dies ſerenos ſignificabit. Si rutila
uentos. Nigreſcens hymbres. Si caligo orbis nubem incluſerit: uentos qua ſe ruperint
Si gemini orbes cinxerint:maiorem tempeſtatem. Et magis ſi tres erunt:aut nigri: aut
interrupti atq; diſtracti. Naſcens luna ſi cornu ſuperiore obatro ſurget:pluuias decre-
ſcẽs dabit. ſi inferiore ãte pleniluniũ. ſi i media nigricia illa fuerit hymbrẽ i plenilunio
Si plena circa ſe habebit orbẽ:ex quap te is maxĩe ſplendebit:ex ea uentum oſtendet.
ſi in ortum cornua craſſiora fuerint:horridam tempeſtatem. ſi ãte quartam non appa
ruerit uento fauonio flante:hyemalis toto menſe erit. ſi. xvi. uehementius flãmea appa-
ruerit :aſperas tempeſtates præſagiet. ſunt & ipſius lunæ octo articuli:quotiens in an-
gulos ſolis incidit:pleriſq; inter eos tantum obſeruantibus præſagia eius:hoc eſt. iii. vii
xi. xv. xix. xxiii. xxvii. & interlunium: Tertio loco ſtellaꝝ obſeruationẽ eſſe oportet. Diſ-
currere eæ uidentur interdum:uentiq; protinus ſequuntur. In quaꝝ parte ita præſa-
gauere. Cælum cum æqualiter totum erit ſplendidum articulis temporꝝ quos propo-
ſuimus:autũnum ſerenum præſagabunt & frigidum. ſi uer & æſtas nõ ſine riguo ali
quo tranſierint:autũnum ſerenum & denſum minuſq; uentoſum facient. Autũni
ſerenitas uentoſam hyemem facit. Cum repente ſtellaꝝ fulgor obrumbatur:uti neq;
nubilo neq; caligine fluitans:graues denuntiantur tempeſtates. ſi uolitare plures ſtel-
læ uidebuntur:quo feruntur albeſcentes uentos ex iis partibus nuntiant. At ſi circa
puræ ſtabunt:certos. ſi id in partibus pluribus fiet:inconſtantes uentos effundent.
Si ſtellarum errantium aliquam orbes incluſerint:hymbres. Sunt in ſigno cancri
duæ ſtellæ paruæ aſelli appellatæ:exiguum inter illas ſpatium obtinente nubecula:
quam præſepia appellãt. Hæc cũ cælo ſereno apparere deſierit:atrox hyems ſeqtur. Si

alterá earum aquiloniá caligo abſtulerit:auſter ſæuit. Si auſtrinam:aqlo. Arquus cum
ſunt duplices:pluuias nuntiant. A pluuiis ſerenitaté non perinde certá. Circuli ncui
circa ſydera aliqua:pluuiá. Cũ æſtate uehementius tonuerit q̃ fulſerit: uentos ea parte
denuntiat. E contra ſi minus tonuerit:hymbrem. Cũ ſereno cælo fulget: pluuiæ erũt
& tonitrua:& hyemabit. Atrociſſime aũt cũ ex omnibus quattuor ꝑtibus cæli fulgu
rabit. Cũ ab aquilone tantũ in poſterum diem aquá portendit. Cũ a ſeptentrione uen
tum. Cũ ab auſtro uel choro aut fauonio nocte ſerena fulgurauerit:uẽtum & hymbré
ex iiſdem regionibus demonſtrabit. Tonitrua matutina uentũ ſignificant:hymbré me
ridiana. Nubes cũ ſereno cælo feruntur:a quacũq; parte id fiet:expectentur uenti. Si
eodé loco globabuntur:appropinquáte ſole diſcutient̃. Et hoc ſi ab aquilone fiat:uen
tos:ſi ab auſtro:hymbres portendent. Sole occidente ſi ex utraq; parte eius cælũ patet:
tempeſtatem ſignificabunt. Vehementius arræ ab oriente in noctem aquam minant̃.
Ab occidente in poſterum dié. Si nubes ut uellera lanæ ſpargentur multæ ab oriente
aquá in triduum præſagient. Cum in cacuminibus montium nubes cõſident. hyema
bit. Si cacumina pura fient:diſſerenabit. Nube grauida candicante quod uocant tẽpe
ſtaté albá:grando iminebit. Cælo q̃uis ſereno nubecula q̃uis parua uentũ ꝓcelloſũ da
bit. Nebulæ e montibus deſcendentes aut cælo cadentes uel in uallibus ſedentes ſere
nitaté ꝓmittunt. Ab his terreni ignes ꝓxime ſignificant. Pallidi náq; murmurátes tẽ
peſtatũ nuntii ſentiuntur. Pluuiæ ét ſi in lucernis fungi. Si flexuoſe uolitet flãma uen
tũ. Et lumina cum præ ſe flãmas elidunt:aut uix accenduntur. Item cũ in eo penden
tes coaceruant̃ ſintillæ:uel cũ tollentibus ollas carbo adhæreſcit:aut cũ cõtentus ignis
e ſe fauillam diſcutit ſintillam ue emittit. uel cũ cinis in foco concreſcit:& cum carbo
uehementer perlucet. Eſt &aquarũ ſignificatio. Mare ſi in tranquillo portu a curſu ſta
bit:& murmurauerint intra ſe:uentũ prædicit. Si idẽtidem q;:& hyemem & hymbrem
Littoris ripæq; ſi reſonabunt tranquilla:aſperá tempeſtatem. Ité maris ipſius tranqllus
ſonitus. ſpumæ ue diſpſæ aut aquæ bullantes. Pulmones marini i pelago plurimum
dierũ hyemé portendunt. Sæpe & ſilentio intumeſcit:flatuq; altius ſolito iam itra ſe eé
uentos fatetur. Equidé & montiũ ſonitus nemorũq; mugitus ꝑdicunt. Et ſine aura q̃
ſentiatur folia ludentia. Lanugo populi aut ſpinæ uolitans. Aquiſq; pluma inatans. At
que ét in campis tempeſtaté uenturam præcedẽs ſuus fragor:& cæli quidé murmur
nõ dubiá habet ſignificationem. Præſagiunt & animalia. Delphini tranqllo mari laſci
A delphinis
uientes flatũ ex qua ueniunt parte. Ité ſpargentes aquá. Item turbantes tranquillitaté.
Loligo uolitans. Cõchæ adhæreſcentes: Echini affigentes ſeſe:aut harena ſaburrantes
tempeſtatis ſigna ſunt. Ranæ quoq; ultra ſolitũ uocales̃. Et fulicæ matutino clágore
Ité mergi anateſq; pẽnas roſtro purgantes uentũ. Cæteræq; aquaticæ aues concurſan
tes. Grues in mediterranea feſtinantes. Mergi maria aut ſtagna fugientes. Grues ſilẽtio
ꝑ ſublime uolantes ſerenitaté. Sic noctua i hymbre garula:aut ſereno tẽpeſtaté. Corui
q; ſingulatu quodá latrantes:ſeq; cõcutientes ſi cõtinuabũt:uentos. Si uero carpti uo
cé reſorbebunt:uentoſũ hymbré. Gracculi ſero a pabulis recedẽtes hyemé. Et albæ aues
cũ cõgregabunt̃. Et cũ terreſtres uolucres cõtra aquá clágores dabũt ꝑfundentes ſeſe
ſed maxĩe cornix. Hirundo tá iuxta aquá uolitans ut péna ſepe ꝑcutiat. Quaq; i arbo
ribus habitant fugitantes in nidis ſuis. Et anſeres cõtinuo clangore itempeſtiui. Ardea
i mediis harenis triſtis. Nec mirũ aquaticas aut in totũ uolucres ꝑſagia aeris ſentire. Pe
cora exultantia & idecora laſciuia ludentia eandé ſignificationé habent. Et boues æ clũ
olfactantes:ſeq; lambentes contra pilũ. Turpeſq; porci alienos ſibi manipulos fœni lace
rantes. Segniterq; & contra induſtriam ſuam formicæ abſconditæ cõcurſantes aut ꝓ
gerentes oua. Item uermes terreni erumpentes. Trifoliũ quoq; inhorreſcere & folia con
tra tempeſtatem ſubrigere certũ eſt. Necnon & in cõuiuiis menſiſq; noſtris uaſa q̃bus
eſculentum addit̃:ſudorem repoſitoriis linquentia diras tempeſtates prænuntiant.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER.XVIIII.IN QVO LINI NATVRA CONTINETVR ET MIRABILIA.

PROHEMIVM:

SYDERVM QVOQVE tempeſtatũ quæ ratio uel impi tis faciliatq; idubitato mõ mõſtrata ẽ. Veꝶ qa itelligẽtibus nõ minus cõferũt rura depræhẽdendo cælo q̃ ſyderalis ſciẽ tia. Agro colẽdo ꝓxima multi hortoꝶ curã fecere. Nobis nõ protinus trãſire ad iſta tẽpeſtiuũ uideť. Miramurq; quoſdã ſciẽtiæ gratia eruditionis ſuæ gloriã ex his petẽtes tã multa præteriſſe nulla mẽtione habita tot reꝶ ſponte cura ue pro uenientiũ: præſertim cũ pleriſq; eaꝶ præcio uſuq; uitæ ma ior etiã q̃ frugibus ꝓhibeať auctoritas. Atq; ut a cõfeſſis or dinamur utilitatibus: quæq; nõ ſolũ terras omnes: ueꝶ etiã maria repleuere: ſeritur: ac dici neq; inter fruges neq; inter hortẽſia poteſt linũ. Sed in qua nõ occurrere uitæ parte? Quod ue miraculũ maius? Hærbã eſſe quæ admoueat ægyptũ italiæ: in tantũ ut Galerius a freto ſiciliæ alexãdriã ſeptima die ꝑuenerit: Babil lus ſexta: ambo præfecti. Aeſtate uero ꝓxima Valerius Marianus ex prætoriis ſenatori bus a puteolis nono die leniſſimo flatu. Herbã eſſe quæ gadis Herculis colũnas ſeptimo die hoſtiã afferat: & citeriorẽ hiſpaniã quarto: ꝓuintiã narbonẽſem tertio: africã altero. Quod etiã molliſſimo flatu cõtingit. C. Flacco legato Vibii Criſpi pro cõſulis. Audax uita: ſceleꝶ plena: aliquid ſeri ut uẽt s procellaſq; recipiat. Et paꝶ eſſe fluctibus ſolis ue gi. Iam uero nec uela ſatis eſſe maiora nauigiis. Sed q̃uis amplitudini antẽnaꝶ ſingulæ arbores ſufficiant: ſup eas tamen addi ueloꝶ alia uela. Præterq; alia in proris & alia in puppibus pandi: ac tot modis prouocari mortẽ. Deniq; tam paruo ſemine naſci quod orbẽ terraꝶ ultro citroq; portet: tã gracili auena: tã nõ alte a terra tolli: neq; id uiribus ſuis necti: ſed paſſũ tuſumq; & in molliciẽ lãnæ coactũ iniuria naturæ: ac ſũma auda cia: & quo ꝑuenire nulla execratio ſufficit cõtra iuentorẽ dictũ ſuo loco a nobis: cui ſa tis nõ fuit hominẽ in terra mori: niſi periret & inſepultus. At nos priore libro hymbres & flatus cauẽdos frugũ cauſa uictuſq; præmonebamus. Ecce ſeritur hominis manu: metitur eiuſdẽ hominis igenio quod uentos i mari optet. Præterea ut ſciamus fauiſſe pœnas: nihil gigniť facilius. Vt ſentiãus nolẽte id fieri natura: urit agrũ: deterioremq; ipſum facit.

De lini ſatione: & generibus eius: & quomõ ꝑficiať: & de mappis & li no nõ ardẽte: & quãdo primũ i theatris uella. Ca. I.

SEriť ſabuloſis locis maxie: unoq; ſulco: nec magis feſtinat aliud. Vere ſatum æſtate ueliť: & hãc quoq; terræ iniuriã facit. Ignoſcat tamẽ aliqs ægypto ſerẽ ti: ut arabiæ indiæq; merces apportet. Ita ne & galliæ cẽſenť hoc reditu? Mon teſq; mari oppoſitos eẽ nõ ẽ ſatis: & a latere oceani obſtare ipſũ quod uocãt inane. Ca durci: caleti: ruteni: bituriges: ultimiq; hoium exiſtimati morini: imo uero galliæ uni uerſæ uela texũt. Iã qdẽ & trãſrhenani hoſtes. Nec pulchriorẽ aliã ueſtẽ eoꝶ fœminæ nouere. Qua ãmonitiõe ſuccurrit q̃ M. Varro tradit in Serranoꝶ familia gẽtilitiũ eſſe fœminas linea ueſte nõ uti: In germania aũt defoſſi & ſub terra id opus agũt. Similiter i italia a ratione alia. Nã inter padũ ticinũq; ãnes ſubiacẽt abiterna. in europa lino pal ma ſecũda. i uicino eni halionis capeſſũt retouina. Et in æmilia uia fauẽtina candore. Halionis ſemp crudis fauẽtina præferũtur. Retouinis tenuitas ſũma dẽſitaſq;. Cãdor æque ut fauẽtini: ſed lanugo nulla. Quod apud alios gratiã: apud alios offẽſionẽ habet Neruoſitas filio æqualior pene q̃ cotoneis: tinnituſq; cũ dẽte libeat expiri. ideo duplex

q̄ ceteris precium .Et hiſpania citerior habet ſplendorē lini præcipuū torrentis:in quo
politur natura:qui abluit terraconē.Et tēuitas mira ibi primum carbaſis reptis. Nam
dudū ex eadem hiſpania zoelicum uenit in italiam plagis utiliſſimū. Ciuitas ea galla
ciæ & oceano ꝓpinqua.Eſt ſua gloria & cumano in campania ad piſciū & halitū cap
turā.Eadē & plagis materia.Neq; eni minores cunctis animalibus inſidias:q̄ nobiſmet
ipſis lino tendimus.Sed cumanæ plagæ cōcidunt apros:& hæ caſſes ue aſperi ferri aci
em cōuincunt.Vidimuſq; iā tantæ tenuitatis:ut annulū hominis cū epidromibus trā
ſirent:uno portante multitudinē qua ſaltus cingerent.Nec id maxime miꝝ:ſed ſingu
la earū ſtamina centeno qnquageno filo cōſtare:ſicut paulo ante Iulio Lupo qui in p̄
fectura ægypti obiit.Mirent hoc ignorantes in ægyptii quondā regis quē amaſyn uo
cant:thorace in rhodioꝝ inſula oſtendi in templo Mineruæ.ccclxv.filis ſingula fila cō
ſtare.Quod exemplū per ſe expertum nup romæ ꝑdidit Mutianus ter conſul:paruaſ
que iam reliquias eius ſupereſſe:hac experimentū iniuria.Italia ex pelignis etiānum li
nis honorē habet:ſed fullonū tantum in uſu.Nullū eſt candidius lēnæ ue ſimilius:ſi
cut in culcitris præcipuā gloriam cadurci.optinent.Galliaꝝ hoc ad tomenta pariter
inuentū.Italiæ quidē mos ē̄t nunc durat in appellatione ſtramenti.Aegypto lino mi
nimū firmitatis:plurimū lucri.Quattuor ibi genera.tainiciū:ac peluſiacū:buticū:tē
tiriticū:cū regionum noibus in qbus naſcunt.Supior pars ægypti in arabia uergens
gignit fruticem quē aliqui goſſipion uocant.Plures xylon:& ideo lina inde facta xyli
na.Paruulus eſt:ſimilemq; barbatæ nucis defert fructū.Cuius in exteriore bombice la
nugo netur.Nec ulla ſunt eis in candore mollicia ue præferenda.Veſtes inde ſacerdo
tibus ægypti gratiſſimæ.Quartū genus orthominū appellant.Fit e paluſtri uelut ha
rundine dumtaxat pānicula eius.Aſia geniſta facit lina ad retia præcipua:in piſcando
durantia frutice madefacto.x.diebus.Aethiopes indiq; e malis.Arabes cucurbitis in ar
boribus ut diximus geniſtis.Apud nos maturitas eius duobus argumentis intelligit:
intumeſcente ſemine:aut colore flaueſcente.Tunc euulſum & in faſciculos manuales
colligarū ſiccatur in ſole pendens cōuerſis ſupne radicibus uno die:mox qnq; aliis in
contrariū inter ſe uerſis faſcium cacuminibus ut ſemen in mediū cadat .Inter medica
mina huic uis:& in quodā ruſtico ac prædulci italiæ tranſpadanæ cibo:ſed iam pridē
ſacroꝝ tantum gratia.Deinde poſt meſſem triticeā uirgæ ipſæ mergunt in aquam ſo
libus tepefactū:pondere aliquo depreſſæ.Nulli eni leuitas maior. Maceratas indicio ē
membrana laxatior.Iterūq; uniuerſæ ut prius ſole ſiccantur.Mox arefactæ in ſaxo tū
duntur ſtupario malleo.Quod ꝓximum cortici fuit ſtuppa appellatur:deterioris lini:
al' hamis
lucernarū fere luminibus aptior.Et ipſa tm̄ pectitur ferreis ahenis:donec oīs membrana
decorticetur.Medullæ numeroſior diſtinctio candore:mollicia.Linūq; uere & uiris de
corū eſt.Cortices quoq; decuſſi clibanis & furnis præbent uſum.Ars depectendi dige
rendiq;.Iuſtū eſt e qnquagenis faſcium libris qnas denas carminari.Iterū deinde ī filo
politur illiſum crebro ī ſilice ex aqua.Tectūq; rurſus tunditur clauis:ſemper iniuria
melius.Inuentum iam ē etiam quod ignibus non abſumeret.Viuū id uocant:arden
teſq; in focis conuiuioꝝ ex eo uidimus mappas ſordibus exuſtis ſplendeſcētes igni ma
gis q̄ poſſent aquis.Regū inde funebres tunicæ corporis fauillā ab reliquo ſepant cie
re.Naſcitur in deſertis aduſtiſq; ſole indiæ:ubi non cadunt hymbres:inter diras ſerpē
tes:aſſueſcitq; uiuere a dendo.Rarū inuentu:difficile textu ꝓpter breuitatem.Ruffus
de cætero colos ſplendeſcit igni.Cū inuentū eſt æquat precia excellentium margarita
rum.Vocatur autem a græcis aſſueſtinum ex argumento naturæ. Anaxilaus auctor
eſt:lintheo eo circūdatam arborem ſurdis ictibus & qui nō exaudiant cædi. Ergo hu
ic lino principatus in toto orbe.Proximus byſſino:mulierū maxime deliciis circa elim
in achaia genito:quaternis denariis ſtipula eius pmutata quōdam ut auri .Reptaque
lintheoꝝ lanugo e uillis nauiū maritimarum maxime in magno uſu medicinæ eſt:&

cinis ſpodii uim habet. Eſt & inter papauera genus quoddam: quo candorem linthea præcipuum trahunt. Tentatum eſt tingi linum quoq;: & ueſtium iſaniam accipere: in Alexandri magni primum claſſibus indo amne nauigantis: cum duces eius ac præfecti in certamine quodam uariaſſent inſignia nauium. Stupueruntq; littora flatu uerſicoloria ſplendente. Velo purpuro ad accium cũ M. Antonio Cleopatra uenit: eodẽq; effugit. Hoc fuit imperatoriæ nauis inſigne. Poſtea in theatris tantũ umbram fecere. Quod primus oium inuenit. Q. Catulus cũ capitoliũ dedicaret. Carbaſina deĩde uela primus ĩ theatro duxiſſe traditur Lentulus Spinter appolinaribus ludis. Mox Cæſar dictator totum foꝝ romanũ ĩtexit. Viamq; ſacrâ ab domo ſua ad cliuũ uſq; in capitoliũ quod munere ipſo gladiatorio mirabilius uiſum tradũt. Deĩde & ſine ludis marcellus Octauia ſorore Auguſti genitus in ædilitate ſua auunculo. xi. cõſule chalen. auguſti uelis foꝝ umbrauit: ut ſalubrius litigantes conſiſterent. Quantũ mutatis moribus. Catonis Cẽſorii q ſternendũ quoq; in foꝝ muricibus cenſuerat. Vela nup colore cæli ſtellata per rudentes terræ etiã in amphitheatris principis Neronis rubent ĩ cauis ædium. & muſcũ ac ſolem defendunt. Cætero mãſit candori ptinax gratia. Honor ẽt & troiano bello. Cur enim nõ & prœliis ĩterſit ut naufragiis? Thoracibus lineis paucos tamẽ pugnaſſe teſtis eſt Homerus: Hinc fuiſſe & nauiũ armamenta apud eundẽ ĩterprætati ſunt eruditiores quõniã cum ſparta dixit ſignificauerit ſata.

¶ De ſparti natura. & quando primũ uſus eius: & quomodo pficiat̃ & quæ ſine radice naſcant̃: & uiuãt. Ca. II

SParti quidem uſus multa poſt ſæcula cœptus eſt. Nec ãte pœnoꝝ arma: quæ primũ hiſpaniæ intulerũt. Hærba & hæc ſpõte naſcens: & quæ nõ queat ſeri iuncuſq; pprie aridi ſoli uni terræ dato uitio. Nãq; id malum telluris ẽ: nec aliud ibi ſeri aut naſci põt. In africa exiguũ & inutile gignit̃. chartaginẽſis hiſpaniæ citerioris portio. Nec hæc tota: ſed quatinus perit montes quoq; ſparto opit. Hinc ſtrata ruſticis: eoꝝ hinc ignes faceſq;. Hinc calceamina & paſtoꝝ ueſtis: animalibus noxium præterq̃ cacuminum teneritate. Ad reliquos uſus laborioſe euellit̃. Ocreatis cruribus manibuſq; tectis manicis conuolutũ oſſeis ligneis ue conamẽtis. Nunc iam in hyemẽ uix. Facillime tamen ab idibus maiis in iunias hoc maturitatis tempus. Vulſum faſcibus in aceruo adunatum biduo tertio reſolutũ. Spargit̃ in ſole ſiccat̃q;: & rurſus in faſcibus redit ſub tecta. Poſtea maceratur aqua marina optime ſed & dulci ſi marina deſit. Siccatumq; ſole iteꝝ rigatur: ſi repente urgeat deſideriũ: perfuſum calida in ſolio: ac ſiccatum ſtans cõpendium opere fatet̃. Hoc aũt tunditur: ut fiat utile præcipue ĩ aqs: mariq; inuictũ. In ſicco præferunt e canabi funes. Et ſpartũ alitur etiã diuerſiũ: ueluti natalium ſit impenſa. Eſt quidẽ eius natura interpolis. Rurſuſq; q̃ libeat uetuſtũ nouo miſcetur. Veꝝtamen cõplectetur animo: qui uolet miraculum æſtimare: quanto ſit ĩ uſu omnibus terris nauiũ armamentis: machinis ædificationũ: aliiſq; deſideriis uitæ. Ad hos omnes uſus quæ ſufficiant minus. xxx. paſſuũ in latitudinẽ. A littore carthaginis nouæ minuſq; in longitudine eſſe reperient̃. Longius enim uehi impendia phibent. Iunco græcos ad funes uſos nomini credamus: quo herbã eam appellant. Poſtea Palmaꝝ foliis phyllyraq; manifeſtũ eſt. Et inde tranſlatũ a pœnis ſparti uſũ pq̃ ſimile eſt ueri. Theophraſtus auctor eſt eſſe bulbi genus circa ripas amniũ naſcens: cuius inter ſummũ corticem eamq; partẽ qua ueſcuntur eſſe laneã naturã: ex qua mapalia ueſteſq; quondã conficiebant̃. Sed neq; regionẽ in qua id fiat: neq; qcq̃ diligentius: præterq̃ eriophoron id appellari in exẽplaribus quæ equidem inuenerim tradit. Neq; omnino ullã mentionẽ habet bulbi geneꝝ circa ripas amniũ naſcentis: cuius inter ſũmum corticẽ eamq; partẽ qua ueſcunt̃ ſemper habet ſpartũ. Cuncta cura magna perſecutus. ccccxc. ãnis ante nos: ut alio iam loco diximus. Quo apparet poſt id tẽporis ſpatiũ ĩ uſũ ueniſſe ſpartũ. Et quoniã a miraculis reꝝ cœpimus: ſequemur eoꝝ ordinẽ

in quibus uel maximū eſt aliquid naſci: aut uiuere ſine ulla radice. Tubera uocantur
hæc undiq; terra circundata: nulliſq; fibris nixa aut ſaltē capillamentis: nec utiq; extu
berante loco in quo gignunt: aut rimā agente. Neq; ipſa terræ cohærent. Cortice etiam
includunt, ut plane nec terrā eē poſſumus dicere: neq; aliud q̄ terræ callū. Siccis hæc
fere & ſabuloſis locis frutetoſiſq; naſcunt. Excedunt ſæpe magnitudinē mali cotonei:
ēt librali pondere. Duo eoꝝ genera: harenoſa dētibus inimica: & altera ſincera. Diſtigū
tur & colore ruffo nigroq;: & intus candido. Laudatiſſima quæ africæ creſcunt. An ne
ultimum id terræ? Neq; enī aliud intelligi pōt: malum ne id ea protinus globetur ma
gnitudine qua futurum eſt. Et uiuat ne: an non haud facile arbitror intelligi poſſe.
Putreſcendi enī ratio cōmunis eſt iis cū ligno. Lartio licinio prætorio uiro iura reddē
te in hiſpania carthagine paucis his annis ſcimus accidiſſe mordenti tuber: ut depre
henſus inde denarius primos dentes inflecteret. Quo manifeſtū erit terræ naturam i ſe
globari. Quod certum eſt ex iis quæ naſcuntur: & ſeri non poſſunt.

De myſi: & tuberib⁹: de fūgis pezicis: laſerpitio: & magyderi & rubia & radicula: Ca. III.

SImile ē quod in cyrenaica ꝓuintia uocant myſi: præcipuū ſuauitate: odore:
ac ſapore: ſed carnoſius. Et quod in thracia ceraunīū. De tuberibus hæc tra
duntur peculiariter. Cū fuerint hymbres autūnales ac tonitrua crebra: tunc
naſci: & maxime e tonitribus: nec ultra annū durare: tenerrima aūt uerno eē. Quibuſ
dam locis acceptant riguis & ſerunt ſicut mytilenis. Negant naſci niſi exundatiōe flu
minum inuecto ſemine aptiaris. Eſt aūt is locus in quo plurima naſcunt. Aſiæ nobiliſ
ſima circa lampaſcū & alopeconeſū: græciæ uero circa elin. Sūt & in fungoꝝ genere a
græcis dicti pezicæ: q ſine radice aut pediculo naſcunt. Ab his ꝓximū dicet auctorita
te clariſſimū: laſerpitium: quod græci ſiliphion uocant: in cyrenaica ꝓuintia repertū
cuius ſuccū uocant laſer magnificū in uſu medicamentiſq;: & ad pondus argentei de
narii penſum. Multis iam annis in ea terra nō inuenit: quoniā publicani qui paſcua
cōducunt: maius ita lucrū ſentientes depopulant pecoꝝ pabulo. Vnus aūt caulis no
ſtra reptus memoria Neroni principi miſſus ē. Si quando incidit pecus in ſpem naſcē
tis: hoc deprehendit ſigno: cū comederit dormiente ꝓtinus capra & ſternutante. Diuq;
iam nō aliud ad nos inuehit: q̄ quod in pſide aut media & armenia naſcit laſer mul
to infra cyrenaicū. Id quoq; adulteratum gūmi: aut ſagopenio: aut faba fracta. Quo
minus omittendū uidetur. C. Valerio. M. herēnio cōſ. cyrenis aduecta romā publice
laſerpitii pondo. xxx. Cæſarē uero dictatorē initio belli ciuilis inter aurū argentūq; ꝓ
tuliſſe ex ærario laſerpitii pondo. cxi. Id apud auctores græciæ euidētiſſimos īuenimus
Natū hymbre piceo repente madefacta tellure circa heſperidū hortos ſyrtinq; maiorē.
vii. annis ante oppidū cyrenarū quod conditum ē urbis noſtre anno. cxliii. Vim autem
illā ꝑ quattuor ſtadioꝝ ſpatiū in africa ualuiſſe. In ea laſerpitiū gigni ſolitū rem feram
ac contumacē: & ſi coleret in deſerta fugientē. Radice multa craſſaq;: caule ferulaceo:
haud ſimili craſſitudine. Huius folia maſpetū uocabant: apio. maxīe ſimilia. Semē erat
foliaceū. Foliū ipſum uero deciduū. Veſci pecora ſolita: primoq; purgari: mox pingue
ſcere: carne mirabilē in modum iucunda. Poſt folia amiſſa caule ipſo & homines ueſce
bantur docoсto: aſſo: elixoq;. Eorū quoq; corpora. xl. primis diebus purgante a uitiis
Ex iis omnibus ſuccus duobus modis capiebatur: e radice: atq; caule. Et hæc duo erāt
nomina rhizias atq; caulias. Vilior ille ac putreſcēs radice: cortex niger: & ad mercis ad
ulteria. Succum ipſum in uaſa cōiectum admixto furfure ſubinde cōcutiendo ad ma
turitatem perducebant: ni ita feciſſent putreſcentem. Argumētū erat maturitatis color
ſiccitaſq; ſudore finito. Alii tradunt laſerpitii radicem fuiſſe maiorem cubitali: tuberq;
in ea ſuper terram. Hoc inciſo profluere ſolitum ſuccum ceu lactis ſupernato caule:
quē magydarin uocarūt. Folia aurei coloris pro ſemine fuiſſe: cadētia a canis ortu: au
ſtro flāte. Ex iis laſerpitiū naſci ſolitū ānuo ſpatio & radice & caule cōſumētib⁹ ſeſe. hoc

& circumfodi ſolitum prodidere.Nec purgari pecora:ſed ægra ſanari:aut protinus mo
ri:quod in paucis accidere.Perſico Silphio prior opinio congruit.Alteꝝ genus ē quod
magydaris uocatur tenerius & minus uehemens:ſine ſucco.Q uod circa ſyriā naſcit̄:
non prouenīēs ī cyrenoīca regione.Gignit̄ & in p̄naſo mōte copioſius:quibuſdā laſer
pitiū uocantibus:pq; oīa adulterat̄ ei ſaluberrimæ utiliſſimæq; auctoritas. Rō ſinceri
prima in colore modice ruffo:& cū frangit̄:calido intus.Mox trāſlucente gutta aquæ
ſaliuaq; liqueſcit.Vſus in multis medicaminibus.Sūt etiānum duo genera nō niſi ſor
dido nota uulgo:cū quæſtu nullo polleāt.In primis rubia tinguēdis lanis & coriis ne
ceſſaria.Laudatiſſima italica:& maxīe ſuburbana:& omnes pene ꝓuintiæ ſcatent ea:
Spōte ꝓuenit:ſerit̄q; ſimilitudīe eruiliæ.Veꝝ ſpinoſus ei caulis & geniculatus hic eſt
quinis circa articulos in orbe foliis.Semen eius rubia ē.Quod in medicina uſus habet
ſuo dicemus loco.At quæ uocat̄ radicula lauādis demū lanis ſuccū habet:miꝝ quan
tū cōferens candore.molliciaq;.Aeque naſcit̄ ſatiua ubiq;:ſed ſpōte præcipua ī aſia ſy
riaq; ſaxoſis & aſperis locis.Trāſeuphratē tamē laudatiſſima caule ferulaceo tenui:&
ipſis cibis indigenaꝝ expetito:& unguēti qcqd ſit:cū quo decoquat̄ folio oleæ.Iſatin
græci uocāt:floret æſtate:grata aſpectu:ueꝝ ſine odore ſpinoſa & caule lanuginoſo.
Semen ei nullū:radix magna:quæ cōcidit̄ ad quē dictū eſt uſum.

De hortoꝝ cura:& digeſtio terræ naſcētiū præter fruges & frutices. Ca. IIII.

Ab his ſupereſt reuerti ad hortoꝝ curā:& ſua ꝑ natura memorādā.Et quoniā
antiquitas nihil prius mirata eſt:q̄ & heſperidū hortos:ac regū Adonis & Al
cinoi.Itēq; pēſiles:ſiue illos Semiramis ſiue aſſyriæ rex Cirus fecerit:de quoꝝ
ope alio uolumīe dicemus.Romani qdem reges ipſi coluere.Quippe etiā Sup̄bus Tar
quinus nūtium illū ſæuū atq; ſanguinariū remiſit ex horto.In.xii.tabulis legū noſtra
rum nuſq̄ noīatur uilla:ſemper in ſignificatiōe ea hortus.In.horti uero hæredium.Quā
rem comitata eſt & religio quædā:hortoſq; & fores tantū cōtra inuidentiū faſcinatio
nes dicari uidemus.In remedio ſatyrica ſigna quāq̄ hortos tutelæ Veneris aſſignante
Plauto.Iā quidē hortoꝝ noīe ī ipſa urbe delicias:agros uillaſq; poſſidēt.Primus hoc in
ſtituit athenis Epicurus hortoꝝ magiſter.Vſq; ad eū moris nō fuerat ī oppidis haberi
rura.Romæ quidē ꝑ ſe hortus ager pauperis erat.Ex horto plebei macellū q̄to īnocen
tiore uictu.Mergi enim credo in ꝓfunda ſatius ē:& oſtreaꝝ genera naufragio exquiri
Aues ultra phaſidē amnē peti:& fabuloſo qdem terrore tutas:īmo ſic precioſiores.Ali
as in numidia atq; æthiopia in ſepulchris aucupari:aut purgari cū feris mādi ab eo cu
pientē quod mandat alius.At hercule q̄ uilia hæc q̄ parata uoluptati ſatietatiq;:niſi ea
dem quæ ubique indignatio occurreret;Ferendū ſane fuerit exqſita naſci poma:alia
ſapore:alia magnitudine:alia monſtro:pauperibus īterdicta.Inueterari uina ſacciſq; ca
ſtrari.Nec cuiq̄ adeo longā eſſe uitā:ut nō ante ſe genita potet.E frugibus quoq; quod
dā alimentū excogitaſſe luxuriā:ac medullā tantū eaꝝ:ſuperque piſtrinaꝝ operibus
& ex celaturis:uiuere alios pane proceꝝ:alios uulgi:tot generibus uſque ad infimam
plebem deſcendente aīa.Et iam ne in hærbis diſcrimen īuentū ē? Oluſque differentiā
facere in cibo:etiam uno aſſe uenali?Et in his aliqua quoq; ſibi naſci tribus negant.
Caule in tantū ſignato:ut pauperis menſa non capiat.Silueſtres fecerat natura horri
dos:ut quiſq; demeteret paſſim.Ecce altiles ſpectant̄ aſparagi.Et rauēna ternis libris
rependit.Heu ꝓdigia uentris:miꝝ eſſet non licere carduis pecori ueſci:nō licet plebei
Aquæ quoq; ſeperant̄.Et ipſa naturæ elementa ui pecunie diſcreta ſunt.Hi niues:illi
glaciem potant:poenas montiū in uoluptatē gulæ uertunt.Seruat̄ algor æſtibus:exco
gitaturq; ut alienis menſibus nix algeat.Decoquūtur alias quas mox & illas hyemant
Nihil itaq; homini ſic:qumodo reꝝ naturæ placet.Etiā ne hærba alqua diuitiis tan
tum paſcit̄.Nemo ſacros auētinoſq; mōtes & iratæ plebis ſeceſſus circūſpexerit? Mōs
enim certe æquabit quos pecunia ſupauerit.Itaq; hercule:nullum macelli uectigal

maiũs fuit romæ clamore plebis ĩcuſantis apud oẽs principes: donec remiſſum eſt por-
torium mercis huius: compertũq; non aliter quæſtuoſius cenſum haberi aut tutius:
ac minore fortunæ iure: cũ credatur penſio ea pauperũ. Is in ſolo ſponſor ẽ: & ſub die
redditus: ſuperficieſq; cælo quocũq; gaudens. Hortorũ Cato prædicat callẽtes. Hinc pri
mum agricolæ exiſtimabant̃ priſci: & ſic ſtatim faciebãt iudicium: nun quæ eẽt in do
mo materfamilias. Et enĩ hæc cura fœminæ dicebat̃: ubi indiligens eſſet hortus. Quip
pe e carnario aut macello uiuendũ eſt. Nec caules ut nunc maxime ꝓbabant: damnan
tes pulmentaria quæ egerent alio pulmentario: Id erat oleo parcere. Nam carnis deſide
ria ẽt erant in exprobratione. Horti maxime placebant quia nõ egerent igni: parcerẽtq;
ligno. Expetita res & parata ſemp: unde & acetaria appellabant̃. Facilia concoqui: nec
oneraturo ſenſum cibo: & quæ minime accenderent ad deſiderium panis. Pars eorum
ad condimenta ptinens fatetur non domi uerſurã fieri ſolitã. Atq; non indicũ piper q-
ſitum: quæq; tranſmara petimus. Iam quoq; in feneſtris ſuis plebs urbana in imagine
hortorũ quottidiana oculis rura præbebant: anteq̃ præfigi ꝓſpectus oĩs coegit multitu
dinis ĩnumeræ ſæua latrocinatio. Quã ob rem ſit aliquis & his honos: ne ue auctorita-
tem rebus uilitas adimat. Cum præſertim ẽt cognomina procerũ inde nata uideamus.
Lactucinoſq; in ualeria familia non puduiſſe appellari: & cõtingat aliqua gratia operi
curæq; noſtræ. Virgilio quoq; cõfeſſo q̃ ſit difficile uerborũ honorem tã paruis phibe-
re. Hortos uillæ tingendos nõ eſt dubium: riguoſq; maxime habendos: ſi contingat ꝓ
fluo amne. Si minus e puteo pertica organis ue pneumaticis tollendo: non hauſtu rigã
do. Solũ proſcindendũ a fuonio: in autũnum præparandũ eſt poſt. iiii. dies: iterandũq;
ante brumã. Octo iugerũ operis palari iuſtũ eſt. Fimum tres pedes alte cũ terra miſceri.
Areis diſtingui: eaſq; reſupinis puluinorũ toris ambiri ſingulis tramitũ ſulcis: qua det
acceſſus homini: ſcatebriſq; decurſus. In hortis naſcentiũ alia bulbo cõmendantur: alia
capite: alia caule: alia folio: alia utroq;: alia ſemine: alia cortice: alia cute aut carthilagine
alia carne: alia tunicis carnoſis. Aliorũ fructus in terra eſt: aliorũ & extra: aliorũ non niſi
extra. Quædam iacent creſcuntq; ut cucurbitæ & cucumis. Eadem & pendent quãq̃
grauiora multo etiam iis quæ in arboribus gignuntur. Sed cucumis carthilagine. Cor
tex huic uni maturitate tranſit in lignum. Terra conduntur raphani: napiq; : & rapæ:
atq; alio modo inulæ: cicer: paſtiacæ. Quædam uocauimus ferulacea ut anetum: mal
uas. Nanq; tradunt auctores in arabia maluas ſeptimo menſe arboreſcere: baculorũ uſũ
præbere exemplo. Sed & arbor eſt malua in mauritania lixi oppidi æſtuario: ubi heſperi
dum horti fuiſſe produntur. cc. paſſibus ab oceano iuxta delubrum Herculis antiqui
us gaditano ut ferunt. Ipſa altitudinis pedes. xx. craſſitudinis quam circũplecti nemo
poſſit. In ſimili genere habebitur & canabis. Necnon & carnoſa aliqua appellabimus:
ut ſpongias in humore pratorum enaſcentes.

Ca. V.

¶ Natura & genera & hyſtoria naſcentium in hortis rerum

Vngorum enim callum in ligni arborũq; natura diximus: & alio genere tube
rum pauloante. Carthilaginei generis extraque terrã eſt cucumis: mira uolup
tate Tiberio principi expetitus. Nullo qppe non die cõtigit ei: penſiles eorum
hortos promouẽtibus in oſſes rotis olitoribus. Rurſusque hibernis diebus intra ſpecu
larium munimẽta reuocantibus: Quin & lacte mulſo ſemine eorum biduo macerato
apud antiquos greciæ auctores ſcriptum eſt ſeri oportere ut dulciores fiant. Creſcunt
qua cogũtur forma. In italia uirides & quã minimi. In prouintiis quã maximi & citri-
ni aut nigri. Placent copioſiſſimi affricæ ac grãdiſſimi. Aſt cum magnitudine exceſſerĩt
pepones uocãtur. Viuũt hauſti in ſtomacho in poſterum diem: nec perfici queunt. In
cibis nõ inſalubres: tamen plurimũ natant. Oleum odore mire. Nec minus aquas dili-
gunt. Deſecti quoque ad eas modice diſtantes adrepunt. Contra oleum refigiunt. Aut
ſi quid obeſt: uel ſipẽdeant: curuantur. Idque uel una nocte deprehenditur. Si uas cũ

aqua ſubiiciatur a quattuor digytoꝝ interuallo deſcendentibus ante poſteꝝ diem. At
ſi oleum eodem modo ſit in hamos curuatis. Iidem in fiſtula flore dimiſſo mira longi-
tudine creſcunt. Ecce cum maxime noua forma eoꝝ in campania prouenit mali coto
nei effigie. Forte primo natum ita audio unum: mox ſemine ex illo genus factum: melo
peponas uocant. Non pendent hi: ſed humi rotundant̃. Miꝝ in his præter figurã: colo
remq; & odorem: ꝙ maturitatem adepti quãq̃ nõ pendentes ſtatim a pediculo recedũt
Columella tradit ſuum cõmentum ut toto anno cõtingant. Fruticem rubi q̃uaſtiſſi-
mum in apricum locum transferre: & recidere duum digytoꝝ relicta ſtirpe circa æqui
noctium uernum. Ita in medulla rubi ſemine cucumeris ĩſito terra minuta fimoq; cir
cumaggeratas reſiſtere frigori radices. Cucumeꝝ græci tria genera fecere. Laconicum:
ſcitalicum: boeticum. Ex iis tantũ laconicum aqua gandere. Sunt qui hærba quæ uo
catur culix nomine trita ſemen eoꝝ maceratum ſeri iubeant ut ſine ſemine naſcantur
Similis & cucurbitis natura dũtaxat in naſcendo. Aeque hyemem odere. Amant rigua
ac fimum. Seruntur ambo ſemine in terra ſexqpedali: foſſura inter æquinoctiũ uernũ
& ſolſticium. Parilibus tamen aptiſſime. Aliqui malunt ex chalen. martii cucurbitas: &
nonis cucumeres: & per qnquatros ſerere ſimili modo repentibus flagellis ſcandentes
per arteſũ aſpera in tectum uſq; natura ſublimitatis auida. Vires ſine adminiculo ſtan
di non ſunt: uelocitas pnix: leui umbra cameras ac pergulas operientes. Inde hæc duo
prima genera. Camerarium: & plebeium: quod humi creditur. In priore mire tenui pe-
diculo libratur pondus ĩmobile aure. Cucurbita quoq; omni modo faſtigatur uaginis
maxime uiminibus: coniecta in eas poſtq̃ defloruit: creſcitq; qua cogitur forma. Pleꝝq; &
draconis intorti figura. Libertate uero penſili conceſſa: iam uiſa eſt nouem pedum lon
gitudinis. Particulatim cucumis floret: ſibi ipſe ſuperfloreſcens. & ſicciores locos patit̃
candida lanugine obductus: magiſq; dum creſcit. Cucurbitarum numeroſior uſus. Et
primus caulis in cibo. Atq; ex eo in totum natura diuerſa. Nuper in balneaꝝ uſum ue
nere urceoꝝ uice. Iam pridem uero etiam cadoꝝ ad uina cõdenda. Cortex uiridi tener
Deraditur nihilominus cibis. Cibos ſalubres ac leues pluribus modis exiſtimant: q pſi
ci humano uentre non queant: ſed non intumeſcant. Semina quæ proxima collo fue
rint proceras pariunt. Item ab imis: ſed non cõperandas ſupradictis: quæ in medio ro-
tundas: quæ lateribus craſſas breuioreſq;. Siccant̃ in umbra: & cũ libeat ſerere in aqua
macerantur. Cibis quos longiores tenuioreſq; eo gratiores. Et ob id ſalubriores quæ pẽ
dendo creuere: minimumq; ſeminis tales habent: duricia eius in cibis gratiam termi-
nante. Eas quæ ſemini ſeruantur ante hyemem præcidi non eſt mos. Poſtea fumo ſic-
cantur condendis hortenſioꝝ ſeminibus ruſticæ ſupellectili. Inuenta eſt ratio qua ci-
bis quoq; ſeruarentur. Eodemq; modo cucumis uſq; ad alios pene prouentus: & id q-
dem iniuria fit. Sed & ſcrobe opaco in loco harena ſubſtrato fœnoq; ſicco opertos: ac
deinde terra uirides ſeruari tradunt. Sunt & ſilueſtres in utroq; genere & omnibus fe
re hortenſibus. Sed & his medica tantum natura eſt. Quam obrem differentur ĩ ſua
uolumina. Reliqua chartilaginum natura terra occultantur omnia. In quibus de ra
pis. abunde dixiſſe poteramus uideri: niſi medici maſculini ſexus facerent in his rotun
da. Latiora uero & concaua fœminini: præſtantiora ſuauitate: & ad condiendũ facilio
ra: quæ ſæpius ſata tranſeunt in marem. Iidem napoꝝ qnq; genera fecere. Corinthiũ
cloeneum: lyotaſium: boeticum: & quod per ſe uiride dixerunt. Ex iis in amplitudinẽ
adoleſcit corinthium nuda fere radice. Solũ enim hoc genus ſupne tendit: non ut cæ
tera in terram. Lyothaſium qdã thracium appellant: frigoꝝ patientiſſimũ. Ab eo boe
ticũ dulce eſt: rotunditate etiã breui notabile. Neq; ut cleonæũ prælongũ in totũ qui
dem. Quoꝝ tenuiora folia ipſi quoq; dulciores. Quorũ ſcabra & anguloſa & horrida
amariores. Eſt præterea genus ſilueſtre: cuius folia ſunt erucæ ſimilia. Palma romæ

amiterninis datur: inde murſiis: tertia noſtratibus. Cætera de ſatu eoꝝ ĩ rapis dicta ſũt
Cortice & chartilagine cõſtant raphani. Multiſq; eoꝝ cortex craſſior ẽt q̃ quibuſdam
arborũ. Amaritudo plurima illi eſt: & pro craſſitudine corticis. Cætera quoq; aliquádo
lignoſa. Et uis mira colligendi ſpiritũ: laxandiq; ructum. Ob id cibus illiberalis utiq; ſi
ꝓxime olus mandatur. Si uero cum oliuis diruptis rarior fructus fit: minuſq; fœtidus.
Aegypto mire celebratur ꝓpter olei fertilitatem: quod de ſemine eius faciunt. Hoc ma
xime cupiunt ſerere: ſi liceat quoniá & quæſtus plus q̃ e frumento & minus tributi ẽ:
nullũq; copioſius oleum. Genera raphani græci fecere tria folioꝝ differentia: criſpi: atq;
lenis: & tertiũ ſilueſtre. Atq; huic leuía quidẽ folia: ſed breuiora ac rotunda: copioſaque
atq; fruticoſa. Sapor aũt aſper: & medicamenti inſtar ad eliciandos aluos. Et ĩ prioribus
tamen differentia ſeminis eſt: quoniá aliqua ad modum exiguum ferunt. Hæc uitia
nõ cadunt niſi in criſpa folia. Noſtri alia fecere genera. Algidenſe a loco longũ atq; trã
lucidum. Alterũ rapi figura: quod uocant ſyriacũ: ſuauiſſimũ fere ac tenerrimũ: hye
miſq; patiens. Præcipuum tñ eſt quod e ſyria non pridem aduectum apparet: quoniá
apud auctores nõ reperitur. Id autem tota hyeme durat. Etiánum unum ſilueſtre græ
ci cheriam uocant: pontici armon: alii leucẽ: noſtri armoratiam fronde copioſius q̃ cor
pore. In oibus autem ꝓbandis maxime ſpectant̃ caules: in initio enim rotundiores craſ
ſioreſq; ac longis canalibus: Folia ipſa triſtiora: & angulis horrida. Seri uult raphanus
terra ſoluta humida. Fimum odit: palea contentus. Frigore adeo gaudet: ut ĩ germania
infantiũ pueroꝝ magnitudinem æquet. Seritur poſt idus febru. ut uernus ſit. Iterum
que circa uulcanalia quæ ſatio melior. Multi & martio & aprili ſerunt & ſeptembri. In
cipiente incremento confert alterna folia circumobruere: ipſos uero accumulare. Nam
qui extra terram emerſerit durus ſit atq; fungoſus. Ariſtomachus detrahi folia per hye
mem iubet: & ne lacunæ ſtagnent accumulare. Ita in æſtate grandeſcere. Quidam ꝓ
didere ſi palo adacto cauerna palea inſternatur in ſex digytorum altitudine: deinde ſe
men fimumq; & terra congeratur ad magnitudinem ſcrobis creſcere. Præcipue tamen
ſalſis aluntur. Itaq; etiam talibus aquis irrigantur. Et in ægypto nitro ſparguntur: ubi
ſunt ſuauitate præcipui. In totum quoq; ſalſugine amaritudo eorum eximitur: ſiunt
que coctis ſimiles. Nanq; & coctis dulceſcunt: & in naporum uicem trãſeunt. Crudos
medici ſuadent: ad colligenda acria uiſcerum dandos cum ſale ieiunis eſſe: atq; ita uo
mitionibus præparant meatum. Tradunt & præcordiis neceſſarium hunc ſuccũ: quá
do phtheſin cordi intus inhærentem non alio potuiſſe depelli compertum ſit in ægyp
to regibus corpora mortuorum ad ſcrutandos morbos inſecantibus. Atq; ut eſt græca
uanitas: fertur in templo Apollinis delphis adeo cæteris cibis prælatus raphanus: ut ex
auro dicaretur raphanus: beta ex argento: rapum e plumbo. Scires non ibi genitũ Mã
nium Curium ĩperatorem: quẽ in hoſpitio legatis aurũ repudiaturo afferentibus rapũ
torrentem in foco inuentum ãnales noſtri prodidere. Scripſit & Marchion græcus de
raphano unum uolumen. Vtiliſſimi in cibis hyberno tempore exiſtimantur. Iidemq;
dentibus ſemp inimici: quoniá atterant. Ebora certe poliunt. Odiũ iis cum uite maxi
mum: refugitq; iuxta ſatos. Lignoſiora ſunt reliqua in carthilaginum genere a nobis
poſita. Mirũq; omnibus uehementiam ſaporis ineſſe. Ex iis paſtinacæ unũ genus agre
ſte ſponte ꝓuenit: ſtaphylinos græcæ dicit̃. Alterum ſeritur radice uel ſemine primo
uere uel autũno. Vt Hygino placet februario: auguſto: ſeptembri: octobri: ſolo q̃ altiſſi
me refoſſo. Annicula utilis eſſe incipit: bima utilior: gratior autũno: patiniſq; maxime
Et ſic quoq; uirus illi intractabile eſt. Hibiſcum a paſtinaca gracilitate diſtat. Damna
tum cibis: ſed medicinæ utile. Eſt & quartum genus in eadem ſimilitudine paſtinacæ
damnatũ in cibis: ſed medicine utile. Eſt & quartũ genus in eadẽ ſimilitudie paſtiacæ
quá noſtri gallicam uocant: græci uero glaucon. Cuius genera ẽt quattuor fecere: in
ter medica dicendũ. Siſer & ipſum Tyberius princeps nobilitauit flagitans oibus ánis

a germania Geldubæ appellatur castellum rheno impoſitum: ubi generoſitas p̄cipua
Ex quo apparet frigidis locis conuenire. Ineſt longitudine neruus: qui in decoctis ex-
trahitur: amaritudinis tamen magna parte relicta: quæ mulſo in cibis temperata etiam
in gratiam uertitur. Neruus idem & paſtinacæ maiori dumtaxat anniculæ. Siſer his ſe
ritur menſibus: februario: martio: aprili: auguſto: ſeptembri: octobri. Breuior his eſt: ſed
toroſior amariorq; inula per ſe ſtomacho inimiciſſima. Eadem dulcibus mixtis ſaluber
rima. Pluribus modis auſteritas euicta gratiã inuenit. Nãq; & in pollinem tundit̃ ari-
da: liquidoq; dulci temperatur: & decocta poſtea aut aſſeruata uel macerata pluribus
modis. & tunc mixta defruto: aut ſubacta melle: uuiſq; paſſis: aut pinguibus cariotis.
Alio rurſus modo cotoneis: malis: uel ſorbis: aut prunis. Aliquando pipere aut thymo
uariata defectus præcipue ſtomachi excitat. Illuſtrata maxime Iuliæ Auguſtæ quotti-
diano cibo. Superuacuũ eius ſemen: quoniã oculis ex radice exciſis ut harundo ſeritur
Et hæc aũt ſeritur & ſiſer & paſtiaca utroq; tempore uere & autũno magnis ſeminum
interuallis. Nulla ne minus q̃ ternoꝝ pedum: quoniã ſpatioſe fruticat. Siſer ãt transfer
re melius. Proxima his eſt bulboꝝ natura: quos Cato in primis ſerendos præcipit: cele-
braniſq; megaricos. Veꝝ nobiliſſima eſt ſcylla: quãq̃ medicamini nata acetoq; exacuen
do. Nec ulli amplitudo maior: ſicut nec uis aſperior. Duo genera medicæ. Maſculus al
bis foliis. fœmina nigris. Et tertium genus eſt cibis gratum. Epimenidum uocat̃ angu
ſtius folio: ac minus aſpero. Seminis plurimum omnibus. Celerius tamen proueniunt
atæ bulbis circa latera natis. Et ut creſcant: folia quæ ſunt in his ampla: deflexa circa
ſobruuntur. Ita ſuccum omnẽ in ſe trahunt capita. Sponte naſcuntur copioſiſſime in
balearibus ebuſoq; inſulis: ac per hiſpanias. Vnum de iis uolumen condidit Pythago-
ras philoſophus: colligens medicas uires: quas proximo reddemus libro. Reliqua bulbo
rum genera differunt colore: magnitudine: ſuauitate. Quippe cum quidã crudi man
dantur: ut in cheronneſo taurica. Poſt hos in africa nati maxime laudãtur. Mox apuli
genera græci hæc fecere. Balbinon: ſitanion: pithyon: acrocorion: egylops: iſorrynchiõ.
In hoc miꝝ imas eius radices creſcere hyeme. Verno ãt cum apparuerit uiola: minui ac
contrahi: tum deinde bulbum pingueſcere. Eſt inter genera quod ægypto aron uocãt
ſcyllæ proximum amplitudine: foliis lapati: caule recto: duum cubitorum baculi craſ-
ſitudine: radice mollioris naturæ: quæ edatur & cruda. Effodiuntur bulbi ante uer. At
deteriores illico fiunt ſi finduntur. Signum maturitatis folia inareſcẽtia ab imo. Vetu-
ſtiores improbant. Item paruos & longos. Contra rubicundis rotundioribuſq; laus &
grandiſſimis. Amaritudo pleriſq; in uertice eſt. Media eorum dulcia. Bulbus non na-
ſci niſi ex ſemine priores tradiderunt. Sed & in preneſtinis campis ſponte naſcuntur:
ac ſine modo etiam in remoꝝ aruis.

De horteſium hærbaꝝ radicibus: foliis: floribus: coloribus. Ca. V.

Hortenſibus omnibus fere ſingulæ radices: ut raphano: betæ: apio maluæ. Am
pliſſima autem lapato: ut quæ deſcendat ad tria cubita. Silueſtri minores tu-
midæ. Effoſſa quoq; diu uiuit. Quibuſdam tamen capillatæ: ut apio: maluæ.
Quibuſdam ſurculoſæ: ut ocimo. Aliis carnoſæ: ut betæ: aut magis etiãnũm croco. Ali
quibus ex cortice & carne conſtant: ut raphano & rapis. Quorundam geniculatæ ſũt
ut graminis. Quæ rectam non habent radicem ſtatim plurimis nituntur capillamen
tis: ut atriplex: & blitum. Scylla autem & bulbi & cepe & alium non niſi in rectum ra-
dicantur. Sponte naſcentium quædam numeroſiora ſunt radice q̃ folio: ut calax: per
diotum crocum. Florent uero cum fraxino ſerpillium: ambrotonum: napi: raphani:
menta: ruta: & cætera quidem defloreſcunt cum cœpere. Ocimum autem particulatĩ
& ab imo incipit. Qua de cauſa diutiſſimæ floret. Hoc & in heliotropio hærba euenit.
Fols aliis cãdidus: aliis luteus: aliis purpureus. Folia cadunt a cacuminibus origano:
inulæ: & aliquando rutæ iniuria læſæ. Maxime cõcaua ſunt cepe. getio. Alliũ cepaſq;

inter deos iureiurando habet ægyptus. Cepe genera apud græcos ſarda: ſamothracia:
halſidena: ſetania. Item ſcirta. Aſcalonia ab oppido iudææ nominata. Omnibus etiam
odor lachrymoſus & præcipue cypriis: minime gnidiis. Quibus corpus totum pinguidi
nis ea um carthilagine. E cunctis ſetania minima: excepta tuſculana: ſed dulcis. Scirta
auté & aſcalonia conduntur. Scirtam hyeme cum coma ſua relinquunt. Vere folia de
trahunt: & alia ſubnaſcuntur iiſdem diuiſuris: unde & nomen. Hoc exemplo reliquis
quoq; generibus detrahi iubent: ut in capita creſcant potius q̃ in ſemetipſa. Aſcalonia
rum propria natura. Etenim uelut ſteriles ſunt ab radice: & ob id ſemine ſeri illas non
deponi iuſſere græci. Præterea ſerius circa uer cum germinant transferri. Ita craſſeſce
re. Et tunc properare præteriti temporis penſitatione. Feſtinandũ aũt in his eſt: quoniã
natura celeriter putreſcunt. Si deponantur: caulẽ amittunt: & ſemen ipſæq; euaneſcũt
Eſt & colorꝝ differentia. Samo enim & ſardibus candidiſſime ꝓueniunt. Sunt in hono
re & creticæ: de quibus dubitant ante eædem ſint: quæ aſcaloniæ: quoniã ſatis capita
craſſeſcunt: depoſitis caulibus & ſemine. Diſtant ſapore tantũ dulci. Apud nos duo pri
ma genera. Vnum cõdimentarium: quod illi getion: noſtri pallacanam uocant. Serit
menſibus martio: aprili: maio. Alterũ capitatum æque ab æquinoctio autũni uel fauo
nio. Genera eius auſteritatis ordine africana: gallica: tuſculana: amiternina. Optĩa aũt
quæ rotundiſſima. Item ruffa acrior q̃ candida: ſicca q̃ uiridis: & cruda q̃ cocta: ſicca q̃
condita. Seritur amiternina frigidis & humidis locis: & ſola alii modo capite: reliquæ ſe
mine. Proximaq; æſtate nullum ſemen emittunt: ſed caput tantum quod inareſcit. Se
quenti autem anno permutata ratione ſemen gignitur. Caput ipſum corrumpitur.
Ergo oĩbus annis ſeperatim ſemen cepe cauſa ſeritur. Seperatim cepe ſeminis. Seruant
autem optime in paleis. Getium pene ſine capite eſt: ceruicis tantum longæ: & ideo to
tum in fronde: ſæpiuſq; reſecatur ut porrum. Ideo & illud ſerunt non deponunt. Cæ
tero cepas ter foſſo ſolo ſeri iubent: extirpatis radicibus hærbarũ. In iugero denas libras
Intermiſceri ſatureiam: quoniam melius ꝓueniat. Runcari præterea: & ſarriri ſi nõ ſæ
pius quater. Aſcaloniam menſe februario ſerunt noſtri. Semen ceparum nigreſcere in
cipiens anteq̃ marceſcat metunt. Et de porro in hanc cognitionẽ dici conuenit: præſer
tim cũ ſectiuo nuper auctoritatem dederit princeps Nero: uocis gratia ex oleo æſtatis
menſium oĩbus diebus. Nihilq; aliud ac ne pane quidẽ ueſcendo. Seritur ſemine ab æq
noctio autũno ſi ſectiuum facere libuerit denſius. In eadẽ area ſecatur donec deficiat:
ſtercoraturq; ſemper: ſi nutritur in capita anteq̃ ſecetur: cũ increuerit: in aliam aream
trãſferatur ſũmis foliis leniter reciſis ante medullã & capitibus retractis tunicis ue ex
tremis. Antiqui ſilice uel tegula ſubiecta capita dilatabant. Hoc item de bulbis. Nunc
ſarculo leuiter cõuelluntur radices ut delumbatæ alant. neq; diſtrahant. Inſigne ꝙ cũ
fimo lætoq; ſolo gaudeat: rigua odit: & tamen ꝓprietate quadã ſoli conſtat. Laudatiſſi
mus in ægypto: mox orchiæ atq; aritiæ. Sectiui duo genera. Hoc hærbaceum folio in
ciſuris eius euidentibus: quo utuntur medicamentarii. Alterum genus ſuauidioris fo
lii rotundioriſq;: inciſuris leuioribus. Fama eſt Melã equeſtris ordinis rerũ ex procura
tione a Tyberio principe accerſitum in ſũma deſperatione ſucco porri ad triũ denario
rum argenteorũ põdus hauſto cõfeſtim expiraſſe ſine cruciatu. Ampliorem modũ ne
gant noxium eſſe. Alliũ ad multa ruris præcipue medicamenta ꝓdeſſe creditur. Tenu
iſſimis & quæ ſeperantur in uniuerſũ uelatur mẽbranis: mox pluribus coagmentatur
nucleis: & iis ſeperati ueſtitis. Aſperi ſaporis: & quo plures nuclei fuere hoc eſt aſperius
Tedium huic quoq; halitu ut cepis: nullũ tamen coctis. Generũ differentia ĩ tempore.
Præcox matureſcit. lx. diebus tum in magnitudine. Vlpicum quoq; in hoc genere græ
ci appellauere allium cyprium: alii antiſcordon: præcipue africe celebratum inter pul
mentaria ruris grandinis. Alio trito in oleo & aceto mirũ quantũ increſcat ſpuma.
Quidam & allium ulpicũ in plano ſeri uetãt: caſtellatimq; grumulis ĩponi diſtantibus

inter ſe pedes ternos.Inter grana quattuor digyti intereſſe debent:ſimul atq; tria folia
eruperint ſarriri.Grandeſcunt quo ſæpius ſarriuntur.Matureſcentiū caules depreſſi
in terram obruūtur.ita cauet ne in frondem luxuriēt.In frigidis utilius uere ſeri quá
autumno.Cæterum ut odore careant omnia hæc iubentur ſeri cum luna ſub terra ſit
colligi cum in coitu.Sine iis Menander e græcis auctor eſt: alium edentibus ſi radicē
betæ in pruna toſtam ſuperederint:odorem extingui.Sunt qui & alium & ulpicū in-
ter cōpitalia ac ſaturnalia ſeri aptiſſime putent.Allium & ſemine ꝓuenit ſed tarde.Pri
mo enim anno porri craſſitudine capite efficitur:ſequenti diuidit̃:tertio conſumatur
Pulchriuſq; exiſtimatur tale.A quibuſdá in ſemen exire uetatur.Sed intorqueri caulis
ſationis gratia:uti caput ualidius fiat.Quod ſi diutius allium cepeq; inueterari libeat
aqua ſalſa tepida capita intinguenda ſunt.Ita diuturniora fient:melioraq; uſui:ſed in
ſatu ſterilia.Alii contenti ſunt primo ſuper prunas ſuſpendiſſe:abundeq; ita profici ar
bitrantur:ne germinent.Quod facere allium cepamq; extra terrá quoq; certū ē:& cau-
liculo acto euaneſcere.Aliqui & allium palea optime ſeruari putant.Allium eſt ī aruis
ſponte naſcens:alum hoc uocant:quod aduerſus improbitatem alitum depaſcentium
ſemina:coctum ne renaſci poſſit:abiicitur:ſtatimq; quæ deuorauere aues ſtupētes ma
nu capiuntur:& ſi paulum commorauere reſupitæ.Eſt & ſilueſtre quod urſinum uo
cant odore molli:capite pretenui:foliis grandibus.

Quoto die quæq; herbæ naſcuntur ſatæ:& quomodo quæq; formantur:
uel digerantur:& quoꝝ ſingula genera:& quoꝝ plura. Ca. VI

IN hortu ſatoꝝ celerrime naſcunt̃ ocimum:blitū:napus:eruca. Tertio enim
die erumpunt anetum quarto:lactuca qnto:raphanus ſexto:cucumis & cu
curbitæ ſeptimo:prior cucumis:naſturtium ac ſinapi qnto.beta æſtate ſexto
hyeme decimo:atriplex octauo:cepe.xix.aut.xx.getium.x.aut.xii.Cōtumacius corian
drum.Cunila quidem & origanū poſt .xxx.diem Omniū difficillime apium.xl. enim
die cum celerrime maiore ex parte emergit.Aliquid & ſeminū ætas confert:quoniá re-
centiora maturius gignunt̃.In porro:getio:cucumere:cucurbita.Ex uetere aūt celeri
us proueniunt apium:beta:cardamum:cunilla:origanum:coriandrum.Miꝝ in betæ
ſemine non enim tota eo anno gignitur:ſed aliquid ſequente:aliquid tertio.Itaque ex
copia ſeminis modice naſcitur.Quædam anno tantum ſuo pariunt:quædam ſæpius
ſicut apium:porrum:getium:Hæc enim ſemel ſata pluribus annis reſtibili fertilitate
proueniunt.Semina plurimis rotunda:aliquibus oblonga: paucis foliaca & lata: ut
atriplici.Quibuſdam anguſta & canaliculata:ut cumino. Differunt & colore nigro
candidoq; item duricie.Surculacea in folliculo ſunt raphano:ſinapi:rapo.Nudum ſe
men apii:coriandri:aneti:fœniculi:cumini.Cortice obducta bliti:betæ:atriplicis: oci-
mi.At lactucis in lanugine.Nihil ocimo fœcundius.Cum maledictis ac probris feren
dum præcipiunt:lætius proueniet.Satum etiam paſcitur terra adacta cuminum: &
qui ſerunt precantur ne exeat.Quæ in cortice ſunt difficillime matureſcunt: maxi-
meq; ocimum:& gyt.Siccantur omnia ac ſunt fœcunda. Vtiq; meliora naſcuntur
aceruatim ſato ſemine:q̃ ſparſo.Ita certe porrum & allium ſerunt in laciniis colligatū
Apium etiam paxillo cauerna facta ac fimo ingeſto.Naſcuntur autem omnia aut ſe-
mine aut auulſione.Quædam ſemine & ſurculo:ut ruta:origanum.Ocimum præci-
dunt enim & hoc cum peruenit ad palmæ altitudinem. Quædam & radice & ſemi-
ne:ut cepa:allium:bulbi:& ſi quorum radicem minimi florum relinquunt. Eorum
uero quæ a radice naſcuntur radix diuturna & fruticoſa eſt:ut bulbi:getii:ſcyllæ.Fru
ticant alia & non capite:ut apium:& beta. Caule reciſo fere quidem omnia regermi-
nant:exceptis quæ non ſcabrum caulem habent.Ex in uſu uero ocimum: raphanus
lactuca.Hanc etiam ſuauiorem putant a regerminatione.Raphanus utiq; iucundior
detractis foliis anteq̃ decauleſcat.Hoc & in rapis.Nam & eadem direptis foliis cooperta

terra creſcunt:durantq; in æſtate. Singula genera ſunt ocimo:lapato:blito:naſturtio:
erucæ:attriplici:coriandro aneto. Hæc enim ubiq; eadem ſunt : neq; aliud alio melius
uſquam. Rutam furtiuam tantum prouenire fertilius putant:ſicut apes furtiuas peſ
ſime. Naſcuntur etiam non ſata mentaſtrum:nepeta:intubum:pulegium. Contra plu
ra genera ſunt eorum quæ diximus:dicemuſq; in primis de apio.

Natura & genera & hyſtoriæ ad cõdimenta in
horto satarũ rerũ.xxxvi. Ca. VII.

ID enĩ quod ſponte in humidis naſcitur helioſelinũ uocatur uno folio:nec hir
ſutũ. Rurſus in ſiccis hippoſelinũ:pluribus foliis:ſimile helioſelino. Tertium
eſt oreoſelinum cicutæ foliis:radice tenui:ſemine aneti:minutiore tñ. Eſt aũt
ſatiuis differentia in folio denſo criſpo:aut rariore & leuiore. Item caule tenuiore ac craſ
ſiore. Et caulis aliorum candidus eſt:aliorũ purpureus:aliorum uarius. Lactucæ græ
ci tria fecere genera. Vnum lati caulis:adeo ut urceola & olitoria ex iis factitari prodi
derint. Folium his paulo maius hærbaceo & anguſtiſſimum:ut alibi cõſumpto incre
mento:alterum rotundi caulis. Tertium ſeſſile:quod laconion uocant. Alii coloris &
temporis ſatus genera diſcreuere. Eſſe enĩ nigras:quarum ſemen menſe ianuario ſerãt
albas quarũ martio:rubentes quarum aprili. At omniũ earum plantas poſt binos men
ſes differri. Diligentiores plura genera faciunt:purpureas:criſpas:cappadocas: græcas.
Longiora his folia cauleſq; lati. Præterea longi & anguſti intubi ſimiles. Peſſimũ autẽ
genus cum exprobratione amaritudinis appellauere picrida. Eſt etiãnum alia diſtictio
atræ:quæ miconis uocatur a copia lactis ſoporiferi:quãq̃ omnes ſonnum parere credã
tur: Apud antiquos italiæ hoc ſolum genus earum fuit:& ideo lactucæ nomẽ adeptæ
Purpuream maxime radicis cecilianã uocãt. Rotundam uero ac minime radicis : latis
foliis artylida. Quidamq; eumechion:quoniam hæc maxime refragetur ueneri. Eſt
quidem natura omnibus refrigeratrix:& ideo æſtate gratæ a ſtomacho faſtidium auſe
runt:cibiq; appetentiam faciunt. Diuus certe Auguſtus lactuca conſeruatus in ægri
tudine fertur prudentia Muſæ medici:cũ prior eſſet eſca e melle . Religio minime om
ne caret:in tantum recepta commendatõne:ut ſeruari etiam in alienos menſes eas oxy
melite repertum ſit. Sanguinem quoq; augere creduntur. Eſt etiamnum quæ uocatur
caprina lactuca:de qua dicemus inter medicas. Et ecce cum maxime cœpit irrepere ſati
uis ad modum probata:quæ cilicia uocatur:folio cappadocæ niſi criſpum latiuſq; eẽt
Nec ex eodem genere poſſunt dici:neq; ex alio intubi hyemis impatientiores :uiruſque
præferentes:ſed caule non minus grati. Seruntur uerno plantæ eorũ:ultimo uere trãſ
feruntur. Eſt & erraticum intubum:quod in ægypto cichorium uocant. De quo plu
ra alias. Inuentum omnes thyrſos uel folia lactucarum prorogare urceis conditos ac re
centes in patinis coquere. Seruntur lactucæ anno toto lætis & irriguis ſtercoratiſque
binis menſibus inter ſemen plantamque & maturitatem. Legitimum tamen a bruma
ſemen iacere:plantam in fauonio transferre. Aut ſemen fauonio:plantam æquinoctio
uerno. Albæ maxime hyemem tolerant. Humore omnia hortenſia gaudent & ſtercore:
præcipue lactucæ:& magis intubi: Seri etiam radices illitas fimo intereſt:& repleri abla
queatas humo. Quidã & aliter amplitudinẽ augent:reciſis cũ ad ſemipedẽ excreuerint
fimoq; ſuillo recenti illitis. Candore uero putant cõtingere iis dũtaxat:quæ ſũt ſeminis
albi:ſi harena de littore a primo incremento congeratur in medias : atq; ĩ creſcentia ſo
lia contra ipſas religentur. Beta hortenſiorum leuiſſima eſt. Eius quoq; a colore duo ge
nera græci faciunt:nigram:& candidam:quam præferunt:parciſſimi ſeminis : appel
lantq; ſiculum:candoris ſane diſcrimine præferentes ut lactucam. Noſtri betæ genera
faciunt uernum & autumnale:a temporibus ſatiuis:quamquam & iunio ſeratur. Trãſ
feruntur autem in planta he quoq;:& oblimi fimo radices ſuas locũq; ſimiliter madidũ
amãt. Vſus iis & cũ lẽte ac faba. Idemq; q oleris & p̃cipuus:ut lenitas excitet acrimonia

ſinapis. Medici innocentiorem q̃ olus eſſe iudicauere. Quam ob rem appoſitas non
memini: deguſtare etiam religio eſt: utq; ualidis potius in cibo ſint. Gemina iis natura
& oleris & capite ipſo exilientis. Bulbis ſpecies ſũma in latitudine. Ea contingit ut in
lactucis: cum cœperint colorẽ trahere ĩpoſito leui pondere. Neq; alii hortenſiorũ latitu
do maior. In binos pedes aliquando ſe pandunt: multum & ſoli natura conferente eis.
Et in circelenſi agro ampliſſime ꝓueniunt. Sunt qui betas punico malo florẽte opti-
me ſeri exiſtimẽt: transferi aũt cũ quinque foliorꝫ eſſe cœperint. Mira differentia ſi uera
eſt: candidis ſolui aluos: modice nigris inhiberi. Et cum braſſica corrũpatur in dolio ui
ni ſapor odore betæ foliis demerſis reſtitui. Olus cauleſq; quibus nunc pricipatus hor-
torũ apud græcos ĩ honore fuiſſe nõ repio. Sed Cato braſſicæ miras canit laudes: qua-
in medẽdi loco reddemus. Genera eius facit tria. Vnam extẽtis foliis: caulæ magno. Al-
terã criſpo folio: q̃ apianam uocat. Tertiã minutis cauilibus lenẽ tenerã minimeq; pro-
bat. Braſſica toto anno ſeritur quoniam & toto ſecatur. Vtiliſſime tamẽ ab æquinoctio
autũni. Transfertur cũ quinque foliorꝫ eſt. Cima a prima ſectione præſtat proximo ue
re. Hic eſt quidã ipſorum caulium delicatior teneriorq; cauliculus. Apitii luxuria. Et ꝑ
eum Druſo Cæſari blanditus non ſine caſtigatiõe Tiberii patris. Poſt Cimam ex eadẽ
braſſica cõtingunt æſtiui autunnaleſq; cauliculi: mox hyberni: tierumq; cimæ: nullo
æquæ genere multifero: donec ſua fertilitate cõſumatᷣ. Tertia circa ſolſtitium: ex qua
ſi humidior locus eſt æſtate ſiccior autũno plantatur. Humor fimuſq; ſi defuere: maior
ſaporis gratia eſt. Si abundauere lætior fertilitas. Fimũ aſininum maxime cõuenit. Eſt
hæc quoq; res inter opera ganeæ. Qua propter non pigebit uerboſius ꝓſequi. Præcipu
us fit caulis ſapore ac magnitudine. Primũ omnium ſi in repaſtinato ſeras: dein ſi terrã
fugientes cauliculos ſeces: a terraq; ꝓceritate luxurioſa attollẽtes ſe exagerando aliã ac
cumules ita: ne clus q̃ cacumen emineat. Tritianum hoc genus uocatᷣ: bis cõputabili
impendio tedioq;. Cætera genera complura ſunt. Cumanum: ſiſſile folio: capite patu-
lum: aricinum altitudine non excelſius: folio numeroſius q̃ tenuius. Hoc utiliſſimum
exiſtimatᷣ: quia ſub omnibus fere foliis frũticat cauliculis peculiaribus. Pompeianum
procerius caule ab radice tenui: intra folia craſſeſcit. Rariora hæc anguſtioraq;: ſed te-
neritas in dotæ fit. Frigora non tolerat. Quibus etiam aluntur brutiani: prægrandes fo
liis: caule tenues: ſapore acuti. Sabellico uſq; in admirationem criſpa ſunt folia: quorũ
craſſitudo caulem ipſum extenuat: ſed dulciſſimi ꝓhibentur ex omnibus. Nuper ſubire
lacuturres ex cõualle aricina: ubi quõdam fuit lacus turriſq; quæ remanet: capite præ
grandes: folio ĩnumeri. Alii in orbẽ porrecti. Alii in latitudinẽ toroſi. Nec plus ullis ca-
pitis poſt tritianũ: cui pedale aliquando cõſpicitur. Et cima nullis ſerior. Cuicũq; autẽ
generi pruinæ plurimum ſuauitatis conferũt. Et niſi obliquo uulnere defendatur me
dula plurimũ nocet. Semini deſtinati non ſecantᷣ. Eſt etiam ſua gratia nõnunq̃ plãtæ
habitu excellentibus. Halmyrida uocant: quoniã niſi in maritimis non ꝓueniunt. Na
uigatione quoq; longinqua uiridibus adſeruatis: Statim deſecta ita ne humũ attingãt
ĩ cados olei quãq̃ ꝓxime ſiccatos obturatoſq; cõduntᷣ: oĩ ſpiritu excluſo: Sũt q plantã
ĩ trãſferẽdo alga ſubdita pediculo nitro ue trito: quod tribus digitis capiatᷣ: celeriores
ad maturitaeem fieri putẽt. Sunt q ſemen trifolii nitrũq; ſimul tritũ aſpergãt foliis. Ni
trũ etiã ĩ coquẽdo uiriditatẽ cuſtodit. Aut apiciana coctura oleo ac ſale priuſq̃ coquã-
tur maceratis. ẽ ĩter hærbas genus ĩſerẽdi præciſis germinibꝰ caulis: & ĩ medullã ſemĩe
ex aliis addito. Hoc & ĩ cucumere ſilueſtri. Necnõ olus quoq; ſilueſtre ẽ triũ foliorꝫ. Di
ui Iulii carminibus præcipue iocis militaribus celebratũ. Alterius qppe uerſibus exꝓ-
bauere lapſana ſe uixiſſe apud dyrrachium præmiorũ perſimoniã cauillantes. Eſt aũt
id cima ſilueſtris. Omnium hortenſiorum laudatiſſima cura aſparagis. De origĩe eorꝫ
in ſilueſtribus curis abunde dictũ: & quõ eos iuberet Cato in harundinetis ſeri. Eſt &
aliud genus incultius: aſparago mitius corruda paſſim etiam in mõtibus naſcens: re-

fertis ſuperioris germaniæ campis.non inſcito Tyberii Cæſaris dicto; hærbā id quan
dam naſci ſimillimā aſpergo.Nam quod in neſide campaniæ inſula ſponte naſcit̃ lon
ge opti.nū exiſtimatur hortenſium.Seritur ſpongiis.Eſt enim plurimæ radicis:altiſſi
meq; germinat.Viret thyrſo primum emicante.Qui caulem educens tp̄re ipſo quo fa
ſtigatus eſt in toros ſtringit̃.Poteſt & ſemine ſeri.Nihil diligentius cōprehendit Cato.
Nouiſſimūq; libri eſt:ut appareat repentinam ac nouitiam uiro curā fuiſſe.Locum ſu
bigi iubet humidū aut craſſum:Semipedali undiq; interuallo ſeri ne calcet̃. Præterea
ad lineam grana bina aut terna paxillo dimitti.Videlicet ſemine tum tantū ſerebant̃.
Id fieri ſecundū æquinoctium uernū.Stercore ſatiari.Crebro purgari. Caueri ne cum
hærbis euellantur aſparagi.Primo anno ſtramento ab hyeme protegi.Vere aperiri: ſar
riri runcari.Tertio incendi uerno.Quo maturius incenſus ē:hoc melius prouenit.Ita
que harundinetis maxime conuenit quæ feſtinantincendi.Sarriri iubet idem non an
teq̃ aſparagaſus natus fuerit:ne in ſarriēdo radices uexentur.Ex eo uelli aſparagum ab
radice.Nam ſi defringatur ſtirpeſcere:& ntermori.Velli donec in ſemen eat.Id autem
matureſcere ad uer:incendiq;:ac rurſus cum apparuerint aſparagi ſarriri ac ſtercorari
Ac poſt annos nouem cū iam uetus ſit:digeri ſubacto ſolo ſtercoratoq;. Tum ſpongiis
ſeri ſingulorum pedum interuallo.Q uin & ouillo fimo nominatim uti:quoniā aliud
hærba ſceret:nec quicq̃ poſtea tentatum utilius apparuit:niſi ꝗ circa idus februarii de
foſſo ſemine aceruatis puulis ſcrobibus ſerūt:plurimūq; maceratum fimo. Dein nexis
inter ſe radicibus ſpongias factas poſt æquinoctium autūni diſponunt pedalibus iter
uallis:fertilitate in denos annos durante:Nullum gratius iis ſolum q̃ rauennatium.
Hortorum indicauimus corrudam.Hunc intelligimus ſilueſtrem aſparagū:quē græci
orminū aut myacanthon uocant aliis ue nominibus.Inuenio naſci & arietis cornibus
tuſis atq; defoſſis.Poterant uideri dicta omnia quæ in precio ſunt:niſi reſtaret res ma
ximi quæſtus nō ſine pudore dicenda.Certum eſt quippe carduos apud carthaginem
magnam cordubamq; præcipue ſeſtertia ſena milia e paruis.iis reddere:quoniam por
tenta quoq; terrarum in ganeam uertimus.Etiam ea quæ refugiunt quadrupedes cō
ſciæ.Carduos ergo duobus modis ſerunt autumno:planta & ſemine ante nonas marti
as.Plantæq; quæ ex eo diſponentur ante idus nouembris aut in locis frigidis circa fa
uonium.Stercorantur etiam ſi placet:latiuſq; proueniūt. Ocimum parilibus optie
ſeri ferunt.Quidam & autūno:iubentq; cum hyeme ſeratur:aceto ſemen perfundi.
Eruca quoque & naſturtium uel æſtate uel hyeme facillime naſcuntur. Eruca præci
pue frigorum contemptrix diuerſæ eſt q̃ lactuca naturæ.Concitatrix ueneris. Iccirco
iungitur illi fere in cibis:ut nimio frigori par feruor immixtus temperamentū æquet.
Naſturtium nomen accepit a narium tormento:Et ide uigoris ſignificatio prouerbio
id uocabulo uſurpauit ueluti torporem excitantis.In arabia mire amplitudinis dicit̃
gigni.Ruta quoq; ſeritur fauonio & ab æquinoctio autūni:odit hyemem & humorem
ac fimum.Apricis gaudet & ſiccis:terra quam maxime lateritia.Cinere uult nutriri.
Hic & ſemini miſcetur:ut careat erucis.Auctoritas etiam peculiaris apud antiquos ei
fuit.Inuenio muſtum rutatum populo datum a Cornelio Cethego in conſulatu colle
ga.Q .Flaminii comitiis per actis.Amicitia eſt ei & cum fico.in tantum ut nuſquam
lætior proueniat quam ſub hac arbore:Seritur & ſurculo melius in perforatam fabam
inditoque ſucco nutrit comprehendendo ſurculum.Seritur & a ſeipſa. Nanque icur
uato cacumine alicuius rami cum attigerit terram ſtatim radicatur.Eadem & i ocimo
natura niſi ꝗ difficilius creſcit.Sed durata runcatur non ſine difficultate prouenien
tibus ulceribus:ni munitis manibus id fiat:oleo ue defenſis. Conciduntur autem &
eius folia:ſeruanturq; faſciculis.Ab æquinoctio uerno ſeritur apiū ſemine paulū i pila
pulſato.Criſpius ſic putant fieri:aut ſi ſatū calcet̃ cylindro pedibus ue. Propriū et ꝗ
colorē mutat.Honos ipi i achaia coronare uictores ſacri certaminis nemeæ.Eodē tēpo

re ſeritur menta planta:uel ſi nōdum germinat:ſpongia:minus hæc humido gaudet
Aeſtate uirēt.Hyeme flaueſcit.Genus eius ſilueſtre mentaſtrum eſt. Et hoc ꝓpagatur
ut uitis:uel ſi inuerſi rami ſerantur.Mentæ nomen ſuauitas od ris apud græcos mu-
tauit:cū alioquin mintha uocaretur.Vnde ueteres noſtri nomen declinauerunt.Gra-
to menta menſas odore percurrit in ruſticis dapibus Semel ſata diutina ætate durat.
Congruit pulegio cuius natura in coronariis refloreſcens ſæpius dicta eſt hæc quoq;
ſeruantur ſimili genere :mentam dico pulegiumq; & uepitam. Condimentoꝝ tamen
omniumq; faſtidiis ciminum amiciſſimum.Naſcitur in ſumma tellure uix hærens:&
in ſublime tendens.In putribus & calidis maxime locis medio ſerendum uere. Alterū
eius genus ſilueſtre:quod ruſticum uocant:alii thebaicum:ſi tritum ex aqua potetur
in dolore ſtomachi prodeſt.In carpentina noſtri orbis maxime laudaẗ.Alioquin æthio
pico africoq; palma eſt.Quidam huic ægyptium præferunt.!Sed præcipue oluſatrū
ſmiræ naturæ eſt.Hippoſelinū græci uocant:alii ſmynion.E lachryma caudicis ſui na
citur.Seritur & radice.Succū eius qui colligunt murræ ſaporem habere dicunt. Au-
ctor eſt Theophraſtus murra ſata natum.Hippoſelinū ueteres præceperant in locis i-
cultis lapidoſis iuxta maceriam ſeri.Nunc & repaſtinato ſeriẗ:& a fauonio poſt æqui
noctium autūnum.Quippe cum capparis quoq; ſeratur ſiccis maxime: area ī defoſſu
cauata ripiſq; undiq; circumſtructis lapide:alias euagatur per agros:& cogit ſolū ſte i-
leſcere.Florent æſtate.Viret uſq; ad uergiliaꝝ occaſum:Sabuloſis familiariſſimū.Viti
eius quod trans maria naſcitur diximus inter peregrinos frutices. Peregrinū & careū
gentis ſuæ nomine appellatum culmis principale.In quacūq; terra ſeri uult ratiōe ea-
dem qua oluſatrū .Laudatiſſimum tamen in caria:proximū phrygia. Liguſticum ſil
ueſtre eſt.In liguriæ ſuæ mōtibus ſeritur.Vbiq; ſuauius ſatiuum:ſed ſine uiribus.Pa-
nacem aliqui uocant.Crateias apud græcos cunilam bubulam eo noīe appellat.Cæteri
fere cunizamidē:cunilaginem.Thymbrā uero quæ ſit cunila.Hæc apud nos habet uo
cabulum & aliud ſatureia dicta in condimentario genere.Seritur menſe februario:ori
gano æmula: Nuſꝗ utrūq; additur:quippe ſimilis effectus.Sed cunilæ ægyptium ori-
ganum tantū præfertur.Peregrinum fuit & lepidū.Seritur a fauonio.Dein cum fru-
ticauerit:iuxta terrā preciditur.Tunc runcatur:ſtercoraturq;.Per biēniū hæc.Poſtea
in iiſdem fruticibus utuntur:ſi non ſæuitia hyemis ingrauat:quādo impatientiſſimū
eſt frigoꝝ.Exit & in cubitalem altitudinē foliis laurinis ſed mollibus.Vſuſq; eius non
ſine lacte.Gytpiſtrinis:aniſum & anetum culinis & medicis naſcuntur. Sagapenum
& ipſum in hortis quidem:ſed medicinæ tantum.Sunt quædā comitantia alioꝝ ſatus
ut pauper:nāq; cum braſſica ſeritur.Ac porculaca & eruca cum lactuca.Papaueris ſa
tiui tria genera.Candidum cuius ſemen toſtum in ſecunda menſa cū melle apud an
tiquos edebatur.Hoc & panis ruſtici cruſtæ inſpergitur adfuſo ouo inherens.Vbi infe
riorem cruſtam apio:gytq; cerilai ſapore condiunt.Alterum genus papaueris nigrum
cuius ſcapo inciſo lacteus ſuccus exprimitur.Tertium genus rhyan uocant græci:id
noſtri erraticum.Sponte quidem:ſed maturius:cum hordeo maxime naſcitur:erucæ
ſimile:cubitali altitudine:flore ruffo & protinus deciduo:unde & nomen a græcis ac-
cepit.De reliquis generibus papaueris ſponte naſcentis docebimus in medicinæ loco
Fuiſſe autem in honore apud romanos ſemper inditio eſt Tarquinius Superbus. qui
legatis a filio miſſis decutiendo papauera in horto altiſſima ſanguinarium illud reſ-
ponſum hac facti ambage reddidit. Rurſus alio comitatu æquinoctio autunni ſe-
runtur coriandrum:anetum:atriplex:maluæ:lapati.cerefolium:quod pederoton græ
ci uocant: & acerrimum ſapore:ignei effectus ac ſaluberrimum corpori. Sina-
pi nulla cultura: melius tamen planta relata: Quin e diuerſo uis eſt ſato ſe
mel eo liberare locum. Quoniam ſemen cadens protinus uiret. Vſus eius etiam pro
pulmentario in patellis decocto citra itellectum acrimoniæ.Coquuntur & folia ſicut

reliquorum olerũ. Sunt autẽ triũ generũ. Vnũm gracile: alterũ rapi foliis ſimile: tertiũ
erucæ. Semen optimũ ægyptiũ. Athenienſes napi appellauerunt: alii tapſii: alii ſaurion
Serpylo & ſiſimbrio montes pleriq; ſcatent: ſicut thracia. Aut aquæ deferunt ex iis au
ulſos ramos: ſeruntq;. Item ſicyone ex ſuis montibus: & athenis: & hymeto. Simili modo
& ſiſimbriũ ſerunt. Lætiſſimum naſcit̃ i puteoꝝ parietibus & circapiſcinas & ſtagna.

De fœniculo & canabe. Ca. VIII

Reliqua ſunt ferulacei generis ceu fœniculum: anguibus (ut diximus) gratiſ
ſimum: ad condienda plurima cum inaruerit. Eiq; per q̃ ſimilis tapſia: de qua
diximus inter externos frutices. Deinde utiliſſima funibus canabis ſerit̃ a fa
uonio. Quo denſior eſt eo tenerior. Semen eius cum eſt maturum ab æquinoctio au
tumni defringitur: & ſole aut uento aut fumo ſiccatur. Ipſa canabis uellitur poſt uin
demiam: ac lucubrationibus decorticata purgatur. Optima alabandica: plagarum præ
cipue uſibus. Tria ibi eius genera. Improbatur cortici proximũ aut medullæ. Laudatiſ
ſimum eſt e medio: quæ meſa uocatur. Secunda milaſea. Quod ad proceritatem quidẽ
attinet: roſea: agri ſabini arboꝝ altitudinem æquat. Ferulæ duo genera in ꝑegrinis fru
ticibus diximus. Semẽ eius in italia cibus eſt. Condit̃ qppe duratq; in urceis uel anni
ſpatio. Duo ea genera. Caules & racemi. Corymbiã hãc uocãt: corymboſq; quos cõdiũt.

De morbis hortorum: & remedia circa formicas & erucas & culices. Ca. IX.

Morbos hortenſia quoq; ſentiunt: ſicut reliqua terræ ſata. Nanq; & ocimum ſe
necat: degeneratq; rite in ſerpillum: & ſiſimbrium in calamintham. Et ex ſemi
ne braſſicæ ueteris rapæ fiunt. Atq; inuicem enecatur cyminum ab uno dor
ſo niſi repurgetur. Eſt autem unicaule: radice bulbo ſimili: non niſi in ſolo gracili na
ſcens. Alias priuatim cymini morbus ſcabies. Et ocimum ſub canis ortu palleſcit. Oia
uero acceſſu mulieris menſtrualis flaueſcunt. Beſtiolarum quoq; genera innaſcuntur
Napis culices: raphano erucæ: & uermiculi. Item latucis & oleri. Vtriſq; hoc amplius
limaces & cocleæ. Porro uero priuatim animalia: quæ facilime ſtercore in ecto capiun
tur: condentia in id ſe. Ferro quoq; non expedire tangi rutam cunilam mentã ocimũ
auctor eſt Sabinus Tyro in libro cepuricon. quem Mœcenati dicauit. Item contra for
micas non minimum hortorum exitium: ſi non ſint rigui: remedium monſtrauit. Li
mo marino aut cinere obturatis earum foraminibus. Sed efficaciſſime heliotropio hær
ba necantur. Quidam & aquam diluto latere crudo inimicam eis putant. Naporum
medicinæ ſunt: ſiliquas una ſeri: ſicut olerum cicer. Arcet enim erucas. Quæ ſi omiſſo
iam natæ ſint: remedium abſinthii ſuccus decocti inſperſus ſedi quam anagorum uo
cant. Genus hoc hærbæ diximus. Semen olerum ſi ſucco eius madefactum feratur ole
ra nulli animalium obnoxia futura tradunt. In totum uero nec erucas ſi palo imponã
tur in hortis oſſa capitis ex equino genere fœmine dumtaxat. Auerſus erucas & cancꝝ
fluuitialem in medio horto ſuſpenſum auxiliari narrant. Sunt qui ſanguineis uirgis
tangant ea: quæ nolunt his obnoxia eſſe. Infeſtant & culices hortos riguos præcipue ſi
ſunt arbuſculæ aliquæ. Hi galbano accenſo fugantur.

Quæ magis ſint fortia uel minus: & quibus ſalſæ aquæ proſint. Ca. X.

Nam quod ad ꝑmutationem ſeminũ attinet: quibuſdam ex iis firmitas maior
eſt: ut coriandro: betæ: porro: naſturtio: ſinapi: erucæ: cunilæ: & fere acribus.
Infirmiora autem ſunt atriplici: ocimo: cucurbitæ: cucumi: & æſtiua omnia
hybernis magis durant: minime aũt getiũ. Sed ex iis quæ ſunt fortiſſima nullum ultra
quadrimatũ utile ẽ dũtaxat ſerendo. Cunilis & ultra tẽpeſtiua ſunt. Peculiaris medici
na raphano: betæ: rutæ: cunilæ: i ſalſis aqs quæ plurimũ ſuauitati & fertilitati cõferũt
Cæteris dulcium aquarum riguparoſunt. Vtiliſſimæ ex iis aquæ frigidiſſimæ: & quæ
potu ſuauiſſimæ. Minus utilis eſt ſtagno. & quas ſilices inducunt: quoniã hærbarum
ſemina inuehunt. Præcipue tñ hymbres alunt. Nam & beſtiolæ innaſcentes necant.

RS rigādoꝝ hortoꝝ:& q̄ trāſlata meliora fiāt:& de ſuccis hortēſioꝝ & ſaporib⁹ Ca. XI

Is horæ rigandi matutina atq; ueſpera: ne inferueſcat aqua ſole. Ocimo tantum & meridiana etiam. Satum celerrime erūpere putant inter initia feruēti aqua aſperſum. Omia autē trāſlata meliora grādioraq; fiunt: maxīe porri napiq;. In trāſlatione & medicina eſt: deſinūtq; ſentire iniurias: ut getium: poꝝ: raphani. apium: lactucæ: rapa: cucumis. Oia āt ſilueſtria fere ſunt: & foliis minora & caulibus: ſucco acriora: ſicut cunila: origanū: ruta. Solūmō ex omibus lapatum ſilueſtre melius Hoc inſatiuū rumex uocat̄: naſciturq; fortiſſimū. Tradit̄ ſemel ſatū durare: nec unq̄ uitiari terra maxīe iuxta aquā. Vſus eius cū ptiſana tantū i cibis leuiorē gratiorēq; ſaporē præſtat. Silueſtre ad multa medicamēta utile eſt. Adeoq; nihil amiſit cura ut carmine quoq; cōprehenſū repperim: in fabis caprini fimi ſingulis cauatis: ſi porri: erucæ i lactucæ: apii: intubi: naſturtii ſemina īcluſa ſerant̄: mire puenire. Quæ ſunt ſilueſtria eadē i ſatiuis ſicciora intelligunt̄ & acutiora. Nāq; & ſuccoꝝ ſapoꝝq; dicēda differētia eſt: uel maior in iis q̄ pomis. Sunt āt acres cunilæ: origani: naſturtii: ſinapis. Amari abſinthii: centaureæ. Aquatiles cucumeris: cucurbitæ: lactucæ. Acuti tantū cunilæ. Acuti & odorati apii: aneti: fœniculi. Salſus tantū e ſaporibus nō naſcit̄: aliquādo extra ilidit pulueris mō: & circulis tantū aquæ ut intelligat̄ uana ceu pleꝛq; uitæ pſuaſio. Panax pipis ſaporē reddit: magis etiā ſiliquaſtrū: ob id piperitidis noīe accepto. Libanotis odorē thuris: murra myrrhæ. De panace abūde dictū ē. Libanotis locis putridis & macris ac r ſcidis ſerit̄. Radicē habet oluſatri: nihil a thure differentē. Vſus eius poſt ānū ſtomacho ſaluberrimus. Quidā eā noīe alio roſmarinū appellāt. Et ſmyrniū olus ſeritur iiſdē locis. Murraq; radicē recipit. Eadē & ſiliquaſtro ſatio. Reliqua a cæteris & odore & ſapore differūt: ut anetū. Tantaq; eſt diuerſitas atq; uis. ut nō ſolū aliud alio mutetur: ſed etiā in totū auferat̄. Apio exími in coctis auſoniis aceto: in eodē cellario i ſaccis odorem uino grauem. Et hactenus hortenſia dicta ſint ciboꝝ gratia dumtaxat. Maximum quidem opus in iiſdem naturæ reſtat: quoniam prouentus tantū adhuc ſūmaſq; quaſdam tractauimus. Vera autem cuiuſq; natura non niſi medico effectu prænoſci pōt opus ingens occultumq; diuinitatis: & quo nullum reperiri poſſit maius. Ne ſingulis id rebus contexeremus. iuſta fecit ratio cum ad alios medendi deſideria pertinerent: lōgis utriuſq; dilationibus futuris ſi miſcuiſſemus: Nunc ſuis quæq; partibus conſtabūt poterunt a uolentibus iungi.

CAII PLYNII SEQVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. XX

PROHEMIVM

MAXIMVM HINC opus naturæ ordiemur & cibos ſuos homini narrabimus: fateriq; cogemus ignota eſſe per quæ uiuat. Nemo id paruum ac modicum exiſtimauerit nominū uilitate deceptus. Pax ſecum in his aut bellum naturæ dicetur: odia amicitiæq; reꝝ ſurdarū ac ſenſu carentium. Et quo magis miremur omnia ea hominum cauſa quod græci ſimpathiam appellauere: quibus cuncta conſtant: ignes aquis reſtinguentibus: quam ſole deuorante: luna pariente altero alterius iniuria deficiente ſydere. Atq; ut a ſublimioribus recedamus: ferrum ad ſe trahente magnete lapide: & allio rurſus abigente a ſeſe. Adamantem opum gaudium infragilem omni cætera ui & inuictum ſanguine hircino rumpente. Quæq; alia in ſuis dicemus locis paria uel maiora mira. Tantum uenia ſit a minimis: ſed a ſalutaribus ordiemur. Primumq; ab hortenſibus.

De cucumere ſiluestri & elaterio. Ca. I.

CVcumim ſiluestrem eſſe diximus multo infra magnitudinē ſatiui. Ex eo fit
medicamentū quod uocatur elaterium ſucco expreſſo e ſemine. Cuius cauſa
niſi maturius incidatur: ſemen exilit oculorum ēt periculo. Seruaẗ autem de
cerptus una nocte. Poſtero die inciditur harundine. Semen quoq; cinere conſpergitur
ad coercendam ſucci abundātiam. Qui expreſſus ſuſcipitur aqua cæleſti: atq; ſubſidet
Deinde in ſole cogiẗ in paſtillos ad magnos mortaliū uſus. Obſcuritates & uitia oculo
rum ſanat: genarūq; ulcera. Tradunt hoc ſucco tactis radicibus uitiū non attigi uuas
ab auibus. Radix autem ex aceto cocta podagris illinitur. Succoq; dentium dolori me
detur. Arida cum reſina impetiginem & ſcabiem quā pſoram & lichenas uocant. Paro
tidas & panos ſanat. Et cicatricibus colorē reddit. Et folioꝝ ſuccus auribus ſurdis cum
aceto inſtillaẗ. Elateriū tempeſtiuum eſt autūno. Nec ullum ex medicamētis longiore
æuo durat. Incipit a trimatu. Si quis recentiore uti uellit: paſtillos in nouo fictili igne
lento in aceto domet. Idq; melius quo uetuſtius erit. Quē iam ducentis annis ſeruatū
eſſe auctor eſt Theophraſtus. Et uſq; ab qnquageſimū lucernarum lumina extinguit.
Hoc enim ueri experimentū eſt: ſi ad motum priuſq̄ extinguat ſintillare ſurſū ac deor
ſum cogat. Pallidum ac leue hærbaceo: ac ſcabro melius. ac leniter amarū. Putāt con
ceptus ad alligato ſemine adiuuari: ſi terram non attigerit. Partus uero ſi in arietis lana
alligatum inſcientis lumbis fuerit: ita ut protinus ab ea eximatur: & rapiatur extra do
mum ipſam. Cucumim q magnificant naſci præcipuū in arabia: mox cineris. Alii ī ar
cadia tradunt ſimilem heliotropo. Cuius inter folia & ramos ꝑuenire magnitudine nu
cis iuglandis ſemen. Eſſe autem ad ſpetiem ſcorpionis cauda reflexa: ſed candida. Aliq
etiam ab eo ſcorpionum cucumim uocant: efficaciſſimum contra ſcorpionū ictus: &
ſemine & elaterio. Et ad purgandū uterum aluoſq;. Modus portōne uirium ab dimidio
obolo ad ſolitum. Copioſius necat. Sic & contra phthiriaſin bibitur. Et hydropiſes illi
tum. Anginas & arterias cum melle & oleo uetere ſanat.

De anguino cucumere: ſiue erratico: & deſatiuo: & de pepone. Ca. II.

MVlti hunc eſſe apud nos qui anguinus uocatur: ab aliis erraticus arbitrantur
Quo decocto ſperſa mures de eius medicina non attingunt. Idem podagris
cum articulorum morbis decoctum in aceto illinunt præſentaneo remedio.
Lumborum uero dolori ſemine ſole ſiccato dein trito. xxx. denariorum pondere in he
mina dato aquæ. Sanat & humores ſubitos illitum cum lacte mulierum. Purgat eas
elaterium. Sed grauidis abortum facit. Suſpirioſis prodeſt. Morbo uero regio in nares
coniectum. Lentigines & maculas e facie tollit in ſole illitum. Multi eadem omnia ſati
uis attribuunt. Magnum etiam in eis momenti. Nanq; & eorum ſemen quantum tres
digyti apprehenderint cum cumino tritum potumq; in uino tuſſientibus auxiliatur.
Sed & phreneticis in lacte mulieris. Et dyſentericis acetabuli menſura. Purulenta autē
expuentibus cum cumino pari pondere. Et iocineris uitiis in aqua mulſa. Vrinam mo
uet ex uino dulci. Et in renum dolore clyſteribus ſimul cum cumino infunditur. Pe
pones refrigerant maxime in cibo: & emolliunt aluum. Caro eorum epiphoris oculoꝝ
aut doloribus imponitur. Radix ſanat ulcera concreta in modum faui: quem cæteroꝝ
uocant. Eadem contra uomitiones ſiccatur in farina tuſa. Datur quattuor obolis in
aqua mulſa: ita ut qui biberit qngentos poſtea paſſus ambulet: Hæc faria & ī ſmegma
ta adiicitur. Cortex quoq; uomitionem mouet. faciem purgat. Hoc & folia cuiuſcunq;
ſatiui illita. Eadem cum melle epinyctidas ſanant. Cum uino canis morſus. Item mul
tipedem: ipa græci uocant: oblongam: piloſis pedibus: pecori præcipue nociuā. Morſū
tumor inſequitur: & putreſcit locus ipſe. Cucumis odore defectum animi. Coctos dera
ſo cortice ex oleo aceto & melle iucundiores eſſe certū eſt. Ca. III

De cucurbita ſiluestri & rapo.

Cucurbita ſiluestris quoq; inuenit̃ ſomphos a græcis appellata inanis: unde &
nomen: digytali craſſitudine: nõ niſi ĩ ſaxoſis naſcẽs. Huius cõmãducatæ ſi ca
cus ſtomacho admodũ ꝓdeſt. Colocinthis uocat̃ alia: ipſa plena: ſed minor q̃
ſatiua. Vtilior pallida: quãdo eius ſũt medicinæ: Herbacea areſacta p ſe inanit aluũ. In ſuſ
ſa quoq; clyſteribus ĩteſtinoꝝ oĩum uitiis medet̃ & renũ: & lumboꝝ: & paraliſi eiecto
ſemine. Aqua mulſa ĩ ea coquit̃ ad dimidias: ſic tuſſiẽti ĩfundit̃ obolis quattuor. Pro
deſt & ſtomacho farinæ aridæ pilulis cũ decocto melle ſũptis. In morbo uero regio utili
ter ſemia eius ĩſumunt̃ & ꝓtinus aqua mulſa. Carnes eius cũ abſinthio & ſale denti ĩ
dolorẽ tollũt. Succus uero cũ aceto calefactus mobiles ſiſtit. Itẽ ſpinæ & lũboꝝ ac coxa
rũ dolores: cũ oleo ſi ĩfricet̃. Præterea ꝑmiꝝ dictu. Semina eius ſi fuerĩt pari numero ada
ligata febribus ſanare dicunt̃: quas græci pihodicas uocãt. Satiuæ quoq; raſæ ſuccus
tepefactus auribus medet̃. Caro eius ĩterior ſine ſemĩe clauis dedũ & ſuppuratiõibus:
quæ græci uocãt apoſtemata. Decoctæ ãt uniuerſæ ſuccus dẽtiũ m tus ſtabilit. Dolo
res ĩhibet. Vinũ cũ ea feruefactũ oculoꝝ etiã ĩpetus. Folia eius etiã cũ recẽtib' cupreſſi
cõtuſa & ĩpoſita. Ipſa quoq; toſta ĩ argilla ac trita cũ adipe anſeris uulneribus medet̃.
Necnõ ramẽtis corticis recẽtes podagras refrigerat: & ardores capitis: & maxĩe infantũ.
Et ignes ſacros de ſtrigmẽtis uelis ĩpoſitis uel ſeminibus. Succus ex ſtrigmentis illitus
cũ roſaceo & aceto febriũ ardores refrigerat. Aridæ cinis impoſitus mire cõbuſta ſanat.
Chryſippus medicus dãnabat eas ĩ cibis. Sed omniũ cõſẽſu ſtomacho utiliſſimæ iudi
cant̃: & iteraneoꝝ ueſicaꝝq; exulceratioibus. Eſt & rapo uis medica. Perniones feruẽs
ĩpoſitũ ſanat. Itẽ frigus pellit e pedibus aqua decoctus. Et ius feruens podagris etiã fri
gidis medet̃. Et crudũ tuſũ cũ ſale cuicunq; uitio pedũ. Semẽ illitũ & potũ ĩ uino con
tra ſerpẽtes & toxica ſalutare eſſe ꝓdit̃. A multis uero ãtidoti uim habere ĩ uino & oleo
Democritus ĩ totũ eũ abdicauit ĩ cibis ꝓpter ĩflatiões. Diocles magnis laudibus extu
lit: etiã uenerẽ ſtimulari ab eo ꝓfeſſus Itẽ Dionyſi9. Magiſq; ſi eruca cõdiret̃. Toſta quo
q; articuloꝝ dolori cũ adipe ꝓdeſt. Silueſtre rapũ ĩ aruis maxĩe naſcit̃: fruticoſũ: ſemi
ne cãdido: duplo maiore q̃ papaueris. Hoc ad albicãdã cutẽ ĩ facie totoq; corpore utũt̃
mixta urina pari mẽſura. Nã (ut ſupra dixim9) erui: hordei: & tritici & lupini radix ad
oĩa ĩutilis. De napoꝝ differẽtiis: & raphão ſilueſtri: & raphão ſatiuo & paſtiaca. Ca. IIII.

Napoꝝ duas differẽtias & ĩ medicina græci ſeruãt. Angulofis folioꝝ caulibus
florẽtes: & quod bunion uocant: purgationibus fœminaꝝ & ueſicæ Et urinæ
utile decoctũ potũ ex aqua mulſa: uel ſucci drachma. Semẽ dyſentericis toſtũ
tritum in aqua calida e cyathis quattuor. Sed urinam inhibet: ſi non lini ſemen una
bibatur. Alteꝝ genus buniada appellant: & raphno & rapo ſimile. Semiuis præclari cõ
tra uenena: ob id & antidotis utuntur illo. Raphanum & ſilueſtre eſſe diximus. Lau
datiſſimũ ĩ arcadia: q̃q̃ & alibi naſcit̃: utilior urinæ dũtaxat eiciẽdæ. Cætero bilẽ detra
hit. Præterea cortices ĩ uino. Præterea q; circa eos dicta ſũt ſtomachũ purgant. pituitã
extenuãt: urinã cõcitãt. Eſt æſtiuoſus ĩ italia & armoratiã uocãt ſatiuã. Satiui uero de
cocti mane poti ad ternos ciathos cõminuũt & eiciũt calculos. Idẽ ĩ poſca decocti con
tra ſerpẽtiũ morſus illinũt̃. Ad tuſſim ẽt mane ieiunis raphanus ꝓdeſt cũ melle. Semẽ
eoꝝ toſtũ ipſũq; cõmãducatũ ad lagaraponõ. In aq̃ foliis eius decoctis bibere uel ſuc
cũ ipſius cyathis binis. Cõtra phlegmoni ipſos illinere tuſos utille. Inchoãtib9 uero re
cẽtẽ corticẽ cũ melle. Veternoſis ãt q̃ acerrimos mãdere. Semẽq; toſtũ dein cõtritũ cũ
melle ſuſpirioſis. idẽ & cõtra uenena ꝓſunt. Ceteꝝ ceraſtis ſcorpionib9 aduerſatur: uel
ipſo ſemine infectis manibus impune tractabilibus. impoſito raphano ſcorpioni9 mo
riuntur. Salutares & contra fungorum aut hyſtriominæ uenena æque ut Nicander
tradit. Et contra uiſcum quoq; dari Appolodori duo iubent ſcyllætis & tarentinus.
Scylleus ſemen ex aqua tritum: tarentinus ſuccum. Lyenem item extenuat. Iocineri
proſunt: & lumborũ doloribus. Hidropicis quoque ex aceto aut ſinapi ſumpti & le

thargicis. Praxagoras & ilioſis dandos cenſet. Pliſtonices & colicis. Inteſtinoꝝ ulcera ſa
nant. At purulēta p̄cordiorū ſi cū melle edant̃. Quidā ad hæc coquere eos in luto illi
tos malunt. Sic & fœminas purgari. Ex aceto & melle ſūpti inteſtinoꝝ aīalia detrahūt.
Ite ad tertias decocto eoꝝ poto cū uino entherocleis ꝓſunt. Sanguinē quoq; inutilem
ſic extrahūt: Medius ad hæc & ſanguinē excreantibus coctos dari iubet. Et puerpis ad
lactis copiā augendā: Hippocrates capillos mulieꝝ defluos fricari raphanis: & ſup um
bilicū īponi cōtra tormēta uuluæ. Reducunt & cicatricē ad colorem. Semē quoq; ex
aqua īpoſitū ſiſtit ulcera: q̄ phagedēas uocāt. democritus uenerē hoc cibo ſtimulari pu
tat. Ob id fortaſſis uoci nocere aliq tradiderūt. Folia quæ ī oblongis tantū naſcunt̃ ex
citare oculorū aciem dicunt̃. Vbi uero acrior raphani medicina admota ſit. hyſopum
dari ꝓtinus īperant. Hæc anthipathia ē. Et auriū grauitati ſuccum raphani inſtillāt.
Nā uomituris ſūmo cibo eē eos utiliſſimū eſt. Paſtinacæ ſimile hibiſcū: quod molochē
agrian uocant: & aliqui pliſtolochiā. Vlceribus: chartilagini oſſibus fractis medet̃. Fo
lia eius ex aqua pota aluum ſoluunt: ſerpētes abigunt. Apum. ueſparū: crabronū icti
bus illita medent̃. Radicē eius ante ſolis ortum erutā inuoluunt lana coloris quē nati
uum uocāt. Præterea ouis quæ fœminā peperit. Strumiſq; uel ſuppuratis alligāt. Qui
dam ad hunc uſum auro effodiendā cenſent. Cauendūq; ne terrā attingat. Celſus po
dagris quæ ſine tumore ſunt radicem eius in uino decoctā īponi iubet.

De ſtaphylio ſiue paſtinaca & gigidio & ſiſere & ſeſili & inula & de cepe ſilueſtri. Ca. V.

Alterum genus eſt ſtaphylinos: quod paſtinacā erraticā uocant. Eius ſemen
cōtritum & in uino potū tumentē aluum & ſuffocationes mulierū doloreſq;
lenit: in tantū ut uuluas corrigat. Illitū quoq; paſſionibus uentris eaꝝ ꝓdeſt.
Viris uero ꝓdeſt cū panis portione æqua tritū. Ex uino potum cōtra uentris dolores.
Pellit & urinā: & phagedenas ulcerū ſiſtit recens cum melle īpoſitū. Vel aridæ farinæ ī
ſpſā radicē eius. Dieuces cōtra iocineris ac lyenis: iliū: lūborū: & renū uitia ex aq̄ mulſa
dari iubet. Cleophantus & dyſentericis ueteribus. Philiſton in lacte coq̄t: & ad ſtrangu
riā dat radicis uncias quattuor. Ex aqua hydropicis: ſimiliter & opiſtotonicis: & pleure
ticis: & comitialibus. Habentes eā feriri a ſerpentibus negant̃. Aut qui ante guſtauerit
nō lædi. Percuſſis īponitur cū axungia. Folia cōtra cruditates manduntur. Orpheus
amatoriū ineſſe ſtaphylino dixit: fortaſſis quoniā uenerē ſtimulari hoc cibo certum ē.
Ideo cōceptus adiuuare aliq ꝓdiderūt. Ad reliqua & ſatiua pollet. efficacior tñ̄ ſilueſtris
magiſq; ī petroſis nata. Semē ſatiuæ quoq; cōtra ſcorpionū ictus ex uino aut poſca ſalu
tare ē. Radice eius circūſcalpi dētes dolore liberant̃. Syria ī hortis opoſiſſima. Inde quo
que eſt ꝓuerbium græcis. Multa ſyrorū olera. Simillimā ſtaphylino hærbā ferit: quam
alii gigidion uocant: tenuius tñ̄ & amarius: eiuſdēq; effectus ē. Coctū crudumq; ſtoma
chi magna utilitate. Siccat enī ex alto oēs humores eius. Siſer erraticum ſatiuo ſimile ē
& effectu. Stomachum excitat. Faſtigium aſtergit. Ex aceto leſerpitiato ſumptum: aut
ex pipere & mulſo: uel ex garo urinam ciet (ut Opinion credit) & uenerem. In eadem
ſententia eſt Diocles. Præterea cordi conuenire conualeſcentium. Aut poſt multas uo
mitiones per qudm utile. Heraclides contra argentum uiuum dedit. Et ueneri ſubin
de offenſantem ægriſq; ſe recolligentibus. Hunc Heſius ideo ſtomacho utile uideri di
xit: quoniam nemo tres ſiſeres edendo continuaret. Eſſe tamen utile conualeſcentibus
& ad uitam tranſeuntibus. Satiui priuatim ſuccus cum lacte caprio potus ſiſtit aluū.
Et quoniā pleroſq; ſimilitudo nominū græcoꝝ cōfundit: cōteximus & de ſeſili. ſed hoc
ē uulgaris notitiæ. Optimū maſiliēſe. Lato enī grano & fuluo ē: Secundū æthiopicū ni
grius. Creticū odoratiſſimū omniū. Radix iucundi odoris ē. Semē eius eē & uultures di
cunt̃. Prodeſt hoī ad tuſſim ueterē. Rupta: cōuulſa: & ī uino albo potū. Itē opiſtotho
nicis: & iocineꝝ uitiis: & torminibus: & ſtranguriæ: duaꝝ aut trium ligulaꝝ menſura
Sunt & folia utilia: ut quæ partus adiuuēt etiam quadrupedū. Hoc maxime paſci dicū

tur ceruæ pituræ. Illinitur & igni ſacro. Multum in ſũmo cibo cõcoctionibus confert
uel folio uel ſemine. Quadrupedũ quoq; aluum ſiſtit: ſiue tritũ potui infuſum: ſiue
mandendo cõmanducatũ e ſale. Boum morbis medet: uel ſi contritũ ĩfunditur. Inula
quoq; a ieiunis cõmanducata dentes confirmat. Si ut eruta eſt terrã non attingit. Cõdi
ta tuſſim emundat. Radicis uero decoctæ ſuccus tineas pellit. Siccata ãt in umbra fari
na tuſa & conuulſis & Inflationibus & arteriis medet. Venatoꝝ morſus abigit. Folia
ex uino lumboꝝ dolori illinunt. Cepæ ſiluestres non ſatiue olfatu ipſo & delachrima-
tioni & caligini medentur. Magis uero ſucci inunctione. Sõnum etiã facere tradunt
Et ulcera oris ſanare cõmanducatæ cum pane. Et canis morſus uirides ex aceto illitæ
aut ſiccæ cum melle & uino: ita ut poſt diem tertiũ ſoluant. Sic & tritæ ſonãt. Totam
ĩ cinerem epiphoris multi impoſuere cum farina hordeacea. Et genitaliũ ulceribus. Suc
co & cicatrices oculoꝝ & albugines & argemas inunxere: & ſerpentiũ morſus: & omĩa
ulcera cũ melle. Item auriculaꝝ cum lacte mulieꝝ. Et in iiſdem ſonitũ ac grauitatem
emendantes cum adipe anſerino aut cũ melle ſtillauere. Et ex aqua bibendũ dederunt
repẽte obmuteſcẽtibus. In dolore quoq; ad dentes colluendos inſtillauere: & plagis be-
ſtiarũ omnium priuatim ſcorpionũ. Alopecias fricuere & pſoras tuſis cepis. Coctas dy-
ſentericis ueſcendas dedere. Et contra lumboꝝ dolores. Purgamẽta quoq; eaꝝ cremata
in cinerem illinentes ex aceto ſerpentiũ morſibus. In ipſas quoq; multipedes ex aceto.
Reliqua inter medicos mira diuerſitas. Proximi inutilia eſſe præcordiis & concoctioni.
Inflationẽq; & ſitim facere dixerũt. Aſclepiadis ſchola ad ualidũ quoq; colorẽ profici ĩ
cibo Et ſi ſuccũ ieiunii quottidie dant firmitatẽ ualitudinis cuſtodiri. Stomacho utilia
eſſe: ac ſpiritus agitationi. Ventrem mollire. Hæmorrhoidas pellere ſubditas ꝑ balanis
Succũ cum ſucco fœniculi contra incipiẽtes hydropiſes mire proficere. Itẽ cõtra angi-
nas rutæ & melle. Excitari iiſdẽ lethargicos. Varro quæ ſale aut aceto piſa ẽ arefactaq;
uermiculis non infeſtari auctor eſt.

De porro ſectiuo & capitato: & de allio. Ca. VI

Porro ſectiuo ꝓfluuia ſanguinis ſiſti ĩ narribus cõtrito eo obturatis: uel gallæ
mixto: aut mẽtæ. Itẽ ex abortu ꝓfluuia poto ſucco cũ lacte mulieꝝ. Tuſſi ẽt
ueteri: ac pectoris & pulmonis etiã uitiis medet Illitis foliis ſanant ãbuſtæ epi
nyctides: ita uocat ulcus aciẽ hebetãs: & ĩ ãgulo oculi ꝑpetim humor emanãs. Quidã
eodẽ noĩe appellãt puſtulas liuẽtes: ac noctibus ĩqetantes. Et alia ulcera cũ melle trito
Vel beſtiaꝝ morſus ex aceto. Itẽ ſerpẽtiũ alioꝝ uitia cũ felle caprino uel pari menſura
mulſi. Stridores cũ lacte mulieris. Capitis dolores. ſi in naras fundat dormituris ue in
aurẽ duobus ſucci coclearibus: uno mellis. Succus & ad ſerpentiũ ſcorpionũq; ictus in
potũ bibit cũ mero: & ad lũboꝝ dolores cũ uino hemyna potus. Sãguinẽ uero excreã-
tibus & phthiſcis diſtillatiõibus lõgis uel ſucc s: uel ex ipſo cibo ꝓdeſt. Ita morbo regio
uel hydropicis. Et ad renũ dolores cũ ptiſanæ ſucco acceptabuli mẽſura. Idẽ mõus cũ
melle uuluas purgar. Totus uero edit & cõtra fũgoꝝ uenena. Imponit & uulneribus
Venerẽ ſtimulat. Sitim ſedat. Ebrietates diſcurrit. Sed oculoꝝ aciẽ hebetare tradit. In-
flationẽ quoq; facere: quæ tamẽ ſtomacho nõ noceat: uẽtrẽq; molliat. Voci ſplẽdorem
affert. Capitato maior ẽ ad eadẽ effectus. Sãguinẽ reiiciẽtibus ſuccus cũ caule aut thu
ris farina uel acatia dat Hippocrates & ſine alia mixtura dari iubet. Vuluaſq; cõtractas
aperiri putat. Fœcunditatẽ etiã fœminaꝝ hoc cibo augeri. Contritũ ex melle ulcera
purgare. Tuſſi & diſtilationes thoracis. Pulmonis & arteriæ ſanat uitia datũ in ſorbitio
ne ptiſanæ. Vel crudũ præter capita ſine pane ita ut alternis diebus ſũmat. Vel ſi pu-
rulenta excreantur. Sic & uoci uel ueneri ſonnoq; multum confert. Capita bis aqua
mutata cocta aluũ ſiſtunt: & iflationes ueteres. Cortex decoctus illituſq; inficit canos.
Allio magna uis: magnæ ẽt utilitates cõtra aquaꝝ & quoꝝlibet locoꝝ mutatiões ſer Allium
pẽtes abigit & ſcorpiones odore. Atq; ut aliq tradidere ad beſtiarũ oĩm ictibus medet.

Potu uel cibo uel illitu priuatĩ contra hemorrhoidas ꝓdeſt. Cum uino reddit uomitũ
Ac ne cõtra araneoꝝ aut murium uenenatum morſũ ualere miremur: aconitũ quod
alio noĩe pardalianches uocat̃ depellit. Itẽ hyoſcyamum cõtra canis morſus. Inq; uul
nera cũ melle ĩponitur. Ad ſerpentiũ quidem ictus potũ cum reſtibus ſuis. Efficaciſſi-
me ex oleo illinit̃. Attritiſq; corporũ partibus. Vel ſi ueſica ĩtumuerit. Quin & ſuffitu
eo ſecundos partus euocari exiſtimauit Hippocrates: cinere eoꝝ cũ oleo capitis ulcera
manantia ſanitati reſtituens. Suſpirioſis coctum aliqui crudũ id dedere. Diocles hydro
picis cũ centaurea aut ĩ fico duplici ad euacuandã aluum. Quod efficacius præſtat
uiridi cum coriandro in mero potũ. Suſpirioſis aliqui & tritum in lacte dederunt. Pra-
xagoras & contra morbũ regium uino miſcuit. Et contra ileũ ĩ oleo & pulte ſic illinẽs.
Strumis quoq;. Antiqui & inſanientibus dabant crudũ. Diocles phreneticis elixũ. Con
tra anginas tritum ĩponi & gargarizare ꝓdeſt. Dentiũ dolorem tribus capitibus ĩ ace-
to tritis ĩminuit. Vel ſi decocta aqua colluant̃: addaturq; ipſũ in caua dentiũ. Auribus
ẽt inſtillatus ſuccus cũ adipe anſerino. Phthiriaſes & prurigines potũ. Tuſum item cũ
aceto & nitro. Cõpeſcit diſtillationes cũ lacte coctũ uel tritũ ꝑmixtum ue caſeo molli.
Quo genere & raucitatẽ extenuat. Vel phthiſin ĩ fabæ ſorbitione. In totũ autẽ coctum
utilius ẽ crudo: elixumq; toſto. Sic & uoci confert. Tineas & reliqua aĩalia interaneoꝝ
pellit in aceto mulſo coctũ. Tenaſmo in pulte medet̃. Temporũ doloribus illitum elixũ
& puſtulis coctum cũ melle deinde tritũ. Tuſſi cũ adipe uetuſto decoctũ uel cũ lacte
Aut ſi ſanguis ẽt execret̃: uel purulenta ſint. Et pituitæ ſub pruna coctum potum &
cũ mellis pari modo ſumptũ. Conuulſis & ruptis cũ ſale & oleo: Nã cũ adipe tumores
ſuſpectos ſanat. Extrahit fiſtulis uitia cũ ſulphure & reſina ẽt harundines cũ pice. Le-
pras: lichenas: lentigenes exulcerat: ſanatq; cũ origano. Vel cinis eius ex oleo & garo illi
tus. Sic & ſacros ignes. Sugillata aut liuentia ad colorẽ reducit. Cõbuſtũ ex melle cre
dunt & comitialẽ morbũ ſanare: ſi quis eo in cibo utat̃ ac potione. Quartanas quoq;
excutere potũ caput unũ cum laſerpitii obolo. In uino auſtero tuſſi: & alio mõ accep-
tum. Suppurationes quãtaſlibet ſanat: fractæ in coctum fabæ atq; in cibo ſumptũ do
nec ſanitatẽ reſtituat. Facit & ſõnos: atq; in totũ rubicundiora corpora. Venerẽ quoq;
ſtimulat cũ coriandro uiridi tritũ potumq; e mero. Vitia eius ſunt ꝙ oculos hebetat
Inflationes facit. Stomachũ ledit copioſius ſumptũ. Sitim gignit. Cæterũ contra pitui
tam & gallinæ & gallinaceis ꝓdeſt. Mixtum farre in cibo iumentis urinam reddere: at
que non torqueri tradunt: ſi eo trito natura tangatur.

De lactuca ſiluatica ſiue caprina: & eſopo. & iſati: & lactuca ſilueſtri: Ca. VII.

LActucæ ſponte naſcentis primũ eſt genus eius quã caprinã uocant. Qua pi
ſces in mare deiecta ꝓtinus necantur q ſunt in ꝓximo. Huius lac expiſſatum
mox in aceto pondere oboloꝝ duũ adiecto aquæ uno cyatho hydropicis dat̃
Caulæ & foliis contuſis aſpſo ſale nerui inciſi ſanant̃. Eadẽ trita ex aceto colluta ma-
tutinis bis e menſe dentiũ dolorẽ prohibet. Alterũ eſt genus quod græci eſopon uocãt.
Huius folia trita & cũ polenta illita ulceribus medent̃. Hæc in aruis naſcit̃. Tertiũ ge
nus eſt in ſiluis naſcens iſatin uocant. Huius folia trita cum polenta uulneribus ꝓſũt.
Quarto ĩfectores lanarũ utuntur: quod ſiluaticũ uocant. Simile erat lapato foliis ni
ſi ꝙ plura habet: & nigriora. Sanguinẽ ſiſtit. Phagedenas & putreſcẽt a ulcera q̃ ſerpũt
ſanat. Itẽ tumores ante ſuppurationẽ. Contra ignẽ ſacrũ radice uel foliis ꝓdeſt uel ad
lyenes pota. Hæc ꝓpria ſingulis. Cõia autẽ ſponte naſcentibus: candor caulis: interdũ
cubitali longitudine: thyrſo & foliis ſcabricia. Ex his rotunda folia & breuia habentem
ſunt q hieraciã uocent: quoniã accipitres ſcalpendo eam: ſuccoq; oculos tingendo ob
ſcuritatẽ cũ ſenſere diſcutiant. Succus oĩbus candidus: uiribus quoq; papaueri ſimilis
Carpitur ꝑ menſes inciſo caule: Condit̃ in fictili nouo ad multa præclarus. Sanat oĩa
oculoꝝ uitia cum lacte mulierũ: Arcet nubeculas: cicatrices aduſtioneſq; oẽs ꝑcipue

calligines.Imponitur etiam oculis in lana contra epiphorras.Item ſuccus aluum purgat in poſca potus ad duos obolos.Serpentiũ ictibus medet̃ in uino potus.Et folia toſta thyrſuſq; triti ex aceto bibunt̃.Vulneri illinunt̃ maxime contra ſcorpionũ ictus. Verũ contra longia cõmixto uino ex aceto.Aliis quoq; uenenis reſiſtũt:exceptis quæ ſtrangulãdo necant:aut iis quæ ueſice nocent:Item pſimythio excepto.Imponunt̃ & uentri ex melle atq; aceto ad detrahenda uitia alui.Vrinæ difficultates ſuccus emẽdat Cratenas eũ & hydropicis obolis duobus in aceto cyatho uini dari iubet.Quidã & e ſatiuis colligunt ſucco minus efficaci.Peculiares earꝫ uites partim iam dictæ ſunt.Sonnũ faciendi:ueneremq; ĩhibendi:æſtũ refrigerandi:ſtomachũ purgandi:ſanguinẽ augẽdi Nunc nõ pauce reſtant quoniã & iflationes diſcutiunt:ructuſq; lenes faciunt.Cõcoctiones adiuuãt.Cruditatẽ ipſæ nequaq̃ faciũt:nec nulla res maiorẽ in cibis auiditatẽ incitat ĩhibetq;.Eadẽ in cã alteutrinq; modus eſt.Sic & aluũ copioſiores ſoluũt.Modicæ ſiſtunt.Lenticiã pituite digerunt.Atq; ut aliqui tradiderunt:ſenſum purgant.Stomachos diſſolutos utiliſſime adiuuãt.Vrine uſus adiuuãt:& oxyporoboli aſpitatẽ addito dulci acrementũ aceti tempantes.Si craſſior pituita ſ t:ſcyllite aut uino abſinthite. Si & tuſſis ſentiat̃ hyſopite admixto.Dant̃ cœliacis cũ intubo erratico:& ad duriciam præcordiorꝫ.Dant̃ & melancholicis cãdidæ copioſiores:& ad ueſicæ uitia.Praxagoras & dyſentericis dedit.Ambuſtis quoq; proſunt recentibus prius q̃ puſtulæ fiant cum ſale illitæ.Vlcera etiã quæ ſerpunt coercent initio cum aſſo nitro.Mox in uino tritæ. Igni ſacro illinunt̃.Conuulſa & luxata caulibus tritis cũ polenta & aqua frigida leniunt.Eruptiones papularꝫ ex uino & polenta.In colera quoq; coctas patellis dederunt Ad quod utiliſſimæ q̃maxime caule:ſed amaræ.Quidã lactæ infundũt.Deferuefectiii caules & ſtomacho utiliſſimi tradunt̃.Sicut ſonno & ſatiua maxime lactuca & amara lactenſq;:quã miconidẽ uocauimus.Hoc lac & oculorꝫ claritati cum muliebri lacte utiliſſimũ eſſe præcipit̃:dum tempeſtiue capiti iunguntur.Oculorꝫ quoq; uitiis quæ frigore in iis facta ſunt.Miras & alias inuenio laudes.Thoracis etiã uitiis prodeſſe non ſecus q̃ ambrotonũ cum melle attico.Purgari & fœminas hoc cibo.Semẽ ſatiuarꝫ contra ſcorpiones dari.Semine trito ex uino poto & libidinũ imaginationes in ſonno conpeſcit. Tentãtes aquas non nocere lactucam edentibus. Quidam tamen frequẽtiores in cibo officere claritati oculorꝫ tradiderunt.

¶De generibus betæ & intubis & cichorio & ſeri genera duo.Ca VIII.

HEc beta ſine remedio eſt utraq;.Siue candidæ ſiue nigræ radix recens & madefacta ſuſpenſa funiculo contra ſerpentiũ morſus efficax eſſe dicit̃.Candida beta cocta & cũ alio crudo ſumpta contra tine s̃.Nigræ radices ita in aqua coctæ pruriginem tollunt.Atq; in totum efficatior eſſe traditur nigra.Succus eius capitis dolores ueteres & uertigines.Item ſonitũ aurium ſedat infuſus iis.Ciet urinã.Medetur dyſentericis iniecta & morbo regio.Dolores quoq; dentiũ ſedat illitus ſuccus.Et contra ſerpentiũ ictus ualet:ſed huic radici dũtaxat cypreſſus.Ipſa uero decocta pnionibus occurris:Albæ ſuccus epiphoras ſedat fronte illita.Aluminis puo admixto ignẽ ſacrum.Sine oleo trita licet aduſtis medetur.Et contra eruptiones papularꝫ cocta.Eadem contra ulcera quæ ſerpũt.Illinit̃ & alopetiis cruda Et ulceribus quæ ĩ capite manant.Succus eius cũ melle naribus inditus caput purgat.Coquit̃ & cũ lenticula addito aceto:ut uentrẽ molliat.Validius cocta fluctuatiões ſtomachi ſ ſtit & uentris.Eſt & beta ſilueſtris quã limoniõ uocãt.Alii neuroden:multũ minoribus tenuioribuſq; ac denſioribus foliis.Vndecim ſæpe cauliũ.Huius folia ambuſtis utilia:guttantia aſtringũt ſemẽ acetabuli menſurdyſentearicis pdeſt.Aquæ e radice coctæ maculas ueſtium eluere dicunt̃:itẽq; mẽbranarꝫ.Intubi quoq; non extra remedia ſunt.Succus eorꝫ cũ roſaceo & aceto capitis dolores lenit.Ideq; cũ uino potus iocineribus & ueſicæ & epiphoris ĩponit̃.Erraticũ apud nos quidã ambugiã apdellauere. In ægypto cichorium

uocant quod ſilueſtre ſit. Satiuum autē ſerin: quod eſt minus & ſtenoſius. Cichorium
refrigerat: Inde cibū ſumptū & illitum collectões: ſuccuſq; decocti uentrē ſoluit. Iocine
ri & renibus & ſtomacho ꝓdeſt. Itē ſi in aceto decoquat: urinæ tormina diſcutit. Item
morbū regium e mulſo ſi ſine febre ſit. Veſicam adiuuant. Mulierū purgationibus qui
dem decoctū in aqua adeo ꝓdeſt: ut emortuos partus trahat. Adiiciunt magi ſucco to
tius cū oleo perunctos fauorabiles fieri: & quæ uelint facilius ĩpetrare. Quod quidē pp
ſingulatem ſalubritatē aliqui chreſton appellant: alii pácracion. Et ſilueſtre genus alii
edypnioda uocant: latioris folii. Stomachū diſſolutū aſtrĩgit cocta. Crudaq; ſiſtit aluū
Et dyſentericis ꝓdeſt magis cū lente. Rupta & cõuulſa utroq; genere iuuant. Item qui
bus genitura ualitudinis morbo effluat. Seris & ipſa lactucæ ſimillima duū generū eſt.
Silueſtris melior. Nigra iſta & æſtiua. Deterior hyberna: & candidior. Vtraq; tñ ſtoma
cho utiliſſima: ꝑcipue quē humor uexat. Cū aceto ĩ cibo refrigerát uel illitæ: diſcutiũt
q; & alios q̃ ſtomachi. Cū polenta ſilueſtriū radices ſtomachi cá ſorbent. Et cardiacis illi
nunt ſup ſiniſtrā mámam & ex aceto. Oēs hæ & podagricis utiles & ſanguinē reiicien
tibus. Itē qbus genitura fluit alterno dieꝝ potu. Petronius Diodotus q antilegomena
ſcripſit in totū dánauit: ſeriā multis modis arguens. Sed aliorū omniū opinio reſiſtit.

¶ De braſſica & lapſana: & de braſſica marina & ſcylla & de bulbis & bulbine. Ca. IX.

Raſſicæ laudes longū ē exequi: cū & Chryſippus medicus priuatim uolumē
ei dicauerit per ſingula membra hominis digeſtū & Dieuches. Ante oēs autē
Pythagoras & Cato nõ parcius celebrarint. Cuius ſñiam uel eo diligentius ple
ſequi par eſt: ut noſcat qua medicina uſus ſit annis ſexcentis. In tres ſpēs diuiſere eam
græci antiquiſſimi: Criſpā: quā ſelinada uocauerunt a ſimilitudine apii folioꝝ: ſtoma
cho utilē: aluum modice mollientē. Alterā elean latis foliis e caule exeuntibus. Vnde
cauloden qdam uocauere: nullius ĩ medicina momẽti. Tertia ē ꝓprie appellata carābe:
tenuioribus foliis: & ſimplicibus: denſiſſimiſq; amarior: ſed efficaciſſima. Cato criſpam
maxīe ꝓbat: dein lenē: grandibus foliis: caule magno. Prodeſſe tradit capitis doloribus
oculorū caligini: ſintillationibuſq;: uel ſtomachi præcordiis. Crudam ex aceto & melle
coriádro: ruta: menta. Laſeris radicula ſūpta acetabulis duobus matutino. Tantamque
eſſe uim: ut qui terant hæc ualidiores fieri ſe ſẽtiant. Ergo uel cum uino tritā ſorbēdá
uel ex olei inctictu ſūmēdam. Podagræ aūt morbiſque articulariis illini cum rutæ cor
iádri & ſalis mica hordei farina. Aqua quoq; eius decocta neruos articuloſq; mire iuua
ri. Si foueantur uulnera & recētia & uetera. Etiā carcinomata quæ nullis aliis medica
mẽtis ſanari poſſint. Foueri prius aqua calida iubet: & bis die tritā inponi. Sic etiā fiſtu
las eluxatas & tumores reuocari: queq; diſcuti opus ſit. Inſonia etiā uigiliaſquæ tollere
decctā ſi ieiuni edát quā plurimā ex oleo & ſale. Tormina ſi decocta iteꝝ decoquatur
addito oleo & ſale cumino polẽta. Si ita ſumatur ſine pane magis profuturā. Inter reli
quabilē detrahit per uinu nigrum pota. Quin & urinā eius in braſſicā potádā æſtima
uerit: aſſeruari iubet calefactamq; neruis remedio eſſe. Verba ipſius ſubiiciā ad expri
mendā ſententiā. Pueros puſillos ſi laues illa urina: nunq̃ debiles fieri. Auribus quoq;
ex uino ſuccū braſſicæ tepidum inſtilari ſuadet. Idq; etiā tarditati audientiū prodeſſe
aſſeuerat. Et impetigines eadē ſanare ſine ulcere. Græcoꝝ quoq; opiniones iá & Cato
nis cá poni cõuenit in iis dūtaxat quæ ille prætermiſſit. Biles detrahere nõ percoctā
putant. Itē aluū ſoluere. Eadēq; bis coctā ſiſtere. Vino aduerſari: ut inimicā uiribus: An
tecedente qui cibis caueri ebrietatem. Poſtea ſumpta crapulá diſcuti: Hūc cibū & ocu
loꝝ claritati conferre multū. Succo uero crudæ angulis uel tantū tactis cū attico mel
le plurimū. Facillime concoq. Ciboq; eo ſenſū purgari. Eraſiſtrati ſchola clamat: nihil
eſſe utilius ſtomacho neruiſq;. Ideo paralyticis & tremulis dari iubet. & ſanguinem ex
creantibus. Hippocrates cœliacis dyſentericis bis coctā cum ſale. Item ad tenaſmon &
renum cás. Lactis quoq; ubertatem puerperis hoc cibo fieri iudicans. Et purgationē

fœminis. Crudus quidem caulis ſi edatur: partus quoq; emortuos pelli. Apollodorus
aduerſus fungoꝝ uenena ſemen aut ſuccū bibendum cenſet. Philiſtion opiſtotonicis
ſuccū ex lacte caprino cū ſale & melle. Inuenio & a podagra liberatus edendo eā: deco
ctæq; ius bibendo. Hoc & cardiacis datū & comitialibus morbis addito ſale. Itē ſpleneti
cis in uino albo ꝑ dies. xl. Ictericis nec nō & phreneticis radicis crudæ ſuccū gargarizā
dum bibendūq; demonſtrat. Cōtra uero ſingultꝰ cū coriādro & aneto & melle ac pipere
& aceto. Illitā quoq; ꝓdeſſē inflatiōibus ſtomachi. Itē ſerpentiū ictibus. Et ſordidis ulce
ribus ac uetuſtis: uel ipſa aqua cū hordeacea farina. Succū ex aceto uel cū fœnogræco.
Sic aliqui & articulis podagris imponūt. Epinyctidas ac qcquid aliud ſerpit ī corpore
impoſita leuat. Itē repentinas caligines. Has & ſi mandit̄ ex aceto. Sugillata uero & ali
os liuores. Pura illita lepras & pſoras cū alumine rotūdo ex aceto. Sic & fluētes capillos
retinet. Epicharmus teſtiū & genitaliū malis hanc utiliſſime īponi aſſerit. Efficatius eā
dem cū faba trita. Itē cōuulſis cū ruta. Cōtra ardorē febriū & ſtomachi uitia cū rutæ ſe
mine & ad ſecūdas. Et muris aranei morſus folioꝝ aridoꝝ farina alterutra pte exmani
uit. Ex omnibus braſſicæ generibus ſuauiſſima eſt qn & inutilis habet̄: difficilis in co
quēdo: & renibus cōtraria. Illud quoq; nō eſt omittēdū: aquā decoctæ ad tot uſus lau
datā fetere humi effuſam. Stirpium braſſicæ aridoꝝ cinis inter cauſtica intelligit̄. Ad
coxendicū dolores cū adipe uetuſto. At cū laſere & aceto in uicē pſilotri euulſis illitus
pilis naſci alios ꝓhibet. Bibit̄ & cū oleo ſubferuefactus uel ꝑ ſe elixus ad cōuulſa & rup
ta intus lapſūq; ex alto. Nulla ergo ſunt crimina braſſicæ? Immo uero apud eoſdē aīæ
grauitatē facere. Dentibus & gengiuis nocere? & in ægypto ꝓpter amaritudinem non
æſtur. Silueſtris ſiue erratice īmenſo plus effectus laudat Cato: adeo ut aridæ quoq; fari
nā in olfatorio collectā uel odore tantū naribus adhibito uitia oriū grauẽolentireq; ſa
nare affirmet. Hanc alii petreā uocant: inimiciſſimā uino: quā præcipue uitis fugiat.
Aut ſi nō poſſit fugere: moriat̄. Folia habet bina: rotūda: parua: lenia: plantis oleris ſimi
lior: candidor ſatiua & hirſutior. Hanc inflationibus mederi. Melancholicis quoq; ac
uulneribus recētibus cū melle ita ne ſoluant̄ ante diē ſeptimū. Strumis fiſtulis in aqua
contritā Chryſippo auctore. Et alii cōpeſcere mala corporis quæ ſerpūt: nomas uocant
Itē excreſcētia abſumere. Cicatrices ad planum reducere. Oris ulcera & tonſillas man
ducatam & coctam ſucco gargarizato cum melle tollere. Item pſoras & lepras ueteres
ipſius tribus partibus cum duabus aluminis in aceto acri illitis. Epicharmus ſatis eſſe
eam contra canis rabioſi morſum imponi. Melius ſi cū laſere & aceto acri Necari quoq;
canes ea ſi detur ex carne. Semen eius toſtū auxiliatur cōtra ſerpentes: fungoꝝq; uene
na. In tauri ſanguine folia cocta ſpleneticiſq; in cibo data & cruda illita cū ſulphure &
nitro ꝓſunt. Itē mammaꝝ duriciæ. Radicū cinis uuæ in faucibus tumēti tactu mede
tur. Et parotidas cū melle illitus reprimit. Serpentiū morſus ſanat. Viriū braſſicæ unū
& magnū argumentū addemus & mirabile. Cruſtæ ſi occupent intus uaſa omnia in ꝗ
bus aquæ feruent in tantū ut nō ſit eas auellere: ſi braſſica in iis decoquat̄ abſcedunt
Inter ſilueſtres braſſicas & lapſana ē: pedalis altitudinis: hirſutis foliis ſinapi ſimillimis
niſi candidior eſſet flore. Coqtur in cibo. Aluū leniter emollit. Marina braſſica uehemē
tiſſime ex omnibus aluū ciet. Coqtur ꝓpter acrimoniā cū pingui carne: ſtomacho ini
miciſſima. Scyllaꝝ in medicina alba ē quæ maſculus: fœminæ nigræ. Scylla quæ can
didiſſima fuerit utiliſſima erit. Huic aridis tunicis direptis quod reliquū e uino eſt cō
ſutū ſuſpendit̄ lino modicis interuallis poſtea arida fruſtra in cadum aceti ꝗ aſpimi
pendentia immerguntur: ita ne ulla per te uas contingant. Hoc ſit ante ſolſtitium die
bus. xlviii. Gypſo deinde oblitus cadus ponitur ſub tegulis totius diei ſolem accipienti
bus. Poſt eum numerum dierum tollitur uas. Scylla eximitur. Acetum tranſfunditur
Hoc clariorem oculorum aciem facit. Salutare eſt ſtomachi laterumq; doloribus parū
ſumptum binis diebus. Sed tanta uis eſt: ut auidius hauſtū extinctæ animæ momēto

aliquo ſpecie̅ præbeat. Prodeſt & gingiuis & dentibus uel per ſe co̅maducata. Tineas & reliqua uentris animalia pellit ex melle & aceto ſumpta. Linguæ quoq; recens ſubiecta præſtat ne hydropici ſitim ſentiant. Coquit̃ pluribus modis in olla quæ coniicitur, in clibanu̅ aut furnu̅: ue adipe aut luto illita: aut fruſtatim i̅ patinis. Et cruda ſiccatur: deinde conciditur. Coquiturq; in aceto. Tum ſerpe̅tiu̅ ictibus imponit̃. Toſta quoq; purgat̃: & mediu̅ eius iter̃ in aqua coq̃tur. Vſus ſic coctæ ad hydropicos: urina̅ ciendam tribus obolis cum melle & aceto potæ. Item ſpleneticos & ſtomachios ſi no̅ ſentiant ulcus: quibus innatet cibus. Ad tormina: regios morbos: tuſſim uetere̅ cum ſuſpirio. Diſcutit & ex foliis ſtrumas: quadrinis diebus ſoluta. Furfures capitis ad ulcera manantia illita ex oleo cocta. Coquitur & in melle cibi gratia: maxime uti coctione̅ facias. Sic & interiora purgat. Rimas pedum ſanat in oleo cocta: & mixta reſinæ. Semen eius lu̅borum dolori ex melle imponit̃. Pythagoras ſcyllam in limine quoq; ianuæ ſuſpenſam malorum medicamentoru̅ introitum pellere tradit. Cæterum bulbi ex aceto & ſulphure uulneribus i̅ facie medentur. Per ſe uero triti neruoru̅ co̅tractionem. Et ex uino porrigines. Succum cu̅ melle canum morſibus. Eraſiſtrato placet cum pice. Sanguine̅ ide̅ eos ſiſtere tradit illitos cum melle. Alii ſi e naribus fluat coriandrum & farinam adiiciu̅t Theodorus & lichenas ex aceto bulbis curat. Erumpe̅tia in capite cu̅ uino auſtero aut ouo. Et bulbos epiphoris idem illinit: & ſic lippitudini medetur. Eorumq; uitia quæ ſu̅t facie rubentes maxime in ſolle illitis cum melle & nitro emendat. Lentiginem cu̅ uino aut cum cumino coctis. Vulneribus quoq; mire proſunt per ſe. Aut ut Damio̅ ex mulſo: ſi quinto die ſoluantur. Iiſdem & auriculas fractas curat: & teſtium pituitas. In articulorum doloribus miſcent farina̅. In uino cocti illiti uentri duriciam præcordioru̅ emolliunt. Dyſentericis in uino ex aq̃ua cæleſti temperato datur. Ad conuulſa intus cu̅ ſilphio pilulis fabæ magnitudine. Ad ſudorem tuſi illinuntur. Neruis utiles. Ideo & paralyticis dantur iuxta in pedibus. Qui ſunt ruffi ex his citiſſime ſana̅t cum melle & ſale. Venerem maxime megarici ſtimulant. Hortenſii partum cum ſapa aut paſſo ſumpti. Silueſtres interaneorum plagas & uitia cum ſilphio pilulis deuoratis ſedant. Et ſatiuoru̅ ſemen contra phalangia bibitur in uino. Ipſi ex aceto illinuntur contra ſerpentiu̅ ictus. Semen antiqui bibendum in ſanientibus dabant. Flos bulborum tritus crurum maculas: uarietateſq; igne factas emendat. Diocles oculos hebetari ab iis putat. Elixos aſſis minus utiles adiiciunt eſſe: & difficile concoqui ex ui uniuſcuiuſq; naturæ. Bulbine̅ græci uocant hærbam paracæ foliis: rubicundo bulbo. Hæc traditur uulneribus mire utilis dumtaxat recentibus. Bulbus quem nomitorium uoca̅t ab effectu folia habet nigra: cæteris longiora utiliſſimus ſtomacho cibus.

Ca. X.

De aſparagis & corruda & libyco & horminio.

ASparagi (ut traditur) cumino quidem addito inflationes ſtomachi coliq; diſcutiunt. Ventrem leniter molliunt. Pecoris & ſpinæ doloribus inteſtinorumque uitiis proſunt. Vino cum coquuntur addito ad lumborum & renum dolores. Semen trium obolorum pondere parte cumini bibitur. Venerem ſtimulant. Vrinam ciens utiliſſime: præterq̃ q̃d ueſica̅ exulcerant. Radix quoq; plurimorum prædicatione trita & in uino albo pota calculos quoq; exturbat. Lumboru̅ & renum dolores ſedat. Quidam ad uuluæ dolorem radicem cum uino dulci propinant. Eadem in aceto decocta contra elephantiam proficit. Aſperago trito cum oleo perunctu̅ pungi ab apibus negant. Silueſtre̅ aſperagum aliqui libycum uocant: attici horminiu̅. Huius ad ſupradicta omnia efficatior uis: & candidior: maior. Regium morbum extenuant. Veneris cauſa aquam eorum decoctam bibi iubent ad heminam. Ad idem & ſeme̅ ualet ante tritum. Ternis utrumq; obolis datur. Et ad ſerpentium ictus ſuccus decoctus. Radix quoq; miſcetur radici marathri inter efficaciſſima auxilia. Si ſanguis per urinam reddatur: ſemen aſperagi & apii & cumini ternis obolis i̅ uino cyathis duobus quinis diebus

Chryſippus dari iubet. Sic & hydropicis contrarium eſſe q̄uis urinam moueat: docet.
Item ueneri. Veſicæ quoq; niſi coctum aqua. Si canibus detur: occidit eos. In uino de-
coctæ radicis ſuccus ſi ore contineatur dentibus mederi.

¶ De apio & apiaſtro: & helioſelino: & oreoſelino. Ca. XI.

APio gratia uulgo eſt. Nāq; rami largis portionibus per iura īnatant: & incondi
mentis peculiarē gratiam habēt. Præterea oculis illitum cū melle: ita ut ſubin
de foueanť feruenti ſucco decocti: aliiſq; mēbroꝝ. Epiphoris per ſe tritū aut cū
pane & polēta īpoſitum mire auxiliatur. Piſces quoq; ſi ægrotēt in piſcinis apio uiridi
recreanť. Veꝝ apud eruditos nō aliud erutū terra ī maiore ſententiaꝝ auctoritate eſt.
Diſtinguiť ſexu. Chryſippus fœminā eſſe dicit criſpioribus foliis & duris: craſſo caule:
ſapore acri & feruido. Dionyſius marē nigriorē: breuioris radicis: uermiculos gignētem
Ambo neutrum ad cibos admittendū: imo omnino nefas. Nam id defunctorū epulis fe
ralibus ducatum. Ipſius quoq; uiſus claritati inimicum: Caule fœminæ uermiculos gi
gni. Ideoq; eos q ederint ſterileſcere mares fœminas ue. In puerpiis uero ab eo cibo comi
tiales fieri qui ubera hauriunt. Innocentiorē tamen eſſe marem. Eaq; cauſa eſt ne inter
nefaſtos frutices dānet̃. Māmarum duriciā impoſitis foliis emollit. Suauiores aquas po-
tui incoctū præſtat. Succo maxime radicis cū uino lumboꝝ dolores mitigat. Eodē iure
inſtillato grauitatē aurium. Semine urinā ciet: menſtrua ac ſecūdos partus. Et ſi fouean
tur ſemine decocto ſugillata reddit colori: cum oūi albo illitū. Aut ex aqua coctum po-
tūq; renibus medetur. In frigida tritū oris ulceribus. Semen cū uino uel radix cū ueteri
uino ueſicæ calculos frāgit. Semen dať ex tribus cyathis ex uino albo. Apiaſtrum Higi-
nus q̄ item meliſſophylon appellat. Sed in cōfeſſa dānatione eſt uenenatū in ſardinia.
Cōtexenda enim ſunt oīa ex eodē nomine: apud græcos pendētia. Olſutraꝝ quod hip-
poſelinū uocant aduerſať ſcorpionibus. Poto ſemine torminibus interaneis medeť. Itēq;
difficultatibus urinæ ſemē eius decoctū ex mulſo potum. Radix eius in uino decocta
calculos pellit & lumboꝝ ac lateris dolores. Canis rabioſi morſibus potū & illitū medeť
Succus eius algētes calefacit potus. Quarū genus ex eodem faciunt aliq oreoſelinon
alio frutice recto ſemine cumino ſimile. Vrinæ & menſtruis efficax. Helioſelino uis pri-
uata contra araneas. Sed de oreoſelino fœminæ purganť e uino.

¶ De petroſelino & cimo. Ca. XII.

ALio genere petroſelinō quidā appellāt in ſaxis natū. Præcipuū ad uomicas co
clearibus binis ſucci additi in cyathū marrubii ſucci: atq; ita calidæ tribus cya
this. Addidere q̄dā buſelinō differēs breuitate caulis a ſatiuo & radicis colore
ruffo eiuſdē effectus. Præualere cōtra ſerpētes potū & litū: Ocimum quoq; Chryſippus
grauiter īcrepuit. Inutile eſſe dicēs ſtomacho: urinæ. oculoꝝ quoq; claritati. Præterea ī
ſaniā facere & lethargicos & iocineris uitia. Ideoq; capras id aſpernari. In hoībus quoq;
fugiendū cenſet. Adiiciunt q̄dā tritū ſi opiatur lapide: ſcorpionē gignere. Cōmanduca
tum in ſole poſitū uermes afferre. Alii uero ſi eo die feriať quiſpiā a ſcorpione q ederit o
cimū ſanari nō poſſe. Quinimo tradūt aliq manipulo ocimi cū cancris. x. marinis uel
fluuiatilibus trito: cōuenire ad eū ſcorpiones a ꝓximo oēs. Diodotus in emitericis etiam
pediculos facere ocimū cibū. Secuta ætas alacriter defendit. Nā id eſſe capras. Nec minꝰ
q̄ mentā & rutā ſcorpionū terreſtriū ictibus marinorūq; uenenis mederi cū uino addito
aceto exiguo. Vſu quoq; cōpertū deficientibus ex aceto odoratu ſalutarē eſſe. Itē lethar-
gicis & inflāmatis refrigerationi: illitū capitis doloribus cū roſaceo: aut myrteo: aut aceto
Itē oculoꝝ epiphoris impoſitū ex uino. Stomacho quoq; eē utile. Inflactiones & rutum
ex aceto diſſoluere ſumptū. Aluū ſiſtere impoſitū. Vrinā ciere. Sic & morbo regio & hy-
dropicis ꝓdeſſe etiā colericis. Diſtillatiōes eo coli & ſtomachi īhiberi. Ergo etiā cœliacis
Philiſto dedit: & coctū dyſentericis: & cōtra pliſtonicū. Aliq & in tenaſmo: & ſanguinem
excreātibus in uino. Duriciāq; ꝑcordioꝝ illiniť māmis. Extinguit quoq; lactis puerꝑtū

Auribus utiliſſimũ: infantiũ præcipue cũ adipe anſerino. Semẽ tritũ & hauſtũ naribꝰ
ſternutamẽta: & diſtilationes capitis quoq; illitũ. Vuluas purgat in cibo ex aceto Verru
cas mixto cerameto ſutorio tollit. Venerẽ ſtimulat. Ideoq; eqs aſiniſq; admiſuræ tẽpore
ingeritur. ¶ De ſilueſtri ocimo: & eruca: & naſturtio & ruta. Ca. XIII

Silueſtri ocimo uis efficatior ad eadẽ oĩa. Peculiaris ad uitia quæ uomitioĩbus
crebris cõtrahuntur. Vomiciſq; uuluæ: cõtraq; beſtiarũ morſus radix in uino
eſt efficaciſſima: Erucæ ſemẽ ſcorpionũ uenenis & muris aranei medet. Beſtio
las omnes inaſcentes corpori arcet. Vitia cutis in facie cũ melle illitũ. Lẽtigines ex aceto
Cicatrices nigras reducit ad candorẽ cũ felle bubulo. Aiunt uerbera ſubituris potũ ex
uino duriciã quandã cõtra ſenſũ induere: In cõdiendis obſoniis tãta ẽ ſuauitas: ut græ
ci euzomõ appellauerint. Putãt ſubtrita eruca ſi foueant oculi: claritatẽ reſtitui. Tuſ
ſim infantiũ ſedare. Radix eius in aqua decocta fracta oſa extrahere. Nã de uenere ſtimu
landa diximus trita folia ſilueſtris erucæ ſiniſtra manu decerpta & trita in aqua mulſa
ſi bibant. E cõtrario naſturtiũ uenerẽ ĩhibet. Animũ exacuit. Vt diximus duo eius ge
nera. Aluum purgat. Detrahit bilẽ potũ in aqua. x. denariorũ pondo. Cũ lomento ſtru
mis illitũ opertũq; braſica præclaræ medet. Alterũ eſt nigrius: qđ capitis uitia purgat.
Viſũ clarificat. Cõmotas mentes ſedat ex aceto ſumptũ. Lyenẽ ex uino potũ uel cũ fico
Tuſſim ex melle: ſi quottidie ieiuni ſũmant. Semẽ ex uino omnia itẽſtinoꝝ aĩalia expel
lit. Efficacius addito mentaſtro. Prodeſt & cõtra ſuſpiria & tuſſim cum origano & uino
dulci. Pectoris doloribus decoctũ in lacte caprino. Panos diſcutit cũ pice: extrahitq; cor
pori aculeos. Et maculas illitũ ex aceto. Cõtra carcinomata adiicit ouorũ albũ. Et lyeni
bus illinit ex aceto. Infãtibus uero e melle utiliſſime. Seſtius adiicit hoc ſerpentes fugare
ſcorpionibus reſiſtere. Capitis dolores cõtritũ: & alopecias emẽdare. Sinapi grauitatẽ au
riũ trito ĩpoſito auribus cũ fico. Dentiũ dolores infuſo in auris ſucco. Pruriginẽ & ulce
ra capitis cũ adipe anſerino. Furũculos cõcoquit cũ fermẽto. Carbunculos adſuppura
tionẽ pducit: & rumpit. Phagedenas ulcerũ expurgat cũ melle. Coxendicibus & lumbis
cũ polenta ex aceto illinit. Itẽ licheni. Itẽ unguibus ſcabris. Quippe natura eius cauſti
ca eſt. Optimũ aũt babyloniũ. Silueſtri uero ad omnia ea effectus maior. In præcipuis
aũt medicaminibus ruta ẽ. Latiora ſatiuæ folia. Rami fruticoſiores. Silueſtris horida ad
effectũ eſt & ad oĩa acrior. Succus exprimit tuſa ea & aſpa modice aqua. Et in pyxide
cypria aſſeruat: Hic copioſior datus ueneni noxiã obtinet: Macedõia maxime iuxta flu
men anacimũ. Mirũq; cicutæ ſucco extinguit: adeo etiã uenenoꝝ uenena ſunt. Quã
do cicutæ ſuccus pdeſt manibus colligentiũ rutã. Cæteꝝ inter prima ĩmiſcet antidotis
præcipueq; galaciæ. Quæcunq; adt ruta aut per ſe aut pro antidoto ualet foliis tritis
& ex uino ſũptis. Cõtra aconitũ maxime & uiſcũ. Itẽ fungos ſiue in potu detur: ſiue in
cibo. Simili mõ cõtra ſerpentiũ ictus: utpote cũ muſtellæ dimicaturæ cũ iis rutã prius
edendo ſe muniant. Sed ualent & cõtra ſcorpionũ ictus: & araneoꝝ: apũ: carbronũ: ueſ
paꝝ aculeos. Et cãtaridas: ac ſalamãdras: canis ue rabioſi morſus: acetabuli menſura ſi
ſuccus e uino bibit. Et folia trita uel cõmanducata ĩponunt cũ melle & ſale uel cum
aceto & pice decocta. Succo uero punctos aut etiã habentes negãt feriri ab iis maleficiis
Serpenteſq; ſi uratur ruta nidorũ fugere. Efficaciſſima tamẽ eſt ſilueſtris radix cũ uino
ſũpta. Eandẽ adiiciunt efficaciorẽ eſſe ſubdiuo potã. Pythagoras & in hac marẽ mino
ribꝰ herbaceiq; coloris foliis a fœmina diſcreuit: etiã latioribus foliis & colore. Idẽq; ocu
lis noxiã putauit falſo: quoniã ſculptores & pictores hoc cibo utunt oculorũ cã. Cum
pane quoq; uel naſturtio ſatiuæ atq; ſilueſtris ppter uiſũ. Vt aiunt multi ſucco eius
cũ melle attico inuncti diſcuſſerunt caligines: uel cũ lacte mulieris pueꝝ enixæ uel pu
ro ſucco angulis oculoꝝ tactis. Epihoras cũ polenta ĩpoſita. Lenit aũt capitis dolores
poto tũ uino aut cũ aceto: & roſaceo illita. Si uero ſint cephalea: cum farina hordeacea
uel aceto. Eadẽ cruditates diſcutit: mox iflationes: dolores ſtomachi ueteres. Vuluas apit

Corrigitq; conuerſas illita in melle toto uentre pectore. Hidropicis cum ficu & decocta
ad dimidias partes potaq; ex uino. Sic bibit̃ & ad pectoris dolores: laterũq; & lumborum
Tuſes: ſuſpiria: pulmonũ: iocineꝝ: renum: uitia: horrores frigidos. Ad crapulæ grauedi
nes. Decoquunt̃ folia poturis. Et in cibo uel cruda uel decocta cõdita ue prodeſt. Item
torminibus in hyſopo decocta. Et cũ uino. Sic & ſanguinẽ ſiſtit interiorẽ: & narium in
dita. Sic & collutis dentibus prodeſt. Auribus quoq; in dolore ſuccus infundit̃: cuſtodi
to ut diximus modo. E ſilueſtri uero cõtra tarditatẽ & ſonitum cum roſaceo uel cũ lau
reo oleo aut cumino & melle. Succus & phreneticis ex aceto tritæ inſtillatur in tempora
& cerebꝝ. Adiecerũt aliq & ſerpillũ & laurũ illinẽtes capita & colla. Dederunt & lethar
gicis ex aceto olfaciendũ. Dederunt & comitialibus bibendũ decoctæ ſuccũ in cyathis
quattuor ante acceſſiones: quaꝝ frigus intollerabile eſt. Alfioſiſq; crudam dari in cibo.
Vrinã quoq; ũel cruentam pellit. Fœminaꝝ etiam purgationes: ſecundaſq;: etiã emor
tuos partus: ut Hippocrati uidet̃: ex uino dulci nigro pota: itaq; illitam & uuluaruꝫ cã
etiam ſuffire iubet. Diocles & cardiacis imponit ex aceto & melle cũ farina hordeacea. Et
contra ileũ decocta farina in oleo ac uelleribus collecta. Multi uero & cõtra purulentas
excreationes ſiccæ drachmas duas: ſulphuris unã & dimidiã ſumi cenſent. Et cõtra cru
entas ramos tres in uino decoctos. Datur & dyſentericis cũ caſeo in uino cõtrita. Dede
rũt & cum bitumini infrictã potioni ꝓpter anhelitum. Ex alto lapſis ſeminis tres un
cias olei libra: uiniq; ſextario illinit̃. Cũ oleo coctis foliis ꝑtibus quas frigus aduſſerit. Si
urinam mouet (ut Hippocrati uidet̃) mirũ eſt quoſdam dare uelut inhibentẽ potui cõ
tra incõtinentiam urinæ. Pſoras & lepras cũ melle & alumine illita emendat. Item uitili
gines uel rugas: ſtrumas & ſimilia cũ hircino & adipe ſuillo ac taurino ſeuo. Ignẽ ſacrũ
ex aceto & oleo: uel pſimythio. Carbũculum ex aceto. Nõnulli laſerpitiũ una illini iubẽt
ſine quo epinyctidas puſtulas curant. Imponũt & mãmis turgentibus decoctã & pi ui
tæ eruptionibus cũ cæra. Teſtium uero epiphoris cum ramis laureæ teneris: adeo ꝑtcu
liari in uiſceribus his effectu: ut ſilueſtri ruta cũ axungia ueteri illitos ramices ſanati ꝓ
dant. Fracta quoq; mẽbra ſemine trito cũ cæra impoſito. Radix rutæ ſanguinẽ oculis
ſuffuſum: & in toto corpore cicatrices aut maculas illita emendat. Ex reliqs quoq; quæ
tradunt̃: mirum eſt: cũ feruentẽ rutæ naturã eſſe cõueniat. Faſciculum eius in roſaceo
decoctũ addita uncia aloes perunctis ſudorem reprimere. Itẽq; generatiões impediri hoc
cibo. Ideo profluuio genitali datur: & uenerem crebro ꝑ ſomnia imaginantibus. Præca
uendũ eſt grauidis abſtineãt hoc cibo. Necari enim partus inuenio. Eadem ex omnibus
ſatis quadrupedũ quoq; morbis in maximo uſu eſt: ſiue difficile ſpirantibus: ſiue cõtra
maleficiorum animalium ictus infuſa per nares ex uino: aut ſi ſanguiſugam exhauſerit
ex aceto & quocũq; in ſimili morborum genere: ut in homine temperato.

¶ De mentaſtro & menta & pulegio: & nepeta & de cumino. Ca. XIIII

M Entaſtrũ ſilueſtris mẽta eſt: differens ſpecie folioꝝ quaſi figura ocimi: pulegii
colore. Propter quod quidã ſilueſtre pulegiũ uocãt. Iis cõmãducatis & ĩpolitis
ſanari elephantiã: ſicut magni Põpeii ætate fortuito cuiuſdã experimẽto prop
ter putorẽ in facie illita cõpertũ eſt. Eadẽ illinunt̃ bibunturq; aduerſus ſcolopẽdras &
ſerpentiũ ictus drachmis duabus in uini cyathis duobus. Aduerſus ſcorpionũ ictus cũ
ſale oleo & aceto. Itẽ aduerſus ſcolopẽdras ius decocti. Aduerſuſq; oĩa uenena ſeruantur
folia arida ad farinæ modũ. Subſtratũ uel accenſũ fugat ſcorpiones. Potũ fœminas pur
gat a partu. Sed partus necat. Ortopnoicis: torminibus colericis efficaciſſimũ. Itẽ lũbis
Podagris impoſitũ. Succus naribus uerminoſis inſtillat̃. In regio morbo bibit̃. Strumis
illinit̃. Oĩa ueneris inhibet. Tineas pellit ex aceto potũ. Cõtra pruriginẽ ex aceto infun
ditur capiti in ſole. Mẽtæ ipſius odor animũ excitat: & ſapor auiditatẽ in cibis. Ideo in
mãmaꝝ mixtura familiares ipſæ acceſſere: ut coire deſeriq; lac nõ patiant̃. Quare la
ctis potionibus additur: ne huius coagulati potu ſtrangulent̃. Data in aqua & mulſo

eadem ui reſiſtere & generationi creditur: cohibendo genitalia denſari. Aeque maribus
ac foeminis ſiſtit ſanguinem. & purgationes fœminarũ inhibet. Cum amylo ex aqua po
ta cœliacorũ impetus. Syration & uomicas uuluæ curauit. Ille & iocinerũ uitia ternis
obolis ex mulſo datis. Itẽ ſanguinem excreantibus in ſorbitionẽ. Vlcera in capite infan
tium mire ſanat. Arterias humidas ſiccat. Siccas aſtringit. Pituitas coruptas purgat in
mulſo & aqua. Vocis ſuccus ſub certamine utilis dumtaxat: & qui gargarizatur uua tu
mente adiecta ruta & coriandro ex lacte. Vtilis & cõtra tonſillas cũ alumine. Linguæ aſ
peræ cũ melle. Et cõuulſa intus p ſe uitiiſq; pulmonis. Singultus & uomitiões ſiſtit cũ
ſucco granati ut. Democritus mõſtrat. Recentis ſuccus narium uitia. Spiritus ſubduc
tos emendat. Ipſa trita choleras in aceto quidẽ pota ſanguinis flutiões intus. Ileũ etiam
impoſita cũ polenta: & ſi mãmæ tendant. Illinitur & tẽporibus in capitis dolore. Sumit
& contra ſcolopendras: & ſcorpiones marinos & ad ſerpentes. Epiphoris illinit & oĩbus
in capite eruptionibus. Itẽ ſedis uitiis. Impetigines quoq; uel ſi teneat tãtũ phibet. Au
ribus cum mulſo inſtilat. Aiunt & lyeni mederi eam inhorto guſtatã ita ne uellat: ſi is
qui momorderit dicat ſe lyeni mederi per dies nouẽ. Aridæ quoq; farinæ tribus digytis
apprehenſã & ſtomachi dolorem ſedare in aqua: & ſimiliter aſperſa in potionẽ uẽtris aĩa
lia expellere. Magna ſocietate cum hac ad recreandos defectos aĩo pulegio cum ſurculis
ſuis in ampullas uitreas aceti utriſq; diectis. Qua de cã dignior e pulegio corona uerti
gini q̃ e roſis cubiculis noſtris pnuntiata eſt. Nã & capitis dolores impoſita dicit leuare
Quin & olfatu capita tueri contra frigorꝫ æſtuſq; iniuriam: & ab ſiti tradit. Neq; æſtu
are eos qui duos e pulegio ſurculos impoſitos auribus in ſole habeant. Illinitur etiã in
doloribus cum polenta & aceto. Fœmina efficacior. Eſt aũt hæc flore purpureo. Mas cã
didum habet. Nauſeas cum ſale & polenta in frigida aqua pota inhibet. Sic & pecto is
ac uentris dolorẽ. Stomachi aũt ex aqua intercisiones ſiſtit: & uomitiones cum aceto &
polenta. Inteſtinorum uitia melle decoctã & nitro ſanat. Vrinam pellit ex uino: & ſi ami
neum ſit: & calculos & interiores omnes dolores Ex melle & aceto ſedat menſtrua: & ſecũ
das. Vuluas cõuerſas corigit. Denſunctos ptus eiicit. Semen obmuteſcẽtibus olfatu ad
mouetur. Comitialibus in aceto cyathi mẽſura datur. Si aquæ inſalubres bibendæ ſint
tritum inſpergitur. Salſitudines corporis ſi cum uino tradat minuit. Neruorun cã & in
cõtractione cum ſale & aceto & melle confricatur epiſtotono. Imbibitur ad ſerpentium
ictus decoctum. Ad ſcorpionũ in uino tritum: maxime qđ in ſuccis naſcitur. Ad oris
exulcerationes ad tuſſim efficax habet. Flos recentis incenſus pulices necat odore. Xe
nocrates pulegii ramum lana inuolutum in tertianis ante acceſſionẽ olfactandũ dari:
aut ſtrangulis ſubiicit: & ita collocari ægrum inter remedia tradit: Silueſtri ad eadẽ uis
efficacior eſt: quod ſimile eſt origano minoribus foliis q̃ ſatiuum: & a quibuſdam dicta
mus uocatur. Guſtatum a pecore capriſq; balatum cõcitat. Vnde quidã græci litteras
mutantes blechon uocauerunt. Natura tam feruens ẽ: ut illitas partes exulceret. Tuſſi
inter frictiones fricari ante balnea conuenit & ante acceſſionum horrorẽ conuulſis &
torminibus. Podagris mire pdeſt. Epaticis cum melle & ſale bibendum datur. Pulmo
num uitia excreabilia facit. Ad lyenẽ cum ſale utile eſt: & ueſcicæ & ſuſpiriis & inflatio
nibus decoctũ ſucco æqualiter: & uuluas corrigit: & cõtra ſcolopendrã terreſtrem uel
marinã. Itẽ ſcorpiones. Priuatim ue ualet cõtra oẽm morſũ. Radix contra increſcentia
ulcera recens potentiſſima. Arida ue ro cicatricibus decorem affere. Item pulegio eſt ne
petæq; ſocietas. Decocta enim in aqua ad tertias diſcutiunt frigora. Mulierũq; mẽſtru
is pſunt. Et æſtate ſedant calores. Nepeta quoq; uires cõtra ſerpentes habet. Fumũ ex
ea nidoremq; fugiunt: quã & ſubſternere in metu obdormituris uite ẽ. Tuſa egilopis
imponitur: & capitis doloribus recens cũ tertia parte panis tẽperata aceto illinitur. Suc
cus eius iſtilatus naribus ſupinis pfluuium ſanguinis ſiſtit. Itẽ radix cũ myrti ſemine
in paſſo tepido gargarizatã anginis medetur. Cuminũ ſilueſtre ẽ prætenue quaternis

aut quinis foliis ueluti ſerratis. Et in ſatiuo magnus uſus in ſtomachi præcipue reme-
diis. Diſcutit pituitas & inflationes. Tritum & cũ pane, ſumptum uel potum ex aqua
uinoq; tormina quoq; & inteſtinorũ dolores. Verum tamen omnem pallorem bibenti-
bus gignit. Ita certe ferunt. Portii Latronis clari inter magiſtros dicendi adſectores ſimi-
litudinem coloris ſtudiis contra æmulos imitatos: & pauloante Iulium Vindicem adſe-
ctorem illũ a Nerone libertatis captatione teſtamentis ſic lenocinatũ. Nariũ ſanguinem
paſtillis inditũ uel ex aceto recens ſiſtit. Et oculoꝝ epiphoris ꝑ ſe impoſitũ tumentibus
cũ melle ꝓdeſt. Infantibus imponi ĩ uẽtre ſatis ẽ. Morbo regio ĩ uino albo a balneis dat̃.

De cumino æthiopico: quæ urinam ſtringit: & de cappari:
& de liguſtico: ſiue penace: & cunila bubula. Ca. XV.

Æthiopicum maxime in poſca illinitur cum melle. Africano priuatim urinæ in-
continentiam cohiberi putant. Satiuum datur & ad iocineris uitia toſtum tri-
tum in aceto. Item ad uertiginem. Iis uero quos acriore ui urina mordeat in
dulci tritum uino, ad uuluarum uitia in uino. Præterq; impoſitis uellere foliis teſtium
tumoribus toſtum tritumq; cum melle aut roſaceo & cæra. Silueſtre ad omnia eadem
efficacius. Præterea ad ſerpentes cum oleo: ad ſcorpiones: ad ſcolopendras. Siſtit & uomi-
tionem nauſeaſq; ex uino: quantum apprehenderint tres digyti. Propter colum quod
bibitur. Illiniturq; uel peniculis feruens: uel aſtringitur faſciis. Strangulationes uuluæ
potum in uino aperit tribus drachmis in tribus cyathis uini. Auribus inſtillatur ad ſo-
nitus atq; tinitus cum ſeuo uitulino uel melle. Sugillatis illinitur cũ melle & uua paſſa
& aceto. Lentigini nigræ ex aceto. Eſt cumino ſimillimum quod græci uocant ami.
Quidam uero æthiopicum cuminum id eſſe exiſtimant. Hippocrates regium appellat:
uidelicet quia efficacius in ægypto iudicauit. Plæriq; alterius naturæ in totum putant
quoniam ſit exilius & candidius. Similis autem & huic uſus. Nam & panibus alexandri-
nis ſubigitur: & cum alimentis interponitur. Inflationes & tormina diſcutit. Vrinam &
menſtrua ciet. Sugillata & oculorum epiphoras mitigat. Cum lini ſemine ſcorpionum
ictus in uino potum drachmis duabus. Priuatiq; ceraſtarum cum pari portione myr-
rhæ. Colorem quoq; bibentium ſimiliter mutat in pallorem. Suffitum cum uua paſſa
aut reſina uuluas purgat. Tradunt facilius concipere eas quæ odorantur id per coitũ.
De cappari ſatis diximus inter peregrinos frutices. Non utendum tranſmarino. Innocẽ-
tius italicum eſt. Ferunt eos qui quottidie id edunt paralyſi non periclitari: nec lyenis
doloribus. Radix eius uitiligines albas tollit: ſi tritæ in ſole fricentur. Spleneticis prodeſt
in uino pota: Radicis cortex duabus drachmis dempto balnearum uſu. Feruntq; trigi-
taquinq; diebus per urinam & aluum totum lyenem emitti. Bibitur in lumborum do-
loribus ac paralyſi. Dentium dolores ſedat tritum ex aceto ſemen decoctum: uel mãdu-
cata radix. Infunditur aurium dolori decoctum oleo. Vlcera quæ phagedenas uocãt fo-
lia & radix recens cum melle ſanant. Sic et ſtrumas diſcutit radix. Parotidas uermiculoſ-
q; cocta in aqua. Iocineris quoq; malis medetur. Dant & ad tineas in aceto & melle.
Oris exulcerationes in aceto decocta tollit. Stomacho inutiles eſſe inter auctores cõue-
nit. Liguſticum aliqui panacem uocant: ſtomacho utile eſt. Item conuulſionibus & in-
flationibus. Sunt & quidam qui cunilam bubulam appellauerunt uti diximus falſo.
Cunilæ præter ſatiuam plura ſunt in medicina genera. Quæ bubula appellatur ſemẽ
pulegii habet: utile ad uulnera cõmanducatum impoſitũq;: ut quinto poſt die ſoluat̃.
Cõtra ſerpentes quoq; in uino bibit̃: ac tritũ plagæ imponit̃. Vulnera ab iis facta ꝑſri-
cat̃. Itẽ teſtudines cũ ſerpentibus pugnaturæ hac ſe muniũt. Quidãq; in hunc uſũ pa-
nacem uocant. Sedat & tumores & uirilium mla a ſicca uel foliis tritis in omni uſu mi-
re. congruens ex uino.

Item de cumula: ſiue origano: & de cunilagine: & cunila
molli: & de libanotide: & de cunila ſatiua. Ca. XVI.

EſT aliã cunilacea appellata a noſtris: a græcis origanum heracleoticũ. Prodeſt
oculis trita addito ſale. Tuſſim quoq; emendat & iocinerum uitia. Laterum
dolores cum farina oleo & aceto in ſorbitionem tẽperata. Præcipue uero ſerpẽ
tium morſus. Tertium genus eſt eius: quæ a græcis maſcula a noſtris cunilago uocat':
odoris fœdi: radicis lignoſæ: foliis aſpero. Vires eius uehementiſſimas in omnibus in ge
neribus earum tradunt. Manipulo quoq; eius adiecto omnes etiam a tota domo blattas
conuenire ad eam. Priuatim aduerſus ſcorpiones ex poſca tollere. Tribus foliis ex oleo
perunctos homine fugari ſerpentes. E contrario quæ mollis uocatur piloſioribus ramis
& aculeatis. Trita mellis odorem habet digytis tactu eius cohærentibus. Altera thuri
quam libanotidem appellauimus. Medetur utraq; cõtra ſerpentes ex uino uel aceto. Pu
lices etiã contritæ cum aqua ſparſæ necant. Satiua quoq; ſuos uſus habet. Succus eius
cum roſaceo auriculas iuuat. Ipſa ad ictos bibitur. Fit & ex ea montana ſerpillo ſimilis:
efficax contra ſerpentes. Vrinam mouet. Purgat' & a partu mulieres. Concoctionẽ mire
adiuuat. & ad cibos auiditatem. Vtraq; uel in cruditate ieiunis in potione aſperſa. Luxa
tis quoq; utilis. Cõtra ueſparum & ſimiles ictus ex farina hordeacea & poſca utiliſſima
Libanotidis alia generi ſuis dicentur locis.

De piperiti & origano: & othimine: praſio: & tragorigano: &
heraclio: & lepido: & de gith: ſiue melanthio: & aniſo. Ca. XVII.

PIperitis quã & ſiliquaſtrũ appellauimus cõtra morbos comitiales bibit' Caſtore
taliter demõſtrante. Caule rubro & longo: denſis geniculis: foliis lauri: ſemine
albo tenui: guſtu piperis. Vtilis gingiuis: dentibus: oris ſuauitati: & ructibus.
Originũ qđ in ſapore cunilã æmulat' (ut diximus) plura genera in medicina habet.
Othimin uel praſion appellant: nõ diſſimile hyſopo. Priuatim eius uſu cõtra torſiones
ſtomachi in tepida aqua: & cruditates. Cõtra araneos ſcorpiõeſq; in uino albo. Luxata &
incuſſa i aceto & oleo & lana. Tragoriganõ ſimilis ẽ ſerpillo ſilueſtri. Vrinã ciet. Tumo
res diſcutit cõtra uiſcũ potũ uiperæq; ictũ efficaciſſimũ: ſtomachoq; acida ructãti & pr
cordiis. Tuſſiẽtibus quoq; cũ melle datur: & pleureticis: peripneumonicis. Heraclium
quoq; trita genera habet nigrius latioribus foliis glutinoſũ. Alterũ exilioribus mollibuſ
que ſanſuco nõ diſſimile: qđ aliqui praſiõ uocare malũt. Tertiũ ẽ inter hæc mediũ: mi
nus ꝗ cætera efficax. Optimũ aũt creticũ. Nã & iucũde olet. Proximũ ſmyrneũ. Deinde
heracleoticum ad potũ utilius: qđ othimin uocãt. Cõis aũt uſus ſerpentes fugare. Per
cuſſis eſui dare decoctũ. Poto urinã ciere. Ruptis cõuulſis mederi cũ panaci radice. Hi
dropicis cũ fico aut cum hyſopo acetabuli mẽſuris decoctũ ad ſextam. Itẽ ſcabiem: pru
riginem: pſoras in deciſione balnearũ. Succus auribus infundit' cũ lacte mulieris. Ton
ſillis quoq; fluuiis medet'. Capitis ulceribus. Venena opii & gypſi extinguit decotũ: ſicũ
cinere & uino bibatur. Aluum mollit acetabuli menſura. Sugillatis illinitur: Itẽ dentiũ
dolori: quibus etiã & cãdorẽ facit cũ melle & nitro. Sanguinẽ nariũ ſiſtit. Ad parotidas
decoquit' cũ hordeacea farina. Ad arterias aſpa cũ galla & melle teritur. Ad lyenẽ folia
cum melle & ſale. Craſſiores pituitas & nigras extenuat coctũ. cum aceto & ſale ſũptũ
paulatim. Regio morbo tritum cum oleo & nares infunditur. Laſſi perunguntur ex
eo: ita ut ne uenter attingat'. Epinyctidas cum pice ſanat. Furunculos aperit cum fico
trita. Strumas cũ oleo & aceto & farina hordeacea. Lateris dolores cũ fico illitũ. Fluctiões
ſanguinis in genitalibus tuſum ex aceto illitum. Reliquis purgationum a partu. Lepi
dum inter urentia intelligitur. Sic & in facie cutem emendat exulcerando: ut tamen
cæra & roſaceo facile ſanetur. Sic lepras & pſoras tollit ſemper facile: & cicatricum ulce
ra. Tradunt in dolore dentium adalligatum brachio qua doleat: compeſcere dolorem.
Gith ex græcis alii melanchion: alii melaſparmon uocant. Optimus ꝗ excitaſſimi odo
ris: & ꝗ nigerrimũ. Medetur ſerpẽtium plagis & ſcorpionũ. Illini ex aceto & melle repio
Incẽſoq; ſerpẽtes fugari. Bibit' drachma una cõtra araneos. Diſtillationẽ nariũ diſcutit

tuſum in linteolo olfatum. Capitis dolores illitũ ex aceto & infuſum naribus. Cum mu
rino oculoꝝ epiphoras & tumores. Dentium dolores coctũ cum aceto. Vlcera oris tritũ
aut cõmanducatum. Itẽ lepras & lentigines ex aceto. Difficultates ſpirandi addito nitro
potum. Duritias tumoreſq; ueteres & ſuppurationes illitũ. Lac mulieꝝ auget cõtinuis
diebus ſumptũ. Colligitur ſuccus eius ut hyoſcyami. Similiter largius uenenũ eſt quod
miremur. cum ſemen gratiſſime panes etiã condiat. Oculos quoq; purgat. Vrinã & mẽ
ſtrua ciet. Quinimo linthẽolo illigatis tantũ granis. xxx. ſecundas trahi repio. Aiunt
& clauis in pedibus mederi tritũ in urina: Culices ſuffitu necare. Itẽ muſcas. Et aniſum Aniſum
aduerſus ſcorpiones ex uino bibit̃: a Pythagora inter pauca laudatũ ſiue crudũ ſiue de
coctum. Itẽ uiride aridũ ue omnibus quæ condiunt̃: quæq; intingunt̃ deſideratũ. Pa-
nis etiã cruſtis ĩferioribus ſubditũ. Sagis quoq; addit̃. Cũ amaris nucibus uina cõmen
dat. Quia ipſum oris halitũ iucundiorẽ facit. Fetorẽq; tollit mãducatum matutinis cũ-
ſmyrneo & melle exiguo. Mox uino collutum uultũ iuniorẽ præſtat. In ſomnia leuat
ſuſpenſum ĩ puluino ut dormiẽtes olfaciãt. Appetentiã ciboꝝ præſtat: quãdo id quoq;
inter artificia deliciæ fecere: ex quo labor deſiit cibos poſcere. Ob has cãs quidã anicetũ
id uocauere. Laudatiſſimũ eſt creticũ. Proximũ ægyptium. Hoc liguſtici uicẽ præſtat ĩ
condimẽtis. Dolores capitis leuigat ſuffitũ naribus. Epiphoris oculoꝝ radicẽ eius tuſaꝫ
imponit Iollas. Ipſum cum croco pari mõ & uino: & per ſe tritũ cũ polenta ad magnas
fluctiones: extrahendaq; ſi quæ in oculis ĩciderint. Nariũ quoq; cardines cõſumit illitũ
ex aqua. Sedat anginas cũ melle & hyſopo ex aceto gargarizatũ. Auribus infundit̃ cum
roſaceo. Thoracis pituitas purgat toſtum: cũ melle ſumptũ melius. Cũ acetabulo aniſi
nuces amaras. l. purgatas tere in melle ad tuſſim. Facillime uero aniſi drachmæ tres: pa-
paueris duæ miſcent̃ melle ad fabæ magnitudinẽ: & ternis diebus ſumunt̃. Præcipuũ
autẽ ructus. Ideo inflationibus ſtomachi & inteſtinoꝝ torminibus & cœliacis medet̃.
Singultus & olfatũ decoctũ potũq; inhibet. Foliis decoctis digerit cruditates ſuccus de-
cocti. Ipſum cũ apio olfatũ ſternutamẽta inhibet. Potũ ſomnũ cõcitat. Calculos pellit.
Vomitiones cohibet: & pcordioꝝ tumoꝝ & pectoꝝ uitiis. Neruis quoq; qbus ſuccinctũ
eſt corpus utiliſſimũ. Prodeſt eius & capitis doloribus inſtillati ſuccũ cũ oleo decocti.
Nõ aliud utilius uẽtri & ĩteſtinis putãt. Ideo dyſentericis & teneſmis dat̃ toſtũ. Aliq ad-
dunt & opiũ pilulis in die ternis lupini magnitudine & ĩ uini cyatho dilutis. Dieuches
& ad lumboꝝ dolores ſucco uſus ẽ. Semẽ hydropicis & cœliacis dedit tritũ cũ menta.
Veꝝ & radicẽ ad renes. Darion hærbarius parturientibus ex eo cataplaſma impoſuit cũ
apio. Itẽ uuluaꝝ dolori. Deditq; bibendũ cũ aneto pturientibus. Phreneticis quoq; illi
nũt recẽs cũ polenta. Sic & infantibus comitiale uitiũ: ut cõtractiões ſentiẽtibus. Pytha
goras qdẽ nõ corripi uiuo comitiali in manu habẽtes. Ideoq; q̃ plurimũ domi ſerendum
Parere quoq; facilius olfantes. Et ſtatim a ptu dandũ potui polẽta aſpſa. Soſimenes cõ-
tra oẽs duricias ex aceto uſus eſt. Eo & cõtra laſſitudines in oleo decoquẽs addito nitro
Semine eius poto laſſitudinis auxiliũ uiatoribus ſpopondit. Heraclides ad inflationes
ſtomachi ſemen tribus digytis cũ caſtorei obolis duobus ex mulſo dedit. Similiter ad uẽ
tris aut inteſtinoꝝ inflationes. Et ortopnoicis quod ternis digytis prehẽderit ſeminis: tã
tundẽ hyoſcyami cũ lacte aſinino. Multi uomituris acetabula eius & folia lauri decem
trita in aqua bibenda inter cœnã ſuadent. Strangulationes uuluæ ſi manducent̃: & li-
natur calidũ: uel ſi bibatur cum caſtoreo in aceto & melle ſedat. Vertigines a partu cum
ſemine cucumeris & lini pari menſura trinum digytoꝝ uini albi tribus cyathis diſcu-
tit. Cleopolemus ad quartanas trinis digytis ſeminis aniſi & fœniculi uſus eſt in aceto &
mellis cyatho uno. Lenit articulares morbos cum amaris nucibus illitũ. Sunt & q aſpi-
dũ uenenis aduerſari naturã eius putet. Vrinã ciet. Sitim cohibet. Venerẽ ſtimulat. Cũ
uino ſudorẽ leniter præſtat. Veſtes quoq; a tineis defendit. Efficacius ſemp recẽs & quo
nigrius. Stomacho tamen inutile eſt præterq̃ inflato.

De aneto & ſagapenio:& de papauere albo & nigro: & quomodo
ſuccus hærbarum colligendus eſt:& de opio. Ca. XVIII.

ANetum quoq; ructus mouet:& tormina ſedat. Aluum ſiſtit. Epiphoris radices
illinunt.ex aqua uel uino. Singultus cohibet ſemen feruens olfatũ. Sumptũ
ex aqua ſedat cruditates. Cini eius uuam in faucibus leuat. Oculos & genitu
ram hebetat. Sacopenium qđ apud nos gignitur in totũ tranſmarino alienat. Illud enĩ
ammoniaci lachrymæ ſimile ſagapenion uocatur. Prodeſt laterũ & pectoris dolorıbus:
cõuulſis:tuſſibus ueteribus:excreationibuſq;:præcordiorũ tumoribus. Sanat & uerti
gines:tremulos:opiſtothonicos:lyenes:lũbos:perfrictiones. Dat & olfactãdum ex aceto
in ſtrangulatu uuluæ. Cæteris & potu datur:& cum oleo infricatur. Prodeſt & cõtra
mala medicamenta. Papaueris ſatiui diximus genera & ſponte naſcentis alia ꝓmiſimꝰ
Sed ſatiui albi calix ipſe teritur & bibitur ſomni cã. Semen elephantiis medet. E nigro
papauere ſapor gignitur ſcapo inciſo:ut Diagoras ſuadet cum turgeſcit:ut Iollas cum
defloreſcit hora diei ſereni:hoc eſt cum ros in eo exaruerit. Incidi iubent ſub capite & ca
lice. Nec in alio genere ipſum ĩciditur caput. Succus & hic:hærbæ cuiuſq; lana excipi
tur. Aut ſi exiguus eſt:ungue pollicis ut lactucis:& poſtero die magis qđ inaruit. Papa
ueris uero largus denſatur:& in paſtillos tritus in umbra ſiccatur nõ ui ſopori fera mõ
ueꝝ ſi copioſior hauriat:ẽt mortifera ꝑ ſõnũ:opiõ uocãt. Sic ſcimus interẽptũ. Licinii
Cecinæ ꝑtorii uiri patrem ĩ hiſpania baiulicũ quoniam ualido impatibilis odium uitæ
feciſſe. Item pleroſq; alios. Qua de cauſa magna concertatio extitit. Diagoras & Eraſiſtra
tus in totum damnauere.& ut mortiferum infundi uetantes. Præterea quoniam uiſui
noceret. Addidit Andron:ideo non protinus excæcari eo quoniam adulteratur alexan
drino. Sed poſtea uſus eius non improbatus eſt medicamento nobili: quod acidion uo
cant. Semine quoq; eius trito in paſtillos e lacte utuntur ad ſomnum. Item ad capitis
dolores cum roſaceo. Cum his.aurium dolori inſtillatum. Podagris illinitur cum lacte
mulierum. Sic & foliis ipſis utuntur ad ſacros ignes. Item uulnera cum aceto. Ego ta
men damnauerim collyriis addi. Multoq; magis quas uocant lexipyretas:quaſq; pepti
cas & cœliacas. Nigrum tamen in cœliacis uino datur. Satiuum omen magis rotundat
capitis. Ad ſilueſtris longum ac puſillum:& ad omnes effectus ualentius. Decoquitur
& bibitur contra uigilias:eademq; aqua fouet ora. Optimum ĩ ſiccis:& ubi ratio pluit
Cum capita ipſa & folia decoquuntur;ſuccus meconium uocatur:multum opio igna
uior. Experimentum opii eſt primum in odore. Sincerum enim perpeti non mos ẽ. De
in in lucernis:ut pura luceat flamma:aut extinctum demum oleat: Quæ in fucato
non eueniunt. Accenditur quoq; difficilius:& crebro extinguit. Eſt ſinceri experimen
tum:& in aqua quia nebula innatat. Fictum in poſca coit. Sed maxime mirum æſtiuo
ſole deprehendit. Sincerum enim ſudat:& ſe diluit:donec ſucco recenti ſimile fiat. Mne
ſides optime ſeruari putat hyoſcyami ſemine adiecto. Alii in faba.

De ẽpractico & ceratico:& glaucio ſiue palio:& heraclio ſiue aphro:& đ diacodio.c.xix.

INter ſatiua eſt & ſilueſtria medium genus:quod niſi inaruiſſet:ſponte na
ſceretur. Rhiam uocauimus & empracticum. Quidam id decreptum ꝓtinus
cum toto calice manduntur. Aluum exinanium capit quoq; decocta. In uini
tribus heminis pota ſomnum faciunt. Silueſtrium unum genus cæraticum uocant:
nigrum:cubitali altitudine:radice craſſa:& corticoſa:caulico inflexo ut cornicula. Fo
lia minora & tenuiora q̃ cæteris ſilueſtribus:ſemen exile. Tempeſtium eſt menſtruis.
Aluum purgat dimidio acetabulo in mulſo. Folia trita cum oleo argemmas iumen
torum ſanant. Radix acetabuli menſura cocta in duobus ſextariis ad dimidias da
tur ad lumborum uitia & iocineris. Carbunculis medentur ex melle folia. Qui
dam hoc genus glaution uocant alii paralion. Naſcitur enim in afflatu maris: aut
nitroſo. Alterum eſt in ſilueſtribus generibus heraclion: uocatur ab aliis aphron.

Foliis in procul intuearis ſpeciem paſſeꝝ præſentantibus:radice in ſumma terræ cute:
ſemine ſpumeo.Ex hoc lina ſplendorẽ trahunt æſtate.Tundit̃ ĩ pila comitialibus mor
bis acetabuli menſura ſeminis in uino albo:uomitiones enĩ facit.Medicamẽto quđ dia
codion & aſteriace uocat̃ utiliſſimũ.Fit autem huius papaueris aut cuiuſcũq; ſilueſtris
capitibus.cxx.in aquæ cæleſtis ſextaris tribus biduo maceratis:in eadẽq; decoctis: deide
ſiccatis:iterũq; cũ melle decoctis ad dimidias partes uapore tenui. Addidere poſtea dra-
chmas ſenas croci:hypociſtidis:thuris acaciæ:& paſſi cretici ſextariũ. Hac oſtentatione
ſimplex qdẽ & antiqua illa ſalubritas papauere & melle cõſtat.

¶ De tithymalo & archelio:& porculaca ſiue peplio:& coriandro & de atriplici.C.XX.

Ertium genus eſt tithymalon:mecona uocãt:alii archalion:folio leui:albo: ca-
pite magnitudinis fabæ.Colligitur uua florente.Siccatur in umbra. Semẽ po
tum purgat aluum dimidio acetabulo in mulſo.Cuiuſcunq; autem papaueris
caput,uiride uel ſiccum illitum epiphoras oculoꝝ lenit.Opium ex uino meraculo ſi ꝑ
tinus det̃ ſcorpionum ictibus reſiſtit.Aliq hoc tantum nigro tribuũt:ſi capita eius uel
folia terantur.Eſt & porculaca quãpeplion uocãt:nõ multum ſatiuo efficacior. Cuius
memorabiles uſus tradunt̃.Sagittaꝝ uenena & ſerpẽtium hemorroidum & præſigrum
reſtringi:pro cibo ſumpta & pelagis impoſita extrahit.Itẽ hyoſcyamo poto e paſſoq; ex-
preſſo ſucco.Cũ ipſa nõ eſt:ſemen eius ſimili effectu ꝓdeſt.Reſiſtit & aquaꝝ uitiis: capi
tis dolori:ulceribuſq; in uino tuſa & impoſita:Reliqua ulcera cõmanducata cum melle
ſanat.Sic & infantium cerebro imponitur:umbilicoq; prociduo.In epiphoris uero om-
nium fronte temporibuſq; cum polenta.Sed ipſi oculis e lacte & melle. Eadem ſi proci-
dent prodeſt oculis:foliis tritis cũ corticibus fabæ.Puſtulis cũ polenta & ſale & aceto ac
cæra.Et ulcera oris tumorẽq; gingiuaꝝ cõmanducata cruda ſedat.Item dentium dolo
res.Tonſillaꝝ ulcera ſuccus decoctæ.Quidã adiecere paulum murræ.Nã & mobiles dẽ
tes ſtabilit cõmanducata.Cruditates ſedat:uocẽq; firmat:& ſitim arcet. Ceruicis dolores
cum galla & lini ſemine pari menſura ſedat.Mãmarum uitia cũ melle aut cimolia creta
ſalutaris & ſuſpirioſis ſemine cum melle hauſto.Stomachum in acetariis ſumpta corro
borat.Ardentibus febribus imponitur cum polenta.Et alias manducata refrigerat etiã
inteſtina.Vomitiones ſiſtit.Dyſenteriæ & uomicis datur ex aceto uel bibitur cum cumi
no.Tenaſmis autẽ cocta & comitialibus cibo uel potu prodeſt.Purgationibus mulierũ
acetabuli menſura in ſapa.Podagris calidis cũ ſale illita & ſacro igni.Succus eius potus
renes iuuat ac ueſicas.Ventris animalia pellit.Ad uulneꝝ dolores ex oleo cum polenta
imponitur.Neruoꝝ duricias emollit.Metrodorus q̃ epitomenton rhizitomum enõ ſcrip
ſit:purgationibus a partu dãdam cenſuit.Venerẽ inhibet:uenerisq; ſomnia.Prætorii ui
ri pater eſt hiſpaniæ princeps.quẽ ſcio propter impatibiles uuæ morbos radicem eius fi
lo ſuſpenſam e collo gerere:præterq̃ in balneis:& ita liberatum incõmodo omni. Quin
etiam inueni apud auctores:caput inde litum diſtillationem toto anno non ſentire.
Oculos tamen hebetare putatur.Coriandrum inter ſilueſtria non inuenitur. Præcipuũ
tamen eſſe conſtat ſtatim ægyptium.Valet contra ſerpentium genus unum:quod am
phiſbenas uocant:potum impoſitumq;.Sanat & alia uulnera.Epinyctidas puſtulas tri
tum.Sic & omnes tumores collectioneſque cum melle aut uua paſſa.Panos uero ex ace
to tritum.Seminis grana tria in tertianis deuorari iubent aliqui ante acceſſionem. Vel
plura illini fronti.Sunt qui & ante ſolis ortum ceruicalibus ſubiici efficaciter putent.
Vis magna ad refrigerandos ardores uiridi.Vlcera quoq; quæ ſerpunt ſanat cum melle
uel uua paſſa.Item teſtes:ambuſta carbunculos:aures cum lacte mulieris epiphoras o-
culorum:neruis & inteſtinorum fluctiones.Semen ex aqua potum bibitur in choleris
cum ruta. Pellit animalia interaneorum cum mali punici ſicco & oleo ſemen potum
Xenocrates tradit rem miram:ſi uera eſt.Menſtrua cõtineri uno die: ſi unũ granũ bibe
rit fœminæ:biduo ſi duo:& totidẽ dieb⁹ quot grana ſũpſerit.M.Var. coriãdro ſubtrito

cum aceto carnem incorrupta æſtate ſeruari pũtat. Atriplex & ſilueſtre eſt & ſatiuũ ac
cuſatum a Pythagora tanq̃ faceret hydropicos morboſq; regios & pallorem. Coquitur
difficilime: ac ne in hortis quidem iuxta id naſci quicq̃ niſi languidum culpauit. Addi
dere Dionyſius & Diocles plurimos gigni ex eo morbos. Nec niſi mutata ſæpius aqua
coquendum. Stomacho contrarium eſſe. Lentigines & papulas gignere. Miror quare
difficulter in italia id naſci tradiderit Solum Smyrneus. Hippocrates uuluarum uitiis
id infundi cum beta. Lycus neapolitanus contra cantharidas bibendum dedit. Panos
furunculos in cipientes: duricias omnes uel cocto uel crudo utiliter illini putant. Item
ignem ſacrum cum melle aceto nitroq;. Similiter podagris. Vngues ſcabros detrahere
dicitur ſine ulcere. Sunt qui in morbo regio dent ſemen eius cum melle. Arterias & tõ
ſillas nitro addito perfricent. Aluum moueant. Cocto aut per ſe aut cum malua aut lẽ
ticula cõcitantes uomitiones. Silueſtri capillos tingũt: & ad ſupradcã utunť medicina

De malua malope: & althea: & lapatio: & oxylapato: & hydrolapa
to: & hippolapato: & bubalapato. Ca: XXI.

E Cõtrario in magnis laudibus malua eſt utraq; & ſatiua & ſilueſtris. Duo gene
ra earum amplitudine folii. diſcernunť. Maioré græci malopen uocant in ſati
uis. Alterá ab emolliendo uentre dictá putát malachen. E ſilueſtribus cui grã
de folium & radices albæ althea uocať ab excellentia effectus a quibuſdam ariſtalthea.
Omẽ ſolum in quo ſerunť pinguius faciunt. Huic cõtra omnes aculeatos ictus effica
cior uis: præcipue ſcorpionũ: ueſpaꝝ: ſimiliũq;: & muris aranei. Quin &. trita cum oleo
qualibet eaꝝ peruncti ante uel habentes eas nõ feriunť. Foliũ impoſitũ ſcorpionibus
torporé affert. Valent & contra uenena. Aculeos omnis extrahũt illitæ crudæ aut cum
anetho potæ. Decoctæ uero cũ radice ſua leporis marini uenena reſtringunt. Et ut qui
dam dicũt ſi uomať. De eiſdem mira & alia tradunť: Sed maxime ſi quottidie qs ſucci
ex qualibet earũ ſorbeat cyathum dimidiũ oĩbus morbis carituꝝ. Vlcera manantia in
capite ſanant. In urina putrefactæ lichenas. Et ulcera oris cũ melle. Radix decocta fur
fures capitis & dentiũ mobilitates. Eius quæ unũ caulé habet radice circa denté qui do
leat perunge: donec denſinat dolor. Eadẽ ſtrumas & parotidas panoſq; addita hoĩs ſali
ua purgat citra uulnus. Semen in uino nigro potum a pituita & nauſeis liberat. Radix
mãmaꝝ uitiis occurrit adaligata in lana nigra. Tuſſim in lacte cocta & ſorbitionis mõ
ſũpta quinis diebus emendat. Stomacho utiles Sex. Niger dicit. Olympiades thebanus
abortiuas eſſe cũ adipe anſeris. Aliqui purgari fœminas foliis eaꝝ manus plenæ menſu
ra in oleo & uino ſũptis. Vtiq; cõſtat pturientes foliis ſubſtratis celerius ſolui. Protinus
a ptu reuocanda: ne uulua ſequatur. Dant & ſuccũ bibendũ parturientibus ieiunis in
uino decocta hemina. Quin & ſemẽ tritũ adalligant brachio genitale nõ cõtinentium
Adeoq; eæ ueneri naſcunť: ut ſemẽ unicaulis aſpſum cubitali fœminaꝝ auiditates au
gere ad infinitũ Xenocrates tradat. Itẽ tres radices iuxta adalligatas. Tenaſmo & dyſen
tericis utiliſſime ĩfundi. Itẽ fœdis uitiis: uel ſi foueanť. Melãcholicis quoq; ſuccus dať
cyathis ternis tepidus. Et inſaniẽtibus quaternis. Decoctæ comitialibus heminæ ſucci.
Hic & calculoſis & ĩflatione & torminibus aut opiſtotonico laborãtibus tepidus illiniť
Et ſacris ignibus & ambuſtis decocta in oleũ folia ĩponũť. Et ad uulneꝝ ĩpetus cruda
cũ pane. Succus decoctæ neruis ꝓdeſt: & ueſicæ: & inteſtinoꝝ roſionibus. Vuluas & ci
bo & ĩfuſione mollit eſt oleo. Succus decoctæ pori meatus ſuaues facit. Artheæ in oĩbus
ſupradictis efficatior radix: præcipue cõuulſis ruptiſq;. Cocta in aqua aluũ ſiſtit. Ex ui
no albo ſtrumas & parotidas & mãmaꝝ ĩflationes: & panos in uino folia decocta & illita
tollunt. Eadẽ arida in lacte decocta q̃libet pernicioſæ tuſſi citiſſime medenť. Hippocra
tes uulneratis ſitientibuſq; defectu ſanguinis radicis decoctæ ſuccum bibendum dedit.
Et eam uulneribus cum melle & reſina. Item conuulſis: luxatis: tumentibus: & muſ
culis: neruis: articulis impoſuit. Et aſmaticis ac dyſentericis in uino bibendum dedit.

Mixꝫ aquã radice ea addita addenſari ſub diuo:atq; elacteſcere. Efficacior autem quo re centior. Nec lapatiũ diſſimiles effectus habet. Eſt autẽ ſilueſtre:qđ alii oxalidẽ appellant Lapatī ſatiuo ꝓximum:foliis aquoſis:colore betæ candidæ:radice minima. Noſtri uero rumicẽ alii lapatiũ cantherinũ ad ſtrumas cũ axungia efficaciſſimũ. Eſt & alteꝝ genus fere oxy lapaton uocãt. Satiuo idẽ ſimilius:& acutiora habet folia ac rubriora:nõ niſi in paludi-bus naſcẽs. Sunt q hydrolapaton tradũt in aqua natũ. Eſt & aliud hippolapaton maius ſatiuo:candidiuſq; ac ſpiſſius. Silueſtria ſcorpionũ ictibus medent̃:& ferire ꝓhibent ha-bentes. Radix aceto decocta ſi colet̃ ſuccus dentibus auxiliat̃. Si uero bibatur morbo re gio. Semen ſtomachi inextricabilia uitia ſanat. Hippolapati radices priuatim ungues ſca broſos detrahũt. Dyſentericos ſemen duabus drachmis in uino potũ liberat. Oxylapati ſemẽ lotum in aqua cæleſti ſanguinẽ prodeſt reiiciẽtibus. Adiecta acacia lẽtis magnitu dine prodeſt. Præſtantiſſimos paſtillos faciunt ex foliis & radice addito nitro & iure an-guino. In uſu aceto diluunt. Sed ſatiuũ in epiphoris oculoꝝ illinunt frontibus. Radice cherias & lepra curant. In uino uero decocta ſtrumas & potidas & calculos. Poto uino & lyenes. Cœliacos æque & dyſentericos & tenaſmos. Ex eadẽq; omnia efficacius. Ius la-pati & ructus facit:& urinã ciet:& caliginẽ oculorum diſcutit. Item pruritum corporis in ſol a balneaꝝ additum:aut prius ipſum illitum ſine oleo. Firmat & cõmandu cata ra dix dentes. Eadem decocta cum uino ſiſtit aluum. Folia ſoluunt adiecto ſale. Adiecit So lon neq; ut omittamus bulpaton:radicis tantum altitudine differens eſt: & erga dyſen-tericos efficacis effectus potum ex uino.

¶ De ſinapis tribus generibus:& marrubio:& ſerpillo:& ſiſymbrio: ſiue thymbræo:& de lini ſemine:& blito. Ca. XXII

Sinapis cuius in ſatiuis tria genera diximus: Pythagoras principatum habere ex iis quorum ſublime uis feratur iudicauit:quoniam non aliud magis in na-res & cerebrum penetret. Ad ſerpentium ictus & ſcorpionum tritum cũ aceto illinitur. Fungorum uenena diſcutit. Contra pituitam tenetur in ore donec liqueſcat: aut gargarizatur cum aqua mulſa. Ad dentium dolorem manditur. Ad uuam gargari-zatur cum aceto & melle:Stomacho utiliſſimũ contra omnia uitia pulmonibuſq;. Exe-crationes faciles facit in cibo ſumptũ. Datur & ſuſpirioſis. Item comitialibus tepidũ cuꝫ ſucco cucumeꝝ. Senſus atq; ſternutamenta capitis purgat. Aluũ mollit. Menſtrua & urinam ciet. Et hydropicis imponit̃. Cum fico & cumino tuſum ternis ptibus comitia li morbo. Et uuluaꝝ conuerſionẽ ſuffitum excitat odore aceto mixto. Itẽ lethargicos. Adiicit̃ cordylon. Eſt autem ſemẽ ex ſeſe. Et ſi uehemẽtior ſomnus lethargicos premat: cruribus aut etiã capiti illinitur cũ fico & aceto. Veteres dolores thoracis lumboꝝ: coxẽ dicum:humeꝝ:& in quacũq; parte corporis ex alto uitia extrahenda ſunt:illitũ cauſti-ca ui emendat puſtulas faciendo. Aut in magna duricia ſine fico impoſitũ: uel ſi uehe-mentior uertigo timeat̃ ꝑ duplices pãnos. Vtunt̃ ad alopetias cũ rubrica:pſoras:lepras phthiriaſes:lithãnicos:opiſtothonicos. Inungunt quoq; ſcabras genas aut cũ gallica in-ter oculos cũ melle. Succuſq; tribus modis exprimit̃ in fictili:caleſcitq; in eo in ſole mo-dice. Exit & e cauliculo ſuccus lacteus:q ita cum ĩduruit:dentium dolori medet̃. Semẽ ac radix cum ĩmaduere:muſto cõteruntur. Manuſq; plenæ menſura ſorbentur ad fir-mandas fauces:ſtomachum:oculos:caput:ſenſuſq; oẽs. Mulierũ etiam laſſitudines ſalu berrimo genere medicinæ. Calculos quoq; diſcutit potum ex aceto. Illinunt̃ & liuoribꝰ ſugillatiſq; cum melle & adipe anſerino aut cæra cypria. Fit & oleum ex ſemine madefa cto in oleo expreſſoq;:quo utunt̃ ad neruoꝝ rigores:lumborũq; & coxendicũ perfrictio nes. Sinapis naturã effectuſq; eoſdẽ habere traditur adarca inter ſiluas ĩtacta cortice pla niore ſub ipſa coma naſcẽs. Marrubiũ pleriq; inter primas herbas cõmendauere: quem Marrubiū græci praſiõ uocant:alii linoſtrophon:nõnulli philopeda:aut philochares: notius q̃ ut indicandũ ſit. Huius folia ſemẽq; cõtrita ꝓſunt cõtra ſerpẽtes:pectoꝝ & lateris dolores:

tuſſim ueterem. Et iis qui ſanguinem eiiciũt eximie utilē: ſcapis eius cum panico aqua
decoctis: ut aſperitas ſucci mitigetur. Imponitur ſtrumis cum adipe. Sunt qui uiridis
ſemen q̃tum duobus digytis capiant, cum farris puigllo decoctum addito exiguo olei
& ſalis ſorbere ieiunos ad tuſſim iubeant. Alii nihil comparant. In eadem cauſa maru-
bii & fœniculi ſucci & ſextarios ternos expreſſis decoctiſq; ad ſextarios duos: cum addito
mellis ſextario rurſus decocto ad ſextarios duos: ſi coclearii menſura in die ſorbeatur in
aquæ cyatho. Et uirilium uitiis tuſum cum melle mire prodeſt. Lichenas purgat ex ace-
to. Ruptis conuulſis ſpaſmatum neruis ſalutare. Potum aluum ſoluit cum ſale & ace-
to. Item menſtrua & ſecundas mulierum. Arida farina cum melle ad tuſſim ſiccam effi-
caciſſimam eſt. Item ad cancrenas & pterygia. Succus uero articulis & naribus: & mor-
bo regio: minuendæq; bili cum melle prodeſt. Item contra uenena inter pauca potens
Ipſa herba ſtomachum & excreationes pectoris purgat. Cum íride & melle urinam ciet.
Cauenda tamen exulceratæ ueſcice & renum uítiis. Dicitur ſuccus claritatem oculoꝝ
adiuuare. Caſtor marrubii duo genera tradit. Nigrum: & quod magis probat candidũ.
In ouum inane ſuccum adiicit his: ipſumq; ouum infundit melle æquis portionibus a
tepefactum: uomicas rumpere: purgare: perſanare promittens. Illitis etiam uulneribus a
Serpillũ cane factis tuſa cum axungia ueteri. Serpillum a ſerpendo putant dictum. Quod in ſil-
ueſtri euenit: in petris maxime Satiuum non ſerpit: ſed ad palmi altitudinem increſcit.
Pinguius uoluntarium & candidioribus foliis & ramis: aduerſus ſerpentes efficax maxi-
me cenchrin & ſcolopendras terreſtres ac marinas. Et ſcorpiones decoctis ĩ uino ramis
foliiſq;. Fugat & odore: comunis ſi uratur. Et contra marinorum uenena præcipue ua-
let. Capitis doloribus decoctum in aceto illinitur temporibus ac fronti cum roſaceo. Itē
phreneticis: lethargicis: contra tormina: & urinæ difficultatem: anginas: uomitiões dra-
chmis quattuor datur. Ex aqua bibitur & ad iocinerum dolores. Folia obolis quattuor
dantur ad lyenem ex aceto. Ad cruentas excreationes teritur in cyathis duobus aceti &
Siſymbriũ mellis. Siſymbrium ſilueſtre a quibuſdam thymbræum appellatum: pedali nõ amplius
altitudine: quod in riguis naſcitur ſimile naſturtio eſt. Vtrum efficax aduerſus aculea-
ta animalia: ut ſunt carbrones & ſimilia. Quod in ſicco ortum odoratum eſt. inſeritur
coronis anguſtiore folio. Sedât utraq; capitis dolorem. Item epihoras: ut Pilinus tradit.
Alii panem addunt. Alii per ſe decoquuntin uino. Sanat & epinyctidas: cutiſq; uitia in
facie mulierum intra quartum diem noctibus impoſitum diebuſq; detractum. Vomiti-
ones: ſingultus: tormina: ſtomachi diſſolutiones cohibet ſiue in cibo ſumptum: ſiue in
ſucco potum. Non edendũ grauidis: niſi mortuo cõceptu. Quippe etiam impoſitum
eiicit. Mouet urinâ cum uino potum. Silueſtre & calculos. Quos uigilare opus ſit exci-
tat infuſum capiti cum aceto. Lini ſemen cum aliis quidem in uſu eſt. Et per ſe mulieꝝ
cutis uitia emendat in facie. Oculorum aciem ſucco adiuuat. Epiphoras cum thure &
aqua aut cum myrrha. Cum uino ſedat parotidas. Cũ melle aut adipe aut cæra ſtoma-
chi ſolutiões inſpſum polentæ mõ. Anginas in aqua & oleo decoctũ: & cũ aniſo illitũ.
Torret̃ ut aluum ſiſtat. Cœliacis & dyſentericis imponit̃ ex aceto. Ad iocineris dolores
eſtur cum uua paſſa. Et ad phthiſin utiliſſime. Semine fiunt & eligmata. Muſculorum
neruoꝝ: articuloꝝ: ceruicũ duricias: Ccrebri mẽbranas mitigat faría ſeminis nitro aut
ſale aut cinere additis. Eadẽ cũ fico itẽ cõcoquit ac matarat. Cũ radice uero cucumeris
ſilueſtris extrahit quæcũq; corpori inhærent. Sic & fracta oſſa. Serpere ulcus in uino đ
cocta ꝓhibet. Eruptiones pituitæ cũ melle emẽdat. Vngues ſcabros cũ pari mõ naſtur-
tii. Et teſtium uitia & ramices cũ reſina & murra: & cácrenas ex aqua. Stomachi dolores
cũ fœnogræco ſextariis utriſq; decoctis ĩ aqua mulſa. Inteſtinoꝝ & thoracis ꝑniciosa ui-
tia clyſtere ĩ oleo & melle. Blitũ iners uidet̃ ac ſine ſapore aut acrimõia ulla. Vñ cõuitiũ
fœminis apđ Menâdrũ faciũt mariti. Stõacho ĩutile ẽ. uẽtrẽ adeo turbat: ut cholerâ fa-
ciat aliqb9. dicit̃ tñ aduerſus ſcorpiões potũ e uino ꝓdeẽ. & clauis pedũ illini itẽ lyenib9

& temporum dolori ex oleo. Hippocrates menſtrua ſiſti eo cibo putat.

¶ De meu: & fœniculo:& hippomarathro uel myrſeneo:
& canabi:& de ſurula:& carduis. Ca. XXIII.

MEu in italia non niſi a medicis ſeritur:& iis admodū paucis. Duo genera eius.
Nobilius athamanticum uocant illi ab athemāte inuentū. Hi quoniā laudatiſſi-
mū in athemanthe reperiatᷣ:foliis aniſo ſimile:& caule aliquādo bipedali:radici
bus multis & obnigris:quibuſdam altiſſimis. Minus rurſum q̄ illud alterum. Ciet urinā
in aqua potum radice trita uel decocta. Inflationes ſtomachi mire diſcutit. Item tormi-
na & ueſicæ uitia. Vularūq; articulis cum melle. Infantibus cum apio illitum imo uen-
tri urinas mouet. Fœniculum nobilitauere ſerpentes:guſtatu ut diximus ſenectam exu
endo:oculorūq; aciem ſucco eius reficiendo. Vnde intellectum eſt hominum quoq; ca-
liginem præcipue eo releuari. Colligitur hoc caule turgeſcente. In ſole ſiccatur. Inungī
tur ex melle. Vbiq; hoc eſt. Laudatiſſimum tamen in hiberia e lachrymis fit & ex ſemine
recenti. Fit etiam e radicibus prima germinatione inciſis. Eſt & in hoc genere ſilueſtre:
quod alii hippomarathron:alii myrſeneum uocant:foliis maioribus:guſtu acriore:pro
cerius:brachiali craſſitudine:radice candida. Naſcitur in calidis:ſed ſaxoſis: Diocles & a
liud hippomarathri genus tradit:longo & anguloſo folio:ſemine coriandri. Medicinæ ī
ſatiuo ad ſcorpionum ictus & ſerpentium ſemine in uino poto. Succus & auribus inſtil
latur:uermiculoſq; in his necat. Id ipſum condimentis ꝓpe omnibus inſeritur. Oxypo
ris etiam aptiſſime. Quin & cruſtis ſubditur panis. Semen ſtomachum diſſolutū aſtrin
git uel in febribus ſumptum. Nauſeam ex aqua tritum ſedat. Pulmonibus & iocineri-
bus laudatiſſimum. Ventrem ſiſtit cum modice ſumitur. Vrinam excitat. Et tormina
mitigat totum decoctum. Lactiſq; defectu potum māmas replet. Radix cum ptiſana ſū
pta renes purgat ſiue decocto ſucco:ſiue ſemine ſumpto. Prodeſt & hydropicis radix ex
uino cocta. Item conuulſis illinuntur folia tumoribus. Ardentes ex aceto calculos ueſi
cæ pellunt. Geniture abundantiam q̄uoquomodo hauſtum facit. Verēdis amiciſſimū:
ſiue ad fouendum radice cum uino cocta:ſiue contrita in oleo illitum. Multi tumori-
bus & ſugillatis cum cæra illinunt. Et radice in ſucco uel cum melle contra canis mor-
ſum utuntur. Et contra multipedem ex uino. Hippomarathron ad omnia uehemētius
Calculos præcipue pellit. Prodeſt ueſicæ cum uino leui:& fœminarum menſtruis. Effi
cacius in eo ſemen q̄ radix. Modus in utroq; quod duobus digytis trito additur in po-
tionem. Petriclius qui ophiaca ſcripſit & Micon qui rhizitonumena aduerſus ſerpentes
nihil hippomarathro efficacius putauere. Sane & nicander non in nouiſſimis poſuit.
Canabis in ſiluis primum nata eſt:nigriore folio & aſperiore. Semen eius extinguere ge-
nituram uirorum dicitur. Succus ex eo uermiculos aurium & quodcunq; intrauerit
eiicit:ſed cū dolore capitis. Tātaq; uis ei ē. ut aquæ īfuſa coagulare eā dicatᷣ. Et iō iumē
toꝝ aluo ſuccurrit pota ī aq̄. Radix cōtractos articulos emollit ī aq̄ cocta. Itē podagras
& ſimiles īpetus. Ambuſtis cruda illinitᷣ:ſed ſæpius mutatᷣ:priuſq̄ areſcat Ferula ſemē ſi
mile aneto habet. Quæ ab imo caule diuiditᷣ: a cacumīe fœmina putatᷣ. Caules edūtᷣ de-
cocti. Cōmēdantᷣq; muſto ac melle:Stomacho utiles. Sint plures ſūpti:capitis doloresᷣ fa
ciunt. Radix denarii pondere in uini cyathis duobus bibitur aduerſus ſerpentes. Et ipā
radix imponitur. Sic & torminibus medetur. Ex oleo autem & aceto contra ſudores im
modicos uel in febribus proficit. Succus ferulæ aluum ſoluit fabæ magnitudine deuo-
ratuſque. E uiridi ferula ramuſculus utilis eſt ad omnia ea uitia. Ad ſanguinem ſiſten-
dum decem grana ſeminis bibuntur in uino trita uel medulla. Sunt qui comitialibus
morbis dandum putant luna quarta:ſexta:ſeptima ligulæ menſura. Natura ferularum
murenis infeſtiſſima eſt. Tactæ ſiquidem ea moriuntur. Caſtor radicis ſuccum &
oculorum claritati conferre multum putauit. Et de carduorum ſatu inter hortenſia
diximus. Quapropter & medicinam ex iis non differamus. Silueſtrium gene-

ea ſunt duo. Vnum fruticoſius a terra ſtatim. Alterum unicaule craſſius. Veriq; folia
pauca: ſpinoſa: muricatis cacumibus. Sed alter florē purpureū mittit iter medios acu
leos celeriter caneſcentē: & abeuntē cū aura. Scolimon græci uocant. Hic anteq̄ floreat
contuſus atq; expreſſus illito ſucco alopecias replet. Radis cuiuſq; ex aqua decocta po
tatoribus ſitim facere narratur. Stomachum corroborat. Et uuluis ſi credimus etiam
cōferre aliqd traditur: ut mares gignātur. Ita. n. Cherias atheniēſis ſcripſit: & Glaucias
q circa carduos diligētiſſimus uidet̄. Manducatus carduus hic odorē cōmendat oris.

Confectio tyriacæ cōpoſitio medicaminis Antiohi. Ca. XX IIII.

Sed ante diſceſſum ab hortēſibus unā cōpoſionē ex iis clariſſimā ſubtexemus
aduerſus uenenata anialia: icīſam lapide uerſibus in limine ædis Aeſculapii.
Serpilli duū denarioꝝ pōdus. Opopanacis & milii tātundē ſinguloꝝ. Trifolii
pondus denarii. Anethi & fœniculi ſeminis & aniſi & ami & apii denarioꝝ ſenū ex ſin
gulis generibus: Eruī farinæ duodecim: Hæc tuſa cribrataq; uino quantū poſſit excel
lenti digerūtur in paſtillos: uictoriati pōdere. Ex iis ſinguli dātur ex uini mixti cyathis
ternis. Hac tyriacha magnus rex Antiochus aduerſus oia uenena uſus traditur.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER XXI.

PROHEMIVM.

De natura floꝝ & coronamētoꝝ: De mira floꝝ uarietate. Ca. I.

IN HORTIS SERI ET CORONAMENTA IVS SIT
Cato ī enarrabili floꝝ maxie ſubtilitate: quādo nulli poteſt
facilius eſſe loq̄ q̄ reꝝ naturæ pingere: laſciuiēti pſertim &
ī magno gaudio fertilitatis tam uarie ludenti. Quippe relu
qua uſus alimētiq; gr̄a genuit. Ideoq; ſæcula ānoſq; tribuit
iis. Flores uero odoreſq; de die ī diē gignit. Magna ut palā ē
admonitiōe hoīum: quæ ſpectātiſſime floreāt celerrie marce
ſcere: Sed ne pictura qdem ſufficiēte imagini coloꝝ reddē
dæ: mixturāq; uarietati ſiue alterni atq; multiplices iter ſe
nectātur: ſiue priuatis geneꝝ funiculis in orbē: in obliquū
in ambitum: quædā coronæ per coronas currunt.

De ſtrophiolo ſerto: & qui primū flores miſcere cœpit: & quādo primū
corolla inuenta uel appellata & quare. Ca. II.

Tenuioribus utebantur antiq: ſtrophia appellātes: unde nata ſtrophiola. Qui
& uocabulum ipſum tarde inde cōmunicatum eſt inter ſacra tantum & bel
licos honores corronis ſuum nomen uindicantibus. Cum uero a floribus fie
rent ſerta a ſerendo ſeruiæ appellabantur. Quod apud græcos quoq; non adeo antiq
tus placuit. Arborum enim ramis coronari in ſacris certaminibus mos erat primum.
Poſtea uariari cœptum mixtura uerſicolores. Florumq; inuicem odores coloreſq; accē
dere Sycion ex ingenio Puaſiæ pictoris atq; Glyrecæ coronariæ dilectæ admodum illi
cum opera eius pictura imitaretur: adinuenit: & illa prouocans uariaret: eſſetq; certa
men artis ac naturæ. Quales etiam nunc extant artiſicis illius tabellæ: atq; in primis
appellata ſtephanoplocos qua pinxit ipſam. Idq; factum eſt poſt olympiadem centeſi
mam. Sic coronis e floribus receptis paulo mox ſubire quæ uocantur ægyptiæ: ac dei
de hybernæ: tum cum terra flores negat: ramento e cornibus tincto. Paulatimq; & ro
mæ ſubrepſit appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox &
corollariis: poſtquam e lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

¶ Quis primũ coronã foliis aureis & argenteis dedit & de honore coronaꝝ apud an
tiquos:& de Scipiõis honore:& de pactilib⁹ coronis:& Cleopatræ reginæ facta. Ca. III.

CRaſſus diues primus argẽto auroque folia imitatus ludis ſuis coronas dedit
Acceſſerunt quoq; & lẽniſci:quos adiici ipſaꝝ coronaꝝ honos erat propter he
truſcas quibus iungi niſi aurei non dedebãt. Puri diu fuere ii. Celare eos pri-
mum inſtituit P. Claudius Pulcher:bratteaſq; ẽt Phyliræ dedit. Semper tamẽ auctori-
tas uel ludicro quæſitaꝝ fuit. Nãq; ad certamina in circũ ꝑ ludos & ipſi deſcẽdebãt:&
ſeruos ſuos quoſq; mittebant. Inde alia. xii. tabulaꝝ lex. Qui coronã parit. Ipſe pecuniã
ue eius. Virtutis ergo arguit᷑:quã ſerui equi ue meruiſſent. Pecuniã partã lege dici ne
mo dubitauit. Quis ergo honos? ut ipſi mortuo parẽtibuſq; eius dũ intus poſitus eſſet
foris ue ferret᷑:ſine fraude eſſet ĩpoſita. Alias in uſu ꝓmiſcuo ne ludicræ q̄dem erãt: in
gẽſq; iis ſeueritatis. L. Fuluius argentarius bello punico ſecũdo cũ corona roſacea inter
diu e pergula ſua in foꝝ ꝓſpexiſſe dictus:ex auctoritate ſenatus ĩcarcerem adductus
non ante finẽ belli emiſſus ẽ. P. Mutianus cũ demptã Marſyæ coronã e floribus capiti
ſuo ĩpoſuiſſet:atq; ob id duci eũ ĩ uicula triumuiri iuſſiſſẽt:appellauit Trí. Pleb. nec
ĩterceſſere illi aliter q̃ athenis:ubi comeſabundi iuuenes ãte meridiẽ cõuentus ſapienti
um quoq; doctrinæ frequẽtabãt. Apud nos exẽplum licẽtiæ huius nõ eſt aliud q̃ filia
Diui Auguſti. Cuius luxuria noctibus coronatũ Marſiã litteræ illius deſcribũt. Floꝝ
quidẽ populus ro. honorẽ Scipiõi tantũ adhibuit. Suario cognoĩabat᷑:ꝓpter ſimilitu-
dinẽ Suarii cuiuſdã negociatoris. Ob id erat ĩ tribunatu plebei admodum gratus: di-
gnuſq; africanoꝝ familia. Nec ei fuit in bonis funeris ĩpenſa. Aſſes ergo cõtulit popu-
lus:ac funus elocauit:quaq; ꝑte ferebat᷑:flores e ꝓſpectu omni ſparſit. Et iã tunc coro-
næ deoꝝ honos erãt. Et lariũ publicoꝝ priuatoꝝq; & ſepulchroꝝ & maniũ. Summaq;
auctoritas pactili coronæ. Sutiles ſalioꝝ ſacris iuenimus & ſolẽnes cœnas. Trãſiere dei-
de ad roſalia. Eoq; luxuria ꝓceſſit:ut nõ eſſet gratia niſi mero folio. Sutilibus mox peti
tis ab india aut ultra indos. Laudatiſſimũ q̄dem habet᷑ e nardi folio eas dari aut ueſte
ſerica uerſicolores unguẽtis madidas. Hũc habet nouiſſime exitũ luxuria fœminaꝝ. Et
apud græcos quidẽ de coronis priuatim ſcripſere Mneſteus atq; Callimachus medici
q̄ nocerent capiti: quoniã & in hoc ẽ aliqua ualitudinis portio. In potu atq; hylaritate
præcipue odoꝝ ui ſurripiẽte fallaciter ſolerciã. Nãq; ſcelerata Cleopatra apparatu belli
acciaci gratificationẽ ipſius reginæ Antonio timẽte:nec niſi prægustatos cibos ſumẽ
te:fert᷑ ab ore eius luſiſſe extremis coronæ floribus ueneno illitis. Ipſaq; capiti ĩpoſita.
Mox ꝓcedente hylaritate ĩuitauit Antoniũ ut coronas biberẽt. Quis iſtas timeret ĩſidi
as? Ergo cõcerpta ĩ ſyphũ ĩcipiẽti haurire oppoſita manu en ego ſũ inq̄t illa care Anto
ni:quã tu noua prægustãtiũ diligẽtia caues:adeo mihi ſi poſſim ſine te uiuere occaſio
& rõ adeſt. Inde eductã e cuſtodia bibere iuſſit:illico expirantẽ. De coronis extra ſupra
dictos ſcripſit. Theophaſtrus apud grecos. Ex noſtris aũt inſcripſere aliqui libros anto-
logicon Flores uero perſecutus eſt nemo:q̄ equidẽ inueniã. Nec nos nunc ſcilicet coro
nas nectemus. Id enim friuolũ ẽ. Sed de floribus quæ uidebunt᷑ digna memorabimus
Pauciſſima genera noſtri coronamẽtorũ ĩter hortẽſia nouere:ac pñ uiolas roſaſq; tãtũ

¶ De roſa in coronis:& de generibus eius:& ubi ſeratur. Ca. IIII.

ROſa naſcit᷑ ſpina uerius q̃ frutice:in cibo quoq; proueniens. Illic etiã iucun
di odoris q̃uis anguſti. Germinat omnis primo ĩcluſa granato cortice. Quo
mox intumeſcẽte & in uirides alabaſtros faſtigato paulatim rubeſcens dehiſcit
ac ſeſe pandit in calicis medio ſui ſtantis cõplexa luteos apices. uſus eius ĩ coronis pro
pe minimus eſt. Oleo macerat᷑. Idq; iam a troianis temporibus Homero teſte. Præterea
in unguenta tranſit ut diximus. Per ſe medicas artes præbet. Emplaſtris atq; collyriis
imponit᷑ mordaci ſubtilitate. Menſaꝝ etiã deliciis iungẽdis minime noxia. Cõtra gene
ra eius noſtri fecere celeberrima:preneſtinã & cãpanã: Addidere alii mileſiã: cuius ſit

ardentiſſimus colos non excedentis duodena folia. Proximā ei trachiniam: minus rūbē
tem. Mox alabandicā uiliorem: albicantibus foliis. Viliſſimā uero pluribus uel minutiſ
ſimam ſpinoſi. Differunt enī multitudine foliorꝝ: aſperitate: leuore: colore: odore. Pau
ciſſima qna folia: ac deinde numeroſiora. Cum ſit genus eius quā centifoliam uocant:
quæ ē ī cāpania italiæ. Græciæ uero circa philippos. Sed ibi ñ ſuæ terræ ꝓuentu. Pan
geus nāq; modos in uicino fere ē: numeroſis foliis ac paruis. Vnde accolæ transferētes
cōferunt. Ipſaq; plantatōe ꝓficiunt. Non aūt talis odoratiſſima ē. Nec cui latiſſimū ma
ximūq; folium. Breuiterq; indiciū eſt odoris ſcabricia corticis. Cepio Tyberii Cæſaris
principatu negauit centifoliā in coronis addi: præterq̄ extremos uelut ad cardines: nec
odore nec ſpecie ꝓbabilem. Eſt & quæ græca appellat̃ a noſtris a græcis lichnys: ñ niſi
in humidis locis ꝓueniens: nec unq̄ excedens qnq; folia: uiolæ magnitudīe: odore nul
lo. Eſt & alia græcula appellata: cōuolutis foliorum paniculis.: nec dehiſcēs niſi manu
coacta: ſemperq; naſcenti ſimilis: latiſſimis foliis. Alia funditur e caule maluaceo: folia
oleacea habens. Muſcetio uocant. Atq; inter has media magnitudine autūnalis: quam
coroneolam uocant oēs: ſine odore. Coroneola in rubro nata tot modis adulteratur. Et
alias uera quoq; plurimum ſola præualet. Cyrenis odoratiſſima ē. Ideoq; ibi unguentū
pulcherrimū. Carthagine hiſpaniæ hyeme quoq; tota. præcox. Refert & cæli temperies
Quibuſdā enī annis minus odorata ꝓuenit. Præterea magis locis oībus ſiccis. q̄ humi
dis odoratior. Seri nec pinguibus uult: nec argilloſis locis: nec riguis. cōtenta raris. Pro
prieq; ruderatum agrum amat. Præcox cāpana. Sera mileſia. Nouiſſime tamen deſinit
preneſtina. Fodiuntur altius q̄ fruges: leuius q̄ uites. Tardiſſime ꝓueniūt ſemine: quod
in ipſo cortice eſt ſub ipſo flore opertum lanugine. Ob id potius caule conciſo inſerun
tur & ocellis radicis: ut harundo. Vnum genus inſeritur pallidæ ſpinoſæ longiſſimis
uirgis qnquefoliæ: quæ a græcula altera eſt. Omni autem reciſione atq; uſtione ꝓficit
Tranſlatione quoq; ut uitis optime ociſſimeq; ꝓuenit. Surculis quaternum digytorū
longitudine aut ampliore poſt uergillarum occaſum ſata. Dein per fauonium tranſla
ta: pedalibus in eruallis: crebroq; circūfoſſa. Qui præcocem faciūt pedali circa radicē
ſcrobe aqua calida infundunt: germinare incipiente calice.

Ca. V

De lilio tria genera: & ratione ea inſerendi.

Lilium roſæ nobilitate proximum eſt: & quadam cognatione unguenti oleiq;:
lilion appellatur. Et impoſitum etiam maxime roſas decet: medio ꝓuentu ea
rum incipiens. Nec ullis florum excelſitas maior. Interdum cubitorum triū.
Languido ſemper collo: & non ſufficiente capitis oneri. Candor eius eximius. Foliis fo
ris ſtrinatis: & ab anguſtiis in latitudinem paulatim ſeſe laxantibus effigie calathi. Reſu
pinis per ambitum labris. Tenuiq; folio & ſemine ſtantibus in medio crocis. Ita odor
colorq; duplex: ut alius calicis: alius ſtaminis: differentia anguſta. In unguēti uero olei
que uſu folia non ſpernunt̃. Eſt flos non diſſimilis illi in hærba quam cōuoluulū uo
cant: naſcens per fruteta: nullo odore: nec crocis intus: candorē tantum referens: ac ue
luti rudimentum naturæ lilia facere condiſcentis. Alba lilia iiſdem omnibus modis ſe
runtur qbus roſa. Et hoc amplius lachryma ſua ut hypposelinū. Nihilq; ē fœcundius.
Vnde radice qnquagenos ſæpe emittente bulbos. Eſt & rubēs liliū: quod græci crynō
uocant. Alii florē eius cynorhodon: Laudatiſſimum in antiochia & laodicea ſyriæ: mox
i phaſelide. Quartum locū optinet ī italia naſcens. Sunt & purpurealilia: aliqñ gemino
caule: carnoſiore tantū radice: maiorisq; bulbi: ſed unius. Narciſū uocant huius alterū
gēus flore cādido: calice purpureo. differētia liliis ē & hæc ꝙ narciſis folia ī radice ſūt ꝓ
batiſſimis ī lyciæ montibus. Tertio generi cætera eadē: Calix hærbaceus: oēs ſerotini.
Poſt arcturū enī florent: ac ꝑ æquinoctiū autūnum. Inuenta ē in iis & rō īſerendi mō
ſtrificis hoīm īgeniis. Colligunt̃ nāq; menſe iulio ſcapi areſcentes: liliaq; ſuſpēdunt̃ in
fumo. Deī nudātibꝰ ſe nodulis ī fæce nigri uini uel græci mēſe martio macerant̃ ut co

lorem accipiant:atq; ita in ſcrobiculis ſeruntur heminis fæcis circunfuſis.Sic fiũt pur
purea lilia.mirũq; ita tingi aliquid ut naſcatur infectũ.

De uiolis & de calta & de baccare & cõbreto. Ca. VI.

Iolis honos proximus.Eaꝝ plura genera.Purpureæ:luteæ:albæ:plãtis omnes
ut olus ſatæ.Ex iis uero quæ ſpõte apricis & macris locis ꝓueniũt: purpureæ
latiore folio ſtatim ab radice carnoſa exeũt:ſolæq; græco nomĩe a cæteris diſcer
nunť:appellatæ ita:ut ab iis hyacinthina ueſtis.Sed ſatiuis maxima auctoritas luteis.ge
nera iis tuſculana & quæ marina appellatur.Folio aliquãto latiore:ſed minus odorato.
In totũ uero ſine odore:minutoq; folio calathiana munus autũni:cæteræ ueris. Proxi
ma ei calta ẽ cõcolori amplitudinẽ.Vincit nũmero folioꝝ marinã quinq; folia non ex
cedentẽ.Eadem odore ſuperať.Eſt enĩ grauis calta.Nõ leuior ei quã ſcopã regiam appel
lant:quanq̃ folia eius oleãt:nõ flores.Baccari quoq; radicis tantũ odoratæ ẽ:a quibuſdã
nardum ruſticum appellatũ.Vnguẽta ex ea radice fieri ſolita apud antiquos Ariſtopha
nes priſcæ comœdiæ poeta teſtis eſt.Vnde quidam errore falſo barbaricam eam appella
bant.Odor eſt ei cĩnamomo proximus.Gracili ſolo nec humido ꝓuenit.Simillimũ ei cõ
bretum appellať:folioꝝ exilitate uſq; in fila extenuata:& ꝓcerius q̃ baccar. Nec hæc ſť
tantũ:ſed eoꝝ quoq; error corrigendus eſt:q baccar ruſticum nardum appellauere. Eſt
enĩ alia hærba ſic cognominata:quã græci aſaron uocant:cuius ſpeciem figurãq; dixi
mus in nardi generibus.Quinimo aſaron inuenio uocitari:quoniã in coronas nõ ad
datur.Crocũ ſilueſtre optimum ſerere in italia minime expedit:ad ſcrupula uſq; ſingula
areis decoquentibus . Seritur radicis bulbo . Satiuũ latius maiuſq; & nitidius: ſed mul
to leuius degenerans.Sed ubiq; nec fœcundũ etiã cyrenis:ubiq; ſemp flores laudatiſſimi
Prima nobilitas cilicio croco:& ibi in corico mõte.Dein lycio mõte olympo.Mox centu
ripino ſiciliæ.Aliqui phlegræo ſecundũ locum dedere.Adulterať nihil æque. Probatio
ſinceri ĩpoſita manu crepat ueluti fragile.Humidũ enĩ quod euenit adulteratione ſedet
Altera ꝓbatio ſi manu prolata ad ora leniter faciẽ oculoſq; mordeat.Et ꝑ ſe genus ſatiui
blandiſſimum uulgo:cũ ſit mediocre:deliacon uocant.Contra cyrenaico uitium: quod
omni croco nigrius ẽ:& celerrime marceſcit. Optimum ubicũq; quod pinguiſſimum
& breuibus capillis.Peſſimũ uero eſt quod ſitum redolet.Mutianus auctor eſt in lycia
anno ſeptimo aut octauo transferri in locum ſubactũ:atq; ita degenerãs renouari.Vſus
eius in coronis nuſq̃.Hærba enim eſt folio anguſto pene in capillamenti modum. Sed
uino mire congruit:præcipue dulci tritũ ad theatra replenda.Floret uergiliaꝝ occaſu
paucis diebus folio qui florem expellit.Viret bruma & colligitur. Siccať umbra melius
etiam hyberna.Carnoſa & illi radix:uiuaciorq; q̃ cæteris. Gaudet calcari: & atteri pede:
pereundoq; melius prouenit.Ideo iuxta ſemitas ac fontes lætiſſimum.

De floribus antiqs:& de odoramentoꝝ diuerſitate:& ſaliunca:& polio. Ca. VII.

Roianis temporibus ei iam erat honos.Et hos certe flores Homerus tris laudat
loton:crocon:hyacinthum.Omnium odoramentorum atq; adeo hærbarũ dif
ferentia eſt in colore:& odore:& ſucco.Odorato ſapor raro ulli non amarus.E
contrario dulcia raro odorata.Itaq; & uina odoratiora muſtis.Silueſtria magis omnia ſa
tiuis.Quorũdam odor ſuauior & longinquo:propius admotus hebetatur ut uiolæ.Ro
ſa recens a longinquo olet:ſicca propius.Omnis autem uerno tẽpore acrior: & matuti
nis.Quicquid ad meridianas horas diei uergit hebetatur. Nouella quoq; uetuſtis mi
nus odorata.Acerrimus tamen odor omnium æſtate media.Roſa & crocum odoratiora
cum ſerenis diebus leguntur.Et omnia in calidis magis q̃ in frigidis. In ægypto tamen
minime odorati flores:quia nebuloſus & roſcidus aer eſt a nilo flumine. Quorundam
ſuauitati grauitas ineſt.Quædam cum uirent non olent propter humorem nimium:
ut buceros quod eſt fœnogræcum.Acutus odor non omnium ſine ſucco eſt:ut uiolæ
roſæ:croco.Quæ uero ex acutis ſucco carent:eorum omnium odor grauis: ut in lilio

utriuſq; generis. Ambrotonum & amaracus acres habent odores. Quorundam flos tan
tum iucundus: reliquæ partes ignauæ: ut uiolæ ac roſæ. Horteſium odoratiſſima quæ
ſicca: ut ruta: menta: apiũ: & quæ in ſiccis naſcuntur. Quædã uetuſtate odoratiora: ut
cotonea: eadẽq; decerpta q̃ ĩ ſuis radicibus. Quædã nõ niſi defracta: aut ex attritu olẽt
Alia nõ niſi detracto cortice. Quædã uero nõ niſi uſta: ſicut thura myrrhæq;. Flores
triti omnes amariores q̃ intacti. Aliqua arida diutius odorẽ cõtinẽt ut melilotos. Quæ
dam locũ ipſum odoratiorẽ faciunt: ut iris. Quin & arborẽ totam cuiuſcunq; radices
attingunt. Heſperis noctu magis olet: inde nomine inuento. Animaliũ nullum odora
tum: niſi de pantheris quicq̃ dictũ eſt ſi credimus. Illa quoq; nõ obmitenda differentia
odoramentorũ multa nihil pertinere ad coronamenta: ut irin: atq; ſaliuncã: quamq̃ no
biliſſimi ſit odoris utraq;. Sed iris radice tantũ commendatur: unguentis aut medicinæ
naſcens. Laudatiſſima in illyrico. Et ibi quoq; nõ maritimis ſed ĩ ſilueſtribus drinonis
& natrone. Proxima in macedonia. Laudatiſſima hæc & candicans. Et ex illis tertiũ lo
cum habet africana ampliſſima inter omnes: guſtuq; amariſſima. Illyrica quoq; duorũ
generum eſt. Raphanitis a ſimilitudine: quæ & melior. Rhizotomos ſubruffa. Optima
quæ ſternuramenta tactu mouet. Caulẽ habet cubitalem: & rectũ. Floret diuerſi coloris
ſpecie: ſicut arquus cæleſtis unde nomẽ. Non improbatur & piſidica: Et foſſuri tribus an
te menſibus mulſa aqua circũfuſa hoc ueluti placamento terræ blandiuntur circum
ſcriptam mucrone gladio ut triplici: & cũ legerint eam protinus in cælũ attollunt. Na
tura eſt feruens. Tractataq; puſtulas ambuſti modo facit. Præcipitur ante omnia ut ca
ſti legant. Teredines nõ ſicca modo: uerũ & in terra celerrime ſentit. Optimũ antea iri
num leucade & elide ſerebatur: lampridẽ enim & ſeritur. Nunc e pamphilia. Sed cilicũ
maxime laudatur: atq; e ſeptentrionibus. Saliunca folioſa quidẽ eſt: ſed breuis: & quæ
necti non poſſit. Radici numeroſæ cohæret. Hærba uerius q̃ flos: denſa ueluti manu
preſſa: breuiterq; ceſpes ſui generis. Pãnonia hãc gignit & norica: alpiũq; aprica urbiũ
eporredia tãtæ ſuauitatis ut metallũ eẽ cœperit. Veſtib9 ĩterpõi eã gratiſſimũ. Sic & apđ
græcos polion hærbam incl ytã Muſei & Heſiodi laudibus: ad omnia utilem prædicã
tium. Superq; cætera ad famam etiã dignitatis. Prorſuſq; miram: ſi mõ ut tradunt: folia
eius mane candida. meridie purpurea: ſole occidente cerulea aſpiciuntur. Duo genera
eius campeſtre maius. Silueſtre quod minus eſt. Quidã teucrion uocant. Folia canis
hominis ſimilia: a radice protinus nũq̃ palmo altiora. Et de odoratis floribus ſatis dictũ:
in quibus unguenta uiciſſe naturam gaudent.

De ueſtiũ æmulatiõe cũ floribus & amaranto & chryſocome ſiue cryſiti. Ca. VIII.

Luxuria ueſtibus quoq; prouocauit eos flores: qui colore cõmendatur. Hos ani
maduerto tres eſſe principales. Vnũ in croco qui in roris micat. Gratius nihil
traditur aſpectu: & in purpuras tyrias dibaphaſq; ac laconicas. Aliũ amethyſtõ
qui uiola: & ipſe in purpureum quemq; hyacinthinum appellauimus. Genera enim
tractamus in ſpẽs multas ſeſe ſpargentia. Tertius eſt qui proprie conchylli intelligitur
multis modis. Vnus in heliotropio & in aliquo ex iis plerumq; ſaturatior. Alius ĩ ma
lua ad purpuram inclinans. Alius in uiola ſerotina cõhcyliorũ uegetiſſima. Paria nũc
componuntur: & natura atq; luxuria depugnante. Lutei uideo honorem ãtiquiſſimũ
in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum. Et fortaſſis ideo non numerari in
ter principales: hoc eſt comunes maribus ac fœminis: quoniã ſocietas prĩcipatum dedit
Amaranto nõ dubie uincimur. Eſt autem ſpica purpurea uerius q̃ flos aliquis: & ipſe
ſine odore. Mirumq; in eo: gaudere decerpi: & lætius renaſci. Prouenit auguſto menſe.
Durat in autumnum. Alexandrino palma: qui decerptus aſſeruatur. Mirumq; poſtq̃
defecere cuncti flores madefactus aqua reuiuiſit: & hybernas corõas facit. Summa eius
natura in nomine eſt appellato quoniam nõ marceſcit. In nomine ẽ & cyani colos. Itẽ
holochryſi. Omnes autem hi flores nõ fuere in uſu Alexandri magni ætate: quoniam

proximi a morte eius auctores ſiluere de illis. Quo mãifeſtũ ẽ poſtea placuiſſe. A græci
tamen repertos quis dubitet? nõ aliter italia uſurpante nomina illoꝝ. At Hercules peri
lio ipſa nomẽ ĩpoſuit autũnali circa uepreſq; naſcenti. Et tamen colorẽ cõmendat qui ẽ
roſæ ſilueſtri. Folia parua qna. Mirũq; in eo flore inflecti cacumine & nõ niſi retorto ſo
lio naſci puo calicẽ ac uerſicolori luteum ſemen includente. Luteus & bellio paſtillican
tibus qnquageniſqnis babulis coronaẽ. Pratenſes hi flores: ac ſine uſu: & ideo pleriq; ſi
ne nominibus. Quin & his ipſis alia alii uocabula imponunt. Chryſocome ſiue chryſi
tis nõ habet latinã appellationem. Palmi altitudine ẽ: comantibus fulgore auri corim
bis: radice nigra ex auſtero dulci. In petroſis opaciſq; naſcens.

De honore coronaꝝ & cyclamino & meliloto & trifolio tria genera eius. Ca. IX.

T fere pactis colorum celeberrimus tranſeat ratio ad eas coronas quæ uarieta
te ſola placent. Duo eaꝝ genera quomodo aliæ flore cõſtant: aliæ folio. Florem
eſſe dixerim geniſtas. Nãq; & iis decerpitur luteus. Itẽ rhododendron. Itẽ zizip
pa: quæ & cappadocia uocaẽ. Iſq; odoratus ſimiliſq; oleaꝝ floribus. In uepribus naſcitur
cyclaminũ: de quo plura alias. Flos eius coloſſinus in coronas admittiẽ. Folia milacis &
hederæ in coronamentũ ſe dedere. Coronæq; eaꝝ optinent principatũ. De quibus in fru
ticũ loco abunde diximus. Sunt & alia genera nominibus græcis indicanda: qa noſtris
maiore ex parte nomẽ dare iis defuit cura. Et pleraq; eoꝝ in exteris terris naſcunẽ nobis
tamen conſectata: quoniã de natura ſermo nõ de italia eſt. Ergo in coronamẽta folio ue
nere melothron: ſpiron: triganon: cneron: quod caſiam Higinus uocat. Et qu p cunilagi
nẽ: coniza: meliſophillõ: qđ apiaſtꝝ: melilotõ: qđ ſertulã cãpanã uocãt. Eſt eni in campa
nia italiæ laudatiſſima a græcis in ſunio: mox chalcidica & cretica ubicũq; uero aſperis
& ſilueſtribus nata. Coronas ex hac antiquitus factitatas indicio ẽ nomen ſertulæ quđ
occupauit. Odor eius croco uicinus ẽ & flos: ipſa cana. Placet maxime foliis breuiſſimis
atq; pinguiſſimis. Folio coronat & trifoliũ. Tria eius genera. Niphãtes uocãt græci. A ii
aſphaltion maiore folio quo utunẽ coronarii. Alteꝝ acuto oxytriphillon. Tertiũ ex om
nibus munitiſſimũ. Inter hæc neruoſi cauliculi qbuſdam: ut marathro: hippomarathro
myophano. Vtunẽ & ferulis & corimbis: & hederæ flore purpureo. Eſt & i alio genere ea
rũ ſilueſtribus roſis ſimilis. Et ĩ iis quoq; colos tantũ delectat. Odor aũt abeſt. Et cneori
duo genera nigri atq; cãdidi. Hoc & odoratũ. Ramoſa ãbo. Florẽt poſt æqnoctiũ autũni

De origano & thymo & melle attico: & conyza: & Iouis flore
& helenio: & ambrotono: & leucãtemo. Ca. X.

Otidem & origano in coronamẽtis ſpeties. Alterius. n. nullũ ſemen. Id aũt cui
odor eſt creticũ uocatur. Totidem & thymi: candidũ ac nigricans. Floret autẽ
circa ſolſtitia: cũ & apes decerpũt. Et auguriũ mellis eſt. Prouentũ eni ſperant
apiarii large florente eo. Lædiẽ imbribus amittitq; florem. Semen thymi nõ poteſt dep̃
hendi: cũ origani perq̃ minutũ nõ tamen fallat. Sed quid intereſt id occultaſſe naturam
In flore ipſo intelligitur: ſatoq; eo naſcitur. Quid nõ tẽtauere homines? Mellis attici ĩ to
to orbe ſũma laus exiſtimatur. Ergo tranſlatum ẽ ex attica thymum: & uix flore (uti do
cemus) ſatum. Sed alia ratio naturæ obſtitit: non durante attico thymo: niſi in afflatu
maris feratur. Erat quidem hæc opinio antiqua in omni thymo. Ideoque non naſci
in arcadia. Tunc oleam non putabant gigni: niſi intra trecenta ſtadia a mari. Thymis
quidem nunc etiã lapideos campos in prouintia narbonẽſi refertos ſcimus. Hoc pene ſo
lo redditu e longinquis regionibus pecudum milibus conuenientibus ut thymo ue
ſcantur. Et conize duo genera in coronamentis: mas & fœmina. Differentia in folio. Te
nuius fœminæ & conſtrictius anguſtiuſq;. Imbricatum maris & ramoſius. Flos quoque
magis ſpeudet eius. Serotinus utriq; poſt arcturum. Mas odore grauior. Fœmina acrior
Et ideo contra beſtiarum morſus aptior. Folia fœminæ mellis odorem habent. Maſculæ
radix a quibuſdam libanotis appellatur: de qua diximus. Et tantum folio coronant Io

uis flos:amaracus:hermerocalles:ambrotonum:helenium::ſiſymbrium:ſerpillum.Om
nia ſurcoloſa roſæ modo.Colore tantũmodo placet Iouis flos. Odor abeſt ſicut & illi q
græce phlox uocatur.Et ramis aũt & folio odorata ſũt excepta ſerpillo. Heleniũ e lachry
mis Hælenæ dicitur natũ.Et ideo in helena inſula laudutiſſimũ. Eſt aũt frutex humi
ſe ſpargens dodrãtalibus ramulis:folio ſimili ſerpillo. Ambrotonũ iucundi odoris ſed &
grauis.Floret æſtate.Flos aurei coloris.Vacuum ſponte ꝓuenit.Cacumine ſuo ſe ꝓpa
gat.Seritur autẽ ſemine melius q̃ radice aut ſurculo.Semine quoq; nõ ſine negocio plã
taria transferunt.Sic & adoniũ. Vtrumq; æſtate. Alſioſa enim admodũ ſunt:& ſole ni
mio læduntur.Sed ubi cõualuere ritu uitis fruticant.Ambrotono ſimile odore leucãthe
mum eſt flore albo folioſum.

De amaraco uel ſãſcuco:& nyctegreto:& meliloto: & uiola alba : & codiamino & de ſilueſtribus bulbis:& heliochrylo:& lychnis.& de hærbis citri mare. Ca. XI.

AMaracũ Diocles medicus & ſicula gens appellauere quod ægyptus & ſyria ſan
ſucum.Seritur utroq; genere & ſemine & ramo:uiuacius ꝓdictis & odore me
lius.Copioſũ amaraco æque q̃ ambrotono ſemen.Sed ambrotono radis una:&
alte deſcendens : cæteris in ſũmo teræ leuiter hærens.Reliquoꝝ ſatio autunno fere in
cipiente:neonõ & uere quibuſdã locis:quæ umbra gaudent & aqua ac fimo.Nictegre
ton inter pauca miratus eſt Democritus.coloris ignei:foliis ſpinæ: nec a terra ſe attollẽ
tem.præcipuãq; in gedroſia narrat.Eruitur poſt æquincctiũ uernum radicitus.Sicat
que ad lunam.xxx:diebus:ita lucens noctibus.Magos pthorumq; reges uti hac hærba
ad uota ſuſcipienda.Eandẽq; uocari chenamychon:quoniã anſeres a primo cõſpectu
eius ex paueſcant.Ab aliis nyctipolon:quoniã e lõginquo noctibus fulgeat.Meliloros
ubiq; naſcitur.Laudatiſſimũ tamen in attica.Vbicunq; uero recẽns:nec candicans:&
croco q̃ſimillima.Quamq̃ in italia odoratior & candida.Florũ prima uer nuntiantium
uiola alba:Tepidioribus uero locis etiã hyeme emicat.Poſtea quæ appellatur & purpu
rea Proxime flammea:quæ & flos uocatur:ſilueſtris dũtaxat.Codiaminõ bis anno:uere
& autunno.Aeſtates hyemeſq; fugit.Seriores ſupradictis aliq̃to narciſus:& lilium trans
maria.Et in italia quidẽ ut diximus per roſam.Nã in græcia tardius etiamnũ anemõe
Eſt aũt hæc ſilueſtrium bulborũ flos:alieq; q̃ quæ dicetur in medecinis. Sequit̃ oenan
the:melanthiũ:ex ſilueſtribus helichryſos. Deinde alterum genus anemoues quæ limo
nia uocatur.Poſt hanc gladiolus comitatus hyacinthis.Nouiſſima roſa.Eadẽ prima de
ficit:exceptus ſatiua.Cæterũ hyacinthus maxime durat:& uiola alba:& oenanthe. Sed
hæc ita ſi deuulſa crebro prohibeatur in ſeminibus.Naſcitur locis tepidis. Odor idem
qui germinantibus uuis.Atq; inde nomẽ.Hyacinthũ comitatur fabula duplex: luctũ
præfere eius:quem Appolo dilexerat:aut ex Aiacis cruore editi:ita diſcurrentibus uenis
ut græcarũ litterarum figura ea legatur inſcripta.Helichryſos florem habet auro ſimilẽ
folium tenue:cauliculũ quoq; gracilẽ:ſed durum. Hoc coronare ſe magi ſi unguenta
ſũmantur ex auro:quod apyron uocant:ad gratiã quoq; & uitæ gloriã pertinere arbi
trantur.Et uerni quidẽ flores hi ſunt.Succedunt illis æſtiui lychnis:& Iouis flos:& alte
rum genus lilii:Item typhon & amaracus:quẽ phtygiũ cognoiant:ſed maxime ſpecta
bilis pothos.Duo genera huius.Vnum cui flos hyacinthi eſt. Alteꝝ candidius qui fere
naſcitur in tumulis quoniã fortius durat.Et iris æſtato florens. Abeunt & hi marceſ
cũtq;.Alii rurſus ſubeunt autunno.Tertiũ genus lilii:& crocus:& oſirin in utroq; ge
nere:unũ habes alterum odoratũ:primis omnia hymbribus emicantia. Coronari qui
dem & ſpicæ flore utuntur.Quippe cũ ſpinæ albæ cauliculi inter oblectamenta gulæ
quoq; cõdiantur.Hic eſt trans maria ordo florum.In italia uiolis ſuccedit roſa. Huic i
teruenit liliũ.Roſã cyanus excipit:Cyanũ amaranthus.Nam uincaperuinca ſemper ui
rec in modũ lineæ foliis geniculatim circundata. Topiaria hærba inopiam tamẽ florũ
aliq̃no ſupplet.Hæcq; a græcis camedaphne uocatur. Vita longiſſima uiolæ albæ eſt

trimatu. Ab eo tempore degenerat. Roſa & quinquẽnium perfert nõ reciſa nec aduſta.
Illo ẽni mõ iuueneſcit. Diximus & terrã referre plurimũ. Nã ĩ ægypto ſine odore hæc
omnia. Tãtumq; myrtis odor præcipuus. Alicubi etiã binis mẽſibus antecedit germina-
tio omniũ. Roſaria a fauonio foſſa oportet eſſe: iterũq; ſolſtitio. Et id agendum ut intra
id tempus purgata & pura ſit.

¶ De cura apũ: pabulo: & morbis eaꝝ: & remediis. Ca. XII.

Verum hortis coronamẽtiſq; maxime aluearia & apes cõueniunt: res præcipui
quæſtus cõpendiiq; cũ fauit. Harũ ergo cauſa oportet ſerere thymũ: apiaſtrum
roſam: uiolas: liliũ: cityſum: fabã: eruiliũ: cunilã: papauer: conizã: caſiã: melilotũ:
meliſſophillũ: cerinthen. Eſt autẽ cerinthe folio candido: incuruo cubitalis: capite cõca-
uo: mellis ſuccũ habẽte. Horum florũ auidiſſimæ ſunt atq; etiã ſinapis: quod miremur
cũ oliuæ florem ab iis nõ attingi conſtat. Ideoq; hanc arborem procul eſſe melius ſit: cũ
aliquas q̃ proxime ſeri conueniat: quæ & euolantium examina inuitẽt nec longius abi-
re patiantur. Cornũ quoq; arborẽ caueri oportet. Nam flore eius deguſtato aluo concita
moriuntur. Remediũ ſorbam contuſam e melle præbere iis uel urinaꝝ hominũ: uel boũ:
aut grana punici mali amineo uino cõſparſa. Et geniſtas circũſeri alueariis gratiſſimũ.
Mirũ eſt dignũq; memoratu de alimentis quod cõperi. Hoſtilia uicus abluitur pado.
Huius inquilini pabulo circa deficiente ĩponunt nauibus aluearia: noctibuſq; ad qna
milia paſſuũ contrario amne naues ſubuehũt. Egreſſæ luce apes: paſtæq; ad naues quot-
tidie remeant: mutantes locum. donec pondere ipſo preſſis nauibus plena alueria intel-
ligantur: reuectiſq; eximuntur mella.

¶ De uenenato melle: & de remediis mellis uenenati: & mellis inſani. Ca. XIII.

Et in hiſpania mulis prouehunt ſimili de cauſa. Tantũq; pabulũ refert: ut mel-
la quoq; uenenata fiant. Heracliæ in põto quibuſdã annis pernicioſiſſima exi-
ſtunt: ab iiſdem apibus facta. Nec dixere auctores e qbus floribus ea fierẽt. Nos
tamen trademus quæ cõperimus. Hærba eſt alba. Vexatio quidẽ iũmentoꝝ eſt: ſed præ-
cipue capraꝝ appellata egolethron. Huius flore cõcipiunt noxiũ uirẽs aquoſo uere mar-
ceſcente. Ita fit ut nõ omnibus annis ſentiat̃ hoc malum. Venenati ſigna ſunt ꝙ omni-
no non denſat̃: ꝙ color magis rutilius eſt: odor alienus ſternutamẽta protinus mouens
quod ponderoſius ĩnoxio. Qui edere abiciũt ſe humi refrigerationẽ quærentes. Nam &
ſudore diffluunt. Remedia ſunt multa: quæ ſuis locis dicemus. Sed quoniam ſtatim re-
præſentari aliqua in tantis inſidiis oportet: mulſum uetus e melle optimo & ruta: ſalſa-
menta etiam ſi reiiciantur ſumpta crebro. Certũq; eſt id malũ ꝑ excrementa ad canes ẽt
ꝑuenire: ſimiliterq; torqueri eos. Mulſum tamẽ ex eo inueteratũ ĩnocuum eſſe conſtat.
Et fœminaꝝ cutem nullo melius emendari cum coſto: ſugillata & aloe. Aliud genus in
eodẽ ponti ſitu uiget ex annona mellis: quod ab inſania quã gignit mænomenon uo-
cant. Id exiſtimatur contrahi flore rododẽdri: quo ſcatent ſiluæ. Gẽſq; ea cum cæram in
tributa romanis præſtet: mel quoniã exitiale eſt non uendit. Et in perſide & in maurita-
nia cæſarienſis getulia contermina maſſylis uenenati faui gignuntur. Quidãq; a par-
te: quo nihil eſſe facilius poteſt: niſi ꝙ liuore deprehenduntur. Quod ſibi uoluiſſe na-
turam iis arbitremur inſidiis: ut ab iiſdem apibus: nec omnibus annis fierent: aut non
totis fauis. Parum enim erat genuiſſe rem in qua uenenum facillime daretur. Etiam ne
hoc ipſa in melle tot animalibus dedit. Quid ſi uoluit niſi ut cautiorem minuſq; aui-
dum faceret hominem. Non enim ipſi melli ſed apibus iam cuſpides dederat & quidem
uenenatas. Remedium aduerſus has utiq; nõ differendo. Ergo maluæ ſucco aut foliorũ
hederæ perungi ſalutare eſt. Vel percuſſos eas bibere. Mirum tamen eſt uenena portan-
tes ore fingenteſq; ipſas non mori. Niſi ꝙ illa domina reꝝ omnium hanc dedit repugnã-
tia apibus. Sicut contra ſerpentes pſyllis: marſiſq; inter homines.

¶ De melle quod muſcæ non attingunt: & aluearis: & cura eorum ſi famem

ſentiunt apes : & quomodo cæra fiat. ¶Ca. XIIII.

A Liud in creta miraculũ mellis. Mons eſt carina nouẽ milia paſſuũ ambitu. In
tra qđ ſpatiũ muſcæ nõ reperiunť. Natũq; ibi mel nuſq̃ attingunt. Hoc experi
mento ſingulare medicamẽtis eligitur. Aluearia orientẽ æquinoctialẽ ſpecta
re cõuenit: aquilonẽ euitent. Nec fauoniũ minus. Aluearia optima cortice. Secũda feru
la. Tertia uimine. Multi ea & ſpeculari lapide fecere: ut opantes intus ſpectarent. Circũ
lini aluearia fimo bubulo utiliſſimũ. Opculũ a tergo eẽ ambulatoriũ: ut ꝓperatus itus
ſit ꝓſper. Si magnus ſit uterus aluearíis ꝓuentus aũt ſterilis: ne operandi deſpatione cũ
ram abiiciant: id paulatim reduci oportet fallente opis incremento. Aluearia hyeme ſtra
mento opiri crebro ſuffiri: maxime fimo bubulo: Cognatũ hoc iis: & innaſcentes beſtio
las necat: araneos: papiliones: teredines: apeſq; ipſas excitat. Et araneorũ quidẽ exitiũ fa
cilius eſt: Papilionũ maior peſtis. Tollitur uero cũ matureſcit malua noctu interlunio
cælo ſereno accenſis lucernis ante alueos. In eã flammã ſeſe ingerunt. Si cibus deeſſe ſẽ
tiatur apibus: uuas paſſas ſiccas ue ficoq; tuſas ad fores earũ poſuiſſe conuẽiat. Itẽ lanas
tractas madentes paſſo: aut defruto: aut aqua mulſa. Gallinarũ etiã cruda carnes. Qui
buſdam etiã æſtatibus iidem cibi præſtandi: cum ſiccitas continua florum alimenta ne
gat. Alueorum cũ mel eximitur illini oportet exitus meliſophyllo aut geniſta tritis: aut
medios alba uite præcingere: ne apes diffugiant. Vaſa mellaria aut fauos lauri aqua præ
cipiunt. Hac decocta fieri ſaluberimũ acetum. Cæra fit ex expreſſis fauis: ſed ante purifi
catis aqua: ac triduo in tenebris ſiccatis: quarto die liquatis igni in nouo fictili aqua fa
uos tegente: tunc ſporta collatis. Rurſus in eadẽ olla coquitur cæra cum eadẽ aqua: ex
cipiturq; alia frigida: uaſis melle circumlitis. Optima quæ punica uocatur. Proxima
q̃ maxime fulua: odoriſq; mellei pura. Natione aũt pontica. Quam conſtare equidem mi
ror inter uenenata mella. Deinde cretica. Plurimũ enim ex ꝓpoli habet: de qua diximus
in natura apum. Poſt has corſica: quoniã ex buxo fit: & habere aliquantã uim medica
minis putať. Punica fit hoc modo. Ventilať ſub diuo ſæpius cæra fulua. Deinde feruet
in aqua marina ex alto petita addito nitro. Inde ſingulis eligunt florẽ: id ẽ cãdidiſſima
quæq;: tranſfunduntq; in uas qđ exiguum marinæ habeat frigidæ. Et rurſus marina
decoquunt ſepatim: dehinc uas ipſum refrigerant. Et cũ hæc ter fecere: uinacea crate
ſub diuo ſiccant ſole lunaq;. Hoc enim candorẽ facit: ſi ſic ſiccatur. Et ne liquefaciant
ꝓtegunt tenui lintheo. Candidiſſima uero fit poſt inſolationẽ etiamnũ recocta. Punica
medicinis utiliſſima. Nigreſcit cæra addito chartarum cinere. Sicut anchuſa admixta
rubet. Varieſq; in colores pigmentis trahitur ad reddendas ſimilitudines & innumeros
mortalium uſus: parietumq; etiam & armorum tutelam. Cætera de melle apibuſq; in
natura earum dicta ſunt. Et hortorum quidem omnis fere ratio peracta eſt. XV.

¶De hærbis ſponte naſcentibus & aculeatis. ¶Ca.

S Equunť hærbæ ſponte naſcentes: quibus pleræq; gentiũ utunť in cibis. Ma
ximeq; ægyptus frugũ fertiliſſima. Sed ut ſola iis carere poſſit: tanta eſt ciboꝝ
ex hærbis abundantia. In italia pauciſſimas nouimus. fraga: tantũ: ruſcũ: batin
marinã: batin hortenſianã: quã aliqui aſpagum gallicũ uocant. Præter has paſtinacam
pratenſẽ: lupũ. ſalictariũ: eaq; uerius oblectamenta q̃ cibos. In ægypto nobiliſſima ẽ co
locaſſia: quã cyamõ uocant aliqui. Hanc a nilo metunt: caule cum coctus ẽ harenoſo i
mandendo. Thyrſo aũt qui inter folia emicat: ſpectabilis foliis latiſſimis etiam ſi arbores
cõperentur: ad ſimilitudinẽ eoꝝ quæ ꝑſarta in noſtris manibus uocamus. Adeoq; nil
ſui dotibus gaudet: ut ĩplexis colocaſſiæ foliis in uariã ſpeciẽ uaſorũ potare gratiſſimũ
habeant. Seritur iam hæc in italia. Et ĩ ægypto ꝓxima auctoritas cicorio ẽ: quã diximus
intubũ erraticũ. Naſcitur poſt uergilias. Floret ꝑticulatim. Radix ei lenta: quare etiã ad
uincula utunť illa. Antaliũ longius a flumine naſcitur meſpili magnitudine & rotun
ditate: ſine nucleo: ſine cortice: folio cyperi: Mandunt igni paratum. Mandunt & oetũ

cui pauca folia minimaq; uerum radix magna. Aracinde quidem & aracos cum habe-
ant radices ramoſas ac multiplices: nec folium nec hærbã ullam: aut quicq̃ alitud ſupra
terrã habẽt. Reliqua uulgatum in cibo apud eos hærbaꝝ nomina: cõdria ia: hypocaris:
& caucaris anteriſcũ: ſcandix: quæ ab aliis tragopogõ foliis croco ſimillimis: ꝑthenium:
ſtrichnũ: corcorus. Et æqnoctio naſcentis aphace: achineæ: quã epithetron uocãt: quæ
nunq̃ floret. At e cõtrario aphace ſubinde marceſcẽte flore emittit alium tota hyeme to-
toq; uere uſq; in æſtatẽ. Multas præterea ignobiles habent. Sed maxime celebrat cnicon
italiæ ignotã: ipſis aũt oleo nõ cibo gratam. Hoc faciunt ex ſemine eius. Differẽtia prima
ſilueſtris & ſatiuæ. Silueſtriũ duæ ſpecies. Vna mitior eſt ſimili caule tamen rigido: Itaq;
& æolii antiqui utebant̃. Exilis quã quidã atractylida uocant. Semen eius candidum: &
grande amaꝝ. Altera irrſutior toroſiore caule: & q pene humi ſerpat minuto ſemine. A
culeataꝝ hæc eſt generis: quoniã diſtinguenda ſunt & genera. Ergo quædã hærbarum
ſpinoſa ſunt: quædã ſine ſpinis. Spinoſaꝝ multæ ſpecies. In totũ ſpina ẽ aſperagus: ſcor
pio: nullũ enim foliũ habet. Q uædã ſpinoſa foliata: ut carduus eryngion: glycyrrhizõ:
& urtica: lis enĩ omnibus foliis aculeata mordacitas. Aliqua & ſecundũ ſpinam habẽt fo
lium: ut tribulus & ononis. Q uædã in folio habent & in caule ut phleos: quod aliqui
ſtoeben appellauere. Hypophes ſpinis geniculatũ. Tributa ꝓprietas quod & fructũ ſpi-
noſum habet. Ex omnibus iis generibus urtica maxime noſcit̃: acetabulis in flore pur-
pureã lanuginẽ fundentibus ſæpe altior qnis cubitis. Plures eius differentiæ. Silueſtris
quã fœminam uocant mitior. Et ĩ ſilueſtri quæ dicit̃ cania acrior. Caule quoq; morda
ci fimbriatis foliis. Quæ uero etiã odorem fundit herculanea uocat̃. Semen omnibꝰ co-
pioſum: nigrũ. Miꝝ ſine ullis ſpinaꝝ aculeis lanuginẽ ipſam eſſe noxiã: & tactu tantũ
leui pruritũ puſtulaſq; cõfeſtim aduſto ſimiles exiſtere. Notũ ẽ & remediũ olei. Sed mor
dacitas nõ protinus cũ ipſa hærba gignitur: nec niſi ſolibus roborata. Incipiens quidem
ipſa naſci uere nõ ingrato: multis etiã religioſo ĩ cibo eſt ad pellẽdos totius ãni morbos
Silueſtriũ quoq; radix oẽm carnẽ teneriorem facit ſimul cocta. Q uæ ĩnoxia eſt morſu
carens aoniũ uocat̃. De ſcorpione dicemus inter medicas.

De carduo & helxine & tribulo & anchuſa. Ca. XVI.

CArduus & folio & caule ſpinoſas lanugines habet. Itẽ acorna: leucacãthos: ono
pygos: helxine: ſcolimos. Cameleon ĩ foliis nõ habet aculeos. Eſt & illa differen
tia ꝙ quidã in iis multicaulia ramoſaq; ſunt: ut carduus. Vno aũt caule nec ra
moſum cnidos. Q uædã cacumine tantũ ſpinoſa ſunt: ut cringili. Quædã æſtate flo-
rent: ut atractylis: helixinos. Scolimos quoq; floret ſero & diu. Diuacrona colore tantum
ruffo diſtinguitur: & pinguiore ſucco. Idem erat atractylis quoq;: niſi candidior eſſet: &
niſi ſanguineũ ſuccum funderet. Qua de cã phonos uocat̃ a quibuſdã: odore etiã gra-
uis: ſero matureſcente ſemine: nec ante autũnum: q̃q̃ id de omnibus ſpinoſis dici poſſit
Verꝝ omnia hæc & ſemie & radice naſci poſſunt. Scolimos carduoꝝ generis ab iis diſtat
ꝙ radix eius ueſcendo eſt decocta. Miꝝ ꝙ ſine interuallo tota æſtate aliud floret in eo ge
nere: aliud cõcipit: aliud ꝑturit. Aculei areſcente folio deſinũt pungere. Helxine rara uiſu
eſt: neq; in omnibus terris eſt: radice folioſa: ex qua media ueluti malũ extuberat. Cõta-
cta ſuaue olet. Huius uertex ſũmus lachrymã continet iucundi ſaporis acãthicen maſti
cen appellatã. Ectatos quoq; in ſicilia tantũ naſcitur ſuæ proprietatis & ipſa. Cuius in
terra ſerpunt caules e radice emiſſi lato folio & ſpinoſo: cauleſq; uocant cactos. Nec fa-
ſtidiunt in cibis inueteratos quoq;. Vnũ caulem rectũ habent: quẽ uocant tenica: eiuſ
dem ſuauitatis: ſed uetuſtatis impatientẽ. Semen cilanuginis: quẽ pappon uocant: quo
detracto ex cortice teneritas ſimilis cerebro palmæ eſt: uocant aſcaliã. Tribulus non niſi
in paluſtribus naſcit̃. Dira res alibi. Iuxta nilũ & ſtrymonẽ amnes excipit̃ in cibis. Incli
natus in uadũ: folio ad effigiẽ ulmi: pediculo lõgo. At in reliquo orbe genera tria. Cicer
culæ folia alteri aculeata. Hic & ſerius floret. Magiſq; ſepta obſidet uillaꝝ. Semen ei rotũ

dius:nigrũ in ſiliqua. Alteri harenaceũ: Spinoſoꝝ etiãnũ aliud genus ononis. In ramis
eni ſpinas hẽt oppoſito folio rutæ ſimili. toto caule foliatũ in modũ coronæ: ſequitur a
frugibus: aratro inimicũ: uiuaxq; præcipue. Aculeataꝝ caules aliquaꝝ per terrã ſerpũt
ut eius quã coropõ uocant. Et ex diuerſo ſtans anchuſa inficiẽdo ligno cærisq; radice
apta. Eſt aũt mitior iis anthemis:& phylãthos:anemone :& aphace:caule foliato eſt : &
crepis & lotos. Differentia folioꝝ & hic quæ & in arboribus breuitate pediculi ac lõgi
tudine: ãguſtiis ipſis foliorũ:amplitudine:angulis:iciſuris:odore.flore: Diuturnior hic
quibuſdam per partes florentibus ut in ocimo:heliotropio:aphace:oenochyte.

De differentia hærbarum per folia:& quæ hærbæ toto anno floreant
& haſtula regia:& piſtana: & de gladiolo. Ca. XVII.

MVltis inter hæc æterna folia:ſicut quibuſdã arboꝝ. In primiſq; heliotropio: ad
ianto. Aliud rurſus ſpicataꝝ genus:ex quo eſt ſtaminios:alopecuros:ſelapyros
quã quidẽ ortygiã uocant: Alii plantaginẽ:de qua infra dicemus iter medicas
Pyralis ex iis. Alopecuros ſpicã hẽt mollẽ & lanuginẽ denſã:nõ diſſimilẽ uulpinũ cau
dis:unde ei & nomen. Proxima ẽ ei & ſelepyros:niſi qđ illa pticulatim floret. Cicoriõ &
ſimilia circa terrã folia habent germinantes ab radice poſt uergilias. Perditio quã & æo
liæ gentes & ægiptii edunt nomen dedit auis id maxime eruens. Craſſas plurimaſque
hẽt radices. Itẽ orinthogale caule tenero:candido:ſemipedali radice bulboſa:molli trib9
aut quattuor agnatis. Coquit̃ in pulte. Miꝝ loton hærbã & egilopa nõ niſi poſt annũ
e ſemine ſuo naſci. Mira & anthemidis natura:qđ a ſũmo flore incipit:cũ cæteræ omẽs
quæ pticulatim florent:ab ima fuit pte icipiant. Notabile & in lappa quæ adhæreſcit:
quoniã in ipſa flos naſcit̃ :nõ euidẽs:ſed intus occultus:& intra ſe germinat: ueluti ani
malia quæ i ſe pariũt. Itẽ circa opuntẽ opũtia eſt hærba etiã hoi dulcis . Miꝝq; e folio
eius radicẽ fieri ac ſemina naſci. Laſſine unũ foliũ hẽt:ſed ita iplicatũ:ut plura uideãt
Cyndrilla amara eſt:& acri in radice ſucco. Amara & aphace:& quæ pigris noiat̃ :& ip
ſa toto ãno florens: nomẽ ei amaritudo ipoſuit. Notabilis & ſcyllæ crociq; natura: quæ
cũ oẽs hærbæ foliũ primũ emittãt:moxq; in caulẽ rotundent̃ :in iis caulis prior itelligi
tur q̃ foliũ. Et in croco quidẽ flos ipellitur caule. In ſcylla uero caulis exit: deĩde flos ex
eo emergit. Eadẽq; ter floret (ut diximus) tria tẽpora ſationũ oſtendens. Bulboꝝ generi
quidã adnumerãt & cypri hoc eſt gladioli radicẽ. Dulcis ea ẽ:& quæ decocta panẽ etiã
gratiorẽ facit:ponderoſiorẽ ſimul ſubacta. Similis ẽ & quæ ctẽſion uocat̃ : guſtu aſpa.
Cæteræ eiuſdẽ generis folio differũt. Aſphodelus oblongũ & ãguſtũ hẽt . Scylla latũ &
tractabile. Gladiolo ſimile nomini. Aſphodelus mãdit̃ & ſemine toſto:& bulbo. Sed hoc
in cinere toſto:de in ſale& oleo addito. Præterea tuſo cũ ficis præcipua uoluptate ut ui
detur Heſiodo. Traditur & ante portas uillarũ ſatũ remedio eſſe cõtra ueneficoꝝ noxã.
Aſphodeli mentionẽ & Homerus fecit. Radix eius napis modicis ſimilis eſt. Neq; alia nu
meroſior:octoginta ſimul aceruatis ſæpe bulbis. Theophraſtus & fere græci principeſq;
Pythagoras caulẽ eius cubitalẽ & ſæpe duũ cubitoꝝ foliis porri ſilueſtris antheriſcon
uocauere. Radicẽ uero id eſt bulbos aſphodelon:noſtri illud albucũ uocant & aſphode
lum haſtulã regiã. Ea eſt caulis acinoſi. Eius duo genera faciunt. Albuco eſt ſcapus cu
bitalis:& amplius:purus:leuis. De quo Mago præcipit exitu mẽſis martii & initio apri
lis cum floruerit:nondũ ſemine eius intumeſcente demetendũ: findendoſq; ſcapus : &
quarto die in ſolem pferendos. Ita ſiccatis manipulos faciendos. Itẽ piſtanã dicit a græ
cis uocari quã inter uluas ſagittam appellamus. Hanc ab idibus maii uſq; ad finẽ octo
bris menſis decorticari:atq; leui ſole ſiccari iubet. Idem & gladiolũ alterum quã cydirõ
uocant:& ipſum paluſtrem iulio menſe ſecari iubet ad radicem:tertioque die in ſole ſic
cari:donec candidus fiat. Quotidie autem ante ſolem occidentẽ in tectum referri:quo
niam paluſtribus deſcectis nocturni rores noceant .

De iunco genera ſex:& de cypero :& de medicamentis earum & de

Similia præcipit de iunco quē mariſcon appellant:ad texendas tegetes:& ipſu3
iunio menſe eximi ante iuſiū medium præcipiens. Cætera de ſiccando eadem
quæ de ulua ſuo loco diximus. Alterum genus iuncoꝝ facit: quod marinum
& a græcis oxyſchoenō uocari inueni. Tria genera eius:acuti:ſterilis: quē mare & oxyn
græci uocāt:reliqua fœminini ferentis ſemen nigrū:quē melancranin uocāt. Craſſior
hic & fruticoſior. Magiſq; etianū tertius q uocatur holoſchoenos. Ex iis melācranis ſine
aliis generibus naſcitur. Oxys & holoſchoenos eodem ceſpite. Vtiliſſimus ad utilia holo
ſchenos:quia mollis & carnoſus eſt. Fert fructū uuarum cohærentium mō. Naſcit̄ autē
is quē marem appellamus ex ſemetipſo:cacumine in terrā defixo. Melācranis autem ſuo
ſemine. Alioquin omniū radices omnibus annis itermoriunt̄. Vſus ad maſſas marinas:
uitiliū nexus:elegantiū lucernaꝝ lumina præcipua medullæ amplitudine. Iuxta mari-
timas alpes tanta ut inciſo uentre impleāt pene unciaꝝ latitudinē. In ægypto uero cri
broꝝ longitudinē nō alias utiliorē. Quidā etiānum unum genus faciunt. Iunci trian-
guli cyperon uocant. Multi enī nō diſcernunt a cypiro uicinitate nominis. Nos diſtin
guemus utrūq;. Cypirus eſt gladiolus ut diximus radice bulboſa:laudatiſſimus in inſu
lis cretā:dein naxo:& poſtea phœnice. Cretico candor odorq; uicinus nardo: naxio acri-
or:phœnicio exiguū ſpirans:nullus ægyptio. Nā & ibi naſcitur. Diſcutit duricias corpo
rū. Iam enī remedia dicemus:quoniā & floꝝ odorūq; generi eſt magnus uſus in medici-
na. Quod ad cypiron attinet. Apollodoꝝ quidem ſequimur:qui negabat bibendū quā
q̄ profeſſus efficaciſſimū eſſe aduerſus calculoſos. Eo fœtas fœminas quidem abortus fa-
cere nō dubitat. Mirūq; tradit barbaros ſuffitū huius hærbæ excipientes ore lyenes con
ſumere. Et nō egredi domibus niſi ab hoc ſuffitu. Vegetiores enī firmioreſq; ſic etiā fieri
Interriginū & alaꝝ uitiis perfricationibuſq; cū oleo illitū nō dubie mederi. Cyperos iun
cus eſt qualiter diximus anguloſus:iuxta terrā candidus:cacumine niger:pinguiſq;.
Folia ima porraceis exiliora:in cacumine minuta:inter quæ eſt ſemen. Radix oliuæ ni
græ ſimilis:quā cum oblonga eſt cyperida uocant:magni in medicina uſus. Laus cype
perio prima hāmoniaco:ſecunda rhodio:tertia thracio:nouiſſima ægyptio:quæ & cōfū
dit intellectū:quoniā & cypiros ibi naſcitur. Sed cypiros duriſſima:uixq; ſpirans. Cæte-
ris odor eſt ipſam nardū imitans. Eſt & p ſe indica hærba:quæ cyperis uocat̄:gingiberis
effigie:cōmanducata croci uim reddit. Cypero uis in medicina pſilothri. Illinitur ptery
giis:ulceribuſq; genitaliū:& quæ in humore ſunt omnibus:ſicut oris ulceribus. Radix
aduerſus ſerpentiū ictus & ſcorpionū præſertim remedio eſt. Vuluas aperit pota. Largio
ri tanta uis:expellit eas:urinā ciet & calculos:ob id utiliſſima hydropicis. Illinitur & ul-
ceribus quæ ſerpunt:ſed iis præcipua quæ in ſtomacho ſunt ex uino uel aceto illita.
Iunci radix in tribus heminis aquæ decocta ad tertias tuſſi medet̄. Semen toſtum & in
aq̄ potū ſiſtit a'uū:& fœminaꝝ menſes:capitiſq; dolores facit. At q uocat̄ holoſchœnos
eius quæ ꝓxima ſunt radicis cōmanducant̄ aduerſus araneoꝝ morſus. Inuenio etiam-
num unū iunci genus:quod tropicen uocant. Huius ſemine ſōnum allici. Sed modum
ſeruandū ne ſapor fiat. Ob id & odorati iunci medicinæ dicentur:quoniā & i ſyria cœle
(ut ſuo loco rettulimus) naſcitur. Laudatiſſimus ex nabathea iuncus cognomie theu
citis. Proximus babylonius. Peſſimus ex africa ac ſine odore. Eſt autē rotundus uinoſæ
mordacitatis ad linguā. Sincerus in confricando odorē roſæ emittit rubētibus fragmē
tis. Diſcutit inflationes. Ob id ſtomacho utilis:bileq; & ſanguinē reiicientibus. Singul-
tus ſedat. Ructus mouet. Vrinā ciet. Veſicæ medet̄. Ad muliebres uſus decoquit̄. Opi-
ſthothonicis cū reſina arida īponitur. Ex calfactoria uteros aſtringit:refrigerat. Vſus eius
diuiditur in folia & flores. Capita folioꝝ pteſq; candidæ ungues uocantur. In flore autē
aliud eſt ſemen. aliud capillus in capite:aliud cortex:aliud calix. Folium ſiccatur : aut
tribus modis exprimitur. Per ſe cum ungues non detrahūtur:ubi enim humoris pluri

mum. Aut cum detractis unguibus reliqua pars aut oleo aut uino maceratur in ſole
uaſis uitreis. Quidam & ſalem admiſcent:& anchuſam nonnulli: aut aſphaltum : aut
iuncum odoratum:quia talis maxime prodeſt uuluæ ac dyſentericis. Exprimuntur ea
dem folia detractis unguibus trita per lintheum ſpiſſũ in æreũ :uas leuiq; igni ſuccus
coquitur donec fiat craſſitudo mellis. At hoc elegi oportet odoratiſſima quæq; folia.

Ex roſa medicinæ:& de lilio & de narciſo & ex uiola:& de baccare:
& combrero: & aſaro. Ca. XIX.

Vinum quomodo fieret ex roſa diximus inter genera uini. Vſus ſucci ad aures
oris ulcera gingiuas:tonſillas gargarizatus·Stomachum:uuluas:ſedis uitia: ca
pitis dolores . In febre per ſe uel cum aceto ſomnos:nauſeas. Folia utuntur in
calliblepharum. E ſuccis fœmina aſparguntur. Epiphoras quoque aridis leniunt. Flos
ſomnũ facit. Inhibet fluctiones mulierum maxime albas in poſca potus. Et ſanguinis ex
creationes. Stomachi quoque dolores quantum in uini cyathis tribus . Semen iis opti
mum crocinum:nec anniculo uetuſtius:& in umbra ſiccatur. Nigrum inutile. Denti
um dolori illinitur. Vricam ciet. Stomacho imponitur. Item igni ſacro non ueteri. Na
ribus ſubductum caput purgat. Capita pota uentrem & ſanguſnem ſiſtunt . Vngues
roſæ epiphoris ſalubres ſunt. Vlcera enim oculorum roſa ſordeſcunt:præterq̃ in initiis
epiphoræ ita ut arida cum pane interponatur. Folia quidem uitiis ſtomachi:roſionib9
& uitiis uentris & ĩteſtinorum:& præcordiis utiliſſima uel illita. Cibo quoq; lapati mõ
condiuntur. Cauendus quoque in iis ſitus celeriter inſidens . Et aridis & ex preſſis ali
quis uſus. Diaplaſmata inde fiunt ad ſudores coercendos. ita ut a balneis inareſcant cor
pora:dein frigida abluantur. Silueſtris cum adipe urſino alopecias mirifice emendat:
Lilii radices multis modis florem ſuum nobilitauere. Contra ſerpentium ictus ex uino
potæ contra fungorum uenena. Propter clauos pedum in uino decoquuntur :triduo
que non ſoluuntur. Cum adipe aut oleo decoctæ pilos quoque aduſtis reddũt. E mul
ſo potæ inutilem ſanguinem cum aluo tragunt. Lyenique & ruptis uulſis proſunt:Etiã
menſtruis fœminarum in uino decoctæ. Impoſitæque cum melle neruis præciſſis me
dentur. Contra lichenas & lepras & furfures in facie emendant. Erugant corpora. Folia
in aceto cocta uulneribus imponuntur. Si teſtium in melle cum hyoſcyamo & farina
tritici. Semel illinitur igni ſacro. Flos & folia ulcerum uetuſtati. Succus qui flore expreſ
ſus eſt:ab aliis mel uocatur:ab aliis ſyrium ad emolliendas uuluas:ſudoreſque feciẽdos
& ſuppurationes coquendas. Narciſi duo genera in uſu medici recipiunt. Vnum pur
pureo flore:& alterum hærbaceum. Hunc ſtomacho inutilem:& ideo uomitorium :al
uos quoque ſoluentem:neruis inimicum:caput grauantem. Et a narce narciſũ dictũ
non a fabuloſo puero. Vtriuſque radix ut diximus mulſei ſaporis eſt . Ambuſtis pdeſt
cum exiguo melle. Sic & uulneribus & luxatis. Panis uero cum melle & auenæ farina.
Sic & infixa corpori extrahit in polenta tritus:oleoque contuſus. Medetur & lapide per
cuſſis. Purgat uulnera permixtus farinæ. Nigras uitiligines emaculat . Ex hoc flore fit
narciſinum oleum ad emolliendas duricias. Calefacienda quæ alſerint. Auribus ẽ utiliſ
ſimus:ſed capitis dolores facit. Violæ ſilueſtres ſunt & ſatiuæ. Purpureæ refrigerãt. Cõ
tra inflammationes illinuntur ſtomacho ardenti. Imponuntur & capiti in frõte. Ocu
lorum priuatim epiphoris:& ſede procidente uulua ue. Et contra ſupurationes. Crapu
lam & grauedines capitis impoſitis coronis olfatuque diſcutiunt . Anginas ex aqua
potæ. Id quod purpureum eſt ex iis comitialibus medetur:maxime pueris in aqua
potum. Semen uiolæ ſcorpionibus aduerſatur. Contra flos albæ ſuppurata aper
it. ipſa diſcutit: Et alba aũt & lutea extenuant menſtrua: Vrinam ciunt: Minor uis ẽ re

centibus.Ideoq; aridis poſt annum utendum. Lutea dimidio cyatho in aqua tribus
menſes trahit.Radices eius cum aceto illitæ ſedant lyenem.Item podagram.Oculorum
inflationes cum myrrha & croco.Folia cum melle purgant capitis ulcera.Cum cæra ri
mas ſedis.Et quæ in humidis ſunt.Ex aceto.uero collectiones ſanant.Baccar in medici
næ uſu eſt.Aliqui ex noſtris perpenſam uocant.Auxiliatur contra ſerpẽtes.Capitis do
lores feruoreſq;.Item epiphoras.Mãmis tumentibus a partu & egilopis. Incipientibuſq;
ignibuſq; ſacris.Odor ſomnum gignit.Radicem decoctam bibere ſpatacis euerſis con/
uulſis ſuſpiriolis ſalutare eſt.In tuſſi uetere radices eius tres quattuor ue decoquuntur
ad tertias partes.Hæcq; potio mulieres ex abortu purgat.Laterum compunctiones tol/
lit & ueſicæ calculos.Tonditur cum diapaſmate.Veſtibus odoris gratia inſeritur.Com
bretum quod ſimile ei diximus tritum cum axungia uulnera mire ſanat.Aſarum ioci/
nerum uitiis ſalutare eſſe traditur:uncia ſumptum ĩ hemina mulſi mixti.Aluum pur/
gat hellebori modo.Hydropicis prodeſt & præcordiis uuluiſque ac morbo regio.In mu
ſtum ſi addatur facit uinum urinis ciendis.Effoditur cum folia emittit.Siccatur in um
bra.Situm celerrime ſentit.

¶De nardo gallico:& de croco medicinæ:& croco mago:& ſiri:& ſaliunca
& holochryſo & chryſocome & meliloto. Ca. XX

ET quoniam quidam ut diximus nardum ruſticum nominauere radicem bac
caris:contexemus & gallici nardi remedia in hunc locum dilata cum diſputa
remus de peregrinis arboribus.Ergo aduerſus ſerpentes duabus drachmis in
uino ſuccurrit.Inflationibus coli uel ex aqua uel ex uino.Item.iocineris & renu; ſuffu/
ſiſque felle.Et hydropicis per ſe uel cum abſinthio.Siſtit purgationes mulierum. Impe/
tus uero eius quam phun eodem loco appellauimus.Radix datur potui trita uel deco/
cta ad ſtrangulationes uel pectoris dolores uel laterum.Menſes quoq; cit. Bibitur cum
uino.Crocum cum melle non ſoluitur:nulloq; dulci.Facillime autem uino aut aqua
Vtiliſſimum in medicina.Adſeruatur cornea pyxide.Diſcutit inflammationes omnes
quidem.Sed oculorum maxime ex ouo illitus.Vuluarum quoq; ſtrangulatus. Stoma/
chi exulcerationes:pectoris:& renum iocinorum:pulmonum ueſicarumq; peculiariter
inflãmationi earum uehementer utile.Item tuſſi & pleureticis.Tollit & pruritus.Vrinã
cit.Qui crocum prius biberint crapulam non ſentient.Ebrietati eo reſiſtunt.Coronæ
quoq; ex eo mulcent ebrietatem.Sõnum facit.Caput leniter mouet. Venerem ſtimulat
Flos eius igni ſacro illinitur cum creta cimolia. Ipſum plurimis medicaminibus miſce/
tur.Collyrio uni nomen dedit.Ex eo quoq; expreſſo unguẽto crocino:quod crocomig
ma appellant.Habet ſuas utilitatates contra ſuffuſiones oculorum.Vrinas magis excal/
facit q̃ crocum ipſum.Optimum quod guſtatum ſaliuam denteſq; ĩficit.Iris ruffa me/
lior q̃ candida.Infantibus eam circunligari ſalutare eſt. Dentientibus præcipua eſt &
tuſſientibus:tinearum ue uitio laborantibus inſtillari.Cæteri effectus eius non multũ
a melle differunt.Vlcera purgat capitis præcipue.Suppurationes ueteres. Aluum ſol
uit duabus drachmis cum melle.Tuſſim:tormina:inflationes pota.Lyenes ex aceto.
Contra ſerpentium & araneorum morſus ex poſca ualet.Contra ſcorpiones duarũ dra/
chmarum pondere in pane uel aqua ſumitur.Contra canum morſus ex oleo imponi/
tur.Et contra perfricationes.Sic & neruorum doloribus.Lumbis uero & coxendicibus
cum reſina illinitur.Vis ei concalfactoria.Naribus ſubducta ſternutamenta mouet:ca/
putq; purgat.Dolori capitis cum cotoneis malis aut ſtruteis illinitur. Crapulas quoq;
& ortopnoeas diſcutit.Vomitiones cit duobus obolis ſumpta.Oſſa fracta extrahit impo
ſita cũ melle.Ad paronychias farina eius utunt̃.Cum uino ad clauos uel uerrucas.Tri
duoq; ñ ſoluit̃.Halitus oris cõmãducata abolet:alarũq; uitia.Succo duricias oẽs emolit

Somnus conciliat. Sed geniturас conſumit. Sedis rimas & condilomata. Omniaquẽ
in corpore excreſcentia ſanat. Sunt qui ſilueſtrem ſirin uocent. Strumas hæc uel panos
uel inguina diſcutit. Præcipitur ut ſiniſtra manu lecta adhoc uſus ſeruet: colligenteſ
que dicant cuius hominis utiq; cã eximant. Scelus hærbarioꝝ aperitur in hac mẽtione
partẽ eius ſeruantium:& qnarundam aliarum hærbarum ſicuti plantaginis ſubſtituẽ
tium ſi parum mercedis tuliſſe ſeſe arbritrantur. Rurſuſque ut plus operis acquirant
partem eam quam ſeruauere eodem loco infodiunt. Credo ut uitia quæ ſanauerint fa
ciant rebellare. Saliuncæ radix in uino decocta ſiſtit uomitiones. Coroborat ſtomachũ.
Polio Muſeus & Heſiodus perungi iubent dignationis gratia. Glorieq; auidos polium
tractare colore. Polium contra ſerpentes ſubſternitur uel portatur. Medici in uino de
coquunt recens uel aridum: illinuntq; uel ſpleneticis propinant ex aceto. Morbo regio
in uino. Et hydropicis incipientibus in uino decoctum. Vulneribus quoq; ſic illinunt.
Secundas mulierum partuſq; emortuos repellit. Item dolores corporis. Veſicas inanit.
Et epiphoris illinitur. Nec magis alia hærba conuenit medicamento quod alexipharma
con uocant. Stomacho tamen inutile eẽ: Caputq; eo impleri:& abortum fieri poto. Ali
qui negant. Ad religionem addunt ubi inuentum ſit: protinus adalligandum contra
oculorum ſuffuſionem. Cauendumq; ne terram attingat. Hi & folia eius thymo ſimilia
tradunt: niſi ꝙ molliora ſunt:& lanatiore canicie. Cum ruta ſilueſtri & ſi terat̃ ex aqua
cæleſti aſpidas mitigare dicitur. At non ſecus atq; cynamus aſtringit & cohibet uulne
ra: prohibetque ſerpere. Holochryſos medetur ſtranguriæ ĩ uino pota:& oculorum epi
phoris illita. Cum fece uero uini cremata in polenta ſichenas emendat. Chryſocomæ
radix calfacit & ſtringit. Datur potui ad iocinerum uitia. Item pulmonum. Vuluæ do
lores in aqua mulſa decocta. Ciet menſtrua. Et ſi cruda detur: hydropicorum aquam ſi
ſtit. Melliſſophyllo ſiue melitena ſi perungant̃ aluearia non fugient apes. Nullo enim
magis gaudent flore. Copia iſtius examina facillime continentur. Item præſentiſ
ſimum eſt contra ictus earum: ueſparumq; & araneorum. Item ſcorpionum. Item con
tra uuluarum ſtrangulationes addito nitro. Contra tormina e uino. Folia eius ſtrumis
illinuntur:& ſedis uitiis cum ſale decocta. Succus fœminas purgat:& inflationes diſcu
tit:& ulcera ſanat. Articularios morbos ſedat. Caniſque morſus. Prodeſt dyſentericis ue
teribus:& cœliacis:& ortopnoicis· lyenibꝰ: ulceribꝰ thoracis. Caligines oculorũ ſucco cũ
melle inungi eximium habetur. Melilotos quoque oculis medetur cum lacte: aut cũ
lini ſemine: Maxilarum quoq; dolores lenit. Et capitis cũ roſaceo. Item aurium e paſſo.
Quæque in manibus intumeſcunt uel erumpunt. Stomachi dolores in uino decocta
uel cruda tritaque. Idem effectus eſt ad uuluas. Teſtes uero & ſedem prociduam: quæq;
ibi ſunt uitia: recens ex aqua decocta uel ex paſſo. Adiecto roſaceo illinuntur ad carci
nomata. Deferueſcit in uino dulci. Peculiariter & contra meliceridas efficax.

De trifolio & tymo & hemorocalle:& de helenio:& ãbrotono. Ca. XXI.

TRifolium ſcio credi præualere contra ſerpentium ictus & ſcorpionũ ex uino
aut poſca ſeminis granis uiginti potis. Vel foliis:& toto hærba decocta. Serpẽ
teſque nunq̃ in trifolio aſpici. Præterea celebratis auctoribus contra omnia ue
nena pro antidoto ſufficere. xxv. grana eius: quod minianthos ex eo appellauimus tradi
Multa alia præterea in remediis eius aſcribi. Sed me contra ſententias eorum grauiſſimi
uiri auctoritas mouet. Sophocles enim poeta uenenatum id dicit. Simus quoque medi
cus decocti aut contriti ſuccum inſuſum corpori eaſdem uredines facere quaſi percuſ
ſis a ſerpente imponatur. Ergo non aliter utendum eo q̃ contra uenena conſuerunt.
Fortaſſis enim & iis uenenis iter ſe contraria ſit natura: ſicut multis aliis. Item animad
uerto ſemen eius cuius minima ſint folia utile eſſe ad cuſtodiendũ mulieꝝ cutis gratiã
in facie illitũ. Thymum colligi oportet in flore:& in umbra ſiccari. Duo aũt ſũt genera
eius. Candidum: radice lignoſa: in collibus naſcens: quod & præfertur. Alterũ nigrius

floriſq; nigri. Vtraq; oculorũ claritati multũ cõferre exiſtimãtur. Et in cibo & ĩ medica-
mentis. Item diutinæ tuſſi eligmate faciles execrationes facere cum aceto & ſale. Sangui
nem concreſcere non patitur e melle. Longas faucium diſtillationes extra illita cum ſi
napi extenuare. Item ſtomachi & uentris uitia. Modice tamen utendum eſt. Condylo-
mata excalfaciunt: quanuis ſiſtunt aluum: quæ ſi exulcerata ſit denarii pondus in ſex
tarium aceti & mellis addi oportet. Item ſi lateralis dolor ſit: aut inter ſcapulas aut ĩ tho
race. Præcordiis medentur ex aceto cum melle. Quæ potio datur & in alienatione mẽ
tis ac melancholicis. Datur & comitialibus: quos correptos olfatus excitat thymi. Aiũt
& dormire eos oportere in molli thymo. Prodeſt & ortopnoicis & anhelationi. Mulieꝝq;
menſibus retardatis. Vel ſi emortui ſint in utero partus decoctum in aqua ad tertias.
Viris uero contra inflationes cum melle & aceto. Et ſi uenter turgeat. Teſtes ue aut ueſi
cæ dolor exigat. E uino tumores & impetus tollit impoſitum. Coxendicibus imponitur
cum articularibus morbis trium obolorum pondere in tribus cyathis aceti & mellis.
Et in faſtidio tritum cum ſale. Hemorocalles pallidum e uiridi & molle folium habet: ra
dicem odoratam atq; bulboſam. Quæ cum melle impoſita uentri aquam pellit: & ſan-
guinem etiam inutilem. Folia epiphoris oculorum: mãmarumq; poſt partum doloribus
illinuntur. Helenium ab Helenæ lachrymis diximus natum. Fauere creditur formæ. Cu
tem mulierum in facie reliquoq; corpore nutrire incorruptam. Præterea putãt uſu eius
quandam datam gratiam iis: ueneremq; conciliari. Attribuunt & hylaritatis effectum ei
dem potæ in uino eumq; quem habuerit Nepenthes illud prædicatum ab Homero ꝙ
ea triſtitia omnis aboleatur. Eſt autem ſucci prædulcis. Prodeſt & ortopnoicis. Traditio
radicis eius in aqua prodeſt ieiuni. Eſt autem candidus intus & dulcis. Bibitur & con-
tra ſerpentium ictus ex uino. Mures quoqne contrita dicitur necare. Ambrotonum
duorum traditur generum. Campeſtre ac montranum. Hoc fœminam: illud marem in
telligi uolumus. Amaritudo abſinthii in utroq;. Siculum laudatiſſimum. dein gallaticũ
Vſus eſt & foliis. Sed maior ſemine ad calfaciendum. Ideo neruis utile: tuſſi: ortopnoicis
conuulſis: ruptis: lumbis: urinæ anguſtiis: Datur bibendum manualibus faſciculis de-
coctis ad tertias partes. Ex iis quaternis cyathis bibitur. Datur & ſemen tuſum in aqua
drachmæ pondere. Prodeſt & uuluæ. Coquitur panis cum farina hordeacea: & oculo-
rum inflãmationibus illinitur. Cotoneo malo concocto ſerpentes fugat. Contra ictus ea
rum bibitur cum uino: illiniturq;. Efficaciſſimum contra ea quorum ueneno tremores
& frigus accidunt: ut ſcorpionum & phalangiorum: & contra uenena alia pota. Prodeſt
& quoquomodo algentibus. Et ad extrahenda ea quæ inhærent corporibus. Pellit & in
teraneoꝝ mala. Ramo eius ſi ſubiiciatur puluino uenerem ſtimulari aiunt. Efficaciſſi-
mũq; eſſe hærbã contra omnia ueneficia quibus coitus inhibeat.

¶ Ex leucanthemo & ſanſuco medicinæ. Ca. XXII.

LEucanthemum ſuſpirioſis medetur duabus partibus aceti permixtum. Sanſu
cum ſiue amaracum in cypro laudatiſſimum & odoratiſſimum. Scorpionibꝰ
aduerſatur ex aceto & ſale illitũ. Menſtruis quoq; multum confert impoſitum
Minor eſt eidem poto uis. Cohibet & oculoꝝ epiphoras cũ polenta. Succus decocti tor-
mina diſcutit. Et urinis & hydropicis utile. Mouet & nariũ ſternutamẽta. Fit ex eo oleũ
quod ſanſucinũ uocatur aut amaracinũ ad excalfaciendos emolliẽdoſq; neruos: & uul-
uas calefacit. Et folia ſugillatis cũ melle & luxatis cũ cæra ꝓſunt.

¶ De anemona medicinæ. Ca. XXIII.

ANemonas coronarias tantum diximus. Nunc reddemus & medicas. Sunt
qui phrenion uocent. Duo eius genera. Silueſtris prima. Altera in cultis na
ſcens. Vtraque ſabuloſis. Huiuſque plures ſpecies. Aut enim phœniceum
florem habet: quæ & copioſiſſima eſt: aut purpureum: aut lacteum. Harum
triũ folia apio ſimilia. Nec temere ſemipedalem altitudinẽ excedunt: cacumine aſparagi

Flos nunquam ſe aperit niſi uento ſpirante: unde & nomē accepit. Silueſtri amplitudo
maior: latioribuſq; foliis: flore phœniceo. Hanc errore ducti argemonē putant multi.
Alii rurſus papauer: quod rhyan appellauimus. Sed diſtinctio magna: ꝙ utraq; hæc po
ſtea floret. Nec aut ſuccū illarum anemonæ reddunt: aut calices habent: nec niſi aſpara
gi cacumen. Proſunt anemonæ capiti: doloribus: & inflammātionibus: uuluis mulieꝝ
lacti quoq;. Et menſtrua cient cum ptiſana ſumptæ: aut uellere appoſitæ. Radix cōmā
ducata pituitā trahit. Dentes ſanat. Decocta oculorum epiphoras. Magi multū quidem
iis tribuere. Quamprimū aſpiciatur eo anno tolli iubentes: diciq; colligi eas tertianis &
quartanis remedio. Poſtea alligari florem panno roſeo: & ī umbra aſſeruari: ita cū opus
ſit alligari. Quæ ex iis phœniceum florē habet: radice cōtrita: cuicunq; animalium ipo
ſita ulcerum facit & pticam uim. Et ideo expurgandis ulceribus adhibetur.

¶ Ex xenanthe medicinæ. Ca: XXIIII

OEnanthe hærba naſcitur in petris: folio paſtinacæ: radice magna: numeroſa.
Caulis eius & folia cū melle ac uino nigro pota facilitatē pariendi præſtant: ſe
cūdaſq; purgāt. Tuſſim e melle tollūt. urinā cient. Radix & ueſicæ uitiis medet̄.

¶ De heliochryſo medicinæ. Ca. XXV.

HEliochryſum qđ alii chryſanthon uocant ramulos habet candidos: folia ſubal
bida: ambrotono ſimilia: ad ſolis repercuſſū aureæ lucis in orbē ueluti corim
bis dependentibus: qui nunquā marceſcunt. Quadecauſa deos coronant illo
Quod diligentiſſime obſeruauit Ptolemæus rex ægypti. Naſcitur in frutetis. Ciet uri
nas e uino pota: & menſes. Duricias & inflāmationes diſcutit. Ambuſtis cum melle ipo
nitur. Contra ſerpentium ictus & lumborum uitia bibitur. Sanguinem concretum uē
tris ac ueſcicæ abſumit cum mulſo;. Folia eius trium obolorū pondere ſiſtūt profluuia
mulierum in uino albo. Veſtes tuetur odore non ineleganti.

¶ Ex hyacintho medicinæ. Ca. XXVI.

HIacynthus in gallia eximie prouenit. Hoc ibi loco hiſginum tingit. Radix eſt
bulbacea mangonicis uenalicis pulchre nota. Quæ in uino dulci illita puber
tatem cohercet: & non patitur erumpere. Torminibus & araneoꝝ morſibus re
ſiſtit. Vrinam impellit. Contra ſerpentes & ſcorpiones morbumq; regium ſemen eius cū
ambrotono datur. Lygnis quoq; flammea illa aduerſus ſerpentes: ſcorpiones: crabrones:
ſimiliaq; bibitur e uino ſemine trito. Silueſtris eadem ſtomacho inutilis. Aluum ſoluit.
Ad detrahendam bilem efficaciſſima duabus drachmis. Scorpionibus adeo contraria
ut omnino uiſa ea torpeſcant. Radicem eius aſiani boliten uocant. Qua alligato ocu
lo albugines tolli dicuntur.

¶ Ex uincaperuinca medicinæ. Ca. XXVII.

ET uincaperuinca ſine camedaphne arida tuſa hydropicis datur ī aqua coclea
ri menſura. Celerimeque reddunt aquam. Eadem decocta in cinere ſparſa ni
no tumores ſiccat. Auribus ſucco medetur. Aluinis impoſita multum ꝓdeſſe
dicitur. Ruſci radix decocta bibitur alternis diebus in calculorum ualitudine: & toru
ſione urina: uel cruenta. Radicem pridie erui oportet: poſtero mane decoqui. Ex eo ſex
tario uini cyathis duobus miſceri. Sunt qui & crudam radicem tritam ex aqua bibant
& in totum ad utilia cauliculis eius in uino & aceto tritis nihil utilius putant. Bactis
quoque aluum molit. Illinitur podagricis toſta & contuſa. Ancinonen & coronarum
cauſa & ciborum ægyptii ſerunt. Eademque erat quæ ocimum: niſi hirſutior ramis ac
foliis eſſet: & admodum odorata. Ciet menſes & urinas.

Ex colocaſia medicinæ. Ca. XXVIII

COlocaſia Glaucias acria corporis lenire putauit: ſtomachum iuuari.

Ex anthalo medicinæ. Ca. XXIX.

ANchalii qđ ægyptii edunt nullū aliū repperi uſū. Et hæc eſt hærba. Anthilliū

quam alii anticellium uocant duorum generꝝ: foliis & ramis lenticulæ ſimilis: palmæ altitudine: ſabuloſis apricis naſcens ſub ſalſa guſtanti. Altera chamepithyos ſimilis breuior & hirſutior: purpurei floris: odore grauis: in ſaxoſis naſcens. Prior uuluis aptiſſima. Et ex roſaceo & lacte impoſita etiam uulneribus. Bibitur in ſtranguria renumque doloribus tribus drachmis. Altera bibitur in duricia uuluarum & in torminibus & in comitiali morbo cum melle & aceto quattor drachmis.

De parthenio medicinæ. Ca. XXX.

Contra parthenium alii leucathen: alii thannacum uocant. Celſus apud nos pellecinum & muralium. Naſcitur in hortorꝝ ſepibus: flore albo: odore mali: ſapore amaro. Ad inſedendū decoctum in duricia uuluarꝝ: & inflāmationibus. Siccatū cum melle & aceto poſitū bileꝫ trahit atrā. Ob hoc cōtra uertigines utilis: & calculoſis. Illinitur & ſacro igni. Itē ſtrumis cum axungia inueterata. Magi cōtra tertianas ſiniſtra manu euelli eā iubent: diciq; cuius cauſa uellatur: nec reſpicere. Dein eius foliū ægri linguæ ſubiicere: ut mox in cyatho aquæ deuoret.

De ſtrychne medicinæ. Ca. XXXI

Strychne quam quidē ſtrychnum ſcripſere: utinā nec coronarii ī ægypto uterent: quos inuitat hederæ foliorꝝ ſimilitudo in duobus eius generibus. Q uorꝝ alterū: cui accini coccinei: granoſi folliculi. Haliccacabū uocant & halicallion. Noſtri autē ueſicariam: quoniam ueſicæ & calculis ꝓdeſt. Frutex ē ſurculoſus uerius q̄ hærba: folliculis magnis latiſq; & turbinatis: grandi intus acino: qui matureſcit nouembri menſe. Tertio folia ſunt ocimi minime diligenter demonſtranda. Remedia enim nō uenena tractamus. Quippe inſaniā facit paruo quoq; ſucco: quāquam & græci auctores in iocum uertere. Drachmæ enim pondere luſum pudoris gigni dixerūt: ſpecies uanas imagineſq; conſpicuas obſeruari demonſtrantes. Duplicatum hunc modum legitimam inſaniam facere. Quicquid uero adiiciatur ponderi repræſentari mortem. Hoc eſt uenenum quod inocentiſſimi auctores ſimpliciter dorion appellauere. Ab eo quod cuſpides in prœliis tingerentur illo: paſſim naſcente: quo partius ſpectabatur. Magi cognominauere qui nequiter occultabant erytron: aut neurita: ut nōnulli piſone cauendi equidem cauſa curioſius dicendum. Quin & alterum genus quod haliccacabon uocant: ſoporiferum eſt: atq; etiam opio uelocius ad mortem: ab aliis morion: ab aliis moly appellatum. Laudatum uero a locro ad fruendum & trimariſto. Q uidam etiam carmine minore obliuione inducentes. Q uippe præſentaneum remedium ad dentium mobiles firmandos ſi colluerent. Haliccacabo uni exceptionem addidere ne diutius id fieret Delirationē enim gigni eo. Nec demonſtranda remedia: quorꝝ medicina maioris mali periculū afferat. Cōmendatur enī cibis tertium: licet præferatur hortenſis ſaporibus. Et nihil ſit corporis malorꝝ cui nō ſalutare ſit ſtrychnos Xenocrates prædicet. Nō tamē auxilia eorꝝ tanti ſunt: ut uel profutura nō de iis cōmemorare nefas putem: præſertim tāta copia inoxiorꝝ medicaminum. Haccacabi radicem bibunt q ſunt uaticinādi callētes q fuere ad confirmādas ſuperſtitiones aſpici ſe uolunt. Remedio eſt (Id enim libentius retulerim) aqua copioſa mulſa calida potui data. Nec illud præteribo aſpidum naturæ haliccacabum in tantum aduerſam: ut radice eius propius admota ſoporetur: illas ſopore enecans uis earum. Ergo trita ex oleo percuſſis auxiliatur.

De corcoro. Ca. XXXI

Corcorum alexandrini cibi hærba eſt conuolutis foliis ad ſimilitudinem mori Præcordiis (ut ferunt) utilis alopetiiſq; & lentigini. Boum quoq; ſcabiem celerrime ſanari ea inuenio. apud Nicandrum quidem & ſerpentium morſus anteq̄ floreat. Nec de enico ſiue atrallide uerboſius diſputetur Aegyptia hærba ē: & magnū contra uenenata animalia præbet auxilium. Item aduerſus fungos. Conſtat a ſcorpione percuſſos q̄diu teneant eam hærbam non ſentire cruciatum.

De perſoluta. Ca. XXXIII.

ET perſolutam ægyptus in hortis ſerit coronarum gratia. Duo genera eius: fœ
mina ac mas. Vtraq; ſubdita uenerem inhiberi uirorum maxime tradunt.

De menſuris & ponderibus. Ca. XXXIIII.

ET quoniã in menſuris quoq; ac ponderibus crebro græcis nominibus utendũ
eſt: interpretationẽ eorum ſemel in hoc loco ponemus. Drachma attica fere. n.
attica obſeruatione medici utuntur: denarii argentei habet pondus. Eademq;
ſex obolos pondere efficit. Obolus decem calcos. Cyathus pẽdet per ſe drachmas decẽ.
Cum acetabuli menſura dicitur ſignificat heminæ quartam partẽ: ideſt drachmas. xv.
Hemina quam noſtri minam uocant pendet drachmas atticas centum.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. XXII.

PROHEMIVM.

COMPLESSE poterant miraculũm ſui natura: atq; tellus
reputantium uel prioris tantum uoluminis dotes: totq; ge
nera hærbarũ utilitatibus hominum aut uoluptatibus ge
nita. Sed quanto plura reſtant: tanto quoq; mirabiliora inuẽ
tu. Illa enim maiore parte cibi: aut odoris: decoris ue cõmen
datione ad numeroſa experimenta duxit. Reliquorum potẽtia
approbat nihil rerum natura ſiue aliqua occultiore cã gigni.

De gẽtibus hærbis formæ gratia utẽtibus. Ca. I.

Quidem & formæ gratia ritusq; prepetui in corpori
bus ſuis aliquas exterarũ gentium uti hærbis quibuſ
dam aduerto animo. Illinunt certe aliis aliæ faciem i populis barbarorũ fœmina. Mareſ
que etiam apud dacos & ſarmata corpora ſua inſcribunt. Simile plantagini glaſtum in
gallia uocatur. Britannorum coniuges nuruſque toto corpore oblitæ quibuſdam in ſa
cris nude incedunt æthiopum colorem imitantes.

Quod hærbis ueſtes inficiantur. Ca. II.

IAm uero ĩfici ueſtes ſcimus admirabili ſucco. Atq; ut ſileamus galatiæ: africæ
luſitaniæ granis coccum imperatoriis dicatum paludamentis: tranſalpina gal
lia hærbis tyrium atq; cõchylium tingit: omniſq; alios colores. Nec quærit in
profundis murices: ſeſeque obiicientes dum præripiunt eſcam beluis marinis: intacta
etiam anchoris ſcrutatur uada: ut inueniat per quod facilius matrona adultero placeat
corruptor inſidietur nuptæ. Stans & in ſicco carpit quo frugi mũdos exculpat uſu alio
quin fulgentis. Inſtrui poterat luxuria certa innocentius. Nunc propoſitum iſta conſe
ctari: nec omittemus: ut ſubiiciendo utiliora luxuriam uilitate circumſcribamus dictu
ri & aliis hærbis tingi lapides parieteſq;. Nec tingendi nec pingendi tamen rationẽ omi
ſiſſemus: ſi unquã ea liberalium artium fuiſſet. Interim fortius augetur auctoritas quæ
quanta debeat etiã ſurdis: hoc eſt ignobilibus hærbis perhibebitur. Si quidem auctores
imperii romani conditoreſq; immenſum quiddam & hinc ſumpſere: quoniã non aliun
de lagmina in remediis publicis fuere: & in acris legationibus: q̃ uerbenæ. Certe utroq;
nomine idem ſignificatur. Hoc eſt gramen ex arce cum ſua terra euulſum. Hac ſemper
& legati cum ad hoſtes clarigatumque mitterentur uſi: id eſt res raptas clare repetitum
unus utique Verbenarius uocabatur.

De corona gramina. Ca. III.

COrõa qdẽ nulla fuit gramiea nobilior i maieſtate populi terrarum pricipis p̃miiſq;
gloriæ. gẽmatæ: & aureæ: uallares: mulares: roſtratæ: ciuicæ: triũphales p9 hãc fuer

Suntq; cunctæ magno interuallo: magnaq; differentia. Cæteras omnes ſinguli & duces ipſi imperatoreſq; militibus aut aliquando collegiis debere.

¶ De raritate eius. Ca. IIII.

Decreuit in triumphis ſenatus cura belli ſolutus & populus ocioſus gramineā nunq̄ niſi in ſuprema deſperatione. Contigitq; nulli niſi ab uniuerſo exercitu ſeruato ſeruatori decreta. Cæteras imperatores dedere. Hanc ſolam miles imperatori. Eadem uocatur obſidionalis: liberatis obſidione abominandoq; exitio totis caſtris. Quod ſi ciuicæ honos uno aliquo ac uel humillimo ciue ſeruato præclarus ſacerq; habetur. Quid tandem exiſtimari debet unius uirtute ſeruatus uniuerſus exercitus? Dabatur hæc uiridi e gramine decerpto inde ubi obſeſſos ſeruaſſet aliquis. Nāq; ſūmū apud antiquos ſignum uictoriæ erat hærbam porrigere uictos: hoc eſt terra & altrice ipſa humo & humatione etiam cedere. Quem morem etiam nūc durare apud germanos ſcio.

¶ Qui ſoli corona ea donati. Ca. V.

Donatus eſt ea. L. Sicinus Dentatus ſemel: cum ciuicas quattuordecim meruiſſet: depugnaſſetq;. cxx. prœliis ſemper uictor. Tanto rarius eſt ſeruatorem unū a ſeruatis donari. Quidam imperatores & ſepius donati ſunt: ueluti. P. Decius primus uidelicet Tribunus militum ab exercitu. Altera ab iis qui in præſidio obſeſſi fuerant: quanta eſſet eius honoris auctoritas confeſſus religione ſiquidem donatus bouem album Marti immolauit & centum fuluos: qui ei uirtutis cauſa dati fuerant ſimul ab obſeſſis. Hic Decius poſtea conſul & imperio & collegæ ſe pro uictoria deuouit. Data eſt & a ſenatu populoq; romano: qua claritate nihil equidem in rebus humanis ſublimius duco. Fabio illi qui rem omnem romanam reſtituit non pugnando. Nec data cum magiſtrum equitum & exercitum eius ſeruaſſet. Tunc ſatius fuit nomine nouo coronari appellatum patrem ab iis quos ſeruauerat. Sed quo dictum eſt conſenſu honoratus eſt Hannibale ex italia pulſo. Quæ corona adhuc ſola ipſius imperii manibus impoſita eſt Et quod peculiare ei eſt: ſola a tota italia data.

Decio .dā .tō

Q. fabio.

¶ Qui ſolus centurio coronatus. Ca. VI.

Præter hos contigit eius coronæ honos. M. Calphurnio Flammæ Tribuno militum in ſicilia. Centurioni uero uni ad hoc tempus. Cn. Petreio Atinati cimbrico bello. Primum pilum is capeſſens ſub Catulo excluſam ab hoc legionem ſuam hortatus tribunum ſuum dubitantem per caſtra hoſtium erumpere interfecit: legionemq; eduxit. Inuenio apud auctores eundem præter hunc honorem aſtātibus Mario & Catulo conſulibus prætextatum immolaſſe ad tibicinem foculo poſito. Scripſit & Scylla dictator abexercitu ſe quoque donatum apud nolam legatum bello marſico. Idq; in uilla ſua tuſculana: quæ fuit poſtea Ciceronis pinxit. Quod ſi uerum eſt: hoc execrabiliorem eum dixerim: quandoquidem eam capiti ſuo proſcriptione detraxit. Ipſe tāto paucioribus ciuium ſeruatis: quam poſtea occiſis. Addat etiam nunc huic gloriæ ſuperbum cognomen fœlicem. Ipſe tamen obſeſſus in toto orbe proſcriptus. Hæc corona ſertorio etiam ceſſit. Aemilianum quoq; Scipionem Varro auctor eſt donatum obſidionali in africa. Manilio conſule cohortibus ſeruatis totidemq; adſeruandas eas eductis. Quod & ſtatiuæ eius in foro ſuo Diuus Auguſtus ſcripſit. Ipſum Auguſtum cū. M. Cicerone filio conſulem idibus ſeptembribus ſenatus obſidionali donauit. Adeo ciuica non ſatis uidebatur. Nec præterea quenq̄ hac inuenimus donatum. Nullæ ergo hærbæ fuere certe in hoc honore: ſed quæcunque fuerant in periculi ſede quanuis ignobiles ignotæque honorem nobilem faciebant. Quod latere apud nos minus quidem miror: cernens negligi ea quoq; quæ ad ualitudinem conſeruandam: cruciatuſq; corporis propulſandos: & mortem arcendam pertinent. Sed quis non mores iure caſtiget? Addidere uiuendi precia diliciæ luxuſq;. Nunquā fuit cupido uitæ maior: nec minor cura. Aliorū hāc operā eſſe credimus: ac ne mandato qdē noſtro alios id agere: mediciſq; ꝓuiſū cē

Proh bonis ipſi fruimur uoluptatis. Et quo nihil equidem ꝓbroſius duco. Viuimus
aliena fiducia. Immo uero pleriſq; ultro etiá ĩ riſu ſumus iſta cõmẽtátes atq; friuoli ope
ris arguimus. Magna quamq̃ immenſe laboris ſolatia ſperni cum rerum natura: quam
certe nõ defuiſſe nobis docebimus: & inuiſis quoq; hærbis inſeruiſſe remedia. Quippe
cũ medicinas dederit etiam aculeatis. Hæc enim proxime reſtát ex iis quas priore libro
nominauimus: in quibus ipſius prouidentia naturæ ſatis admirari amplectiq; nõ é. De
derat & quas diximus molles: cibiſq; gratas. Pinxerat & remedia floribus: uiſuq; ipſos ani
mos iuitauerat: etiá deliciis auxilia ꝑmiſcẽs. Inde excogitauit aliquas aſpectu hiſpidas:
tactu truces: ut cantum nõ uocẽ ipſius fingẽtis illas: rationemq; reddentis exaudire ui
deamur: ne ſe depaſcat auida quadrupes: nec procaces manus capiant: nec neglectu ue
ſtigia obterant: ne inſidens ales infringat: Has muniendo aculeis tæliſq; armando reme
diis ut tuta ac ſalua ſint. Ita quoq; quod in iis odimus hominum cauſa excogitatũ eſt.

Medicinæ ex reliquis ornamentis & erynge. Ca. VII.

ET clara in primis aculeatarum erynge eſt ſiue eryngion cõtra ſerpentes & ue
nenata omnia naſceus. Aduerſus ictus morſuſq; radix eius bibitur drachmæ
pondere in uino. Aut ſi plerumq; tales iniurias comitatur & febris ex aqua. Illi
nitur plagis peculiariter efficax contra chryſodos ac ranas. Omnibus uero cõtra toxica
& aconita efficatiorem Heraclides medicus in iure anſeris decoctam arbitratur. Apollo
dorus aduerſus toxica cum rana decoquit: cæteri in aqua. Ipſa dura: fruticoſa: ſpinoſis
foliis: caule geniculato: cubitali & maiore aliquando. Alia albicans alia nigra: radice odo
rata. Et ſatiua quidem eſt: ſed & ſponte naſcitur in aſperis & ſaxoſis & in litoribus ma
ris: durior: nigriorque folio apii.

De hærba quam centumcapita uocant: Ca. VIII.

EX iis candidam noſtri centumcapita uocant. Omnes eiuſdem effectus caule
& radice in cibos græcorum receptis utroq; modo ſiue coquere libeat ſiue cru
da ueſci. Portentoſum é quod de ea traditur. Radicem eius alterutrius ſexus
ſimilitudinem referre rara inuentu. Et ſi uiris contingerit mas: etiam amabiles fieri. Ob
hoc & Phaonem leſbium dilectum a Sappho. Multeq; circa hanc non magorum ſolũ
uanitates: ſed etiam pythagoricorum. Sed in medico uſu præter ſupradicta auxiliatur ĩ
flationibus: torminibus: cordis uitiis: ſtomacho: iocineri: præcordiis in aqua mulſa. Lye
ni in poſca. Item ex mulſa renibus: ſtranguriæ: opiſtothonicis: ſpaſmis: lumbis: hydropi
cis. cõitialibus: mulierũ mẽſibus ſiue ſubdãt ſiue abũdent: uuluarũ õnibus uitiis. Extra
hit infixa corpori cum melle: ſtrumas: parotidas: panos. Recedentes ab oſſibus carnes ſa
nat cum axungia ſalſa & cærato: item fracturas. Crapulam præſumpta arcet: aluum ſi
ſtit. Aliqui e noſtris ſub ſolſtitio coligi eam iuſſere. Ex aqua cæleſtis imponi omnibus
ceruicis uitiis. Oculorum quoq; albugines ſanare adalligatam tradiderunt.

De achano & glycyrrhiza & ſtomachice. Ca. IX.

SVnt qui & achanon eryngio aſcribant ſpinoſam breuemq; ac latam hærbam
ſpiniſque latioribus: Hanc impoſitam ſanguinem mire ſiſtere. Alii eryingen
falſo eandem putauerunt eſſe & glycyrrhizam: quare ſubiungi eam protinus
refert. Et ipſe ſine dubio inter aculeatas eſt: foliis echinatis: pinguibus: tactuque gum
moſis: fruticoſa: binorum cubitorum altitudine: flore hiacynthi: fructus pilularum pla
tani magnitudinis: Præſtantiſſima in cilicia: ponto ſecunda: radice dulci. Et hæc tantũ
in uſu. Capiturque ea uergiliarum occaſu: longa ceu uitium: coloris buxei. Meliorque
nigra: quæque lenta: quam quæ fragilis. Vſus in ſubditis decocta ad tertias: cætero ad
mellis craſſitudinem: aliquando: & tuſa. E quo genere & uulneribus ĩponitur & fauciũ
uitiis omnibus. Itẽ uoci utiliſſimo ſucco ſic ut ĩpiſſatus eſt: linguæ ſubdito. Itẽ thoraci
iocineri. Hac dixĩus ſitim famẽq; ſedari. Ob id qdẽ adipſon appellauere eá: & hydropicis
dedere: ne ſitirẽt. Idõ & cõmãducata ſtomachica é: & ulcerib9 oris ĩpſa ſæpe & ꝑtericis ſa

nat & ueſicæ ſcabies: rerũ dolores cõdilomata: ulcera genitaliũ. Dedere eam quidam potui in quaternis drachmaꝝ duarum pondere & pipere: hemina aquæ. Cõmanducata ſanguinem ſiſtit. Sunt qui & calculos ea pelli tradiderunt.

¶ De tribulo & generibus eius: & medicinis. Ca. X.

TRibuli unum genus in hortis naſcit᷑: alteꝝ in fluminibus tantũ. Succus ex is colligitur ad oculoꝝ medicinas. Eſt.n. refrigerantis naturæ: & iõ utilis cõtra ĩflãmationes collectiõeſq;. Vlcera p ſe erũpentia & ꝑcipue in ore cũ melle ſanat: itẽ tonſillas. Potus calculos frãgit. Thraces q ſtrymona habitãt foliis tribuli equos ſaginãt. Ipſi nucleo uiuunt panẽ facientes prædulcem: & qui contrahat uentrẽ: Radix caſte pureq; collecta diſcutit ſtrumas. Semen alligatum uaricũ dolores ſedat. Tritum uero & in aquam ſparſum pulices necat.

¶ De ſtoebe & medicinis eius. Ca. XI.

SToebe quam aliqui peon uocant: decocta in uino præcipue auribus purulentis medet᷑. Item oculis ictu cruentatis. Hemorrhoiæ quoq; & dyſẽteriæ infuſa.

¶ De hippophye & medicinis eius. Ca. XII.

HIppophyes in ſabuloſis maritimiſq; naſcit᷑: ſpinis albis. Hederæ mõ racemoſa ẽ: candidis & ex pte rubentibus acinis. Radix ſucco madet: q aut per ſe conditur aut paſtilis farinæ. Hæc bilẽ detrahit obolo põderis ſaluberrime cũ mulſo. Altera hippope ſine caule: ſine flore: foliis tantũ minutis. Huius quoq; ſuccus hydropicis mire prodeſt. Debent accomodatæ eſſe equoꝝ naturæ: neq; ex aliis cauſis nomẽ accepiſſe. Quippe quædã animaliũ remediis naſcuntur: locupleti diuinitate ad gerenda ꝑſidia: ut nõ ſit mirari ſatis ingeniũ eius diſponẽtis auxilia in genera: in cauſas in tempora. ut aliis proſit atq; aliis ab horis: dieſq; nullus prope ſine præſidiis reperiatur.

¶ De urtica & medicinis eius. Ca. XIII

VRtica quid eſſe inuiſus poteſt? At illa ter oleum quod in ægypto ex ea fieri diximus uel plurimis ſcatet remediis. Semen eius cicutæ contrariũ eſſe Nicander affirmat. Item fungis in argento uino. Apollodorus & ſalamandris cũ iure decoctæ teſtudinis. Item aduerſari hyoſcyamo: & ſerpentibus: & ſcorpionibus. Quin illa ipſa amaritudo mordax uuas in ore procidenteſq; uuluas & infantium ſedes tactu reſilire cogit. Lethargicos expergiſcit tactis cruribus: magiſq; fronte. Eadem canis morſibus addito ſale medetur. Sanguinem trita naribus indita ſiſtit & magis radice. Carcinomata & ſordida ulcera ſale admixto. Item luxata. Sanat & panos: parotidas: carneſq; ab oſſibus recedentes. Semen potum cum ſappa uuluas ſtrangulantes aperit. Et profluuia nariuꝫ ſiſtit impoſitum. Vomitiones in aqua mulſa ſumptum a cœna faciles præſtat duobus obolis. Vno autem in uino poto laſſitudines recreat. Vuluæ uitiis toſtum acetabuli mẽſura. Potum in ſapa reſiſtit ſtomachi inflationibus. Ortopnoicis prodeſt cum melle & thoracem purgat eodem eligmate. Et lateri medetur cum ſemine lini. Addunt hyſopuꝫ & piperis aliquid. Illinitur lyeni. Difficilem uentrem toſtum cibo emollit. Hippocrates uuluam purgari poto eo pronuntiat. Dolores leuari toſto acetabuli menſura dulci poto: & impoſito cum ſucco maluæ. Inteſtinorum animalia repellit cum hydromelite & ſale. Defluuia capitis ſemine illito cohoneſtari. Articularibus morbis & podagricis plurimi cum oleo uetere: aut folia cum urſino adipe trita imponunt. Ad eadem radix tuſa cum aceto non minus utilis. Item lyeni. Et cocta in uino diſcutit panos cum axungia uetere ſalſa. Eadem pſilothrum exiccat. Condidit laudes eius Phanias phiſicus: utiliſſimam cibis coctam conditam ue profeſſus: arteriæ: tuſſi: uentris diſtillationi: ſtomacho: panis parotidis: pernionibus cum oleo. Sudorem coctam cum conchylis ciere. Aluum cum ptiſana. Pectus purgat: mulierũq; menſes cum ſale. Vlcera quæ ſerpunt prohibere. Succus quoq; in uſu eſt. Expreſſus illituſq; frõti ſanguinẽ nariũ ſiſtit. Potus urinã ciet. Calculos erumpit. Vuã gargarizatus reprimit. Semen colligi meſſibus opor-

tet. Alexandrinũ maxime laudatur ad omnia hæc. Et minores quidem teneræq; effica
ces. Sed præcipue ſilueſtrias illa. Et amplius lepras e facie tollit in uino pota. Si quadru
pedes fœtum nõ admittant: urtica naturam fricandam monſtrat.

De lamio & medecinis eius. Ca. XIIII.

EA nunc quoq; quam lamium inter genera earum appellauimus: mitiſſima & foliis non mordentibus: medetur cum mica ſalis contuſis: incluſiſq; : uſtis: & ſtrumis: tumoribus: podagris: uulneribus. Album habet in medio folio: quod ignibus ſacris medetur. Quidam e noſtris tempore diſcreuere genera. Autumnalis urticæ radicem alligatam in tertianis: ita ut ægri nuncupentur: cum eruitur ea radix: & dicatur quæ & cui & quorum folio eximatur: liberari morbo tradiderunt. Hoc idem & contra quartanas pollere. Idem urticæ radice addito ſale in ſixa corpori extrahi. Foliis cum axungia ſtrumas diſcutit. Vel ſi ſuppurauerint erodi complerique.

De ſcorpione: generibuſq; ac medicinis eius. Ca. XV.

EX argumento nomen accepit ſcorpius hærba. Semen enim habet ad ſimilitudinẽ caudæ ſcorpionis: folia pauca. Valet & aduerſus animal nominis ſui. Eſt & alia eiuſdẽ nominis effectuſq; eius: ſine foliis: aſparagi caule: in cacumia aculeũ habẽs

De leuocacanthia: ſiue phinio: ſiue iſchada: & medicinis eius. Ca. XVI.

ET inde nomen leuocacanthia: quam alii phinion: alii iſchada: alii polygonatõ appellant: radice cyperi: quæ commanducata dentium dolorem ſedat. Item laternm & lumborum: ut Niceſius tradit ſemine poto drachmis octo: aut ſucco Eademque rupis conuulſiſque medetur.

De helxine: perdicio: parthenio: ſyderite: & medecinis eius. Ca. XVII.

HElxinem aliqui perdicium uocant: quoniam perdices ea precipue ueſcantur. Alii ſyderiten: nonnulli parthenium. Folia habet mixtæ ſimilitndinis plantagini & marrubio: cauiliculos denſos: leuiter rubentes. Semina in captibus lappaceis adhærentia ueſtibus: unde helxinem dictam uolunt. Sed nos qualis uera eſſe helxine diximus priore libro. Hæc autem inficit lanas: ſanat ignes ſacros: & tumores: collectioneſq; omnes: & aduſta. Panos ſuccus eius cum pſimithio. Ignes ſacros: tumores: collectioneſq;: & gutura incipientia turgeſcere. Item ueterem tuſſim cyatho hauſto. Et omnia in humido. Sicut tonſillas & uarices cum roſaceo. Imponitur & podagris cũ caprino ſeuo cæraq; cypria. Perdicium ſiue parthenium (nam ſyderitis alia eſt) a noſtris herba urceolaris uocatur: ab aliis aſtericum: folio ſimilis ocimo: nigrior tantum: naſcens in tegulis: parientiniſq;. Medetur cum mica ſalis trita iiſdem omnibus quibus lamium: & eodem modo. Item uomicæ calefacto ſucco pota. Et contra ulcera rupta: lapſumque: & præcipitia: aut uehiculornm euerſiones ſingularis. Vernula carus Pericli athẽienſium principi cum is in arce templum ædificaret: repſiſſetque ſuper altitudinem faſtigii: & inde cecidiſſet: hac hærba dicit̃ ſanatus mõſtrata Pericli ſomno a Minerua. Quare parthenium uocari cœpta eſt: aſſignaturque ei deæ. Hinc eſt uernula: cuius effigies ex ære fuſa eſt & nobilis ille Sparginoptes.

De chameleone generebuſq;: & medicinis eius. Ca. XVIII.

CHameleonem aliqui ixion uocant. Duo genera eius. Candidior aſperiora folia habet: ſerpit in terra echini modo: ſpinas erigens: radice dulci: odore grauiſſimo: quibuſdam in locis uiſcum gignit album ſub alis foliorum: maxime circa canis ortum. Quo modo thura naſi dicuntur: unde & ixia appellatur: Hac & maſtice utuntur mulieres. Quare & chameleon uocatur a uatietate foliorũ euenit. Mutat enim cum terra colores. Hic niger: illic uiridis: alibi cyaneus: alibi croceus: atque aliis coloribus. Ex iis candidus hydropicos ſanat ſucco radicis decoctæ. Bibitur drachma in paſſo. Pellit & interaneorum animalia acetabuli menſura ſucci eiuſdem in uino auſtero cum origani ſcopis: facit difficultatem urinæ. Hic ſuccus occidit canes ſueſque in polenta.

Addita aqua & oleo contrahit in ſe mures:ac necat niſi protinus aquam ſorbeant. Ra-
dicem eius aliqui conciſam ſeruari iubent funiculis pendentem: decoquuntq; in cibo
contra fluxiones:quas græci rheumatiſmos uocant. Ex nigris aliqui marē dixere : cui
flos purpureus eſſet:& fœminam cui uiolaceus. Vno naſcuntur caule cubitali:craſſitu
dine, digytali. Radicibus earum lichenes curantur cum ſulphure & bitumine una co-
ctis. Cōmanducatis uero dentes mobiles aut in aceto decoctis. Succo ſcabiem etiā qua-
drupedum ſanant. Et ricinos canum necant. Iuuencas quoq; anginæ modo. Quare a
quibuſdam uolophiton uocatur. Eſt & cynizolon propter grauitatem odoris. Ferunt &
hæc;uiſcū ulceribus utiliſſimū. Omniū autē geneꝝ eaꝝ radices ſcorpionibus aduerſaṫ.

¶ De coronopo:& medicinis eius. Ca. XIX

COronopus oblonga hærba eſt cum fiſſuris. Seritur interim:quoniam radix cœ
liacis præclare facit in cinere toſta.

¶ De anchuſa & pſeudanchuſa:& medicinis eaꝝ. Ca. XX

ET anchuſæ radix in ūſu eſt:digytali craſſitudine. Finditur papyri mō:manuſq;
ſanguineo colore:præparat lanas precioſis coloribus. Sanat ulcera in cærato:p̄
cipue fenum:item aduſta. Liquari nō poteſt in aqua:oleo diſſoluitur. Idq; ſin
cere experimentū eſt:& ad renum dolores drachma eius in uino. Aut ſi febris ſit in deco
cto balani. Item iocinerum uitiis:& lyeni:& bile ſuffuſis. Lepris & lentigini illinitur ex
aceto. Folia trita cum melle & farina luxatis imponuntur. Et pota drachmis duabus in
mulſo aluūꝫ ſiſtunt. Pulices necare radix ī aqua decocta traditur. Eſt & alia ſimilis pſeu
danchuſa ob id appellata:a quibuſdam uero enchiſa:aut doris:& multis aliis nomini-
bus:lanuginoſior & minus pinguis:tenuioribus foliis:& languidioribus. Radix oleum
nō fundit:ſed rubentē ſuccum. Et hoc ab anchuſe diſcerniṫ. Cōtra ſerpentes efficaciſſi
ma potu foliorum uel ſeminis. Folia ictibus imponunṫ. Virus ſerpentium fugat. Bibiṫ
& propter ſpinam. Folium eius ſiniſtra decerpi iubent magi:& cuius cauſa ſumatur di
ci:tertianiſque febribus alligari.

¶ De onichilo:anthemi:loto:& lotometra:heliotropio:tricocco:& callitricho. C. XXI

ESt alia hærba ꝓprio nomine onichylon:quam aliq anchuſam uocāt: alii arche
uion:alii onochelin aliq rhexiā:multi enchryſon:paruo frutice:flore purpureo
aſpis foliis & ramis:radice meſſibus ſāguinea:cætero nigra. In ſabuloſis naſcēs:
efficax cōtra ſerpētes:maxime uipras & radice & foliis:eq; cibo ac potu. Vires habet meſ
ſibus. Folia trita odorē cucumeris reddūt. Datur in cyathis tribus uulua ꝓcidente. Pel-
lit & tineas cū hyſopo:& in dolore renum aut iocineris in aqua mulſa ſi febris ſit. Sin ali
ter ex uino bibiṫ:Lentigini ac lepris radix illinitur. Habentes eā a ſerpentibus feriri ne-
gantur. Eſt & alia huic ſimilis flore rubro:minor:& ipſa ad eoſdē uſus. Tradūtq; cōmā-
ducata ea ſi īſpuatur mori ſerpentē. Anthemis magnis laudibus celebratur ab Aſclepia
de:Aliqui leucāthemida uocāt. Alii leucanthemū:alii arethemida:quoniā uere floreat.
Alii themimalō:quoniā odorē mali habeat. Nōnulli melāchion uocāt. Genera eius tria
fronde tantū diſtant:palmū non excedētia:paruiſq; foliis:ut rutæ candidis aut melinis
aut purpureis. In macro ſolo aut iuxta ſemitas colligiṫ uere:& in coronamēta reponiṫ.
Eodē tempore & medici folia tuſa in paſtillos digerūt. Itē florem & radicē. Danṫ omnia
mixta drachmæ unius pōdere cōtra ſerpentiū ictus. Pellit mortuos partus. Itē mēſtrua
in potu:& urinā:calculoſq; inflationes:iocineꝝ uitia:bilē ſuffuſam:egilopiā. cōmandu-
cata ulceꝝ eruptiones manātes ſanat. Ex oībus iis generibus ad calculos efficaciſſima ē:
quæ florem purpureū habet:cuius & folioꝝ & fruticis amplitudo maiuſcula eſt. Hanc
proprie quidam hiranthemin uocant. Loton qui arborem putant tantum eſſe uel Ho
mero auctore argui poſſunt. Is enim inter hærbas ſubnaſcentes deoꝝ uoluptati loton
primam nominauit. Folia eius cum melle occulorum cicatrices argemata: nubeculas
diſcutiunt. Eſt & lotometra quæ fit ex loto ſata. Ex cuius ſemine ſimillimo porri fiūt pa

nes in ægypto a paſtoribus:maxime aqua uel lacte ſubacto. Negatur quicq̃ illo pane
ſalubrius eſſe:aut leuius dum caleat. Refrigeratus difficilius concoquitur:fitq; ponde-
roſius. Conſtat eos qui illo uiuant ne dyſenteria:nec tenaſmo:neq; aliis morbis uentris
infeſtari. Itaq; inter remedia eorum habet̃. Heliotropii miraculũ ſæpius diximus cum
ſole ſe circumagentis:etiã nubilo die:tantũ ſyderis amor eſt. Nocte uelut deſiderio cõtra
hit cæruleũ florem. Genera eius duo. Tricoccum:& helioſtrophiũ. Hoc altius:quanquã
utrunq; ſemipedalem altitudinẽ nõ excedat. Ab ima radice ramoſum. Semen in folicu
lo meſſibus colligitur. Naſcitur non niſi in pingui ſolo:cultoq; maxime. Tricoccũ ubi-
que. Si decoquatur inuenio cibis placere: Et in lacte iucundius aluum mollis. Et ſi de
cocti ſuccus bibatur:efficaciſſime exinaniri. Maioris ſuccus excipitur æſtate:hora ſexta
miſcetur cum uino:ſic firmior. Capitis dolores ſedat roſaceo admixto. Verrucas cũ ſale
tollit ſuccus e folio. Vnde noſtri uerrucariã hærbã appellauere:aliis cognoĩari effectib9
digniorẽ. Nãq; & ſerpẽtib9 & ſcorpiõibus reſiſtit ex uino & aqua mulſa:ut. apollophães
&. Appollodorus tradunt. Folia infantiũ diſtilationibus qđ ſyriaſin uocãt illita medenẽ
Item cõtractionibus etiam ſi id comitialiter accidat. Decocto quoq; foueri eos ſaluberri
mum eſt. Potum id pellit tineas:& rerum harenas: Si cuminum adiiciatur:calculos frã
git. Decoqui cum radice oportet. Quæ cum foliis & hircino ſeuo podragris illinit̃. Al-
terum genus qđ tricoccum appellauimus:& alio nomine ſcorpiuron uocatur:foliis nõ
ſolum minoribus ſed etiã in terram uergentibus. Semen ei eſt effigie ſcorpionis caudæ:
quare nomen. Vis ad omnia uenenata & phalangia: & cõtra ſcorpiones præcipue illita
Non feriuntur habentes. Et ſi terrã ſurculo helioſtrophii circumſcribat aliquis:negant
ſcorpionem egredi. Impoſita uero herba aut inde omnino reſperſũ protinus mori. Sic ſe
minis grana quattuor pota quartanis prodeſſe dicuntur. Tria uero tertianis. Vel ſi her-
ba ter circumlata ſubiicitur capiti. Semẽ & uenerẽ ſtimulat. Cum melle panos diſcutit
Et uerruculos hoc utiq; helioſtrophium radicitus extrahit: & excreſcentia in ſedibus.
Spinæ quoq; ac luũborum ſanguinem corruptum trahit illitum ſemen & potum in
iure gallinacei decoctum:aut in beta & lente. Cortex uero liuentibus colorẽ reddit. Ma
gi helioſtrophium quartanis quater:in tertianis ter alligari iubent ab ipſo ægro:precari
que cum ſole iterum ſe:& cum nodis liberandum:& ita facere nõ exempta herba. Aliud
adianto miraculum:æſtate uiret bruma non marceſcit:aquas reſpuit: perfuſũ merſũq;
ſicco ſimile:eſt tanta diſſotiatio deprehenditur:unde & nomẽ a græcis. Alioquin fruti-
ci topiario. Quidã callirhricon uocant:alii polytricon. Vtrumq; ẽ ab effectu. Tingit
enim capillum:& ad hoc decoquitur ĩ uino cũ ſemine apii adiecto oleo copioſe: ut criſ
pum denſũmq; faciat. Defluere aũt prohibet. Duo genera eius candidius: & nigrũ bre-
uiuſq;. Id qđ breuius e polythricon:aliqui trichomanes uocant. Vtriq; ramuli nigro co
lore uirent foliis filicis:ex quibus inferiora aſpera ac fuſca ſunt. Omnia aũt contrariis
pediculis denſa inter ſe ex aduerſo radix nulla:umbroſas petras:parietumq; aſpergines:
ac fontiũ maxime ſpecus ſequit̃ & ſaxa manant a: qđ miremur:cum aquas non ſen-
tiat. Calculos e corpore mire pellit:frangitque:utique nigrum. Qua de cauſa potius
q̃ ꝙ in ſaxis naſceret̃:& a noſtris ſaxifragũ appellatũ crediderim. Bibitur e uino quan
tum terni decerpſere digyti. Vrinã cient. Serpentiũ & araneoꝝ uenenis reſiſtunt. In ui
no decocti aluũ ſiſtunt. Capitis dolores corona ex iis ſedat. Cõtra ſcolopendræ morſus
illinunt̃ crebro auferendi ne pereant. Hoc & in alopeciis. Strumas diſcutiunt:furfures
que in facie:& capitis manantia ulcera. Decoctũ ex iis prodeſt ſuſpirioſis:& iocineri:&
lyeni:& felle ſuffuſis:& hydropicis. Strangurie illinunt̃:& renibus cũ abſinthio. Secũ
das cient & menſtrua. Sanguinẽ ſiſtunt ex aceto:aut rubi ſucco poti. Infantes quoq;
ulcerati pungunt̃ ex iis cũ roſaeeo & uino prius. Folinm in urina pueri impubis triũ
quidẽ cũ afronitro & illitũ uentri mulierũ:ne rugoſns fiat: præſtare dicit̃. Perdices &
gallinaceos purgatiores fieri putant in cibum eorum additis: pecoriq; eſſe utiliſſimos.

¶ De picride: theſio: & aſphodelo: Halimo: & acantho: & bupreſti: elaphoboſcho: Scandice: & latina: & de caucalide. Sio ſyllibo. Scolymo ſiue lymonio: ſoncho: codrilo ſiue condrili & boletis.

Picris ab inſigni amaritudinis cognominatur: ut diximus rotundo folio. Tollit eximie uerrucas. Theſium quoq; nõ diſſimili amaritudine ẽ: ſed purgat aluũ in quẽ uſum terit̃ ex aqua. Aſphodelũ de clariſſimis hærbaꝝ: quá heroion alii appellauerunt. Heſiodus & in ſiluis naſci dixit. Dionyſius marem ac fœminá eſſe. Defectis corporibus & ptyſicis conſtat bulbos eius cũ ptiſana decoctos aptiſſime mederi: paneq; ex iis cum farina ſubactũ ſaluberrimũ eſſe. Nicander & contra ſerpẽtes & ſcorpiones uel caulẽ quẽ mathericem uocauimus: uel ſemen: uel bulbos dedit in uino tribus drahmis. Subſtrauitq; ſomno cõtra metus. Dat̃ & contra uenenata marina: & contra ſcolopendras terreſtres. Cochleæ mire in campania caulem eũ perſequunt̃: & ſuggẽdo areſaciunt. Folia quoq; illinunt̃ uenenatoꝝ uulneribus ex uino. Bulbi neruis articuliſq; cũ polenta tuſi illinũtur. Prodeſt & conciſis ex aceto lichenas fricare. Itẽ ulceribus putreſcentibus ex aqua imponere. Mámaꝝ quoq; & teſtium inflãmationibus. Decocti in fæce uini oculoꝝ epiphoris ſuppoſito lintheolo medent̃. Foliis in quocunque morbo decoctis magis medici utuntur. Item ad tibiaꝝ tetra ulcera: rimaſq; corpoꝝ quacunq; in parte farina areſactoꝝ. Autumno autẽ colligunt̃: cum plurimũ ualent. Succus quoq; ex tuſis expreſſus aut decoctus utilis fit corporis dolori cũ melle. Itẽ odorem corporis iucundũ affectantibus cũ iri arida & ſale exiguo. Folia etiam ſupradictis medẽtur. Et ſtrumis: panis: ulceribus in facie decocta cũ uino. Cinis e radice alopecias emendat: & rimas pedũ. Decoctæ radicis in oleo ſuccus pniones & ambuſta. Et ad grauitatẽ aurium infundit̃. A cõtraria aure in dolore dentiũ. Prodeſt & urinæ pota modice radix & menſtruis: & lateris doloribus. Item ruptis cõuulſis: tuſſibus drachmæ pondere in uino pota. Eadẽ & uomitiones adiuuat cõmanducata. Semine ſumpto turbatur uenter. Chryſermus & parotidas in uino decocta radice curauit. Itẽ ſtrumas ammixta cacia ex uino. Quidam aiunt: ſi impoſita radice ps eius in fumo ſuſpendat̃ & quarta die ſoluatur: una cũ radice areſcere ſtrumá. Sophocles ad podagras utroq; modo cocta crudaq; uſus eſt. Ad perniones decoctam ex oleo dedit: & ſuffuſis felle in uino & hydropicis. Venerẽ quoq; cõcitari cũ uino & melle perunctis aut bibentibus tradiderunt. Xenocrates & lichenas & pſoras radice in aceto decocta tolli dicit. Itẽ ſi cocta ſit cum hyoſcyamo & pice liquida: alaꝝ quoq; & fœminũ uitia. Et capillũ criſpiorem fieri raſo prius capite: ſi radice ea fricet̃. Simus lapides renũ in uino decocta atq; pota eximit. Hippocrates ſemẽ eius ad impetus lyenis dari cenſet. Iumentorum quoq; ulcera ac ſcabiem radix illita aut decoctæ ſuccus ad pilum reducit. Mures etiam eadem fugant. Cauerna præcluſa moriuntur. Aſphodelon ab Heſiodo quidam halimon appellari exiſtimauere: quod falſum arbitror. Eſt enim ſuo nomine halimon non parui & ipſum erroris inter auctores. Alii enim fruticem eſſe dicunt denſum: candidum: ſine ſpina: foliis oleæ: ſed mollioribus. Coquitur autem hoc ciborum gratia. Radix tormina diſcutit drachmæ põdere ĩ aqua mulſa pota. Item conuulſa rupta. Alii olus maritimum eſſe dixere ſalſum: & inde nomẽ foliis in rotunditate longos laudatum in cibis. Duorum præterea generum ſilueſtre: & mitius: utrunq; prodeſſe dyſentericis & exulceratis cum pane: ſtomacho uero ex aceto. Vlceribus ueruſtis illinitur crudum: & uulnerum recentium impetus lenire perhibetur: & luxatorum pedum ac ueſicæ dolores. Silueſtri tenuiora folia: ſed in iiſdem remediis effectus maiores: & in ſananda hominum ac pecorum ſcabie. Præterea nitorem corpori fieri: dentibuſq; candorem: ſi fricentur radice ea. Semine lingue ſubdito ſitim non ſentiri. Hoc quoq; mandi. Et utraq; etiam condiri. Crateias etiam tertium genus tradit lõgioribus foliis & hirſutioribus: odore cupreſſi: naſci ſub hedera: maxime prodeſſe opiſtothonicis: contractionibus neruorum tribus obolis in ſextarium aquæ. Acanthos

eſt topiaria & urbana herba:elato longoq; folio crepidines marginum adſurgentiumq;
puluinorum toros ueſtiẽs.Duo genera eius ſũt aculeatũ & criſpũ:quod breuius.Alte/
rum lene:qđ aliqui pederoton uocant:alii melamphyllum:Huiꝰ radices uſtis luxatiſq;
mire proſunt.Itẽ ruptis cõuulſis:ptyſin metuẽtibus incoctæ cibo:maxime ptyſana.po
dagris quoq; illinũtur tritæ & calefactæ calidis.Bupleuron in ſpõte nacentiũ herbarũ
numero græci habent:caule cubitali:foliis multis lõgiſq;:capite anethi: laudatũ in ci/
bis:Hippocrate in medicina:Glaucone:& Nicandro.Semẽ cõtra ſerpentes ualet.Folia
ad ſecundas fœminaꝝ uel ſuccũ ex uino illinũt.Et ſtrumis folia cũ ſale & uino.Radix
contra ſerpentes datur in uino:& urinæ ciendæ.Bupreſtin magna in cõſtantia græci
in laudibus ciboꝝ ẽt habuere.Ideq; remedia tãquã cõtra uenenũ ꝑdiderũt:Et ipſũ no
mẽ indicio ẽ boũ eſſe uenenũ:quos diſſilire diguſtata fatẽtur.Quapropter nec de hac
plura dicemus.Eſt uero cã quapropter uenena mõſtremus inter gramineas coronas:
niſi libidinis cã expetẽda alicui uidetur quã nõ aliter magis accẽdi putãt q; potu.Ela/
phoboſchon ferulaceũ ẽ geniculatũ digyti craſſitudine:ſemine corimbis depẽdẽtibus:
ſilis effigie:ſed nõ amaris:foliis oluſatri:& hoc laudatũ i cibis.Quippe ẽt cõditũ proga
tur ad urinã ciendã:lateris dolores ſedẽdos:rupta cõuulſa ſananda: iflatiões diſcutien
das:coli quoq; tormenta.Contra ſerpentium omniũq; aculeatorum ictus. Quippe fa
ma eſt hoc pabulo ceruos reſiſtere ſerpentibus.Fiſtulas quoq; radix nitro addito illita ſa
nat.Siccanda autem in eos uſus prius eſt neſucco eius madeat : qui contra ſerpentium
ictus facit eam deteriorem.Scandix quoq; in olere ſilueſtri agræcis ponitur:ut. Opion
& Eraſiſtratus tradunt.Item decocta aluum ſiſtit.Semine ſingultus confeſtim ex aceto
ſedat.Illinitur ambuſtis:urinas cit:Decoctæ ſuccus prodeſt ſtomacho:iocineri.renibus
ueſicæ . Hæc eſt quã Ariſtophanes Euripidi poetæ obiicit iculariter matrem eius ne
olus quidẽ legittimum ueditaſſe:ſed ſcandiciem.Eadem erat enteriſcus:ſi tenuiora fo
lia & odoratiora haberet.Peculiaris laus eius:q; fatigato uenere corpori ſuccurrit: mar/
ceſcenteſq; ſenio iam coitus excitat.Siſtit profluuia alba fœminarum.Et laſine olus ſil/
ueſtre habetur in terra.repens cum lacte multo: florem fert candidum:conciliũ uocãt
Et huius eadem commendatio ad ſtimulandos coitus.Cruda ex aceto in cibo ſumpta
mulieribus lactis ubertatem præſtat. ſalutaris eſt ptyſin ſentientibus.Infantium capiti
illita nutrit capillum:tenatioreſq; eius cutem efficit.Eſt & caucalis feniculo ſimilis:bre
ui caule:flore candido:cordi utilis. Succus eius bibitur ſtomacho perq̃ comodatus &
urinæ:calculiſq; & harenis pellendis:& ueſicæ pruritibus. Extenuat & lyenis iocineris
renumq; pituitas.Semen menſes fœminarum adiuuat:bilemq; a partu ſiccat. Datur &
contra profluuia genituræ uiris.Chryſippus & conceptionibus eam putat cõferre mul
tum.Bibitur in uino ieiunis.Illinitur & contra uenena marinorum:ſicut Petricus i car
mine ſuo ſignificat.His adnumerant ſion latius apio in aqua naſcens:pinguius:nigri
us:copioſum ſemine:ſapore naſturtii.Prodeſt urinis renibus.lyenibus:mulierũq; men
ſibus:ſiue ipſum in cibo ſumptum:ſiue ius decocti:ſiue ſemen eſt uino drachmis dua/
bus.Calculos rumpit:aquiſq; quæ gignunt eos reſiſtit. Dyſentericis prodeſt infuſum
Item lentigini illitum:& mulierum uitiis in facie noctu illitum momento cuten emẽ/
dat:& ramices lenit:& ſcabiem equorum.Syllibum chameleonti albo ſimilem æque ſpi
noſam ne in cilicia quidem:aut ſyria:aut phœnice:ubi naſcitur. Coquere tanti eſt :ita
operoſa eius culina traditur.In medicina nullum uſum habet . Scolymon quoq; in ci/
bos recipit oriens:& alio nomine limonion appellat.Frutex eſt nunq̃ cubitali altior:cri
ſtiſq; foliorum ac radice nigra:ſed dulci. Eratoſtheni quoq; laudata in pauperis cœna.
Vrinam ciere præcipue traditur.Sanare lichenas & lepras ex aceto.Venerem ſtimulari
in uino:Heſiodo & Alceoteſtibus:qui florente ea cicadas acerimi cantus eſſe: & mulie
res libidinis auidiſſimas:uiroſq; in coitum pigerrimos ſcripſere:uelut prouidentia na/
turæ hoc adiumento tunc ualentiſſimo.Item graueolentiam alarum emendat:radicis

emedullatæ uncia in uini falerni heminis tribus decoctã ad tertias:& a balneo ieiuno:
itemq; poſt cibum cyathis ſingulis pota. Mirum eſt quod Xenocrates promittit experi
mento uitium id ex aliis per urinam effluere. Eſtur & ſonchos: ut quem Theſeo apud
Callimachum apponat Hecate caule uterq; albus & niger: lactucæ ſimiles ambo : niſi
ſpinoſi eſſent:caule cubitali anguloſo:intus cauo: ſed qui fractus copioſo lacte manet.
Albus qui e lacte nitor utilis ortopnoicis lactucarum modo. Eraſiſtratus calculos per
urinam pelli eo monſtrat:& oris graueolentiam cõmanducato corrigi. Succus triũ cya
thorum menſura in uino albo & oleo calefactus adiuuat partus:ita ut a potu ambulét
grauidæ. Datur & in ſorbitione. Ipſe caulis decoctus facit lactis abundãtiam nutricibus
coloremq; meliorem infantium. Vtiliſſimus iis quæ lac ſibi coire ſentiant. Inſtillatur au
ribus ſuccus:calliduſq; in ſtranguria bibitur cyathi menſura:& in ſtomachi roſionibus
cum ſemine cucumeris nucleiſq; pineis. Illinitur & ſedis collectionibus. Bibitur contra
ſerpentes ſcorpioneſq;:radix uero illinitur. Eademq; decocta in oleo punici mali calice
aurium morbis præſidium eſt. Hæc omnia ex albo. Cleomporus nigro prohibet ueſci:ut
morbos faciente:de albo conſentiens. Agothocles etiam contra ſanguinem tauri demõ
ſtrat ſucco eius uti. Refrigeratoriam tamen uim eſſe conuenit nigro:ex hac cauſa impo
nendum cum polenta. Zenon radice albi ſtranguriam docet ſanari. Chondrilon ſiue
condrile folia habet intubi circum roſis ſimilia:caulem minus pedali ſucco madentem
amaro:radice fabæ ſimili:aliquando numeroſam. Habet proximam terræ maſticem tu
berculo fabæ:quæ appoſita fœminarum menſes trahere dicitur. Tuſa cum radicibus to
ta diuiditur in paſtillos contra ſerpentes argumento probabili. Siquidem mures agre
ſtes læſi ab iis hanc eſſe dicuntur. Succus ex uino coctæ aluũ ſiſtit. Eadem palpebrarũ
pilos inordinatiſſimos pro gummi efficaciſſime regit. Dorotheus ſtomacho & cõcoctio
nibus utilem ſuis carminibus pronuntiauit. Aliqui fœminis & oculis:generationiq; ui
rorum contrariam putauere. Inter ea quæ temere manduntur boletos merito poſuerim.
Optimus quidem eſt iis cibus:ſed ĩmenſo exemplo in crimen adductus ueneno Tibe
rio Claudio principi per hanc occaſionem a coniuge dato Agrippina:quo facto illa ter
ris uenenum alterum ſibiq; ante omnes Neronem ſuum dedit. Quorundam ex iis fa
cile noſcuntur uenena:diluto rubore:rancido aſpectu:liuido intus colore:rimoſaſtri pal
lido per ambitũ labro. Non ſunt hæc in quibuſdam:ſicciq; & nitri ſimiles ueluti guttas
in uertice albas ex tunica ſua gerunt. Voluam enĩ terra ob hoc prius gignit:ipſum po
ſtea in uolua ceu ĩ ouo eſt luteũ. Nec tunicæ minor gratia ĩ cibo infantibus boleti. Rũ
pitur hoc primo naſcente:mox creſcẽte in pediculo corpus abſumit:raroq; unq̃ gemi
nis ex uno pede. Origo prima cauſaq; limo:& aceſcente ſucco mandentis terræ:aut ra
dicis ferme glandiferæ:initioq; ſpuma lentior. Dein corpus mẽbranæ ſimile : mox par
tus:ut diximus illa pernitialia prorſus improbanda:ſi enĩ caligatis clauus:ſi ferri uel ca
lybis aliqua rubigo:aut panni marcor affuerit:omnẽ ilico ſuccũ alienũ ſaporẽq; in ue
nenũ decoquit:deprehendiſſeq; niſi agreſtes pñt:atq; colligunt. Ducunt ipſi alia uitia.
Nunc quidem ſi ſerpentis cauerna iuxta fuerit:ſi pateſcentes primo adhalauerit capaci
uenenorum cognatione ad uirus accipiendũ. Itaq; caueri conueniet prius q̃ ſe condãt
ſerpentes. Signa erunt tot herbæ tot arbores fruticeſq; ab emerſu earũ ad latebram uſq;
uernantes & uel fraxini tantum folia nec poſtea naſcentia:nec decidentia. Et boletis q
dem ortus occaſuſq; omnis intra dies ſeptem eſt.

Claudius boletis interijt.

De fungis & ſilphio:& de laſere medo. Ca. XXIII

Fungorum lætior natura:& numeroſa genera:& origo nõ niſi ex pituita arborũ.
Tutiſſimi q rubent callo minus diluto rubore q̃ boleti. Mox cãdidi: uelut api
ce flaminis ĩſignibus pediculis. Tertiũ genus ſuillis uenenis accomodatiſſimũ
Familias nup interemere:& tota cõuiuia. Anneũ Serenũ p̃fectũ Neronis uigilũ & tribu
nos & cẽturiones quoſq;. Voluptas tanta ancipitis cibi. Quidam diſcreuere arborum

ſico ferula:& gummi ferentibus. Nos item fago aut robore aut cupreſſo ut diximus:
Sed iſta quis ſpondet in uenabulis? Omniũ colos liuidus. His aberit ueneni argumen
tum: quo ſimilior fuerit abortũ fici. Aduerſus hæc diximus remedia: dicemuſq; : Interi
ſunt aliqua & in iis Claudius ſtomacho utiles putat boletos. Siccantur pedentes ſuilli
iunco tranſfixi: quales a bithinia ueniunt. Hi fluxionibus alui quas rheumatiſmos uo
cant: medent: excreſcentibuſq; in ſede carnibus: minuunt enim eas: & tẽpore abſumũt
Itẽ lentigines & mulierũ uitia in facie leuant. Leuantur etiã ut plumbũ in oculorum
medicamẽta. Sordidis ulceribus: & capitis eruptionibus: canũ morſibus ex aqua illinũ
tur. Libet & coquendi dare aliquas comunes in omni eorũ genere obſeruationes: quan
do ipſæ ſuis manibus delitiæ præparant hunc cibum ſolũ: & cogitatione ante paſcunt
ſuccineis nouaculis aut argento apparatu comitante. Noxii erunt fungi: qui in coquẽ
do duriores fiunt. Innocentiores qui nitro addito coquentur: ſi utiq; percoquant. Tu
tiores flent cũ carne cocti: aut cũ pediculo pyri. Proſunt & pyra cõfeſtim ſumpta. De
bellat eos & aceti natura cõtraria his. Hymbribus proueniunt omnia hæc. Hymbre &
ſilphion uenit primo e cyrenis: ut dictũ eſt. Ex ſyria nunc hoc maxime importatur de
terius perthico: ſed medico melius: extincto omni cyrenaico nt diximus. Vſus ſilphii
in medicina. Nã folia ad expurgandas uuluas: pellendoſq; emortuos ptus decoquunt
uino albo odorato: ut bibat menſura acetabuli a balneis. Radix prodeſt arteriis exaſpe
ratis: & collectionibus ſanguinis illinit. Sed in cibis coquit ægre. Inflamationes facit &
ructus. Vrinæ quoq; noxia. Sugillatus cũ uino & oleo amiciſſima: & cũ cæra ſtrumis.
Verrucæ ſedis crebriores eius ſuffitu cadunt. Laſer e ſilphio pfluens quo diximus mõ
inter eximia eſt naturæ dona numeratũ. Pluribus compoſitionibus inſerit. Per ſe autẽ
algores excalfacit. Potũ neruorũ uitia extenuat. Fœminis datur in uino. Et lanis mollia
bus admouet uuluæ ad menſes ciendos. Pedũ clauos circũſcarificatos ferro mixtũ ceræ
extrahit. Vrinã ciet ciceris magnitudine dilutũ. Andrias ſpõdet copioſius ſumptũ: nec
inflationes facere: & cõcoctioni plurimũ cõferre ſenibus & fœminis. Itẽ hyeme q̃ æſtate
utilius. Verumtamẽ aquã bibentibus: cauendũq; ne aqua ſit exulceratio inter. Ab ægri
tudine recreatioui efficax in cibo. Tempeſtiue enim datũ cauteriũ optinet: aſſuetis etiã
utilius q̃ expertibus. Extera corporũ indubitatas confeſſiones habet. Venena telorũ &
ſerpentiũ extinguit potũ ex aqua uulneribus iis circunlinit. Scorpionũ tantũ plagis ex
oleo. Vlceribus uero nõ matureſcentibus cũ farina hordeacea uel fico ſicca. Carbuncu
lus cũ ruta uel cũ melle: uel per ſe uiſco ſuperlitũ ut hæreat: Sic & ad canis morſus. Ex
creſcentibus circa ſemen cũ germine punici mali ex aceto decoctũ. Clauis pedum qui
uulgo morticini appellant nitro mixto. Ante ſubacta carnes replet cum uino & croco:
aut pipere: aut muriũ fimo & aceto. Perniones ex uino fouet: & ex oleo coctũ imponit.
Sic & callo. Clauis pedũ ſuperraſis præcipue utilitatis. Contra aquas malas: peſtilentes
tractus: uel dies. In tuſſi: uua: fellis ueteris effuſione: hydropicis raucitatibus. Confeſtiq;
enim purgat fauces: uocẽq; reddit. Podagras i ſpongia dilutũ poſtea lenit. Pleureticis i
ſorbitione uinũ poturis dat: cõtractionibus: epiſthotonicis: ciceris magnitudine cæræ
circunlitũ. In angina gargarizat. Anhelatoribus & in tuſſi uetuſta cũ porro ex aceto
datur atq; ex aceto iis qui coagulũ lactis ſorbuerint. Præcordiorũ uitiis: ſyntecticis: co
mitialibus cũ uino in aqua mulſa: linguæ: paralyſi. Coxendicibus lũborũ doloribus cũ
decocto melle illinit. Nõ cẽſueri q̃d auctores ſuadent: cauernis dentiũ i dolore inditũ
cæra icludi: magno experimẽto hominis: q ſe eadẽ cã p̃cipitauit ex alto: qppe tauros in
flammat naribus illitis ſerpẽtes auidiſſimas uini admixtũ rumpit: ideo nec iungi ſuaſe
rim cũ atticco melle: licet præcipiant. Quas habeant utilitates admixtũ aliis immenſo
eſt referre: & nos ſimplicia tractamus. quoniã in iis naturã eſſe apparet. in illis coniectu
ram ſæpe fallacẽ: nulli ſatis cuſtodita i mixturis cõcordia naturæ ac repugnãtia. Qua
de re mox plura dicemus.

¶ De natura mellis ex aqua mulſa. Et quare genere ciborum mores ímu tentur: & de melitide & cæra. Ca. XXIIII

N On eſſet mellis auctoritas in precio minor: q̄ laſeris: ni ubiqꝫ naſceretur. Illud ipſa fabricata ſit natura. Sed huic gignẽdo aíal ut diximus numeros ad uſus ſi quotiẽs miſceať: æſtimemus. Prima ꝓpolis alueoꝝ de qua diximus: aculeos & omnia infixa corpori extrahit: tubera diſcutit: dura cõcoquit: dolores neruoꝝ mulcet ulceraqꝫ iam deſperantia cicatrice includit. Mellis q̄dem ipſius natura talis eſt: ut putreſcere corpora nõ ſinat iucundo ſapore atqꝫ nõ aſpero. Alia q̄ ſalis natura faucibus: tõſillis: anginæ: omnibuſqꝫ oris deſideriis utiliſſimũ: areſcẽtiqꝫ in febribus linguæ. Iam uero peripneumonicis pleureticis decoctum. Itẽ uulneribus: a ſerpente percuſſis. Et contra uenena fungorum. Paralyticis in mulſo: q̄q̄ſuæ mulſo dotes conſtant. Mel auribus inſtillatum cum roſaceo lendes & fœda capitis animalia necat. Vſus deſpumati ſemper aptior: ſtomachum tamẽ inflat: bilem auget: faſtidiũ creat: & oculis ꝑ ſe inutile aliq arbitranť. Rurſus quidam angulos exulceratos melle tangi ſuadent. Mellis cauſas atque differentias nationeſqꝫ & iudicationẽ in apiũ ac deinde florum natura diximus: cum ratio operis diuidi cogeret miſcenda. Rurſus naturam reꝝ pernoſcere uolentibus in mellis operibus & aqua mulſa tractari debet. Duo genera eius ſubitæ ac recentis. Alterum ĩueteratæ. Repentina deſpumato melle præclarã utilitatem habet in cibo ægrotantium leui: hoc eſt alicæ elutæ: uiribus recreãdis: ore ſtomachoqꝫ mulcẽdo: ardore refrigerãdo. Frigidã enĩ utilius dari uentri moliẽdo. Inuenio etiã apud auctores hunc potũ bibẽdũ alſioſis. Itẽ animi humilis & p̄parci: quos illi dixere micropſycos. Eſt & ratio ſubtilitatis ĩ menſæ a Platone deſcendẽs. Corpuſculis reꝝ leuibus ſcabris anguloſis rotundis magis aut minus ad alioꝝ naturam accedentibus: ideo nõ eadẽ omnibus amara aut dulcia eẽ. Sic & in laſſitudine ꝓniores eſſe ad iracundiã & in ſiti. Ergo & hæc animi aſperitas ſeu potius animæ dulciore ſucco mitigatur. Lenit tranſitũ ſpiritus: & molliores facit meatꝰ ne ſcindant euntẽ redeuntẽqꝫ. Experimẽta in ſe cuiqꝫ. Nullius nõ ira luctuſqꝫ triſtitiæ. Omnis animi impetus cibo mollitꝰ: Ideoqꝫ obſeruanda ſunt quæ nõ ſolũ corporũ medicinam: ſed & moꝝ habent. Aqua mulſa & tuſſientibus utilis traditur. Calefacta incitat uomitiones. Contra uenenũ pſimyrhii ſalutaris addito oleo. Itẽ contra hyoſcyam cum lacte maxime aſinino: & contra halicaccabin ut diximus. Infundiť & auribus & genitalium fiſtulis. Vuluis imponiť cũ pane molli. Subitis tumoribus: luxatis: leniendiſqꝫ omnibus. Inueteratæ aũt uſum dãnauere poſteri. Minus inocente aqua: minuſqꝫ uino firmũ. Lõga tamen uetuſtate tranſit in uinũ: ut cõſtat inter omnes ſtomacho inutiliſſimũ neruiſqꝫ cõtrarium. Semp̄ mulſum ex uetere uino utiliſſimũ facillimeqꝫ cũ melle cõcorporať: quod in dulci nũq̄ euenit. Ex auſtero factũ nõ implet ſtomachum: neqꝫ ex decocto melle: minuſqꝫ inflat: qđ fere euenit. Appetentiũ quoqꝫ reuocat auiditatẽ cibi. Aluũ mollit frigido potu pluribus: calido ſiſtit. Corpora auget. Multi ſenectam lõgam mulſi tantũ nutritu tolerauere: neqꝫ alio ullo cibo. Celebri Pollionis Romuli exemplo quem centeſimũ annũ excedentem cũ Diuus Auguſtus hoſpes interrogaret: quanam ratione maxime uigorẽ illum animi corporiſqꝫ cuſtodiſſet: ille reſpõdit: intus mulſo: foris oleo. Varro regiũ morbũ cognominatũ aquatoꝝ tradit: quoniã cureť mulſo. Melitides quo fieret modo ex muſto & melle docuimus in ratione uini. Sæculis iam fieri nõ arbitror. Hoc genus inflationibus obnoxiũ. Solebat tamen inueterataꝝ alui cauſa dari in febre. Item articulario morbo: & neruoꝝ infirmitate laborãtibus: & mulieribus uini abſtemiis. Mellis naturæ adnexa cæra ẽ: de cuius origine & bonitate nationibuſqꝫ ſuis diximus locis. Omnis aũt mollit: calfacit: explet corpora: recẽs melior. Dať in ſorbitiõe dyſẽtericis. Fauiqꝫ ipſi in pulte alicæ prius toſtæ. Aduerſať lactis naturæ: ac milii magnitudine decẽ grana cære hauſta: nõ patiunť coagulari lac in ſtomacho. Si inguẽ tumeat: albã cærã in pube fixiſſe remedio ẽ. Nec huius uſus: quos mixta aliis p̄ſtat: enumerare medicina

poſſit:ſicuti nec cæterorum quæ cum aliis proſunt. Iſta ut diximus ingentis conſtant
Non fecit cærata:malagmata:emplaſtra:collyria:antidota: Parens illa ac diuina rerum
artifex. Officinarum immo uerius auaritiæ commenta ſunt. Naturæ quidem opera ab
ſoluta atq; perfecta gignuntur:paucis ex cauſa nō ex coiectura rebus abſumptis:ut ſuc
co aliquo ſicca temperantur ad meatus. aut corpore alio humentia ad nixus. Strupula
tim quidem colligere ac miſcere uires:non coniecturæ humanæ opus eſt:ſed impuden
tiæ eſt. Nos nec indicarum arabicarumq; mercium:aut externi orbis attingimus medi
cinas. Non placent remediis tam longe naſcentia. Non nobis gignuntur. Immo ne illis
quidem:alioquin non uenderent. Odorum cauſa unguentorumq;:& delitiarum:ſi pla
cet etiam ſuperſtitionis gratia emantur:quoniam thure ſupplicamus & coſto. Salutem
quidem ſine iis poſſe conſtare:uel ob id probabimus: ut tanto magis ſui dilitia pudeat
Sed medicina e floribus coronamentiſq; & hortenſis:quæq; manduntur herbis proſecu
ti:quoniam modo frugum omittemus? Nimirum & has indicare conuenit.

Contra cōpoſitiones medicorum medicinæ ex frugibus. Ca. XXV.

epiphora & infla
tio z dolor oculor

IN primis ſapientiſſima animalium eſſe conſtat:quæ fruge ueſcantur. Siliginis
grana combuſta & trita in uino amineo oculis illita epiphoras ſedant. Tritici
uero ferro combuſta iis:quæ frigus uſſerit:præſcentaneo ſunt remedio. Fari
na tritici & aceto cocta neruorum contractionibus cum roſaceo uero & fico ſicca mixt
que decoctis. Furfures tonſillis faucibuſq; gargarizatione proſunt. Sex. Pompeius præ
torii uiri pater hiſpaniæ citerioris princeps cum horreis ſuis uentilandis præſideret:cor

Cōn podagra

reptus dolore podagræ merſit in triticum ſeſe ſuper genua: leuatuſq; ſiccatis pedibus
mirabili modo hoc poſtea remedio uſus eſt. Vis tanta eſt:ut cados plenos ſiccet. Paleam
quoq; tritici:uel hordei calidam imponi ramicum incommodis experti iubent:quaq;
decoctæ ſunt aqua foueri. Eſt in farre uerniculus teredini ſimilis: quo cauis dentium
cæra incluſo cadere uitiati dicuntur:etiam ſi fricentur. Olyram arincam diximus uo
cant. Hac decocta fit medicamentum:quod ægyptii ateram uocant:infantibus utiliſſi
mum:ſed & adultos illinunt eo. Farina ex ordeo & cruda decocta collectiones impetuſ
que diſcutit:lenit & concoquit: Decoquitur alias in mulſa aqua aut fico ſicco. Ad ioci
neris dolores eam in poſca poſitam concoqui opus eſt aut cum uino. Cum uero inter
concoquendum diſcutiendumq; cura eſt:tunc in aceto melius:aut ī fæce aceti:aut co
toneis pyris ue decoctis. Ad multipedum morſus cum melle:ad ſerpentium in aceto:
& contra ſuppurantia:ad extrahendas ſuppurationes ex poſca: addita reſina & galla.
Ad concotiones uero & ulcera uetera cum reſina. Ad duritias cum fimo columbarum
aut fico ſicco:aut cinere. Ad neruorum inflammationes:aut inteſtinorum:uel aurium
uel uirilium dolores cum papauere aut meliloto:& quotiēs ab oſſibus caro recedit. Ad
ſtrumas cum pice & impubis pueri urina. Cum oleo & fœnogreco contra tumores pꝛæ
cordiorum:uel in febribus cū melle uel adipe uetuſto. Suppuratis triticea farina multo
lenior. Neruis cum hyoſcyami ſucco illinitur. Ex aceto & melle lentigina. Zea ex qua
alicam fieri diximus efficatior etiam hordeacea uidet̃:trimeſtri mollior. Ex uino rubro
ad ſcorpionum ictus tepida:& ſanguinem excreantibus. Item arteriæ. Tuſſi cum capri
no ſeuo aut butyro. Ex fœnogreco molliſſima omnium. Vlcera manantia ſanat: & fur
fures corporis:ſtomachi dolores:pedes & mammas cuꝫ uino & nigro cocta. Herina ma
gis cæteris purgat ulcera uetera & grangrenas. Cum raphano & ſale & aceto lichenas:
Lepras cum ſulphure uiuo. Et capitis dolores cū adipe anſerino impoſita fronti. Stru
mas & panos concoquit in fimo columbino & lini ſemine decocta inuino. De polentæ
generibus infrugum loco ſatis diximus locorum ratione: quæ a farina hordei diſtat
eo quod torretur. Ad ſtomachum utilis:aluum ſiſtit:impetuſq; rubicundi tumoris. Et
oculis illinitur & capitis dolori cum menta:aut alio refrigerante herba. Item pernioni
bus & ſerpentiū plagis. Itē ambuſtis ex uino. Inhibet quoq; puſtulas. Farina in pollinē

ſubacta uim extrahendi humoris habet. Ideo & cruore ſuffuſis in faſcias uſq; ſanguinē
perducit. Efficacius in ſapa. Imponitur & pedum callo clauiſq;. Nam cum oleo uetere
ac pice decocta polline condyllomata: & alia omnia ſedis uitia q̄maxime calido mirabi-
lem in modum curantur. Pulte corpus augetur. Farina qua chartæ glutinantur ſan-
guinem excreantibus datur tepida ſorbenda: efficaciter prodeſt. Halica res romana eſt:
& non pridem excogitata: alioquin non ptiſanæ potius laudes ſcripſiſſent græci. Non-
dum arbitror Pompeii magni ætate in uſu fuiſſe: & ideo uix quicq̄ de ea ſcriptum ab aſ
clepiadis ſchola. Eſſe quidem eximie utilem nemo dubitat: ſiue eluta detur ex aqua mul
ſa: ſiue in ſorbitiones decocta: ſiue in pulte. Eadem in aluo ſiſtenda torretur: dein fauoꝝ
cæra coquitur: ut ſupra diximus. Peculiaris tamen longo morbo ad tabitudinem reda-
ctis ſubuenit: ternis eius cyathis in ſextarium aquæ ſenſim decoctis: donec omnis aqua
conſumatur. Poſtea ſextario lactis ouilli aut caprini addito per continuos dies mox adie
cto melle. Tali ſorbitionis genere emendantur ſyntheſes: quæ ſunt ex iis ſumptæ. Milio
ſiſtitur aluus. Diſcutiuntur tormina in quem uſum torretur ante. Neruorum dolori-
bus & aliis feruens in ſacco ponitur. Neq; aliud utilius: quoniam leuiſſimum molliſſi-
mumq; eſt: & caloris capaciſſimum. Itaq; talis uſus eius eſt ad omnia quibus calor pro
futurus eſt. Farina eius cum pice liquida ſerpentium & multipede plagis imponit̃. Pa-
nicum Diocles medicus mel frugum appellauit. Effectus habet quos milium. In uino
potum prodeſt dyſentericis. Similiter iis quæ uaporanda ſunt excalfactum imponitur.
Siſtit aluum in lacte caprino decoctum: & bis die hauſtum. Sic prodeſt & ad tormina.
Seſama trita in uino ſumpta inhibet uomitiones. Aurium inflāmationi illinitur & am
buſtis. Eadem efficit & dum in herba eſt. Amplius hoc oculis imponitur decocta ī uino
ſtomacho inutilis cibus: & animæ grauitatem facit. Stellionum morſibus reſiſtit. Itē ul-
ceribus quæ cocoethe uocant. Et auribus oleum quod ex ea fit: prodeſſe diximus. Seſa-
moides a ſimilitudine nomen accipit: grano amaro: folio minore. Naſcitur in glarioſis.
Detrahit bilem in aqua potum. Semen illinitur igni ſacro. Diſcutit panos. Eſt etiā nūc
aliud ſeſamoides anticyræ naſcens: quod ideo aliqui anticyricon uocant: cætera ſimile
erigeronti herbæ: de qua ſuo dicemus loco. Granum ſeſamæ datur in uino dulci ad de
tractiones quantum trinis digytis capitur. Miſcent & hellebori albi & dimidium obolū.
Purgationem eam adhibentes maxime inſanæ melancholiæ: comitialibus podagris. Et
per ſe drachmæ pondere exinanit. Hordeum optimum quod candidiſſimum. Succus
decocti in aqua cæleſti digeritur in paſtillos: ut infundatur exulceratus intraneis & uul
uis. Cinis eius ambuſtis illinitur & carnibus: quæ recedunt ab oſſibus: & eruptionibus
pituitæ: muris araneis morſibns. Idem aſperſo ſale ac melle candorem dentibus & ſuaui
tatem oris facit. Eos qui pane hordeaceo utuntur morbo pedū tentari negant. Nouēq;
granis ſi furunculum quis circunducat: ſingulis ter manu ſiniſtra & omnia in ignem
abiiciat: confeſtim ſanari aiunt. Eſt & hærba phoenicea appellata a græcis: a noſtris ue-
ro hordeum murinum. Hæc trita ex uino pota præclare ciet menſes. Ptiſanæ quæ ex
hordeo fit: laudes uno uolumine condidit Hippocrates: quæ nunc omnes in halicam
tranſeunt. Contra quanto innocentior eſt halica: Hippocrates tantum ſorbitionis gra-
tia laudauit: quoniam lubrica ex facili hauriretur quoniam ſitim arcet: quoniam in al-
uo non tumeſceret: quoniam facile redderetur: & aſſuetis hic ſolus cibus in febribus die
poſſet dari: tantum remotus ab iſtis qui medicinam fame exercent. Sorbitione tamen
dari tantum uetuit. Aliud ue q̄ ſuccum ptiſanæ. Item uetuit q̄diu pedes frigidi eſſent:
tunc quidem nec potionem dandam. Fit & ex tritico glutinoſior: arteriæq; exulceratæ
utilior. Amylon hebetat oculos: & gulæ inutile contra q̄ creditur. Item ſiſtit aluum.
Epiphoras oculorum inhibet: & ulcera ſanat. Item puſtulas & fluitiones ſanguinis. Ge-
nas duras emollit. Datur cum ouo iis qui ſanguinem reiecerint. In ueſicæ uero dolore

ſemuncia amyli cum ouo & paſſis tribus ſufferueſacta a balneo. Quin & auenæ fari-
na decocta in aceto tollit neruos. Panis ipſe quo uiuitur innumeras pene continet me-
dicinas: ex aqua enim & oleo aut roſaceo mollit collectiones: ex aqua mulſa duritias ual-
de mitigat. Datur ex uino ad diſcutienda ualens: aut quæ perſtringit opus ſit. & ſi ma-
gis etiamnum ex aceto. Aduerſus acutas pituitæ fluxiones: quas græci rheumatiſmos
uocant: Item ad percuſſa luxata. Ad omnia autem hæc fermentatus: qui uocatur auto-
pyrus: utilior. Illinitur & parononichiis: & callo pedum in aceto ueteri. Nauticus panis
tuſus atq; iterum coctus ſiſtit aluum. Vocis ſtudioſis & contra diſtillationes ſuccum eẽ
primo cibo utiliſſimum eſt. Sitanius hoc eſt trimeſtris incuſſa in facie: aut diſquamma-
ta cum melle aptiſſime curat. Candidus ægris aqua calida frigida ue madefactus leuiſ-
ſimum cibum prebet. Oculorum tumori ex uino imponitur: ſic & puſtulis capitis: aut
adicta arida myrto. Tremulis panem ex aqua eſſe ieiunis ſtatim a balneis demonſtrat.
Quin & grauitatem odorum cubiculis uſtus emendat: & uini in ſaccis addito. Auxilia-
tur & faba. Namq; ſolida fricta feruenſq; in acri aceto coniecta torminibus medetur. In
cibo freſſa & cum allio cocta contra deploratas tuſſes ſuppurationeſq; pectorum quo-
tidiano cibo ſumitur: & commanducata ieiuno ore etiam ad furunculos maturandos
diſcutiendos ue imponitur: & in uino decocta ad teſtium tumores & genitalium. Lo-
mento quoq; ex aceto decocto tumores maturat atq; aperit. Item liuoribus combuſtis
medetur. Voci eam prodeſſe auctor eſt. M. Varro. Fabalium etiam ſiliquarumq; cinis
ad coxendices: & ad neruorum ueteres dolores cum adipis ſuilli uetuſtate prodeſt: & p
ſe cortices decocti ad tertias ſiſtunt aluum. Lens optime quæ facillime coquitur: eaq;
quæ maxime aquam abſorbet. Aciem quidem oculorum obtundit: & ſtomachum in-
flat. ſed aluum ſiſtit in cibo magiſq; diſcocta cæleſti aqua. Eadẽ ſoluit minus percocta
Puſtulas ulcerum rumpit: eaq; quæ intra os ſunt purgat & aſtringit. Collectiones om-
nes impoſita ſedat: maximeq; exulceratas & rimoſas. Oculorum autem epiphoras cum
meliloto aut cotoneo. Contra ſupurantia cum polenta imponitur. Decoctæ ſuccus ad
oris exulcerationes & genitalium adhibetur. Ad ſedem cum roſaceo aut cotoneo. In iis
quæ acrius remedium exigunt cum putamine punici melle modico adiecto. Ad id de-
mum ne celeriter inareſcat: adiiciunt & betæ folia. Imponitur & ſtrumis paniſq; uel ma-
turis uel matureſcentibus ex aceto diſcocta. Rimis ex aqua mulſa: & grangrenis cũ pu-
nici germine. Item podagris cum polenta: & uuluis & renibus: & pernionibus: Vlceri-
bus difficile cicatricem trahentibus: Propter diſſolutionem ſtomachi. xxx. grana lentis
deuorantur. In choleris quoq; & dyſenteria efficatior eſt in tribus aquis cocta. In quo
uſus melius ſemper eam torrere: aut tundere: ut tenuiſſima detur uel per ſe uel cum co-
toneo malo: aut pyris: aut myrto: aut intubo erratico: aut beta nigra: aut plantagine.
Pulmoni eſt inutilis: & capitis dolori: neruoſiſq; omnibus: & felli: nec ſomno facilis ad
puſtulas utilis: igniq; ſacro & mammis in aqua marina decocta. In aceto autem duri-
tias & ſtrumas diſcutit. Stomachi quidem cauſa polente modo potionibus inſpergit̃
Quæ ſunt imbuſta aqua ſemicocta curat: Poſtea trita & per cribrum effuſo furfure:
mox procedente curatione addito melle: Ex poſca coquitur ad gutura. Eſt & paluſtris
lens & per ſe naſcens in aqua non fluente refrigeratoriæ naturæ. Propter quod collecti-
onibus illinitur: & maxime podagris: & per ſe cum polenta glutinat & interanea proci-
dẽtia. Eſt ſilueſtris & eleliſphacos dicta a græcis: ab aliis phacos. Ea ẽ ſatiua lente leuior
& folio minore. atq; ſicciore & odoratiore. Eſt & alterũ genus eius ſilueſtris. odore grauis:
hæc mitior. Folia habet cotõi mali effigie: ſ; minora & cãdida: q̃ cũ ramis decoquunt̃.
Mẽſes cit: & urinas & paſtinacæ marinæ ictus ſanat. Torporẽ ãt obducit pcuſſo loco. bi-
bit̃ cũ abſinthio ad dyſẽteriã. Cũ uino eadẽ cõmorãtes mẽſes trahit. Abũdãtes ſiſtit de-
cocto eius poto. p ſe ĩpoſita herbã uulnerũ ſãguinẽ cohibet. Sanat & ſpẽtiũ morſus. Et

ſi i uino decoquat̃ pruritus teſtiũ ſedat. Noſtri q̃ nũc ſt̃ herbarii eleliphacon græce: latie
ſaluiã uocãt mentæ ſimilẽ: canã odoratã: ꝑtus emortuos ea appoſita extrahũt. Itẽ uerm es
aurium ulcerumq;. Cicer & ſilueſtre eſt: foliis ſatiuo ſimile: odore graui. Sed ſi largius ſu-
matur: aluus ſoluitur: & inflatio contrahitur: & tormina. Toſtum ſalubrius habetur. Ci
cercula etiam nunc magis in aluo proficit. Farina utriuſq; ulcera manantia capitis ſa-
nat: efficacius ſilueſtris. Item comitiales & iocinerum tumores: & ſerpentium ictus. Cit
menſes & urinas grano maxime. Emendat & lichenas: & teſtium inflationes: regiũ mor-
bum hydropicos. Lædunt omnia hæc genera exulceratam ueſicam & renes. Grangre-
nis utiliora cum melle & iis: quæ cacoethe uocantur. Verrucarum in omni genere pri-
ma luna ſingulis granis ſingulas tangunt. Eaq; grana in linteolo deligata abiiciũt poſt
ſe: ita fugari uitium arbitrantes. Noſtri præcipiunt arietinum in aqua cum ſale diſco-
quere: ex eo bibere cyathos binos in difficultatibus urinæ. Sic & calculos pelli: morbũq;
regium: Eiuſdem foliis ſarmentiſq; decoctis aqua q̃maxime calida morbos pedum tolli:
& ipſum calidum tritumq; illitum. Columbini decocti aqua horrorem tertianæ & quar
tanæ minuere traditur. Nigrum autem cum gallæ dimidio tritum oculorum ulcerib9
ex paſſo medetur. De eruo quædam in mentione eius diximus: nec potentiam ei mino
rem ueteres q̃ braſſicæ tribuere. Contra ſerpentium ictus ex aceto ad crocodilorum ho-
minumq; morſum. Si quis eruum quottidie ieiunus edat lyenem eius abſumi certiſſi-
mi auctores affirmant: Farina eius (ut ait Varro) maculas ex toto corpore emendat.
Serpere uulnera non patitur. In mãmis efficaciſſimum. Carbunculos rumpit ex uino.
Vrinæ difficultates: inflationem: uitia iocineris: tenaſm on quæ cibum non ſentiãt atro
pha appellata: toſtum & in nucis auellanæ magnitudinem melle collectum deuoratũq;
corrigit. Item impetigines ex aceto coctum & quarto die ſolutum. Panos in melle ſup-
purare prohibet impoſitum. Aqua decoctum perniones & pruritus ſanat fouẽdo. Quin
& uniuerſo corpori ſiquis quottidie ieiunus biberit: meliorem fieri colorem exiſtimant.
Cibis idem hominis alienum. Vomitiones mouet. Aluũ turbat. Capiti & ſtomacho one
roſum. Genua quoq; degruat. Sed madefactum pluribus diebus miteſcit. Bubus iumen
tiſq; utiliſſimum. Siliquæ eius uirides prius q̃ indureſcant: cum ſuo caule foliiſq; contri
tæ capillos nigro colore inficiunt. Lupini quoq; ſilueſtres ſunt omnimodo minores ſa-
tiuis: præterq̃ amaritudine. Ex omnibus quæ eduntur ſicco nulli minus ponderis eſt.
nec plus utilitatis. Miteſcunt cinere aut aqua calida. Diſcolorem hominem frequentio
res in cibo exhilarant. Amari contra aſpidas ualent. Vlcera atra aridi decorticatique triti
ſuppoſito linteolo ad uiuum corpus redigunt. Strumas parotidas in aceto cocti diſcu-
tiunt. Succus decoctorum cum ruta & pipere uel in febri datur ad uentris animalia
pellenda minoribus. xxx. annorum. Pueris uero etiam impoſiti in uentrem ieiunis pro-
ſunt. Et alio genere toſtu: & in defurto poti uel ex melle ſumpti. Idem auiditatem cibi
faciunt: faſtidium detrahunt. Farina eorum aceto ſubacta papulas prurituſque in bal-
neis illita cohibet: & per ſe ſiccat ulcera. Liuores emendat. Inflammationes cum polen-
ta ſedat. Silueſtrium efficacior uis eſt contra coxendicum & lumborum debilitatem.
Ex iiſdem decocta lentigines & fouentium cutem corrigunt. Si uero ad mellis craſſitu-
dinem decoquantur ſatiui: uitiligines nigras & lepras emendant. Satiui quoque rum-
punt carbunculos impoſiti: panos & ſtrumas minuunt: aut maturant. Cocti ex aceto
cicatricibus candidum colorem reddunt. Si uero cæleſti aqua decoquant: ſuccus ille
ſmegma fit: quo ſolent fouere grangrenas: eruptiones pituitæ: ulcera manantia uti iſſi
mũ. Expedit ad lyenem bibere: & cũ melle menſtruis hærentibus. Lyeni crudi cum fico
ſicca ex aceto imponũt̃. Radix quoq; in aq̃ decocta urinas pellit. Medẽt̃ pectori cũ cha-
meleone herba decocti: aq̃ i potũ collata. sanãt & ſcabiẽ q̃drupedũ omniũ i amurca deco
cti: uel nitro eo liquore poſtea mixta. Fumus crematoꝝ culices necat. Irionẽ iter fruges

ſeſamæ ſimilem eſſe diximus:& a grecis eryſimon uocari. Galli uelarum appellant. Eſt
autem fruticorum foliis erucæ anguſtioribus paulo:ſemine naſturtii. Vtiliſſimum tuſ
ſientibus cum melle:& in thoracis purulentis excreationibus. Datur & regio morbo:&
lumborum uitiis pleureticis torminibus cæliacis. Illinitur uero parotidum & carcino
matum malis. Teſtium ardoribus ex aqua:alias cum melle. Infantibus quoq; utiliſſimũ
Item ſedis uitiis & articularis morbis cum melle & fico. Contra uenena etiam efficax po
tu. Medetur & ſuſpirioſis. Item fiſtulis cum axungia ueteri ne intus addatur. Orminũ
ſemine (ut diximus) cymino ſimile ẽ: cætero porro dodrantali altitudine. Duorũ gene
rum alteri ſemen nigrius & oblongum. Hoc ad uenerem ſtimulandam & ad oculorum
argema & albugines. Alteri candidius ſemen & rotundius. Vtroq; tuſo extrahunt acu
lei ex corpore per ſe illitum ex aqua. Folia ex aceto impoſita panos per ſe uel cum melle
diſcutiunt. Item furunculos: prius q̃ capita faciant:omneſq; acrimonias. Quin & ipſæ
frugum peſtes in aliquo ſunt uſu. Infœlix dictum eſt a Virgilio lolium. Hoc tamẽ mol
litum ex aceto coctum impoſitumq; ſanat impetigines :celerius quo ſæpius mutatum
eſt. Medetur & podagris:aliiſq; doloribus cum oximellite. Curatio hæc a cæteris differt
Aceti ſextario uno dilui:mellis uncias duas iuſtum eſt:Ita temperatis ſextariis tribus de
cocta farina lolii ſextariis duobus uſq; ad craſſitudinem: calidumq; ipſum imponi do
lentibus membris. Eadem farina extrahit oſſa fracta. Miliaria appellatur herba quæ ne
cat milium. Hæc trita & cornu cum uino infuſa podagras iumentorum dicitur ſana
re. Bromos ſemen eſt ſpicam ferenti herbæ:naſcitur inter uitia ſegetis auenæ græce ge
nere:& folio & ſtipula triticum imitatur. In cacuminibus dependentes paruulas uelut
lobas habet. Semen utile ad cataplaſmata atq; hordeum & ſimilia. Prodeſt tuſſientibus
ſuccus. Orobanchem appellauimus necãtem eruum & legumina. Alii cynomorion eã
appellant a ſimilitudine canini genitalis:cuius cauliculus eſt ſine foliis pinguis: rubẽs
Eſtur & per ſe & in patinis cum tenera eſt decocta. Et leguminibus innaſcuntur beſtio
læ uenenatæ:quæ manus pungunt:& periculum uitæ afferunt. Solifugarum generis
Aduerſus has omnia eadem medentur:quæ contra araneos & phalangia demonſtrantũ
Et frugum quidem hæc ſunt in uſu medico. Ex iiſdem fiunt & potus:zythum ĩ ægip
to:celia & cærea in hiſpania:ceruiſia & plura genera in gallea:aliiſq; prouintiis :quorũ
omniũ ſpuma cutem fœminarum in facie nutrit. Nam quod ad potum ipſum attinet
præſtat ad uini tranſire mentionem : atque a uite ordiri medicinas arborum.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER VICESIMVS TERTIVS.

¶ PROHEMIVM.

PER ACTA CAEREALIVM IN MEDENDO quoque
natura eſt:omniumque quæ ciborum aut florum odorum
que gratia proueniunt ſupina tellure:non ceſſit his pomo
na:parteſque medicas pendentibus quoque dedit:non con
tenta protegere:arborumque alere umbra quæ diximus:im
mo uelut indignata plus auxilii ineſſe iis : quæ longius a
cælo abſſente: Quæque poſtea cœpiſſent. Primum
enim. Homini cibum fuiſſe inde:& ſic inductos cælum
ſpectare: Paciſque & nunc ex ſe. Poſſe ſine frugibus.

Ergo hercule artes in primis dedit uitibus: non contenta delitias etiam & odores ãtque
unguenta omphacio & oenanthe ac maſſari: quæ ſuis locis diximus nobiliter iſtruxiſſe
Plurimum inquit homini uoluptatis ex me eſt. Ego ſuccum uini: liquorem olei gigno
Ego palmas & poma totq; uarietates. Neq; ut tellus omnia per labores: aranda tauris: te
renda aeris: deinde ſaxis: ut quando quanto ue opere cibi fiant. At ex me parata omnia
nec curuo adoranda aratro: nec cura laboranda: ſed ſeſe porrigentia ultro: & ſi pigeat at
tingere etiam cadentia. Certauit ipſa ſecum: pluſq; utilitatis cauſa genuit etiã q̃ uolup
tatis. Folio uitium & pampino capitis dolores: inflãmationeſq; corporum mitigant cuȝ
polenta. Folia per ſe ardores ſtomachi ex aqua frigida. Cum farina uero hordei articula
rios morbos. Pampini triti & impoſiti tumorem omnem ſiccant. Succus eorum dyſente
ricis infuſus medetur. Lachryma uitium quæ ueluti gũmi eſt: lepras & lichenas & pſo-
ras nitro ante præparatas ſanat. Eadem cum oleo ſæpius pilis illitis pſilothri effectũ ha-
bet maximeq; aqua quam uirides ancíſæ uites exudant: qua & uerrucæ tolluntur. Pã-
pini ſanguinem excreantibus: & mulierum a conceptu defectioni diluti potu proſunt.
Cortex uitium & folia arida uulnerum ſanguinem ſiſtunt: ipſumq; uulnus conglut-
nant. Vitis albæ uiridis tuſæ ſucco & thure impetigines tolluntur. Cinis ſarmentorum
uitiũmq; & uinaceorum condylomatis & ſedis uitiis medetur ex aceto. Itẽ luxatis: & am
buſtis: & lyenis tumori cum roſaceo & ruta & aceto. Item igni ſacro ex uino citra oleuȝ
aſpergitur: & intertrigines & pilos abſumit. Dant & bibendum cinerem ſarmentorum
ad lyenis remedia aceto conſperſum: ita ut uini cyathi in tepida aqua bibantur: utq; q̃
biberit in lyene iaceat. Clauiculæ ipſæ quibus repunt uires tritæ & ex aqua potæ ſiſtũt
uomitionum conſuetudinem. Cinis uitium cum axungia uetere contra tumores pro-
ficit: fiſtulas purgat: mox & perſanat: neruorum dolores frigore ortos: contractioneſque
contuſas uero partes cum oleo. Corticis per ſe cinis combuſtus pilos reddit. Omphaciũ
qua fieret ratione incipientis uuæ pubertate in unguentorum loco docuimus. Nũc ad
medicinam de eo pertinentia indicabimus. Sanat ea quæ in humido ſunt ulcera oris: tõ
ſillarum: genitalium. Oculorum claritati plurimum confert. Scabritiæ genarum: ulce-
ribuſq; angulorum: nubeculis: ulceribus quacunq; in parte manantibus. Cicatricibus
marcidis. Oſſibus purulente limoſis. Frangitur uehemẽtia eius melle aut paſſo. Prodeſt
dyſentericis: ſanguinem excreantibus: anginis. Omphacio coheret oenanthe: quam ui-
tes ſilueſtres ferunt: dicta a nobis in unguenti ratione. Laudatiſſima i ſyria: maxime cir-
ca anthiochiæ & laodiceæ montes: & ex alba uite refrigerat: aſtringit uulneribus inſper
gitur: ſtomacho illinitur: utilis urinæ: iocineri. Capitis doloribus: dyſentericis: cæliacis:
cholericis. Contra faſtidia obolo ex aceto pota. Siccat manantes capitis eruptiones: effi-
caciſſima ad uitia quæ ſunt in humidis. Ideoq; & oris ulceribus: & urendis ac ſedi. Cum
melle & croco aluum ſiſtit. Genarum ſcabiem emendat: oculorumq; lachrymationes.
Ex uino ſtomachi diſſolutionẽ. Ex aqua frigida pota ſanguinis excreationes. Cinis eius
ad collyria & adulcera purganda & paronychia: & pterygia probatur. Vritur in furno:
donec panis percoquatur. Maſſaris odoribus tantum gignitur omnia quæ auiditas hu
mani ingenii nobilitauit rapere feſtinando.

¶ De medicinis uuarum recentium: & ſarmentis uuarum: & uinaceis: &
de uua theriace: & de uua paſſa: & aſtaphide: & aſtaphiſagria: pituitaria: & labruſca: &
de uite alba & nigra: & de muſtis: & uini generibus. Ca. .I.

Mატureſcentiũ aũt uuæ uehemẽtiores nigræ: ideoque uinum ex iis minus iu-
cundum: ſuauiores albæ: quoniam e tranſlucido facilius accipitur aer. Recen
tes ſtomachum & ſpiritum inflant: aluumque turbant. Itaque in febri damna
tur utiq; largiores. Grauedinẽ enim capiti: morbũq; lethargicum faciunt. Innocẽtiores

quæ decerptæ diu pependere : qua uentillatione etiam utiles fiunt ſtomacho ægriſq;.
Nam & refrigerant leniter:& faſtidium auferunt. Quæ aũt in uino dulci cõdite fuere
caput tentant . Proximæ ſunt penſilibus in palea ſeruatæ . Nam & uinaceis ſeruatæ
& caput & ueſicam & ſtomachum infeſtant. Siſtunt tamen aluum: ſanguinem excreã
tibus utiliſſimæ. Quæ uero in muſto fuere peiorem uim etiamnum habent:q̃ quæ in
uinaceis. Sapa quoq; ſtomacho inutiles facit. Saluberimas putant medici ĩ cæleſti aqua
ſeruata:etiam ſi minime iucundas:ſed uoluntatem earum in ſtomachi ardore ſentient
& in amaritudine iecoris felliſq; uomitione. In choleris hydropicis cum ardore febrium
ægrotantibus. At in ollis ſeruatæ & hoc & ſtomachum & auiditatem excitant. Paulo ta
men grauiores exſtimantur fieri uinaceorum halitu. Vuæ florem in cibis ſi edere:gallia
nacei uuas non atingunt. Sarmenta earum in quibus acini fuere aſtrigendi uim opti
nent. Efficatiora ex ollis. Nuclei acinorum eandem uim optinent . Hi ſunt qui in uino
capitis dolorem faciunt. Toſti tritiq; ſtomacho utiles ſunt. Inſpergit̃ farina eorum po
lentæ modo potionis dyſentericis:& cæliacis:& diſſolutis ſtomacho. Decocto etiam eorũ
fouere pſoras:& pruritum utiles. Decoctura eorum ueteres dyſentericos & cæliacos iu
uat & potione & foetu. Vua theriace de qua ſuo loco diximus:contra ſerpentium ictus
ualet. Pampinos quoq; eius edendos cenſent :imponendoſq; :uinumq; & acetum ex iis
factum auxiliarem contra eandem uim habet. Vua paſſa quam aſtaphida uocant: ſto
machum uentrem interanea tentaret:niſi pro remedio in ipſis acinis nuclei eſſent . Iis
exempris ueſicæ utilis habetur:& tuſſi alba utilior. Vtilis & arteriæ & renibus: ſicut ex
iis paſſum priuatim e ſerpentibus. Contra hemorrhoiam potens. Teſtium ĩflammatiõi
cum farina cumini aut coriandri imponuntur. Item carbunculis:articularibus morbis
ſine nucleis tritæ cum ruta fouere ante uino ulcera oportet. Sanant epinyctidas & dyſẽ
teriam cum ſuis nucleis:& in oleo coctæ grangrenis illinuntur cum cortice raphani &
melle. Podagris & unguium mobilibus cum panace:& per ſe ad purgandum os caput
que cum pipere commanducantur . Aſtaphiſagria ſiue aſtaphis quam uuam taminiã
aliqui uocant falſo:ſuum enim genus habet:cauliculis nigris rectis foliis labruſcæ:fert
foliculos uerius q̃ acinos uirides ſimiles ciceri. In iis nucleum triangulum . Matureſcit
cum uindemia nigreſcitq; cum taminiæ rubentes norimus acinos : ſciamuſq; illam in
apricis naſci:hanc nõ niſi in opacis. His nucleis ad purgationem uti non cenſuerim p
pter ancipitem ſtrangulationem:nec ad pituitam oris ſiccandam : fauces enim ledũt
Phthriaſi caput & reliquum corpus liberant triti. Facilius admixta ſandaraca. Item pru
ritu & pſoris . Ad dentium dolores decoquuntur in aceto. Ad aurium uitia rheuma
tiſmum:cicatricum:ulcerum manantia. Flos tritus in uino contra ſerpentes bibitur. Se
men enim abdicauerim propter nimiam uim ardoris. Quidam eam pituitariam uocãt:
& plagis ſerpentium utiq; illinunt. Labruſca quoq; oenanthem fert ſatis dictam : quæ
a græcis ampeloſagria appellatur:ſpiſſis & candicantibus foliis geniculata rimoſo cor
tice. Fert uuas rubentes cocci modo:quæ cutem in facie mulierũ purgant:&:uariis co
xendicum & lumborum uitiis tuſæ cum foliis & ſucco pſunt. Radix decocta ĩ aqua
& in uini coi cyathis duobus humorem alui cient:ideo hydropicis datur. Hanc potius
crediderim:eſſe:quam uulgus uuam taminiam uocat: Vtuntur ea pro amuleto. & ad
expiationem ſanguinis quoq; adhibent non ultra gargarizationes:& ne quid deuoret
addito ſale thymo aceto mulſo. Iidem & purgationibus ancipitem tentant. Eſt huic ſi
milis ſed in ſalictis naſcens:ideo diſtinguitur nomine:cum eodem uſus habeat:& ſalica
ſtrum uocatur. Scabiem & pruriginem hominum & quadrupedum aceto mulſo trita
hæc efficatius tollit. Vitis alba quam græci ampeloleucen:alii ſtaphylen:alii melptron:
alii pſilothrum:alii arceſoſtin:alii cedroſin:alii madon appellant. Huius ſarmẽta longis
& exilibus ĩternodiis geniculata ſcãdũt. Folia pãpinoſa ad magnitudinẽ edere diuidũt
ut uitiũ. Radix alba grãdis: raphão ſimilis ĩitio:ex ea caules aſparagi ſimilitudine exeũt,

Hi decocti in cibo aluum & urinam cient. Folia & caules exulcerant corpus: utiq; ulce-
rum phagedenis & grangrenis tibiarũq; tedio cum ſale illinuntur. Semen in uua ra-
ris acinis dependent ſucco rubente poſtea croci. Nouere id qui coria perficiunt: illo enĩ
utuntur. Pſoris & lepris illinitur. Lactis abundantiam facit coctum cum tritico potũq;
Radix numeroſis utilitatibus nobilis: contra ſerpentium ictus trita drachmis duabus
bibitur. Vitia cutis in facie uaroſq; & lentigines & ſugillata emẽdat & cicatrices. Eadẽq;
præſtat decocta in oleo decocto: datur & in comitialibus potus. Item mente cõmotis: &
uertigine laborantibus drachmæ pondere quottidie anno toto. Et ipſa autem largior ali
quanto purgat ſenſus. Illa uis præclara ꝙ oſſa fracta extrahit ĩ aqua impoſita bryenia:
quare quidam hanc albam bryeniam uocant. Alia uero nigra efficacior in eodem uſu
cum melle & thure. Suppurationes incipientes diſcutit: ueteres maturat & purgat. Cit
menſes & urinam. Eligma ex ea fit ſuſpirioſis & contra lateris dolores uulſis ruptis. Sple
nem ternis obolis pota .xxx. diebus conſumit. Illinitur eadem cum fico & pterygiis digy
torum. Ex ũino ſecundas fœminarum appoſita trahit & pituitam drachma pota ĩ aqua
mulſa. Succus radicis colligi debet ante maturitatem ſeminis. Qui illitus per ſe & cum
eruo lætiore quodam colore & cutis teneritate mangonizat corpora. Serpentes fugat.
Tunditur ipſa radix cum pingui ſico: erugatq; corpus: ſi ſtatim bina ſtadia ambulent̃
alias urit: niſi frigida ſtatim abluatur. Iucundius hoc idem præſtat nigra uitis: quoniã
alba pruritum affert. Eſt ergo & nigra quam proprie etiam bryeniam uocant: alii chiro
niam: alii gynæcanthen aut aproniam: ſimilem priori: præterq̃ colore. Huius ſemen ni-
grum eſſe diximus: aſparago ſimile. Diocles prætulit ueris aſparagis in cibo urinæ cien
de: lyeniq; minuendo. In frutetis & harundinetis maxime naſcitur. Radix foris nigra: in
tus buxeo colore: oſſa infracta efficacius extrahit q̃ ſupradicta. Cæterum eidem peculia
re eſt quod iumentorum ceruicibus unice medetur. Aiunt ſi quis in uilla eam extruxe
rit: fugere accipitres: tutaſq; fieri aues uillaticas. Aliter eadem in iumento homineq; fleg
ma aut ſanguinem qui ſcreatur: talo circunligata ſanat. Et hactenus de uitium generi-
bus. Muſta differentias habent naturales has: ꝙ ſunt candida aut nigra: aut ĩter utrũq;
alia ex aliis: ex quibus uinum fiat: alia ex quibus paſſum: curaq; differentias innumera-
biles facit. In plenum ergo hoc dixiſſe conueniet. Muſtum omne ſtomacho inutile: ue-
nis iucundum. A balneis raptim & ſine interſpiratione potum necat: cantharidum na
turæ aduerſatur. Item ſerpentibus maximæ hermorrhoiæ & ſalamandræ. Capitis dolo-
res facit: & gutturi inutile. Prodeſt renibus: iocineri: & interaneis ueſicæ: colleuat enim
ea. Priuatim contra bupreſtim ualet. Contra meconium. lactis coagulationem. Cicutã
toxica: dorycnidium ex oleo potum redditumq; uomitionibus. Ad omnia infirmius al-
bum: iucundius paſſi muſtum: & ꝙ minorem capitis dolorem afferat. Vini genera diffe
rentiaſq; perq̃ multas expoſuimus: & fere cuiuſq; proprietates. Neq; eſt ulla pars diffici-
lior tractatu: aut numeroſior. Quippe cum ſit tardum dictu pluribus proſit an noce-
at. Præterea q̃ ancipiti euentu potu ſtatim auxilium ſit an uenenum. Etenim de eius
natura quæ ad remedia tantum pertinent nunc loquimur. Vnum de dando eo uolu-
men Aſclepiades condidit: ab eo cognominatum: qui uero poſtea de uolumine illo diſ
ſeruere innumeri. Nos iſta romana grauitate artiumq; liberalium appetentia nõ ut me
dici: ſed ut iudices ſalutis humanæ diligenter diſtinguemus. De generibus ſingulis diſ
ſerere imenſum & inexplicabile eſt diſcordibus medicorũ ſententiis. Surrentinum uete
res maxime probauere. Sequens ætas albanum aut falernum. Deinde alia alii iniquiſſi
mo genere decreti: quod cuiq; gratiſſimum cæteris omnibus pronuntiando. Quin ut
conſtarent ſententiæ: quota portio tamen mortalium iis generibus poſſet uti. Iam uero
nec proceres uſq̃ ſinceris. Eo uenere mores ut nomina cellarum modo ueneant: ſtatimq; ĩ
lacubus uindemiæ adulterent̃. Ergo hercle mirum dictu inocentius iam eſt quodcunq;
& ignobilius. Hæc tamen facere cõſtantiſſime uidẽt̃ ſentẽtiæ uictoriã: quorum mẽtiõe fe-

cimus:ſi quis hoc quoq; diſcrimen exigat. Falernum nec in nouitate:nec nimia uetu-
ſtate corpori ſalubre eſt. Media eius ætas a quintodecimo anno incipit. Hoc non rigido
potu ſtomacho utile:non item in calido. Et in diutina tuſſi ſorbetur merum utiliter a
ieiuno:item in quartanis. Nullo æque uenæ excitantur:aluum ſiſtit:corpus alit. Creditũ
eſt obſcuritatem uiſus facere:nec prodeſſe neruis aut ueſicæ. Albana neruis utiliora. Sto
macho minus quæ ſunt dulcia uel auſtera. Falerna utiliora. Concoctionem minus ad-
iuuant. Stomachum modice implent. At ſurrentina nullo modo:nec caput tentant. ſto
machi & inteſtinorum rheumatiſmos cohibent. Cecubum iam non gignitur. At quæ
ſuperſunt ſetina cibos concoqui cogunt. Virium plus ſurrentino:auſteritatis albano:
uehementiæ minus falerno. Ab iis ſtatana non longo interuallo abfuerunt. Aluo citæ
ſigniuum maxime conducere indubitatum eſt. Reliqua in commune dicentur. Vino
aluntur uires ſanguis coloſq; hominum. Hoc quoq; diſtant orbis medius & mitior pla
ga a circuniectis:quantum illis feritas facit roboris:tantum nobis hic ſuccus. Lactis po
tus oſſa alit:frugum neruos:aquæ carnes. Ideo minus ruboris eſt in corporibus illis &
minus roboris:contraq; labores patientiæ. Vino modico nerui iuuantur:copioſiore læ-
duntur:ſic & oculi. Stomachus recreatur. Appetentia ciborum inuitat. Triſtitiæ cura
hebetatur. Vrina & langor expellitur. Somnus conciliatur. Præterea uomitionem ſiſtit.
Collectiones extra lanis humidis impoſitis mitigat. Aſclepiades utilitatem uini æquari
uix deorum potentia poſſe pronuntiauit. Vetus copioſiore aqua miſcet. Magis nouũ
urinam expellit:minus ſiti reſiſtit. Dulce minus inebriat:ſed ſtomacho innatat. Auſte-
rum facilius concoquitur. Leuiſſimum eſt quod celerrime inueteratur. Minus infeſtat
neruos quod uetuſtate dulceſcit. Stomacho minus utile eſt pingue nigrum:ſed corpo
ra magis alit:tenue & auſterum minus alit:magis ſtomachum nutrit. Celerius per uri-
nam tranſit:tantoq; magis capita tentat. Hoc & in omni alio ſucco ſemel dictum ſit. Vi
num ſi ſit fumo inueteratum inſaluberimum eſt. Mangones iſta in apotecis excogita
uere. Iam & patreſfamilias ætate ademere iis:quæ per ſe cariem traxere. Quo certe uoca-
bulo ſatis conſilii debere priſci:quoniam & in materiis cariem fumus erodit. At nos e di
uerſo fumi amaritudine uetuſtatem indui perſuaſum habemus. Quæ ſunt admodũ
exalbida hæc uetuſtate inſalubria fiunt: Quo generoſius uinum eſt:hoc magis uetu-
ſtate craſſeſcit:& in amaritudinem corpori minime utilem coit. Condire eo aliud mini
annoſum inſalubre eſt. Sua cuiq; uino ſaliua innocentiſſima. Sua cuiq; ætas gratiſſima
hoc eſt media. Corpus augere uolentibus:aut mollire aluum conducit inter cibos bibe
re. Contra minuentibus:aluumq; cohibentibus ſitire in edendo: poſtea parum bibere.
Vinum ieiunos bibere nouitio inuento:inutiliſſimum eſt. Curas uigoremq; animi im
pedit ad procinthum tendẽtibus. Somno ueto acomodatum ac ſecuritatibus. Iamq;
dudum hoc fuit:quod homerica illa Helena ante cibum miniſtrauit. Sic quoq; in pro-
uerbium ceſſit: ſapiẽtiam uino obumbrari. Vinoſos dicimus homines:qui ſoli animali
um non ſentientes bibimus. Aquæ potum interponere utiliſſimum. Itemq; iugi ſuper
bibere ebrietati:quam quidem frigidæ potus exemplo diſcutit. Meracis potionibus per
uiginti dies ante canis ortum totidemq; poſtea ſuadet. Heſiodus uti. Merum qui de re-
medio eſt contra cicutas:coriandrum:aconita:uiſcum:meconium:argentum uiuum:
apes:ueſpas: crabrones: phalangia:ſerpentum ſcorpionumque ictus. contraque om
nia quæ refrigerando nocent. Priuatim contra hemorrhoidas:preſteras: fungos: Item
contra inflammationes roſioneſq; præcordiorum: & quorum ſtomachus in uomitiões
effunduntur. Et ſi uenter aut interanea rheumatiſmũ ſentiant. Dyſentericis:ſudatori-
bus:in longa tuſſi:in epiphoris meracum. At uero cardiacis in mamma leua merum i
ſpongia imponi prodeſt. Ad omnia autem maxime album inueteraſcens. Vtiliter etiam
fouetur uino calido uirilitas iumentis: quo etiam infuſo cornu laſſitudinem auferri
aiunt. Simias quadrupedeſq; quibus digyti ſunt:negant creſcere aſſuetas meri potu.

Nunc circa ægrittudines ſermo de uinis erit. Saluberrimum liberaliter genitis campa-
niæ quodcunq; tenuiſſimum. Vulgo uero quod queq; maxime iuuerit ualidum. Vti
liſſimũ omnibus ſacco uiribus fractis. Meminerimus ſaccum eſſe qui feruendo uires e
muſto ſibi fecerit. Miſceri plura genera omnibus inutile. Saluberrimũ cui nihil in mu
ſto additum eſt: meliũſq; ſi in uaſis pix affuit. Marmore enim & gypſo aut calce condi-
ta quis non etiam ualidus expauerit? In primis igitur uinum marina aqua factum in
utile eſt ſtomacho: neruis ueſicæ. Reſina condita frigis ſtomachis utilia eſſe exiſtimat̃.
Non expedire uomitionibus: ſicut neq; muſtum: neq; ſapa: neq; paſſum. Nouitium reſi
natum nulli conducit. Capitis dolorem & uertigines facit: ab hoc dicta crapula eſt.
Tuſſientibus & in rheuatiſmo nominata proſunt. Item cæliacis & dyſentericis mulieꝝ
menſibus. In hoc genere rubrum nigrũ ue magis conſtringit: magiſq; calefacit. Innocẽ
tius pice ſola conditum. Sed & picem meminiſſe debemus non aliud eſſe q̃ combuſtæ
reſinæ fluxum. Hoc genus uini calefacit: concoquit: purgat: pectori: uentri utile. Item
uuluarum dolori ſi ſine febre ſit: ueteri rheumatiſmo: exulcerationi: ruptis: conuulſis:
neruorum infirmitati: inflationibus: tuſſi: anhelationibus: luxatis in ſuccida lana im-
poſitum. Ad omnia hæc utilius id quod ſponte naturæ ſuæ picem recipit: picatumq;
appellatur. Heleniatro quoq; tamen nimio caput tentari conueniet. Quod ad febrium
ualitudines attinet: certum eſt non dandum in febre: niſi ueteribus ægris uinum: nec
niſi declinante morbo. In acutis uero periculis nullis niſi qui manifeſtas remiſſiões ha
beãt: & has noctu potius. Dimidia enim pars periculi eſt noctu: hoc eſt ſpe ſomni bibẽ
tibus: nec a partu abortu ue: nec a libidine ægrotantibus: nec in capitis doloribus: nec
quorum acceſſiones cum frigore extremitatum fiant: nec in febri tuſſientibus: nec in
tremore neruorumq; doloribus: uel faucium: aut ſi uis morbi circa illa intelligatur: nec
in duritia præcordioꝝ: uenarum uehementia: neq; in opiſtothonio: tetano: & ſingultiẽ
tibus: nec ſi cum febre dyſponoea ſit. Minime uero oculis rigentibus: & genis ſtantibus
aut defectis grauibuſq;: nec quoꝝ cõniuentium plucebunt oculi: neu palpebris non
coeuntibus. Vel ſi dormientibus hoc idẽ eueniet. Aut ſi cruore ſuffundunt̃ oculi: uel
ſi lachrymæ in oculis erunt. Minime lingua fungoſa: nec graui: & ſubinde impfecta lo
quentibus: nec ſi urina difficile reddet̃. Neq; expaueſcentibus repẽte. Nec ſpaticis: aut
rurſus torpẽtibus: nec ſi ꝑ ſomnos genitura effundet̃. Cardiacoꝝ morbo unicã ſpẽ hãc
in uino eſſe certũ ẽ. Sed id dandũ quidã nõ niſi in acceſſione cenſent: alii in remiſſione
Illi ut ſudorẽ coerceant. Hi qa tutius putãt minuẽte ſe morbo: q̃ plurium ſententiã eſſe
uideo. Dari utiq; nõ niſi in cibo debet: nec a ſomno: nec p̃cedente alio potu: hoc ẽ utiq;
ſitienti: nec niſi in deſperatione ſumma. & uiro facilius q̃ fœminæ: ſeni q̃ iuueni q̃ pue
ro: hyeme q̃ æſtate: aſſuetibus potius q̃ exptibus. Modus dãdi ꝓ uehementia uini: item
mixtura. Atq; uulgo ſatis putant unũ uini cyathũ duobus aquæ miſceri. Si diſſolutio
ſit ſtomachi dandũ: & ſi cibus nõ deſcẽdat. Inter uini genera quæ fingi docuimus: nec
fieri iã arbitror. Eſt & ſupuacaneus eoꝝ uſus cũ ipſis rebus ex qbus fingitur doceamus
uti: & alias modũ exceſſerat medicoꝝ in his oſtẽtatio: ueluti ĩ apiis uinũ utile eſſe ab ar
moꝝ eqtatus ue laſſitudine p̃cipientiũ: atq; ut reliqua omittamus: etiã in iunipo. Et ſi
qs ſacius cẽſeat abſinthite uino utendũ potius q̃ abſinthio ipſo. In reliqs omittat̃. Et pal
meũ capiti noxiũ uentriq; tantũ molliendo & ſanguinẽ excreãtibus nõ utile. Fictitiũ
nõ poteſt uideri: qđ bion appellauimus: cũ ſit in eo ſola ꝓ arte feſtinatio. Prodeſt ſtoma
cho diſſoluto: aut cibos nõ pficiente: prægnãtibus: defectis: paralyticis: tremulis: uertigi
ni: torminibus: iſchiadicis. In peſtilẽtia quoq; ac peregrinationibus uim magnã auxiliã
di habere dicit̃. Vini etiã uitiũ tranſit in remedia. Aceto ſũma uis ẽ in refrigerando: non
tamen minor in diſcutiẽdo. Ita fit ut infuſo terræ ſpumet Dictũ ẽ ſæpius dicet̃q; quo-
tiẽs cũ aliis ꝓſit. Per ſe hauſtũ faſtidia diſcutit. Singultus cohibet. Sternutamẽta olfactu
Vim i balneis æſtus arcet cõtineat̃ ore. Quin & cũ aq̃ bibit̃. Multoꝝ ſtomacho utiliter

gargarizat̃.Cũ eadẽ conualeſcentiũ & a ſolis ardoribus.Oculis quoq; illo mõ ſaluberri
mũ.Plurimũ fotu medet̃ poſt uredines.Itẽ lepris:furfuribus:ulceribus manantibus ca
nis morſibus:ſcorpionumq; ictibus:ſcolopendrarum muris araneiq;.Contra omnium
aculeatorum uenena & pruritus. Item contra multipedum morſum.Calidum in ſpon
gia appoſitum : aut adiecto ſulphuri ſextante ſextariis tribus aceti aut hyſopi faſciculo
medetur ſedis uitiis.In ſanguinis fluxione poſt exciſos calculos & omnes alias roſiones
foris in ſpongias impoſitum:intus potum cyathis binis q̃acerrime.Conglobatũ utiq;
ſanguinẽ diſcutit.Contra lichenas & bibitur & imponit̃ . Siſtit aluos:& rheumatiſmos
interaneorum infuſum.Item procidentia ſedis uuluæq;.Tuſſim ueterem inhibet:& gut
turis rheumatiſmos.Orthopnoeam dentium labefationem.Veſicæ nocet:neruorum in
firmitatibus.Neſciere medici quantum contra aſpidas polleret.Nuper ab aſpide calcata
percuſſus utrem aceti ferens:quotiens depoſuiſſet ſentiebat ictum:alias illeſo ſimilis.In
tellectum ibi remedium eſt.potuq; ſuccurſum.Neq; altero os tollunt uenena exeuntes
In totum uomitrix uis hæc non ciborum modo eſt:uerum & rerum plurimarum. Sa
xa rumpit infuſum.quæ non ruperit ignis antecedens . Cibos quidem & ſapores non
alius magis ſuccus cõmendat aut excitat.In quo uſu mitigatur toſto pane aut uino.
Vel accenditur pipere ac laſere utiq; ſale compeſcitur . Nõ eſt prætereundum ex eo ex
emplum ingens.Siquidem.M.Agrippa ſupremis ſuis annis conflictatus graui morbo
pedum cum dolorem eum perpeti nequiret:unius medicorum portẽtoſa ſcientia igno
rante.Diuo Auguſto tanti putauit uſu pedum ſenſuq; omni carere:dũmodo & dolore
illo careret:demerſiſ in acetum calidum cruribus in accerimo impetu morbi euaſit.

De aceto ſcyllino: & oxymelle:& ſapa & faece uini:aceti & ſapæ. Ca II.

ACetum ſcyllinum inueteratum magis probatur. Prodeſtq; ſuper ea q̃ũæ dixi
mus:aceſcentibus cibis:Guſtatum enim diſcutit pœnam eam:& iis qui ieiuni
uomũt. Callum enim faucium facit:ac ſtomachi:odorem oris tollit:gingiuas
adſtringit:dentes firmat·colorem melio em præſtat.Tarditatem quoq; aurium gargari
zatione purgat:& tranſitum auditus aperit.Oculorum aciem obiter exacuit:comitiali
bus:melancholicis:uertiginoſis:uuluarũ ſtrangulationibus:percuſſis:aut præcipita
tis.Et ob id ſanguine conglobato.Neruis infirmis:renum uitiis perq̃ utile.Cauendum
exulceratis.Oxymel antiqui (ut Dieuces tradit) hoc modo temperabant.Mellius hemi
nas.x.aceti ueteris heminas quinq;:ſalis marini pondo:thymbræ quadrãtem:aquæ ma
rinæ ſextarios.v.pariter coquebant decies deferueſcente cortina:atq; difundebant:inue
terabantq;.Suſtulit totum id Aſclepiades:coarguitq;.Nam etiam in febribus dabant.
Profuiſſe tamen fatentur contra ſerpentes:quos ſepas uocant:& contra meconium: ac
uiſum & anginas calidum:gargarizatum:& auribus: & oris gutturiſq; deſideriis : quæ
nũc omnia oxyhalme cõtingũt:id ſale & aceto recẽte efficacius ẽ . Vino cognata res ſapa
ẽ muſto decocto:donec tertia pars ſuperſit.Ex albo hoc melius.Vſus cõtra cantharidas
bupreſtin.pinorum erucas:quas pityocampas uocant:ſalamandras: & contra morden
tia uenenatas.Secundas partuſq; mortuos trahit cum bulbis potum. Fabianus auctor
eſt:uenenum eſſe ſiquis ieinnis a balneis id bibat. Conſequens horum eſt fæx uini: ſui
cuiuſq; generis.Ergo uini fæci tanta uis eſt:ut deſcendẽtes in cupas enecet.Experimẽ
tum dimiſſa præbet lucerna q̃diu extinguatur deſcenſionis periculum denũtians:Illo
ta miſcetur medicamentis.Cum iridis uero pari pondere eruptionibus pituitæ illinitur
Et ſicca uel madida contra phalangias:& teſtium:mammarumq; inflammationes : uel
inquacunq; parte corporis.Item cum hordeacea farina & thuris polline in uino deco
cta crematur:& ſiccatur.Indeq; experimentum ẽ legitimæ coctæ:ut refrigerata linguã
tactu uideatur ureae.Celerime exanimat̃ nõ incluſo condita.Crematio ei multũ uiriũ
adiicit.Vtiliſſima ẽ ad compeſcendas lichenas:furfureſq; cũ fico decocta:Sic & lepris &

ulceribus manātibus īponit̃. Fūgoꝝ naturæ cōtraria ē: pota: ſed magis cruda. Oculoꝝ medicamētis cocta & lota miſcet̃. Medet̃ illita & teſtibus & genitalibus. In uino aūt aduerſus ſtrangurias bibitur. Cū expirauerit quoq; lauādis corporibus & ueſtibus utilis: tuncq; uſum acaciæ habet. Fex aceti pro materia acrior ſit neceſſe ē: multoq; magis exulceret. Reſiſtit ſuppurationum incrementis: ſtomachum: interanea: uentrem illita adiuuat. Siſtit earum partium rheumatiſmos: & mulierum menſes. Panos diſcutit nondū exulceratos: & anginas. Sacros ignes cum cærā. Māmas lactis ſui impatientes eadem extinguit. Vngues ſcabros aufert. E ſerpentibus contra ceraſtas ualidiſſima cum polenta. Cum melanthio autem contra crocodili morſus: & canis. Et hæc cremata ampliat uires. Tunc addito lentiſcino oleo illita una nocte ruffat capillum. Eadem ex aqua in linteolo appoſita: uuluas purgat. Sapæ fæce ambuſta ſanantur. Melius addita lanugine arundinis. Eadem quoq; fæce decocta potaq; tuſſes ueteres. Decoquitur in patinis cū ſale & adipe: ad tumorem quoq; maxillaꝝ & ceruicum.

De oleis & foliis oleæ: & flore & cinere: & de oliua alpa & nigra: & de amurca. Ca. III.

Olearum proxima auctoritas intelligitur. Folia earum uehementiſſime aſtringunt: purgant: ſiſtunt. Itaq; manducata impoſita ulceribus medentur: & capitis doloribus illita cum oleo. Decoctum eoꝝ cum melle iis quæ medici uſſerit. Gingiuaꝝ inflāmationibus: paronychiis ſordidiſq; ulceribus excreſcentibus. Cum melle profluuium ſanguinoſis e neruoſis partibus cohibet. Succus eoꝝ carbunculantibus excreſcentibus circa oculos ulceribus: & puſtulis: procidētiq; pupillæ efficax: quapropter in collyria additur. Nam & ueteres lachrymationes ſanat: & genaꝝ eroſiones. Exprimit̃ autem ſuccus tuſis: affuſo uino ex aqua cæleſti. Siccatuſq; in paſtillos digerit̃. Siſtit mēſes i lana admotus uuluæ. Vtilis & ſaniem emanātibus. Itē condylomatis: ignibus ſacris quæq; ſerpunt ulcera: epinyctidi. Eoſdem & flos eaꝝ habet effectus. Vrunt̃ & caulculi floreſcentes ut ſpodii uicem cinis præſtet. Vinoq; infuſo iterū uritur. Suppurationes & panos illinunt cinere eo uel foliis tuſis cum melle. Oculos uero cum polēta. Succus fruticis recentis accenſi diſtillans ſanat lichenas: furfures: manātia ulcera. Nam lachrymā quæ ex arbore ipſa diſtillat æthiopicæ maxime oleæ: mirari ſatis nō eſt. Reperti ſunt q dentium dolores illimendos cenſerent: cōtra uenenū eſſe prædicantes: atq; etiam in oleaſtro quærendam. E radice oleæ ꝙ tenerrime cortex deraſus: in melle crebro guſtatu medet̃ ſanguinē reiicientibus: & ſuppurata tuſſientibus. Ipſius oleæ cinis cū axungia tumores ſanat: extrahitq; fiſtulis uitia: & ipſas ſanat. Oliuæ albæ ſtomacho utiliores: uentri minus. Præclaꝝ habent anteꝙ condiant̃ uſum: recentes per ſe cibi modo deuoratæ. Medent̃ enim harenoſæ urinæ: item dentibus: aut attritis: aut cōuulſis. Nigra oliua ſtomacho inutilior: uentri facilior: capiti & oculis nō conuenit. Vtraq; ambuſtis prodeſt trita & illita. Sed nigra cōmanducantur: & protinus ex ore impoſita puſtulas gigni prohiber. Colymbades ſordida ulcera purgāt. Inutiles difficultatibus urinæ. De amurca poteramus uideri ſatis dixiſſe Catonem ſecuti: ſed reddenda quoque medicinæ ratio eſt. Gingiuis & oris ulceribus dentium ſtabilitati efficaciſſime ſubuenit. Item ignibus ſacris infuſa: & iis quæ ſerpunt peruionibus nigræ oliuæ amurca utilior: item infantibus fouendis. Albæ uero mulierum uuluæ in lana admouetur. Multo autem omnis amurca decocta efficacior. Coquitur in cupreo uaſe ad craſſitudinem mellis. Vſus eius cum aceto: aut uino uetere: aut mulſo: ut quæque cauſa exigat in curatione oris dentium: aurium: ulcerum manantium: genitalium: rhagadium. Vulneribus in linteolis imponit̃: luxatis in lana. Ingens hic uſus: utique inueterato medicamento. Tale enim fiſtulas ſanat. Infunditur ſedis genitalium: uuluæ exulcerationi. Illinitur uero podagris incipientibus: item articularibus morbis. Si uero cum omphacio recoquatur ad mellis craſſitudinem: caſuros dentes extrahit. Item iumentorum ſcabiem cū decocto lupino & chameleōthe hærba mire ſanat. Cruda amurca podagris foueri utiliſſimū.

¶ De foliis oleaſtri: & oenanthino oleo: & coccino
amygdalino & laurino: & myrtheo chamemyrſino: &
cupreſſino: & citreo & caryno. Ca. IIII.

Oleaſtri foliorum eadem natura. Spodiūq; e calculis: uehementius inhibet rheu
matiſmos. Sedat inflamationes oculoꝝ. Purgat ulcera: alienata explet: excreſcē
tia leniter erodit. Siccat: & ad cicatricem perducit: cætera & in oleis. In hoc aūt
peculiare: qđ folia decoquuntur ex melle: danť q; cochlearibus contra ſanguinis excrea
tiones. Oleum tamē acrius atq; efficacius: & os quoq; colluitur illo. Ad dentium infir
mitatem imponunť folia: & paronychiis: & carbunculis & cōtra omnē collectionem cū
uino. Iis uero quæ purganda ſint: cum melle. Miſcenť oculorum medicamentis: & co
ctum foliorum: & ſuccus oleaſtri. Vtiliter etiā auribus inſtillatur: cum melle: uel ſi pus
effluat. Flore oleaſtri condylomata illinuntur & epinyctides. Item cū farina hordeacea
uenter. In rheumatiſmo cū oleo. Capitis doloribus. Cutē in capite ab oſſibus recedentē
cauliculi decocti & cum melle impoſiti cōprimunt. Ex oleaſtro maturi in cibo ſumpti
ſiſtunt aluum. Toſti autē & cum melle triti nomas repurgant. Carbunculos rumpunt.
Olei naturā cauſaſq; abunde diximus. Ad medicinā ex olei generibus hæc ꝑtinent. Vti
liſſimū eſt omphacium: proxime uiride. Præterea q̄ maxime recens: niſi cum uetuſtiſſi
mum quæritur: tenue: odoratū: quoq; nō mordeat: e diuerſo q̄ in cibos eligitur. Om
phaciū prodeſt gingiuis. Si contineať in ore: dolorē dētium cuſtodit magis q̄ aliud. Su
dores cohibet. Oenanthino idem eſt effectus qui roſaceo. Omni aūt oleo mollitur cor
pus: uigorē & robur accipit. Stomacho contrariū. Auget ulcerum incrementa. Fauces
exaſperat. Et uenena omnia cohibet: hebetatq;. Præcipue pſimyptii & gypſi i aqua mul
ſa. Aut ficorum ſiccarum decoctū potum cōtra neconium. Ex aqua cōtra cantharidas
bupreſtin ſalamandras pityocampas. Per ſe lotum: redditūq; uomitionibus. Contra om
nia ſupracta laudatiſſimū: & laſſitudinum ꝑfrictionumq; refectio eſt. Tormina calidū
potum cyathi. vi. magiſq; ruta ſimul decocta pellit. Itē uentris animalia. Soluit aluum
heminæ menſura cum uino & calida aqua potū: aut ptiſanæ ſucco. Vulnerariis empla
ſtris utile. Faciē purgat. Bubus infuſum per nares donec ructent: īflationē ſedat. Vetus
aūt magis excalfacit corpora: magiſq; diſcutit ſudoris. Duritias magis diffundit. Lethar
gicis magis auxiliare & inclinato morbo. Oculorū claritati cōfert aliquid cum pari por
tione mellis ac opii. Capitis doloribus remediū eſt. Itē ardoribus in febri cum aqua. Et ſi
uetuſti nō ſit occaſio: decoquitur: ut uetuſtatē repreſentet. Oleum coccinū bibitur ad
purgationes uentris cum pari caldæ menſura. Priuatim dicit purgare præcordia. Pro
deſt & articulorū morbis: duritiis omnibus: uuluis: auribus: ambuſtis. Cū cinere uero
muricū ſedis in flammationibus: item pſoræ. Colorem cutis commendat: capillumque
fertili natura euocat. Semen ex quo fit: nulla animans attingit. Ellychnia ex uua fiunt
claritatis præcipuæ. Ex oleo lumen obſcurum propter nimiam pinguedinē. Folia igni
ſacro illinuntur ex aceto. Per ſe autem recentia mammis & epiphoris. Eadem decocta in
uino inflamationibus cum polenta & croco. Per ſe autem triduo impoſita faciem pur
gant. Oleum amygdalinum purgat: mollit corpora: cutem erugat: nitorem commen
dat: uaros cum melle tollit a facie. Prodeſt & auribus cum roſaceo & melle & mali puni
ci germine decoctum. Vermiculoſque i his necat: & grauitatem auditus diſcutit: ſonos
incertos. & tinnitus: obiter capitis dolores: & oculorum. Medetur furunculis: & a ſole
ueſtis cum cœra. Vlcera manantia & furfures cum uino expurgat: condylomata cum
meliloto. Per ſe uero capiti illitum ſomnum allicit. Oleum laurinum utilius quo recē
tius: quoque uiridus colore. Vis eius excalfactoria: & ideo paralyticis: ſpaticis: iſchiadicis
ſuggillatis: capitis doloribus inueteratis diſtinationibus auribus in calice punici calfa
ctum illinitur: Similis & myrthei olei ratio: aſtringit: indurat: medetur gingiuis dentiū
dolori: dyſenteriæ: uuluæ exulceratæ: ueſicis: ulceribus uetuſtis uel manantibus cum

ſquamma æris & cæra.Itē eruptionibus:ambuſtionibus.Attritas ſanat & furfures rha
gadas condylomata articulos luxatos:odorem grauē corporis.Aduerſat cātharidi bu/
preſti:aliiſq; malis medicamentis: quæ exulcerando nocent. Chamemyrſinæ ſiue oxy/
myrſinæ eadem natura Cupreſſinū oleum eoſdē effectus habet quos myrteum:Item
citreum.E nuce uero iuglandium qd carymū appellauimus:alopeciis utile ē:& tardi
tati auriū infuſum :Item capitis doloribus illitum.Cæteꝝ iners & graue ſapore corpo
ri.Enimuero ſi qd in nucleo putridi fuerit:totus modus depit.Ex gnidio grano factū
uim habet quam coccinum.Ex lentiſco factū utiliſſimū acopo ē Ideq; ꝓficeret æque
ut roſaceū:ni durius paulo intelligeret.Vtunt eo & contra nimios ſudores:papulaſq;
ſudoꝝ.Scabiem iumentoꝝ efficaciſſime ſanat.Balaninum oleū repurgat uaros:furun/
culos lentigines:gingiuas.Cypros qualis eēt:& quēadmodum ex ea fieret oleum:docui
mus.Natura eius excalfacit:emollit neruos.Folia ſtomacho illinunt:& uuluæ conci/
tatæ ſuccus quoq; eoꝝ apponit.Folia recentia cōmanducata:ulceribus in capite ma/
nantibus.Itē oris medent collectionibus cōdylomatis.Decoctū folioꝝ ambuſtis & luxa
tis ꝓdeſt.Ipſa ruffant capillū tuſa:adiecto ſtrutei mali ſucco. Flos capitis dolores ſedat
cum aceto illitus.Idē cōbūſtus in cruda olla nomas ſanat:& putreſcentia ulcera per ſe
uel cum melle:Odor floris olet:q ſomnum facit.Aſtrigit gleucinū & refrigerat eadem
ratione qua & oenanthinū.Balſaminū lōge precioſiſſimū omniū: ut in unguētis dixi/
mus:cōtra omnes ſerpētes efficax:Oculoꝝ claritati plurimū cōfert:caliginē diſcutit
Itē dyſponoeas collectiones omnes duritiaſq; lenit . Sanguinē denſari ꝓhibet : Vlcera
purgat:auribus:capitis doloribus:tremulis:ſpaticis ruptis pq̄ utile Aduerſat aconito
ex lacte potū.Febres cū horrore uenientes perunctis leuiores facit.Vtendū tamēmodi
ce:quoniā adurit:augetq; uitia nō ſeruato tēperamento.Malobathri quoq; naturā &
genera expoſuimus.Vrinā cit.Oculoꝝ epiphoris uino expreſſum utiliſſime imponit
Itē frōtibus dormire,uolentibus:Efficatius ſi & nares illinant :aut ſi ex aqua bibantur
Oris halitus.& ſuauitatē cōmendat linguæ ſubditū foliū:ſicut & ueſtiū odorē interpo
ſitum Hyoſcyaminū molliēdo utilius eſt:neruis inutile.Potū quidē cerebri motus fa/
cit.Therminū e lupinis emollit ꝓximū roſaceo effectū habētes.Narciſſinū dictū ē cum
ſuo flore.Rhaphaninū pthiriaſes longa ualitudine ,tollit. Scabritiaſq; cutis in facie
emendat.Seſaminū auriū dolores ſanat:& ulceꝝ quæ ſerpunt:& quæ cacoethe uocant
ulcera.Lilinū qd & phyllinū & ſytiū uocauimus:renibus utiliſſimū eſt : ſudoribuſq;
euocandis:uuluæ moliendæ:concoquendoq; intus Selgiticū neruis utile eſſe diximꝰ
ſicut herbaceum quoq;:qd eugubini circa flaminiā uiam uēdunt.Eleomeli qd in ſy/
ria ex ipſis oleis manare diximus ſapore melleo nō ſine nauſea aluum emollit:bilē præ
cipue detrahit duobus cyathis in hemina datis:q bibere torpeſcunt:excitantq; crebro
Pugnatores certaturi præſumunt ex eo cyatum unum.Piceno oleo uſus eſt paſſim ad
quadrupedū ſcabiē.Eſt āt uitibus oleiſq; ꝓxima nobilitas palmis:inebriant recentes ca
pitis dolorē afferunt:minus ſiccæ.Nec quātum uidet utiles ſtomacho:tuſſim exaſpe/
rant:corpus augent.Succum decoctaꝝ antiqui pro hydromelite dabant ægris ad ui/
res recreandas:ſitim ſedandam:inquem uſum præferebant thebaicas. Sanguinē quo
q; excreantibus utiles:in cibo maxime.Illinunt cariotæ ſtomacho:ueſicæ:uentri: in/
teſtinis.Cum cotoneis & cæra & croco ſuggillata emendant. Nuclei palmaꝝ cremati
in fictili nouo cinere loto ſpodii uicem efficiunt:miſcenturq; collyriis:& caliblephara
faciunt addito nardo .

De myrobalano palma:& de palma elata. Ca. V.

Palma quæ fert myrobalanum probatiſſima in ægipto . Oſſa non habet reli/
quarum modo in balanis. Aluum & menſes cit in uino auſtreo : & uulnera
conglutiant.Palma elata ſiue ſtate medicinæ confert gramina folia corticem
Folia imponunt præcordiis:ſtomacho:iocineri:ulceribus quæ ſerpunt cicatrici repu

gnantia. Pſoras cortex eius tener cum reſina & cæra ſanat diebus.xx. Decoquitur & ad
reſtium uitia. Capillum denigrat ſuffitu. Partus extrahit. Datur bibentibus renũ uitiis
& ueſicæ:& præcordiorũ. Capiti & nerui inimicus. Vuluæ ac uentris fluctionem ſiſtit
decoctum eius. Item cinis ad tormina potus in uino ab . In uuluarum u uitiis effica-
ciſſimus.

Medicinæ ex ſingulorũ generum flore:foliis: fructu: ramis:cortice: ligno:ſucco:radice:cinere. Ca. VI.

P Roximæ uarietates generũ medicinarũq; quæ mala habẽt. Ex iis uerna acerba
ſtomacho iutilia ſunt. Aluũ ueſicã circunagunt. Neruos lædunt. Cocta meli-
ora. Cotonea cocta ſuauiora. Cruda tamẽ dumtaxat matura pſunt ſanguinẽ
execrãtibus:ac dyſentericis:cholericis:cæliacis. Non idẽ poſſunt decocta:quoniã amit-
tunt conſtringentem illam uim ſucci. Imponuntur & pectori in febris ardoribus:& tũ
decoquuntur in aqua cæleſti:ad eadem quæ ſupraſcripta ſunt. Ad ſtomachi autem do-
lores cruda decocta ue cærati modo imponuntur. Lanugo eorum carbunculos ſanat:
cocta in uino & illata cum cæra. Alopeciis capillũ reddunt. Quæ ex iis cruda in melle
conduntur:aluum mouent. Mellis autem ſuauitati multum adiiciunt:ſtomachoq; id
utilius faciunt. Quæ uero in melle conduntur cocta:quidam ad ſtomachi uitia trita
cum roſaceo foliis decoctis dant pro cibo. Succus crudorũ lyenibus: ortopnoicis:hy-
dropicis prodeſt. Item mammis condylomatis:uaricibus. Flos & uiridis & ſuccus infla-
mationibus oculorum:execrationibus ſanguinis:mẽſibus mulierum. Fit & ſuccus ex
iis mitis cum uino dulci tuſus. utilis & cæliacis & iocineri. Decocto quoq; eorũ fo-
uentur:ſi procidant uuluæ & interanea. Fit & oleum ex iis:quod melinũ uocauimus
quotiens non fuerint in humidis nata:Ideo utiliſſima quæ ex ſicilia ueniunt. Minus
utilia ſtruthia quanuis cognata. Radix eorum circunſcripta terra manu ſiniſtra capiẽ
ita ut q facit dicat quæ capiat: & cuius cauſa. Sic adalligata ſtrumis medeẽ. Melimela
& reliqua dulcia ſtomachum & uentrem ſoluunt:ſiticuloſa:æſtuoſa:ſed neruos nõ læ-
dunt. Orbiculata ſiſtunt aluum:& uomitiones & urinas ciunt. Silueſtria mala ſimilia
ſunt uernis accerbis:aluumq; ſiſtunt. Sane in hũc uſum immatura opus ſunt. Citrea
contra uenenum in uino bibuntur:uel ipſa uel ſemen. Faciunt oris ſuauitatem deco-
cto eorum colluto autem ſucco expreſſo. Horum ſemen edendum præcipiunt in ma-
litia prægnantibus. Ipſa uero contra infirmitatem ſtomachi:& non niſi ex aceto facil-
lime manduntur. Punici mali nouem genera nũc iterare ſuperuacuum. Ex iis dulcia
quæ apyrina alio nomine appellauimus ſtomacho inutilia habentur. inflatiões pariũt:
dentes gingiuaſq; lædunt. Quæ uero ſapore maxime uinoſa diximus. parum nucleũ
habentia:ultiora paulo intelliguntur. Aluum ſiſtunt & ſtomachum duntaxat pauca
citraq; ſatietatem. Sed hæc minime danda quãq omnino nulla in febri nec carne aci-
norum utili nec ſucco. Cauentur æque uomitionibus: ac bilem reiicentibus. Vuam
in his ac ne muſtum quidem:ſed protinus uinum aperuit natura. Vtrunque uero aſ-
periore cortice: Hic acerbus in magno uſo. Vulgus coria maxime perficere illo nouit:
ob id malicorium appellant medici. Vrinam cieri eodem demoſtrant:mixtaq; galla in
aceto decocto mobiles dentes ſtabilire. Expetitur in grauidarum malatia:& quoniam
guſtatu moneat infantem. Diuiditur malum: cæleſtiq; aqua madeſcit ternis fere di-
ebus Hæc b bitur frigida cæliacs : & ſanguinem excreantibus . Ex acerbo fit medi-
camentum:ſtomachice uocatur: utiliſſimũ oris uitiis:narium: aurium: oculorum
caligini:petrygiis genitalibus:& iis quæ nomas uocant:& quæ in ulceribus excreſcũt
Contra leporem marium hoc modo acinis detracto cortice tuſis mellis attici ſelibris.
Alii hoc modo faciunt. Punica acida multa tonduntur. Succus in cacabo nouo co-
quitur mellis craſſitudine: ad uirilitatis & ſedis uitia: & omnia quæ lycio curantur:

aures purulentas:epiphoras, incipientes rubas maculas. In manibus rami punicorum
ſerpentes fugant. Cortici punici ex uino cocti & impoſiti perniones ſanantur. Contu-
ſum malum ex tribus heminis uini decoctum ad heminam:tormina & tineas pellit. Pu
nicum in olla noua operculo indito in furno toſtum & contritum potumq; in uino ſi
ſtit aluum:diſcutit tormina. Primus pomi huius partus florere incipientis cytinus uo
catur a græcis:mire obſeruationis multorum experimento. Siquis unum ex iis ſolutus
uinculo omni cinctus & calciatus:atq; etiam anuli decerpſerit duobus digytis pollice
& quarto ſiniſtræ manus:atq; ita luſtratis leui tactu oculis:mox in os additum deuora
uerit ne dente contingat:affirmatur nullam oculorum imbecillitatem paſſurum eo an
no. Idem cytini ſiccati tritiq; carnes excreſcentes cohibent. Gingiuis & dentibus meden
tur. Vel ſi mobiles ſint:decocto ſucco. Ipſa corpuſcula trita ulceribus quæ ſerpunt pu-
treſcunt ue:illinuntur. Item oculorum inflammationi:inteſtinorumq;:& fere ad omnia
quæ cortices maloꝝ. Aduerſatur ſcorpionibus. Non eſt ſatis mirari curam diligentiãq;
priſcorum:qui omnia ſcrutati nihil intentatum reliquere. In hoc ipſo cytino floſculi
ſunt:anteq̃ ſcilicet malum ipſum prodeat:erumpentes:quos blauſtium uocari diximus
Hos quoq; ergo experti inuenerunt ſcorpionibus aduerſari. Siſtunt, potu menſes fœmi-
narum:ſanant oris ulcera:tonſillas:uuam ſanguinis excreationes: uentris & ſtomachi
ſolutiones:genitalia ulcera quacunq; in parte manantia. Siccauere etiam ut ſic quoque
experirentur. Inueneruntq; tuſorum farina dyſentericos a morte reuocari. Aluum ſiſti.
Quin & nucleos ipſos acinorum experiri non piguit. Toſti tuſiq; ſtomachum iuuant.
Cibo aut potione inſperſi bibuntur ex aqua cæleſti ad ſiſtendum aluum. Radix deco-
cta ſuccum emittit:qui tineas necat uictoriati pondere. Eadem diſcocta in aqua quas
lycium præſtat utilitates. Eſt & ſilueſtre punicum a ſimilitudine appellatum. Eius radi
ces rubro corticedenarii pondere ex uino potæ ſomnos faciunt. Semine poto aqua quæ
ſubierit cutem ſiccat. Mali punici corticis fumo culices fugantur.

De pyris & eorum obſeruationibus:& de ficorum
obſeruatione:& caprifico:& hermera:& aliorum
generibus medicinæ. Ca. VII.

Pyrorum omnium cibis etiam ualentibus oneroſus:ægris quoq; uini modo ne
gatur. Decocta eadem mire ſalubria & grata præcipue cruſtumina. Quæcun
q; uero cum melle decocta ſtomachum adiuuant. Fiunt cataplaſmata e pyris
ad diſcutienda corporum uitia:& decocto ad duritias utuntur. Ipſa aduerſantur bole-
tis atq; fungis:pelluntq; pondere & pugnante ſucco. Pyrum ſilueſtre tardiſſime matu-
reſcit. Conciditur ſuſpenſumq; ſiccatur ad ſiſtendam aluum: quod & decoctum eius
potum præſtat. Decoquuntur & folia cum pomo ad eoſdem uſus. Pyrorum ligni cinis
contra fungos etiam nunc efficacius proficit. Mala pyraq; portatu utiq; iumentis mi-
re grauia ſunt uel pauca. Remedio aiunt eſſe:ſi prius edenda dentur aliqua: aut oſten-
dantur. Fici ſuccus lacteus aceti naturam habet. Itaq; coaguli modo lac contrahit. Ex-
cipitur ante maturitatem pomi:& in umbra ſiccatur ad aperienda ulcera: cienda men-
ſtrua appoſitus cum luteo oui:aut potus cum amylo. Podagris illinitur. Cum farina
fœnogreci & aceto. Pilos quoq; detrahit:palpebrarũq; ſcabiem emendat. Item lichenas
& pſoras:aluum ſoluit. Lactis ficulni natura aduerſatur crabronum ueſparumq; & ſi
milium uenenis:priuatim ſcorpionum. Idem cum axũgia uerrucas tollit. Folia & quæ
non maturuere fici:ſtrumis illinuntur:omnibuſq; quæ emollienda ſunt diſcutiēdaue
Præſtant hæc & per ſe folia. Et alii uſus eorum tanquam in fricãdo lichene & alopeciis
& quæcunq; exlucerari opus ſit:& aduerſus canis morſus. Ramorum teneri cauliculi
cuti imponuntur. Idem cum melle ulceribus quæ cæria uocantur: illinũtur. Extrahũt
infracta oſſa cum papaueris foliis ſilueſtris. Canum rabioſorũ morſus folio trito ex ace-
to reſtingunt. E nigra ficu candidi caliculi illinunt̃ furunculis:muriſaranei morſibꝰ

Sacrilegii

eum cæra. Cinis earum e foliis grangrenis: cōſumendiſq; quæ excreſcunt. Fici maturæ
urinam ciunt: aluum ſoluunt: ſudorem mouent: papulaſq;. Ob id autumno inſalubres
quoniā ſudantia huius cibi opera corpora refrigeſcunt. Nec ſtomacho utiles. Sed ad bre
ue tempus. Et uoci cōtrariæ intelligunt̃. Nouiſſimæ ſalubriores q̃ primæ. Medicatæ ue
ro nonnunquā iuuenū uires augent. Senibus meliorem ualitudinem faciunt: minuſq;
rugaꝶ. Sitim ſedant. Calorem refrigerant. Ob id nō negandæ ī febribus cōſtrictis: quas
ſtegenas uocant. Siccæ fici ſtomachum lædunt. Gutturi & faucibus magnifice utiles.
Natura iis excalfaciendi. Sitim afferunt. Aluum molliunt. Rheumatiſmis eius & ſto-
macho contrariæ. Veſcicæ ſemper utiles: & anthelatoribus: ac ſuſpirioſis. Itē iocinerum
renum: lyenū uitiis. Corpus & uires adiuuant: ob id ante athletæ hoc cibo paſcebat̃. Py
thagoras exercitator primū ad carnes eos tranſtulit. Recoligentibus ſe a longa ualitudi
ne utiliſſimæ: Item comitialibus & hydropicis. Omnibuſq; quæ maturanda aut diſcuti
enda ſunt: imponunt̃. Efficacius calce aut nitro admixto. At coctæ cū hyſopo perectus
purgant: pituitam: tuſſim ueterē. Cū uino aūt ad ſedem & tumorem maxillarū & ſurū
culos: panos: parotidas decoctæ illinuntur. Vtile & decocto earū fouere fœminas. Deco-
ctæ quoq; eædem cū fenogreco utiles ſunt pleureticis: & peripneumonicis. Cum ruta co
ctæ & omnibus proſunt tibiarum ulceribus. Cum æris flore & ſpaticis & pterygiis. Cū
punico malo ambuſtis: pnionibus. Cum cæra hydropicis coctæ in uino & cū abſinthio
& farina hordeacea nitro addito. Aluū ſiſtunt manducatæ. Scorpionum ictibus cum ſa
le tritæ illinuntur. Carbunculos extrahunt in uino coctæ impoſitæ. Carcinomati ſi ſi
ne ulcere eſt: q̃pinguiſſimā ficū imponi: pene ſingulare remedium eſt. item phagedene.
Cinis nō ex alia arborem aciem purgat acrior: non conglutinat: replet: aſtringit. Bibit̃
& ad diſcutiendum ſanguinē cōcretum: Item percuſſis præcipitatis. Conuulſis ruptis
cineris cyathis ſingulis aquæ & olei datur tetanicis & ſpaticis. Item potus uel infuſus
cæliacis: dyſentericis. Et ſi quis eo cum oleo perungatur: excalfacit. Item cū cæra & roſa
ceo ſubactus ambuſtis cicatricē tenuiſſimam obducit. Luſcioſos ex oleo illitus emendat
dentiumq; uitia crebro fricatu. Produnt etiam ſi quis īclinata arbore ſupino ore aliquē
nodum eius morſu abſtulerit nullo uidente: atq; in aluta illigatum licio e collo ſuſpen-
derit: ſtrumas & parotidas diſcutit. Cortex tritus cum oleo uentris ulcera ſanat. Crudæ
groſſi uerrucas thymo nitro farina additis tollunt. Spondiiq; uicem exhibet fruticum a
radice exeuntium cinis. Biſtoſtus adiecto pſimythio digeritur in paſtillos ad ulcera ocu
Caprificus lorū & ſcabritiam. Caprificus etiamnum multo efficatior fico. Lactis minus habet. Sur-
culos quoq; eius lac coagulatur in caſeo. Exceptum id coactumq; in duritiam ſuauitē
carnibus affert. Fricatur diluto ex aceto. Miſcetur exulceratoriis medicamentis. Aluum
ſoluit: uuluam cum amylo aperit. Pota menſes cit cum luteo oui. Podagris cum farina
fœnogreci illinitur. Lepras: pſoras: lichenas: lentigines expurgat. Item uenenatorū ict9
& canis morſus. Dentium quoq; dolori hic ſuccus appoſitus in lana prodeſt: aut in ca-
uis eorum additus. Cauliculi & folia admixto eruo contra marinorum uenena proſūt.
Adiiciunt & uinum. Bibulas carnes additi caules magno ligni compendio percoquūt.
Groſſi illitæ ſtrumas: & omnium collectionem emolliunt & diſcutiunt: aliquatenus &
folia. Quæ molliſſima ſunt ex iis cum aceto ulcera manantia & epinyctidas & furfures
ſanant. Cum melle item & foliis cæra ſanant & canis morſus. Recentes cum uino pha-
degenas. Cum papaueris foliis oſſa extrahunt. Groſſi caprifici inflammationes diſcuti-
unt ſuffitu. Reſiſtunt & ſanguini taurino poto: & pſimythio & lacti coagulato potæ.
Item aqua decoctæ atque illitæ parotidas ſanant. Cauliculi aut groſſi eius q̃minutiſſi-
mæ ad ſcorpionum ictus e uino bibuntur. Lac quoque inſtilatur plagæ: & folia impo-
nuntur. Item aduerſus mure maraneum. Cauliculorum cinis uuam faucīū ſedat. Ar
boris ipſius cinis ex melle: rhagadia. Radix deferuefacta in uino dentiū dolores. Hyber-
na caprificus in aceto cocta & trita impetigines tollit. Illinunt̃ tamēta rami ſine cortic-

q̄ minutiſſimi ad ſcobis modum. Caprifico quoq; medicinæ unius miraculum addit.
Corticem eius impubeſcentem puer impubis ſi defracto ramo dettahat dentibus medul
lam ipſam adaligatam ante ſolis ortum prohibere ſtrumas. Caprificus tauros q̄libet fero
ces collo eorum circundata in tantum rabidam naturam compeſcit: ut imobiles p̄ſtet.
Herba quoq; quam græci erin uocant: reddenda in loco propter gentilitatem. Palmo al
ta eſt cauliculis quinis fere ocimi ſimilitudine: flos candidus: ſemen nigrum: paruū: tri-
tum cum melle attico oculorum epiphoris medetur. Manat lacte multo & dulci. Herba
perq̄ utilis aurium dolori nitri exiguo addito. Folia reſiſtunt uenenis. Pruni folia deco- Pruna
cta tonſillis: gingiuis: uuæ proſunt in uino decocta: & ſubinde ore colluto. Ipſa pruna
aluum molliunt: ſtomacho non utiliſſima: ſed breui momēto. Vtiliora perſica ſuccuſq; Persica
eorum etiam in uino aut in aceto expreſſus. Nec eſt alius eis pomis innocentior cibus.
Nuſquam minus odoris. Succi plus: qui tamen ſitim ſtimulet. Folia eius trita illita he-
morrhoiam ſiſtunt. Nuclei perſicorum cum aceto & oleo capitis dol ribus illinuntur.
Silueſtrium quidem prunorum baccæ: uel e radice cortex in uino auſtero ſi decoquā-
tur ita ut triens ex hemina ſuperſit: aluum & tormina ſiſtunt. Satis ē ſingulis cyathos
decocti ſumi. Et in iis & ſatiuis prunis eſt limus arborum: quem græci lichen appellāt:
rhagadis & condylomatis mire utilis. Mora ī ægypto & cypro ſui generis (ut diximus)
largo ſucco abundant. Summo cortice deſquammato altiore plaga ſicca mirabili natu-
ra. Succus aduerſatur uenenis ſerpentium. Prodeſt dyſentericis. Diſcutit panos omneſ
q; collectiones. Vulnera conglutinat: capitis dolores ſedat: item aurium. Splenicis bibi-
tur. Illinitur & contra perfrictiones. Celerrime terredinem ſentit. Nec apud nos ſicco
uſus minor. Aduerſatur aconito & araneis in uino potum: Aluum ſoluit. Pituitaſq; ac
tineas & ſimilia uentris animalia extrahit. Hoc idem præſtat & cortex tritus. Folia tin-
gunt capillum cum fici nigræ & uitis cortice ſimul coctis in aqua cæleſti. Pomi ipſius
ſuccus aluum ſoluit protinus. Ipſa poma ad præſens ſtomacho utilia: refrigerant: ſitim
faciunt. Si non ſuperueniat alius cibus: intumeſcunt. Ex immaturis ſuccus ſiſtit aluū
ueluti animalis alicuius in hac arbore obſeruandis miraculis quæ in natura eius dixi-
mus. Fit ex pomo panchreſtos ſtomachice: eadem arteriace appellata hoc modo. Sextarii
tres ſucci e pomo leui uapore ad craſſitudinem mellis rediguntur. Poſt additur ompha
cii aridi pondo duodecim: aut myrrhæ undecim: croci. undecim. Sed hæc ſimul mixta
uel trita miſcentur decocto. Neque eſt aliud oris arteriæ uuæ ſtomachi iucundius re-
medium. Fit & alio modo. Succi ſextarii duo mellis attici decoquuntur ut ſupradixi-
mus. Mira ſunt præterea: quæ produntur. Mora germinatione prius q̄ in folia exeant:
ſiniſtra decerpi iubentur futura poma: rhicinos græci uocant. Hi terram ſi non attige-
re: ſanguinem ſiſtunt adalligati: ſiue ex uulnere fluat: ſiue ore: ſiue naribus: ſiue hemor
rhoidis. Ad hoc ſeruantur repoſiti. Idem præſtare & ramus dicitur luna plena defractꝰ
incipiens fructum habere. Si terram non attigerit priuatim mulieribus alligatis lacerto
contra abundantiam menſium. Hoc & quocunque tempore ab ipſis decerptum ita ut
terram non attingat: adalligatumque exiſtimant præſtare Folia mori trita aut arida de
cocta ſerpentium ictibus imponuntur. Ad idemque potu proficitur. Scorpionibus ad-
uerſatur ę radice corticis ſuccus ex uino aut poſca potus. Reddenda eſt antiquorum
compoſitio: Succum expreſſum pomi maturi immaturiq; mixtum coquebant in uaſe
æreo ad mellis craſſitudinem. Aliqui myrrha adiecta & cupreſſo præduratum uas ſole
torebant: permiſcentes ſpata ter die. Hæc erat ſtomachice: quæ e uulnere ad cicatricem
perducebat. Alia ratio ſuccum ſiccato exprimebant pomo multum ſapori obſoniorum
conferente. In medicina uero contra nomas & pectoris pituitas: & ubicunq; opus eſſet
aſtringi uiſcera. Dentes quoque colluebant eo. Tertium genus ſucci foliis & radice de-
coctis ad ambuſta ex oleo illinenda. Imponuntur & per ſe folia. Radix per meſſes inciſa
ſuccum aptiſſimum dentium dolori, collectionibuſq; & ſuppurationibus habet. Aluū

purgat. Folia mori in urina madefacta pilum coriis detrahunt. Ceraſia aluum mollit̃
ſtomacho inutilia. Eadem ſiccata aluum ſiſtunt. Vrinam ciunt. Inuenio apud auctores
ſi quis matutino roſcida deuoret cum ſuis nucleis: in tantum leuari aluum: ut pedes
morbo liberentur. Meſpila exceptis ſetaniis: quæ malo propriorum uim habent: reliqua
aſtringunt ſtomachũ ſiſtuntq; aluum. Itẽ ſorba ſicca. Nam recentia ſtomacho & aluo
citæ proſunt.

De pineis & amygdalis: & nuce auellana: & de nuce iuglande: & piſtaciis: & caſtaneis: & ſiliquis: & cornu: & unedine & lauro. Ca. VIII.

NVces pineæ quæ reſinam habent contuſæ leuiter additis in ſingulis ſextariis
aquæ ad dimidium decoctæ ſanguinis excreationis medentur: ita ut cyathi
bini bibant̃ ex eo. Cortex e pino in uino decoctus cõtra tormina datur. Nuclei
nucis pineæ ſitim ſedant: & acrimoniam ſtomachi roſioneſq; & cõtrarios humores con
ſiſtentes ibi: & infirmitatem uirilium roborant: renibus & ueſicæ utiles. Fauces uident̃
exaſperare & tuſſim. Bilem pellunt poti ex aqua: aut uino: aut paſſo: aut balanorum de
cocto. Miſcetur iis contra uehementiores ſtomachi roſiones cucumeris ſemen & ſuccus
portulacæ. Item ad ueſicæ ulcera & renes: quoniam & urinã cient. Amygdalæ ama
ræ radicum decoctum cutem in facie corrigit: coloremq; hylariorem facit. Nuces ipſæ
ſomnum faciunt & auiditatem. Vrinam & menſes ciunt. Capitis dolori illinuntur: ma
ximeq; in febri: ſi ab ebrietate in aceto & roſaceo ex aquæ ſextario: & ſanguinem ſiſtunt
Cum amylo & menta lethargicis comitialibuſq; proſunt. Capite peruncto epinyctidas
ſanant. E uino uetere ulcera putreſcentia. Canum morſus cum melle. Et furfures ex fa
cie ante fotu præparata. Item iocineris & renum dolores ex aqua potæ. Et ſæpe ex elig
mate cum reſina terebinthina. Calculoſis & difficili. urinæ in paſſo: & ad purgandam
cutem in aqua mulſa tritæ ſunt efficaces. Proſunt eligmatæ: iocineri: tuſſi & colo cum
eleliſphaco modice addito. In melle ſnmitur nucis auellanæ magnitudine. Aiunt quo
que quinis fere præſumptis ebrietatis non ſentiri potores. Vulpeſque ſi ederint eas nec
contingat e uicino aquam lambere: mori. Minus ualent in remediis dulces: & eæ tamẽ
purgant: & urinam ciunt. Recentes ſtomachum implent: Nucibus græcis cũ abſinthii
ſemine ex aceto ſumptis morbus regius ſanari dicit̃. Item illitis per ſe uitia ſedis. Et pri
uatim condylomata. Item tuſſi & ſanguinis reiectioni prodeſt. Nuces iuglandes græci
a capitis grauedine appellauere. Etenim arborum ipſarum foliorumq; uires in cerebrũ
penetrant: Hocq; minore momento: ſed in cibis nuclei faciunt. Sunt autem recentes iu
cundiores. Siccæ uinoſiores: & ſtomacho inutiles: difficiles concotu: dolorem capitis in
ferentes. Tuſſientibus inimicæ: & uomituris ieiunis. Aptæ tenaſmo ſolo: trahunt enim
pituitam. Eædem præſumptæ uenena hebetant. Item anginam cum ruta & oleo. Item
aduerſant̃ cepis: lenuntq; earũ ſaporẽ. Auriũ inflamationi imponunt̃ cũ mellis exiguo
Itẽ ruta mãmis & luxatis. Cũ cepa aũt & ſale & melle canis hominiſq; morſui: Putamie
nucis iuglãdis dens cauus inurit̃. Putamẽ cõbuſtũ tritũq; ĩ oleo aut uino ĩfantiũ pun
cto nutrit capillũ: & ad alopecias eo ſic utuntur. Quo plures quis nuces ederit: hoc faci
lius tineas pellit. Et quæ perueteres ſunt nuces grangrenis & carbunculis medentur:
Item ſuggillatis. Cortex iuglandium lichenum uitio & dyſentericis prodeſt. Folia trita
cum aceto aurium dolori. In ſanctariis Mithridatis maximi regis deuicti Cn. Pompei9
inuenit in peculiari commentario ipſius manu compoſitionem antidoti e duabus nu
cibus ſiccis: Item ficis totidem: & rutæ foliis uiginti ſimul tritis: addito ſalis grano: & q
hoc ieiunus ſumat: nullum uenenum nociturum illo die. Contra rabioſi quoq; canis
morſus nuclei a ieiuno homine commanducati illitique præſenti remedio eſſe dicun
tur. Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt: & inflammationẽ ſtomachi & pinguedini
corporis conferunt pluſquam ſit ueriſimile. Toſtæ & diſtillationi medentur. Tuſſi quo
que ueteri tritæ & in aqua mulſa potæ. Quidam adiiciunt grana piperis. Alii e paſſo

bibunt. Piſtacia eoſdem uſus & effectus habent: quos pinei nuclei: præterquã ad ſerpen
tium ictus: ſiue edantur: ſiue bibantur. Caſtaneæ uehementer ſiſtunt ſtomachi & uen-
tris fluctiones. Aluum ciunt. Sanguinem excreantibus proſunt. Carnes alunt. Siliquæ
recentes ſtomacho inutiles. Aluum ſoluunt. Eædem ſiccatæ ſiſtunt: ſtomachoque uti-
liores fiunt. Vrinam ciunt. Syriacas in dolore ſtomachi ternis in aqua ſextariis deco-
quunt. Quidam ad dimidium: eumque ſuccum bibunt. Sudor uirgæ cornu arboris
lamina ferrea cadente exceptus: non contingente ligno illitaque inde ferrugo incipien
tes lichenas ſanat. Arbutus ſiue unedo fructum fert difficilem concoctioni: & ſtoma-
cho inutilem. Laurus excalfactoriam naturam habet: & foliis: & cortice: & baccis. Itaqꝫ
decoctũ ex iis maxime e foliis prodeſſe uuluis & ueſicis conuenit. Illita uero ueſparũ cra
bronumque & apium. Item ſerpentium uenenis reſiſtunt: maxime ſepis dipſadis & ui-
peræ. Proſunt & menſibus fœminarum cum oleo cocta. Cum polenta autem quæ tene
ra ſunt trita inflactiones oculorum cum ruta: teſtium cum roſaceo: capitis dolores: aut
cum irino. Quin manducata atque deuorata per triduum terna: liberant a tuſſi. Ea-
dem proſunt ſuſpiriis trita cum melle. Cortex radicis cauendus grauidis. Ipſa radix cal-
culos rumpit: iocineri prodeſt: tribus obolis in uino odorato pota. Folia pota uomitiões
mouent. Baccæ menſes trahunt appoſitæ tritæ uel potæ. Tuſſim ueterem & ortopnoeã
ſanant binæ detracto cortice in uino potæ. Si & febris ſit: ex aqua: aut eligmate ex aqua
mulſa: aut ex paſſo decoctæ. Proſunt & phthiſicis eodem modo & omnibus thoracis
rheumatiſmis. Nam & excoquunt pituitam: & extrahunt. Aduerſus ſcorpiones quater
næ ex uino bibuntur. Epinyctidas ex oleo illitæ & lentigines. Et ulcera manantia: & ul
cera oris: & furfures. Cutis pruriginem ſuccus baccarum emendat & phthiriaſin. Auri-
um dolori & grauitati inſtillatur cum uino uetere & roſaceo. Perunctos eo fugiunt ue
nenata omnia. Prodeſt & contra uenenatorum ictus potus. Maxime autem eius laurus
quæ tenuiora habet folia. Baccæ cum uino ſerpentibus & ſcorpionibus & araneis reſi-
ſtunt. Ex oleo & aceto illinuntur & lyeni & ocineri: Grangrenis cum melle: & in fatiga-
tione etiam aut perfrictione ſucco eo perungi nitro adiecto prodeſt. Sunt qui celeritati
partus multum conferre putent radice acetabuli menſura pota in aqua. Efficacius re-
centem q̃ aridam. Quidam aduerſus ſcorpionum ictus decem baccas dari iubent potui
Item & in remedio uuæ iacentis quadrantem pondo baccarum foliorum ue decoqui
in aqua ſextariis tribus ad tertias: eamque calidam gargarizare: & in capitis dolore impa
ri numero baccas cum oleo conterere & calfacere. Laurus delphicæ folia trita olfactaqꝫ
ſubinde peſtilentiæ contagia prohibent: tanto magis ſi & urantur. Oleum ex delphica
ad cærata acopunque ad perfrictiones diſcutiendas: neruos laxandos: lateris dolores: fe-
breſque frigidas utile eſt. Item ad aurium dolorem: in mali punici cortici tepefactum.
Folia decocta ad tertias partes aquæ uuam cohibent gargarizatione: pota alui dolores:
inteſtinorumque. Tenerrima ex iis trita in uino papulas prurituſque illita noctibus
proxime ualent. Inter cætera lauri genera. Laurus alexandrina ſiue idæa partus celeres
facit radice pota trium denariorum pondere in uini dulcis cyathis tribus. Secundas
etiam pellit: menſeſque eodem modo pota: Daphnoides ſiue iis nominibus quæ diximꝰ
ſilueſtris laurus prodeſt: aluum ſoluit: recenti folio uel arido drachmis tribus cum ſale
& hydromelite manducata. Pituitas extrahit folium & uomitus: ſtomacho inutile. Sic
& baccæ quinæ denæ ue purgationis cauſa ſumuntur.

De myrto ſatiua & mirtidano. & de myrto ſilueſtri. Ca. IX.

MYrtus ſatiua candida minus utilis eſt medicinæ q̄ nigra. Semen eius medetur
ſanguinem excreantibus. Item contra fungos in uino potum. Odorem oris cō
mendat uel pridei commanducatum. Item apud Menandrū ſynariſtuſin hoc
edunt. Datur & dyſentericis denarii pondere in uino. Vlcera difficilia in extremitatib9
corporis ſanat cum uino ſubferuefactum. Imponitur lippitudini cum polenta. Et car
diacis in mamma ſiniſtra. Et contra ſcorpionis ictus in mero:& ad ueſicæ uitia. Capitis
dolores & ægylopas: ante quam ſuppurent: Item tumoribus. Exemptiſque nucleis in
uino uetere tritum eruptionibus pituitæ. Succus ſeminis aluum ſiſtit. Vrinas cit. Ad
eruptiones puſtularum pituitæque cum cærato illinitur:& contra phalangias. Cappil
lum denigrat. Lenius ſucco oleum eſt ex eadem myrto & uinum: quo nunquam ine
briantur. Inueteratumque ſiſtit aluum & ſtomachum: tormina ſanat: faſtidium abigit.
Foliorum arentium farina ſudores cohibet inſperſa: uel in febri. Vtilis & cæliacis: & p
cidentiæ uuluaruꝫ: ſedis uitiis: ulceribus manantibus igni ſacro fotu capillis fluenti
bus: furfuribus. Item aliis eruptionibus: ambuſtis. Additur quoque in medicamento
quod alephas uocant: eadem de cauſa qua oleum ex iis efficaciſſimum ad ea quæ in hu
more ſunt: tanquam in ore & uulua. Folia ipſa fungit aduerſantur erita ex uino: cum
cæra uero articularibus & collectionibus. Eadem in uino decocta dyſentericis & hydro
picis potui dantur. Siccantur in farina quæ inſpergitur ulceribus: aut hemorrhoiæ.
Purgant & lentigines pterygia & paronychia:& epinyctida: condylomata: teſtes: terra
ulcera: Item ambuſta cum cærato. Ad aures purulentas & foliis crematis utunt̃ & ſuc
co decocto. Comburuntur & in antidota. Item cauliculi flore decerpti in nouo fictili
operto cremati in furno: dein triti ex uino:& ambuſtis foliorum cinis medetur. Inguen
ne intumeſcat ex ulcere: ſatis eſt ſurculum tantum myrti habere ſecum nec ferro nec
terra contactum. Myrtidanum diximus quomodo fieret. Vuluæ prodeſt appoſitum fo
tu:& illitu. Multo efficacius & cortice & folio & ſemine. Exprimit̃ & foliis ſuccus mol
liſſimis in pila tuſis adfuſo paulatim uino auſtero: Alias aqua cæleſti: atque etiam expſ
ſo utunt̃ ad oris ſediſque ulcera uuluæ:& uentris. Capillo rum nigritiam malarum p
fuſiones. purgationes lentiginum:& ubi conſtringendum aliquid eſt. Myrtus ſilueſtris
ſiue oxymirſine: ſiue camemyrſine baccis rubentibus & breuitate a ſatiua diſtat. Radix
eius in honore eſt: decocta uino ad renum dolores pota. Et difficili urinæ: præcipueq;
craſſæ & grauiter olenti. Morbo regio & uuluarum purgationi trita cum uino. Cauli
culi quoque incipientes aſparagorum modo in cibo ſumpti:& in cinere cocti. Semen
cum uino potum aut oleo aut aceto calculos frangit. Item in aceto & roſaceo tritum ca
pitis dolores ſedat:& potum morbum regium. Caſtor oxymirſinem myrti foliis acutis:
ex aqua fiunt ruri ſcopæ: ruſcum uocauit: ad eoſdem uſus. Et hactenus habent ſe me
dicinæ urbanarum arborum. Tranſeamus ad ſilueſtres.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXIIII.

PROHEMIVM.

¶ Medicinæ ex arboribus ſilueſtribus Ca. .I.

NE SILVAE Quidem horridiorumq; naturæ facies medicinis carent: ſacra illa parente rerum omnium nuſq̃ non remedia diſponente homini ut medicina fieret etiam ſolitudo ipſa: ſed ad ſingula illius diſcordiæ atq; concordiæ miraculis occurſantibus. Quercus & olea tam pertinaci odio diſcident: ut altera in alterius ſcrobe depactæ moriantur. Quercus uero & iuxta nucem iuglandem. Pernicialia & braſſicæ cum uite odia. Ipſumq; olus quo uitis fugatur aduerſum cyclamino & origano areſcit. Quin & annoſas iam & quæ ſternantur arbores: difficilius cædi: ac celerius inareſcere tradunt: ſi prius manu q̃ ferro attingantur. Pomorum onera a iumentis ſtatim ſentiri ac niſi prius oſtendantur iis: q̃uis pauca portent: ſudare illico. Ferulæ aſinis gratiſſime ſũt in pabulo: cæteris uero iumentis præſentaneo ueneno. Qua de cauſa id animal Libero patri aſſignatur: cui & ferula. Surdis etiam rerum ſua cuique ſunt uenena: ac minimis quoq;. Phyllyra coci & poline nimium ſalem cibis eximunt. Prædulcium faſtidium ſal temperat. Nitroſæ aut amaræ aquæ polenta addita mitigantur: ut intra duas horas bibi poſſint. Qua de cauſa & in ſaccos uinarios addit̃ polenta. Similis uis rhodiæ cretæ & argillæ noſtrati concordia ualentium. Pix oleo extrahitur: quando utrunq; pinguis naturæ eſt. Oleum ſolum calci miſcetur quando utrũq; aquas odit. Gũmi aceto faciliũs eluitur. Atramentum aqua. Innumera præterea alia: quæ ſuis locis dicentur aſſidue Hinc nata medicina. Hæc ſola naturæ placuerat eſſe remedia parata uulgo: inuentu facilia ac ſine impendio: ex quibus uiuimus. Poſtea fraudes hominum & ingenioꝝ capturæ officinas inuenere iſtas: in quibus ſua cuiq; homini uenalis promittitur uita. Statim compoſitiones & mixturæ inexplicabiles decantantur. Arabia atq; india in medio æſtimantur. Vlceriq; paruo medicina a rubro mari imputatur: cum remedia uera quottidie pauperrimus quiſq; coenet: Nam ſi ex horto aut petatur hærba: uel frutex quærat̃ nulla artium utilior fiet. Ita ẽ ꝑfecto: magnitudo populi romani ꝑdidit ritus: uincẽdoq; uicti ſumus. Paremus externis. Et una artiũ imꝑatoribus quoq; ĩperat. Veꝝ de his alias plura. Lotõ hærbã: iteq; ægyptiã eodẽ noie: alias & ſyrticã arborẽ diximus ſuis locis.

¶ Lothos. Ca. .II.

HAec lothos quæ faba græca appellatur a noſtris aluum baccis ſiſtit. Ramenta ligni decocta in uino proſunt dyſentericis: menſtruis: uertigini comitialibus. cohibent & capillũ. Mirum his ramentis nihil eſſe amarius: fructuq; dulcius Fit & e ſcobe eius medicamentum: ex aqua myrti decocta ſubacta & diuiſa in paſtillos: dyſentericis utiliſſimũ pondere uictoriati cũ aquæ cyathis tribus.

¶ Glans. Ca. III.

GLans intrita duricias quas cacoethe uocant cum ſalſa axungia ſanat: uehemẽtioreſq; lichenas. In omnibus cortex ipſe: corticiq; tunica ſubiecta. Hæc decocta iuuat iliacos. Dyſentericis etiam illinitur: uel ipſa glans. Eademque reſiſtit ſerpentium ictibus. rheumatiſmis: ſupputationibus. Folia & baccæ uel cortex uel ſuccus decocti proſunt contra toxica. Cortex illinitur decoctus lacte uaccino ſerpentis plagæ. Datur & ex uino dyſentericis. Eadem & ilici uis.

¶ De coco ilicis & galla & uiſco pilulis glande: de cerri radice & ſubere. Ca. IIII.

COcum ilicis uulneribus ex aceto recentibus imponitur. Epiphoris ex aq̃ua. Et
oculis ſuffoſis ſanguine inſtillatur. Eſt aũt genus ex eo in attica fere & aſia na
ſcens: celerrime in uormiculum ſe mutans: quod ideo ſcolentylon uocant: im
probamq;. Principalia eius genera diximus. Nec pauciora genera gallæ fecimus: ſolidaq;
perforatam. Item albam: nigram: maiorem: minorem. Vis omnium ſimilis. Optima co
magena. Excreſentia in corpore tollit: Proſunt gingiuis uuæ: Oris exulcerationi. Cre
matæ & in uino extinctæ cœliacis. Dyſentericis illinuntur. Paronychis ex melle: & un
guibus ſcabris: pterygiis: ulceribus manantibus condylomatis: uulneribus: quæ phage
denica uocantur. In uino aũt decoctæ auribus inſtilantur: oculis illinuntur. Aduerſ9
eruptiones & panos cum aceto. Nucleus commanducatus dentium dolorem ſedat. Itẽ
intertrigines: & ambuſta. Immaturæ ex iis ex aceto potæ lyenem conſumũt. Eædem cre
matæ & aceto ſalſo extinctæ menſes ſiſtunt: uuluaſq; procidentes. Potu omnes capillos
denigrant. Viſcum e robore præcipum diximus haberi: & quo conficeretur modo. Qui
dam in aqua contuſum decoqunt: donec nihil innatet. Quidam commanducãtes aci
nos expuunt cortices. Optimum eſt: quod ſine cortice eſt: quodq; leuiſſimum: extra fu
luũ: intus porraceũ: quo nihil eſt glutinoſius: emollit: diſcutit: humores ſiccat. Strumas
cum reſina & cæra panos mitigat omnis generis. Quidam & galbanum adiiciunt pari
pondere ſingulorum: eoq; modo & ad uulnera utuntur. Vnguium ſcabricias expellit:
ſi ſeptenis diebus ſoluantur: nitroq; colluantur. Quidam ad religionem efficacius fieri
putant prima luna collectum e robore ſine ferro. Si terram non tigerit comitialibus me
deri: Conceptum fœminarum adiuuare: ſi omnino ſecum habeant. Vlcera commandu
catu impoſituq; efficaciſſime ſanari. Roboris pilulæ ex adipe urſino alopecias capillo re
plent. Cerri folia & cortex & glans ſiccat collectiones ſuppurationeſq;: fluitiones ſiſtit.
Torpentes membrorum partes corroborat decoctum eius fotu. Cui & inſidere expedit
ſiccandis aſtringendis ue partibus. Radix cerri aduerſatur ſcorpionibus. Suberis cortex
tritus ex aqua calida & potus ſanguinem fluentem ex utralibet parte ſiſtit. Eiuſdẽ cinis
ex uino calido ſanguinem excreantibus magnopere laudatur.

¶ De fago & cupreſſo: & cædro magna: & de cædride: galbano. Ca. V

FAgi folia manducantur in gingiuarum labiorumq; uitiis. Calculis glandis fa
gineæ cinis illinitur. Item cum melle alopeciis. Cupreſſi folia trita ſerpentium
ictibus imponuntur: & capiti cum polenta ſi a ſole doleat. Item ramici. Q ua
de cauſa & bibuntur. Teſtium quoq; tumori cũm cærato illinũtur. Capillum denigrãt
ex aceto: Eadem trita cum duabus partibus panis mollis & e uino amineo ſubacta pedũ
ac neruorum dolores ſanant. Pilulæ aduerſus ſerpentium ictũs bibuntur. Aut ſi eiicia
tur ſanguis collectionibus illinuntur. Ramici quoq; teneræ tuſæ cũ axungia & lomen
to proſunt. bibuntur ex eadem cauſa. Parotidi & ſtrumæ cum farina imponuntur. Ex
primitur ſuccus tuſis cum ſemine: qui mixto oleo caliginem oculorum aufert. Item ui
ctoriati pondere in uino potus illituſq; cum fico ſicca pingui exemptis granis uitia te
ſtium ſanat. Tumores diſcutit: & cum fermento ſtrumas. Radix cum foliis trita pota
que ueſicæ & ſtranguriæ medetur: & contra phalangias. Rameta pota menſes ciunt.
Scorpionum ictibus aduerſantur. Cædrus magna quam cædrelaten uocant dat picem
quæ cædria uocatur dentium doloribus utiliſſimam. Frangit enim eos: & extrahit: do
lores ſedat. Cædri ſuccus ex ea quomodo fieret diximus. Magni ad lumina uſus: ni ca
pitis dolorem inferret. Defuncta corpora conſeruat. Viuentia corrumpit mira differen
tia: cum uitam auferat ſpirantibus: defunctiſq; pro uita ſit. Veſtes quoq; corrumpit: &
& animalia necat. Ob id nõ cenſeam in anginis hoc remedio utendũ: neq; in cruditati
bus: qđ ſuaſere aliqui. Guſtu dẽtes quoq; colluere ex aceto ĩ dolore timuerim uel graui
tati aut uermibus auriũ inſtillare. Portentum ẽ qđ tradũt: abortiuũ fieri ĩ uenere ante
perfuſa uirilitate. Phthiriaſes perungere eo nõ dubitauerim: itẽq; prurigines. Suadẽt &

contra uenenum leporis marini bibere in paſſo. Facilius in elephãtia: ſi illinãtur & ul
cera ſordida & excreſcentia in iis. Auctores quidam & oculorum albugines caligineſq;
inunxere eo. & contra pulmonis ulcera cyathum eius ſorbere iuſſerunt. Item aduerſus
tineas. Fit & ex ea oleum: quod piſſelecn uocant: uehementiores ad omnia eadem uſus
Cædri ſcobe ſerpentes fugari certum eſt. Item baccis tritis cum oleo ſi qui perungant.
Cædrides hoc eſt frutices cædri tuſſim ſanant: urinam ciunt: aluum ſiſtunt: utiles rup
tis conuulſis: ſpaſticis: ſtranguriæ: uuluis admoti. Contra lepores marinos eadem quæ
collectionibus ſupra inflãmationibuſq;. De galbano diximus neq; humidum neq; ari-
dum probatur: ſed quale docuimus. Per ſe bibitur ad tuſſim ueterem: ſuſpiria rupta cõ
uulſa. Imponitur iſchiadicis: lateris doloribus: panis: furunculis: corpori ab oſſibus ac-
cedenti. Strumis: articulorum nodis: dentium quo doloribus. Illinitur & cum melle ca
pitis ulceribus. Purulentis infunditur auribus cum roſaceo aut nardo. Odore comitia
libus ſubuenit: & uuluæ in ſtrangulatu: & ſtomachi defectu. Abortus non exeũtes tra
hit appoſitu uel ſuffitu. Item ramis hellebori circunlitum atq; ſubiectum. Serpentes ni-
dore urentium fugari diximus. Fugiunt & perunctos galbano. Medetur & a ſcorpione
percuſſis. Bibitur & in difficili partu fauæ magnitudine in uini cyatho: uuluaſq; con-
uerſas corrigit. In myrrha autem & in uino mortuos partus extrahit. Aduerſatur & ue-
nenis maxime toxicis cum myrrha & uino. Serpentes oleo & ſpondylio mixto tactu ne-
cat. Nocere urinæ exiſtimatur.

De hãmoniaco & ſtyrace: & ſpondylio: & ſphano: & terebintho: & chame
pite: & pityuſa: & reſini: & picea: & lentiſco. Ca. VI.

Similis hãmoniaci natura atq; lachrymæ ꝓbandæ ut diximus mollit: calefacit:
diſcutit: diſſoluit. Claritati uiſus i collyriis cõuenit. Pruritum: cicatrices: albu
gines oculoꝝ tollit. Dentiũ dolores ſedat: efficacius accenſum. Prodeſt diſpnoi
cis: pleureticis: pulmonibus ueſicis: urinæ cruentæ: lyeni iſchiaticis potũ. Sic & aluum
ſoluit. Articulis & podagræ cum pari pondere picis aut cæræ & roſaceo coctũ. Maturat
panos: extrahit clauos cum melle. Sic & duricias emollit. Lyeni cũ aceto & cæra cypria
uel roſaceo efficaciſſime imponit. Laſſitudines perungi cum aceto & oleo exiguoq; ni-
tro utile. Et ſtyracis natura in peregrinis arboribus diximus. Placet præter illa quæ di-
ximus: maxime pinguis: purus albicantibus fragmentis. Medetur tuſſi: faucibus: pecto
ris: uitiis: uuluæ præcluſæ duricia ue laboranti. Cit menſes potu: appoſituq; aluũ mol
lit. Inuenio potu modico triſtitiã animi reſolui: largiore contrahi. Sonitus aurium emẽ
dat infuſu: ſtrumis illitu neruorũq; nodos. Aduerſatur uenenis: quæ frigore nocẽt: iõ
& cicutæ. Spondylion una demonſtratũ. Infunditur capitibus phreneticorũ: & lethargi
coꝝ. Item capitis doloribus longis. Cũ uetere oleo bibitur & in iocineꝝ uitiis: morbo re-
gio: comitialibus: orthopnoicis: uuluaꝝ ſtrangulatione: quibus & ſuffitu ꝓdeſt. Aluũ
mollit. Illinitur ulceribus ſerpentibus cũ ruta. Flos auribus purulentis efficaciter infũ-
ditur. Sed ſuccus cũ exprimitur: integendus eſt: quoniã mire appetitur a muſcis & ſimi
libus. Radix deraſa & in fiſtulas contecta callum earum derodit. Auribus quoq; inſtilla
tur cum ſucco. Datur & ipſa contra morbum regium: ut in iocineris uitio & uuluarũ
Capillos criſpos facit peruncto capite. Spagnos ſiue ſphacos ſiue bryon: & in gallia: ut
indicauimus naſcitur uuluis inſidentium utilis. Item genibus & fœminum tumoribus
mixtus naſturtio & aqua ſalſa tritus. Cum uino aut reſina ſuccus potus urinam pellit
celerrime. Hydropicos inanit cum uino & iunipero tritus & potus. Terebinthi folia &
radix collectionibus imponuntur. Decoctum eorum ſtomachum firmat. Semen in
capitis dolore bibitur in uino: & contra difficultatem urinæ. Ventrem leniter emol-
lit. Venerem excitat. Piceæ & laricis folia trita & decocta in aceto dentium dolori ꝓſunt
Cinis corticum intertrigini & ambuſtis. Potus aluũ ſiſtit. Vrinã mouet. Suffitu uuluas

corrigit.Piceæ folia priuatim & iocineri utilia ſunt drachmæ pondere in aqua mulſa po
ta.Siluas eas dumtaxat quæ picis reſinæq; gratia raduntur utiliſſimas eſſe phthiſicis:
aut qui longa ægritudine non recoligunt uires ſatis conſtat.Et illum cæli aera plus ita
q̃ nauigationem ægyptiam proſicere plus q̃ lactis hærbidos per mõtium æſtiua potus
Chamepitis latine a iuga appellatur:diciturq; propter abortus ab aliis rhus terræ.Cubi
talibus ramis:flore pinus & odore.Altera breuior & incuruæ ſimilis Tertia eodem odo
re:& ideo nomine quoq; paruula collicula craſſitudine digytali: foliis ſcabris: exilibus:
albis:in petris naſcens.Omnes hærbæ:ſed propter cognationem nominis nõ differẽdæ
Proſunt aduerſus ſcorpionũ ictus.Item iocineri illitæ cũ palmis aut cotõeis . Renibus
& ueſicæ decoctũ earum cũ farina hordeacea. Morbo quoq; regio & urinæ diffilculta
tibus ex aqua decoctæ bibuntur.Nouiſſima cõtra ſerpentes ualet cũ melle. Sic & appo
ſita uuluas purgat.Sanguinẽ dẽſatum extrahit pota.Sudores facit perunctis ea. Peculi
ariter renibus utilis eſt.Fiunt ex ea & hydropicis pilulæ cũ ficu aluum trahentes.Lum
borũ quoq; dolorem uictoriati pondere in uino finit:& tuſſim recentem. Mortuos par
tus ex aceto cocta potaq; eiicere protinus dicitur.Cũ honore & pityuſa ſimili de cauſa
dicetur:quã quidam in titymali genere numerant.Frutex eſt ſimilis piceæ flore paruo
purpureo.Bilem & pituitã per aluum detrahit. Radix decocti hemina aut ſeminis lin
gua in balanis.Folia in aceto decocta furfures cutis emendant.Mãmas quoq; mixto ru
tæ decocto & tormina:& ſerpentiũ ictus:& in totũ collectiones incipientes.Reſinã e ſu
pradictis arboribus gigni docuimus:& genera eius & nationes in ratione uini ac poſtea
in arboribus.Cuius ſummæ ſpecies duæ ſicca & liquida.Sicca quæ e pinu & picea fit.
Liquida e terebintho:laricæ:lentiſco: cupreſſo.Nam & eæ ferunt in aſia & ſyria . Fallũ
tur qui eandem putant eſſe e picea atq; larice. Picea enim pinguem.& ſuccoſam fundit
Larix gracilem ac mellei liquoris uirus redolentem.Medici liquida raro utuntur & in
ouo fere.Larice propter tuſſim ulceraq; uiſcerum.Nec pinea magnopere in uſu. Cæte
ris nõ niſi coctis.Et coquendi genera ſatis demonſtrauimus. In arborum differẽtia pla
cet terebinthina odoratiſſima atq; leuiſſima nationum cypria:& ſyriaca utraq; mellis at
tici colore.Sed cypria carnoſior:ſicciorq;.In ſicco genere quærunt ut ſit candida:pura:
perlucida.In omni autem ut montana potius q̃ campeſtris.Item aquilonia q̃ ab alio uẽ
to.Reſoluitur reſina ad uulnerum uſus & malagmata oleo in potiones amygdalis ama
ris.Nature in medendo contrahere uulnera:purgare:diſcutere collectiones:item pecto
ris uitia.Terebinthina illinitur & eadem callida membrorum doloribus ſpaſticiſq; illini
tur in ſole:totiſq; corporibus.Mangonum maxime cura ad gracilitatem emendandam
ſpatiis ita laxantium cutem per ſingula membra:capacioraq; ciborum faciẽda corpora
Proximum locum optinet e lentiſco.Ineſt ei uis.aſtringendi.Mouet & ante cæteras uri
nam.Reliquæ uentrem emolliunt.Cruda concoquunt.Tuſim ueterem ſedant.Uuluæ
onere extrahunt etiam ſuffitæ.Priuatim aduerſantur uiſco . Panos & ſimilia cum ſeuo
taurino & melle ſanãt.Palpebras lẽtiſcina cõmodiſſime replicat. Factis quoq; utiliſſima
& auribus purulẽtis:itẽ in pruritu genitaliũ.Pinea capitis uulneribus optime medet.

De pice ſpiſſa & liqda:& paliſpiſſa:& piſſaſphalcos:& zopiſſa:& tæda:& lẽtiſco.Ca.VII

P Ix quoq; unde & quibus conficeretur modis indicauimus.Et eius duo gene
ra.Spiſſum liquidumq;.Spiſſarum utiliſſima medicinæ eſt brutia:quoniã pin
guiſſima & reſinoſiſſima utraq; præbet utilitates.Ob id magis rutila q̃ cæteræ
Id enim quod in hoc adiiciunt ex maſcula arbore meliorẽ eſſe:nõ arbitor poſſe intelligi
Picis natura ex calfacit:explet.Aduerſatur priuatim ceraſtæ morſus cum polẽta. Item
anguinæ cum melle.Diſtillationibus & ſternutamentis . Pituitis aurium infunditur
cũ roſaceo.Illinit cum cæra.Sanat lichenas.Aluũ ſoluit:Excreationes pectoris adiuuat
eligmate aut illita.Tõſillis cũ melle.Sic & ulcera purgat. Explet cũ uua paſſa & axũgia
Carbũculos purgat:& putreſcentia ulcera. Quæ uero ſerpunt cũ pineo cortice aut ſub

phure. Phthiſicis etiam cyathi menſura quidam dederunt:&. contra ueterem tuſſim:
Rhagadas ſedis & pedum: panoſqꝫ & ungues ſcabros emendat. Vuluæ duritias & con-
uerſiones odore. Item lethargicos: ſtrumas. Item cum farina hordeacea & pueri impu-
bis urina decocta ad ſuppurationem perducit. Et ad alopecias ſicca pice utuntur. Ad
mulierum mãmas brutia ex uino ſubferuefacta cnm poline farraceo q̃calidiſſimis im-
poſitis. Liquida pix oleumqꝫ quod piſſeleon uocant quenadmodum fieret diximus.
Quidam iterum decoquunt:& uocant palimpiſſa. Liquida anginæ perunguntur in
tus & uua. Ad. aurium dolores: claritatem oculorum: oris circunlitiões ſuſpirioſas: uul
uas: tuſſim ueterem. Et crebras excreationes pectoris: ſpaſmos tremores: opiſthotonos:
paralyſes: neruorum dolores præſtantiſſimum: Ad canum & iumentorum ſcabiem. Eſt
& piſſaſphaltos mixta bitumini pice: naturaliter ex apollonatarum agro. Quidam aũt
ipſi miſcent præcipuum ad ſcabiem pecorum remedium. Aut ſi fœtus mammas læſe-
rit. Maturum optimum ex eo quod cum feruet: innatat. Zopiſſam e radi nauibus dixi
mus cæra marino ſale macerata. Optima hæc a tyrocinio nauium. Additur autem in
malagmata ad diſcutiendas collectiones. Tædæ decoctæ in aceto dentium dolores effi-
caciter colluunt. Lentiſci & arbores & ſemen & cortex & lachryma urinam ciunt: aluũ
ſiſtunt. Decoctum eorum ulceribus quæ ſerpunt fotu. Illinitur in humidis & igni ſa-
cro: gingiuas colluit. Folia dentibus in dolore atteruntur. Mobiles decocto colluuntur
Capillum tingunt. Lachrymas ſedis uitiis prodeſt: cum quid ſiccari excalfieri ue opus
ſit Decoctum & e lachryma ſtomacho utile ructum & urinam mouens: quod & capi-
tis dolori cum polenta illinitur. Folia uero tenera oculis inflammatis illinuntur. Item
maſtice lentiſci replicandis palpebris:& ad exterendam cutem in facie & ſmegmata.
Adhibetur & ſanguinem reiicientibus: tuſſi ueteri:& ad omnia quæ hãmoniaci uis. Me
detur & attritis partibus ſiue oleo e ſemine eius facto cæræqꝫ mixto: ſiue foliis ex oleo de
coctis: ſiue cum aqua utilia foueantur. Scio Democritum medicum in ualitudine con
ſidiæ. M. Seruilii conſularis filiæ omnem curationem auſteram: recuſantis diu efficaci
ter uſum lacte caprarum: quas lentiſco paſcebat.

De platano & fraxino & acere & alba populo & ulmo & tilia & ſãbuco & iunipo. C. viii.

Platani aduerſantur ueſpertilionibus. Pilulæ eoꝝ in uino potæ. xiiii. pondere
omnibus ſerpentium & ſcorpionũ uenenis medent̃. Item ambuſtis tuſæ aut
cũ aceto acri magiſqꝫ ſcyllitino ſanguinẽ oẽm ſiſtunt:& lentiginem & carcino
mata. Melandrias quoqꝫ ueteres addito melle emẽdant. Folia & cortex illinũt collectio-
nibus & ſuppurationibus:& decoctũ eoꝝ. Corticis aũt in aceto dentiũ remediũ eſt. Fo-
lia eoꝝ tenerrima in uino albo decocta oculoꝝ. Lanugo foliorum & auribus & oculis
inutilis. Cinis pilulaꝝ ſanat ambuſta igni uel frigore. Cortex e uino ſcorpionũ ictus re-
ſtinguit. Fraxinus quã uim aduerſus ſcorpiones haberet indicauimus. Semen foliis eius
ineſt quæ medet̃ iocineris & lateris doloribus in uino. Aquã quæ ſubit cutem extrahũt
Corpus obeſſum leuant onere ſenſim ad maciẽ reducenda: iiſdem foliis cũ uino tritis
ad uiriũ portionem: ita ut puero quinque folia tribus cyathis dentur. Robuſtioribus
ſeptem folia quinqꝫ cyathis uini. Non omittendum ramenta eius & ſcobem a q̇buſdam
cauẽda prædici. Aceris radix cõtuſa iocineris doloribus utiliſſime imponit̃. Populi al
bæ uuaꝝ in unguntis uſum expoſuimus. Cortex potus iſchiadicis & ſtranguriæ pro-
deſt. Folioꝝ ſuccus calidus auriũ dolori. Virgã populi in manu tenẽtibus tertrigo nõ
metuat̃. Populus nigra efficaciſſima habet̃: quæ in creta naſcit̃. Comitialibus ſemẽ ex
aceto utile. Fũdit illa & reſinã exiguã: qua utunt̃ ad malagmata. Folia podagris ĩ aceto
decocta imponunt̃. Humor e cauis populi nigræ effluẽs uerrucas papulaſqꝫ ex attritu
odoratus tollit. Populi ferũt ĩ foliis guttã: ex q̃ apes ꝓpolin faciũt. Gutta quoqꝫ aquæ ꝓ
polis ex aqua remediũ quã efficax eſt. Vlmi & folia & cortex & rami uim habẽt ſpiſſãdi
& uulnera cõtrahẽdi. Corticis utiqꝫ iterior tilia lepras ſedat & folia ex aceto illita. Corti

cis denarii pondus potum in hemina aquæ frigidæ aluum purgat. Pituitaſq; & aqua
priuatim trahit. Imponitur & collectionibus lachryma. Et uulneribus ambuſtiſq; deco
cto fouere prodeſt. Humor in folliculis arboris huius naſcens cuti nitorem inducit: fa
ciemq; gratiorem præſtat. Cauliculi foliorum primi uino decocti tumores ſanant: extra
huntq; per fiſtulas. Idem præſtant & tiliæ cortices. Multi corticem commanducatum
uulneribus utiliſſimum putant. Folia trita aqua aſperſa pedum tumori. Humor quoq;
e medulla uti diximus caſtratæ arboris effluens: capillum edidit capiti illitus: defluẽteſ
que continet. Arbor tilia leniter tuſa ad eadem fere utilis eſt: atq; oleaſter. Folia autẽ tan
tum in uſu: & ad infantium ulcera in ore & commanducata & decocta urinam ciunt:
menſes ſiſtunt illita: ſanguinem pota detrahunt. Sambucus habet alterum genus magis
ſilueſtris: quod græci chameacten: alii hellon uocant multo breuius. Vtriuſq; decoctũ
in uino ueteri foliorum uel ſeminis uel radicis ad cyathos binos potum ſtomacho inu
tile eſt: aluo detrahens aquam. Refrigerat etiam inflammationem: maxime recentis am
buſti. Et canis morſum cum polenta molliſſimis foliorum illitis. Succus cerebri colle
ctiones priuatimq; membranæ: quæ circa cerebrum eſt: lenit infuſus. Acini eius ĩfirmi
ores q̃ reliqua tingunt capillum poti acetabuli menſura. Vrinam mouent. Foliorũ mol
liſſima ex oleo & ſale eduntur ad pituitam bilemq; detrahendam. Ad omnia efficacior
quæ minor. Radicis eius in uino decocti duo cyathi poti hydropicos exinaniunt. Vul
uas emolliunt. Has & foliorum decocto inſidentium. Cauſes teneri minoris ſambuci in
patinis cocti aluum ſoluunt. Reſiſtunt folia & ſerpentium ictibus in uino pota. Poda
gris cum ſeuo hircino uehementer proſunt cauliculi illiti. Iidemq; in aqua macerantur
ut ea ſparſa pulices necentur. Foliorum decocto ſi locus ſpargatur: muſcæ necanť. Boa
appellatur morbos papularum cum rubent corpora: ſambuci ramos uerberať. Cortex
interior tritus ex uino albo potus aluum ſoluit. Iuniperus uel ante cætera omnia excal
facit: extenuat: cædro aſſimilis. Et eius duo genera. Altera maior: altera minor. Vtraque
accenſa ſerpentes fugat. Semen ſtomachi pectoris lateris doloribus utile. Inflammatiões
algoreſq; diſcutit. Tuſſes concoquit & duritias. Illitum tumores ſiſtit. Item aluũ: baccis
ex uino nigro potis. Itẽ uentris tumores illitis. Miſcetur & antidotis. exyporis. Vrinas cit
Illinitur & oculis in epihoris. Datur conuulſis: ruptis: torminibus: uuluis: iſchiadicis cũ
uino albo potum pilulis quaternis aut decoctis uiginti in uino. Sunt qui & perungãt
corpus eius in ſerpentium metũ.

De ſalice: & amerina: & uitilibus: & eriſtro. Ca. VIII.

SAlicis fructus ante maturitatem in araneam abit. Sed ſi prius colligatur ſan
guinem reiicientibus prodeſt. Corticis e ramis primis cinis clauum & callum
aqua mixta ſanat. Vitia cutis in facie emendat: magis admixto ſucco ſuo. Eſt
autem trium generum. Vnum arbor ipſa exudat gummi modo. Alterum manat ĩ pla
ga cum flore exciſſo cortice trium digytorum magnitudine. Hic ad purganda quæ ob
ſtent oculis. Item ad ſpiſſanda quæ opus ſunt. ciendamq; urinam: & ad omnes collecti
ones intus extrahendas. Tertius ſuccus eſt detruncatione ramorum a falce diſtillans:
Ex iis ergo aliquis cum roſaceo in calice punico calfactus auribus infundiť. Vel folia
cocta cũ & cæra trita imponuntur item podagricis. Cortice & foliis in uino decoctis fo
ueri neruos utiliſſimũ. Flos tritus cũ foliis furfures purgat ĩ facie. Folia cõtrita & pota
ĩtemperantiã libidinis coercent: atq; in totũ auferunt uſum ſæpius ſumpta. Amerinæ
nigræ ſemen cum ſpuma argenti pari pondere a balneo illitum pſilothrum eſt. Non
multum a ſalice uitilium uſu diſtat uitex: foliorũ quoq; aſpectu: niſi odore gratior eẽt
Sed græci ligno uocant: alii agnon: quoniam matronæ in theſmophoriis athenienſiũ
caſtitatẽ cuſtodiẽtes iis foliis cubitꝰ ſibi ſternũt. Duo genera eius. Maior ĩ arborẽ ſalicis
mõ aſſurgit. Minor ramoſa foliis cãdidioribus lanuginoſis prima arboꝝ florẽ mittit cũ
purpureo: quæ cãdida uocať. Nigra: q̃ tantũ purpureũ. Naſcunť ĩ paluſtribus cãpis. Se

men potũ uini quẽdã ſaporẽ habet:& dicit̃ febres ſoluere. Et cũ ungant̃ oleo admixtũ
ſudorem facere:ſic & laſſitudines diſſoluere. Vrinam ciunt & menſes. Caput tentant ui
ni modo:nam & odor ſimilis eſt. Inflationes pellunt in inferiora. Aluum ſiſtunt. Hydro
picis & lyenibus perq̃ utiles. Lactis ubertatem faciunt. Aduerſantur uenenis ſerpentiũ
maxime quæ frigus inferunt. Minor efficacior ad ſerpentes. Bibitur ſeminis drachma ĩ
uino uel poſca:aut duabus folioꝶ tenerrimoꝶ. Illinũtur & utræq; aduerſus araneorum
morſus uel punctis tantũ. Suffitu quoq; aut ſubſtratu fugãt uenenata. At ueneresæ rei
impetus inhibent. Eoq; maxime phalangiis aduerſantur:quorum morſus genitale exci
tat. Capitis dolorem ex ebrietate ſedant cum roſaceo flos teneriq; cauliculi. Seminis de-
coctum uehementiorem capitis dolorem diſſoluit fotu:& uuluam etiam ſuffitu uel ap
poſitu. Purgat aluum cum pulegio & melle potum. Vomicas panoſq; difficile conco-
quentes cum farina hordeacea mollit: Lichenas & lentigines cum aphronitro & aceto ſe
men ſanat:& oris ulcera & eruptiones cum melle. Teſtium cũ butyro & foliis uitium.
Rhagadas ſedis cũ aqua illitum. Luxatis cũ ſale & nitro & cæra:& ſemine & folio. Addi-
tur in malagmata neruorum & podagras. Semen inſtillatur in oleo decoctum capiti in
lethargia & phreneſi. Virgã qui in manu habeãt aut cinctu:negant̃ intertriginem ſen
tire. Ericen græci uocant fruticẽ nõ multum ab ilice differentẽ colore roris marini: &
pene folio. Hoc aduerſari ſerpentibus tradunt. Geniſta quoq; uiculi uſum præſtat. Flo
res apibus gratiſſimi. Dubito an hæc ſit quã græci auctores ſparton appellauere: cum
ex ea lina piſcatoria apud eos factitari docuerim. Et nunqd hanc deſignauerit Homer⁹
cũ dixit. Nauium ſparta diſſoluta? Nõdum enĩ fuiſſe africanũ uel hiſpanũ ſpartum in
uſu certũ eſt. Et cũ ſutiles fierent naues:lino tamẽ nõ ſparto unq̃ ſutas. Semen eius qđ
græci eodẽ nomine appellãt:in folliculis paſſioloꝶ modo naſcens purgat hellebori uice
drachma & dimidia pota in aquæ mulſæ cyathis quattuor ieiunis. Ramis ſimiliter frõ
de in aceto maceratis pluribus diebus & tuſis ſuccum dant iſchiadicis utilẽ cyathi uni
us potu. Quidã marina aqua macerare malunt:& ĩfundere clyſtere. Perungũtur eodẽ
ſucco iſchiadici addito oleo. Quidam ad ſtranguriã utunt̃ ſemine. Geniſta tuſa cũ axũ
gia genua dolẽtia ſanat. Myricẽ quã & tamaricẽ uocat Leneus ſimilẽ ſcopis amerinis.
Sanari dicit ea carcinomata in uino decocta tritaq; cũ melle illita. Arbitrant̃ quidã hãc
eſſe tamaricã. Sed ad lyenẽ præcipua eſt:ſi ſuccus eius expreſſus in uino bibat̃. Adeoq;
mirabilẽ eius antipathiã cõtra ſolũ hoc uiſceꝶ faciunt:ut affirmẽt:ſi ex ea alueis factis
bibant ſues ſine lyene ĩueniri. Et iõ homini ſplenetico cibũ potũq; dant in uaſis ex ea fa
ctis. Granis aũt auctor in medicina uirgã ex eadẽ fractã:ut neq; terrã neq; ferꝶ attinge-
ret:ſedare uẽtris dolores aſſeuerauit impoſitã:ita ut tunica cinctuq; corpori apprimeret̃.
Vulgus infœlicẽ eam arborẽ appellat:ut diximus:quoniã nihil ferat:nec ſerat̃ unq̃. Co
rinthus & quæ circa eſt regio:brianeã uocat. Eiuſq; duo genera facit. Silueſtrem plane
ſterilẽ:alterã mitiorẽ. Hæc fert in ægypto ſyriaq; etiã abundãter lignoſum fructũ:maio
rem galla:aſperũ guſtu:quo medici utunt̃ uice gallæ:& in cõpoſitionibus quas anthe-
ras uocãt. Lignũ aũt & flos & folia & cortex in eoſdem uſus adhibent̃ q̃q̃ remiſſiora. Da
tur ſanguinẽ reiiciẽtibus cortex tritus:& cõtra ꝓfluuia fœminaꝶ:cœliacis quoq;. Idem
tuſus impoſituſq; collectioneſq; oẽs inhibet. Foliis exprimit̃ ſuccus. Ad hæc eadẽ in ui-
no potũ uel impoſitũ cum roſaceo & cæra ſedat. Sic & epinyctidas ſanant. Ad dentium
dolorem auriumq; decoctum eorum ſalutare eſt:radix ad eadem:ſimiliter folia. Hæc am
plius ad ea quæ ſerpunt:imponuntur cum polenta. Semen drachmæ pondere aduer-
ſus phalangias & araneos bibitur. Cum altilium uero pingui furunculis imponitur.
Efficax & contra ſerpentium ictus:præterq̃ aſpidum. Necnon morbo regio: phthriaſi:
lendibuſq; decoctum infuſum prodeſt. Abundantiamq; mulierum ſiſtit. Cinis arboris
ad omnia eadem prodeſt: ſi bouis caſtrati urinæ immiſceatur:uel in potu: uel in cibo
uenerem finiri. Carboque ex eo genere urina ea inſtinctus in umbra conditur.

Idem cum libeat accendere:reſoluit. Magi & id ex ſpadonis fieri urinam tradiderunt.

De uirga ſanguinea:& ſilere:& liguſtro:& alno:& hedera:& cyſtho:& ciſſo:
& erythrano:& chameciſſo:& milace:& de clematida. Ca. X.

NEc uirga ſanguinea fœlicior habetur. Cortex eius interior cicatrices quæ præ
ſana uere aperit. Sileris folia illita fronti capitis dolores ſedant. Eiuſdẽ ſemẽ tri
tum ĩ oleo phthiriaſes coercet. Serpentes & huuc fruticẽ refugiunt: baculũq;
ruſtici ob id ex eo gerunt. Liguſtrũ eadem arbor eſt:quæ in oriente cypros: ſuos in eu
ropa uſus habet. Succus eius neruis articulis algoribus:folia ubiq; ueteri ulceri cũ ſalis
mica:& oris exulcerationi proſunt. Acini cõtra phthiriaſin:item cõtra intertrigines:fo
lia ue. Sanant & gallinaceorũ pituitas acini. Folia alni ex feruenti aqua certiſſimo reme
dio ſunt tumori. Hederæ genera.xx.demõſtrauimus. Natura omniũ ĩ medicina anceps
Mentem turbat:& caput purgat largius pota. Neruis intus nocet. Iiſdem neruis adhibi
ta foris prodeſt. Eadem natura quæ & aceto ei eſt. Omnia genera eius refrigerãt. Vrinã
ciunt potu. Capitis dolorem ſedãt:præcipue cerebro:continentiq; cerebrum membrane
utiliter mollibus impoſitis foliis cum aceto & roſaceo tritis & decoctis addito poſtea roſa
ceo oleo. Illinuntur aũt fronti & decocto eorum fouetur os:caputq; perungitur. Lyeni
& pota & illita proſunt. Decoquũtur & contra horrores febriũ:eruptiõeſq; pituitæ:aut
in uino teruntur. Corymbi quoq; poti uel illiti lyenem ſanant:iocinerant autem illiti
Trahunt & menſes appoſiti. Succus hederæ tedia narium graueolentiamq; emendat
præcipue albæ ſatiuæ. Idem ĩfuſus naribus caput purgat. Efficacius addito nitro infũ
ditur etiam purulentis auribus:aut dolentibus cum oleo. Cicatricibus quoq; decorem
facit:ad lyenes efficacior albæ eſt ferro calefactus. Satiſq; eſt acinos ſex uini cyathis duo
bus ſumi. Acini quoq; ex eadem alba terni in aceto mulſo poti tineas pellunt. In aqua
curatione uentri quoq; impoſuiſſe eos utile eſt. Hederæ:quam chriſolation appellamus
baccis aurei coloris uiginti in uini ſextario tritis ita ut terni cyathi potentur:aquã quæ
cutem.ſuberit:per urinam educit. Eraſiſtratus eiuſdem acinos. v. tritos in roſaceo oleo:
calefactoſq; in cortice punico inſtilauit dentium dolori a cõtraria aure. Acini qui croci
ſuccum habent:præſumpti potu a crapula tutos præſtant. Item ſanguinem excreantes
aut torminibus laborantes. Hederæ nigræ candidiores corymbi poti ſteriles etiam uiros
faciunt. Illinitur decocta in uino omnium ulcerum generi:etiã ſi caccetæ ſint. Lachry
ma hederæ pſilothrũ eſt:phthiriaſinq; tollit. Flos cuiuſcunq; generis triũ digytorũ carp
tu dyſentericos & aluum citã emendat in uino auſtero bis die potus. Et ambuſtis illinit
utiliter cum cæra. Denigrant capillum corymbi. Radicis ſuccus in aceto potus cõtra
phalangias prodeſt. Huius quoq; ligni uaſe ſpleneticos bibẽtes ſanari ĩuenio. Et acinos
terunt:moxq; comburunt & ita illinuntur ambuſta prius perfuſa aqua calida. Sunt q
& incidant ſucci gratia:eoq; utantur ad dentes eroſos:frangitq; tradunt proximis cæra
munitis:ne ledantur. Gummi etiam in hedera quærunt:quod ex aceto utiliſſimũ den
tibus promittunt. Græci uicino uocabulo ciſton appellant fruticem maiorem tymo fo
liis ocini. Duo eius genera. Flos maſculo roſaceus:fœminæ albet. Ambo proſunt dyſẽ
tericis & ſolutionibus uentris in uino auſtero trinis digytis flore capto: & ſimiliter bis
die poto. Vlceribus ueteribus & ambuſtis cum cæra:& per ſe oris ulceribus. Sub his ma
xime naſcitur hypociſtos:quam inter hederas diximus. Ciſſos erythranos ab iiſdem ap
pellatur ſimilis hæderæ:coxendicibus utilis e uino potus:item lumbis tantamq; uim
accipiunt:ut ſanguinem urina detrahant. Item chameciſſon appellant hederem non at
tollentem ſe a terra. Et hæc contuſa ĩ uino acetabuli menſura lyeni medetur. Folia am
buſtis cum axungia. Milax quoq;: q & autophoros cognominat:ſimilitudĩnẽ hederæ
habet:tenuioribꝰ foliis. Coronã ex eo factã ĩpari foliorũ numero aiunt capitis doloribꝰ
mederi. Quidã duo genera milacis. Alterũ ĩmortalibus ꝓximũ cõuallibus opoacis cã
dentem. Alterum comãtibus acinoꝝ corymbis cõtra uenẽa oĩa efficaciſſimis in tm̃ ut

acinorum ſucco infantibus ſepe ſtillato nulla poſtea uenena nocitura ſint. Alterũ ge-
nus culta amare:& ĩ iis gigni nullius effectus. Illam eſſe milacem priorem: cuius lignũ
ad aures ſonare diximus. Similem huic aliqui clematida appellauerunt repente per arbo
res geniculatã & ipſam. Folia eius leprã purgant: Semen aluum ſoluit acetabuli mẽſu-
ta in aquæ hemina aut aqua mulſa. Dat̃ ex eadẽ cã & decoctũ eius.

¶ De harũdine:& papyro:& hebeno.& rhododendro: de ruſen:& hydro:&
canchry & ſabina:& ſelagine:& ſamulo:& gũmi medicinis. Ca. XI.

HArundinis genera. xxix. demonſtrauimus nõ aliter euidẽtiore illa natura quã
continuis iis uoluminibus tractamus. Siquidem harundinis radix contrita &
impoſita filicis ſtirpem corpore extrahit. Item harũdinem filicis radix. Ex quo
plura genera fecimus. Illa quæ in iudæa ſyriaq; naſcitorum odorum unguentorumq;
cauſa urinam mouet cum gramine aut apii ſemine decocta. Cit & menſtrua admotu.
Medetur conuulſis duobus obolis pota: iocineri: renibus: hydropi: tuſſi etiam ſuffitu:
magiſq; cum reſina. Furfuribus ulceribuſq; manantibus cum myrrha radix decocta.
Excipitur & ſuccus eius: fitq; elaterio ſimilis. Efficaciſſima autem in omni harundin
quæ proxima radici. Efficacia & genicula. Harundo cypria quæ donax uocatur cortie
ce cinere alopecias emendat. Item putreſcentia ulcera. Foliis eius ad extrahendos acu-
leos utuntur. Efficacius & contra ignes ſacros: collectioneſq; omnes. Vulgaris harundo
extractoriam uim habet:& recens tuſa: non in radice tantum. Multum enim & ipſam
harundinem ualere tradunt. Medetur & luxatis:& ſpinæ doloribus radix in aceto illita
Eadem recens trita & in uino pota uenerem concitat. Harundinum lanugo illita auri
bus obtundit auditum. Cognita res eſt in ægypto de harundine. Papyro præcipue uti
litates cum inaruerit: ad laxandas ſiccandaſq; fiſtulas:& intumeſcendo ad introitũ me-
dicamentorum aperiendas. Charta quæ fit ex ea cremata inter cauſtica eſt. Cinis eius
ex uino potus ſomnum facit. Ipſa ex aqua impoſita callum ſanat. Ne in ægypto quidẽ
naſcitur hebenus ut docuimus. Nec tractamus in medicina alienos orbes. Non om tte-
tur tamen propter miraculum. Scobem eius oculis unice mederi dicunt. Lignoq; ad co
tem trito cum paſſo caliginem diſcutit. Ex aqu a uero & radice albugines oculorum.
Item tuſſim pari modo dracunculi radicis cum adiecto melle. Hebenum medici & iter
rodentia aſſumunt. Rhododendros ne nomen quidem apud nos ĩuenit latinum. Rho
dodaphnen uocant aut nerium. Mirum folia eius quadrupedum uenenum eſſe. Ho-
mini uero contra ſerpentes præſidium: ruta addita & e uino pota. Pecus etiam & capræ
ſi aquam biberint: in qua folia ea maduerint: mori dicuntur. Nec rhus latinum nomẽ
habet: cum in uſum pluribus modis ueniat. Nam & hærba ẽ ſilueſtris. foliis myrti: cau-
liculiſq; breuibus: quæ uenena & tineas pellit:& frutex excoriarius appellatur: ſubruti-
lius: cubitalis craſſitudine digytalis. Cuius ar dis foliis & malicorio coria perficiuntur.
Medici autem rhoicis utuntur ad contuſa. Item cœliacos & ſedis ulcera: aut quæ pha-
gedenas uocant: trita cum melle & illita cum aceto. Decoctum eorum inſtillatur auri
bus purulentis. Fit & ſtomachice decoctis ramis ad eadem quæ ex moris: ſed efficacior
admixto alumine. Illiniturq; eadem hydropicorum tumoribus. Rhus quæ erythros ap-
pellatur frutex eſt:& huius fruticis ſemẽ uim habet aſtringendi refrigerãdiq;. Aſpergit̃
ꝓ ſale obſoniis. Aluos ſoluit: oẽſq; carnes cum ſilphio ſuauiores facit. Vlceribus medet̃
manãtibus cum melle. Aſperitati linguæ percuſſis: liuidis: deſquamatis eodẽ modo. Ca
pitis ulcera ad cicatricẽ celerrime perducit:& fœminaꝝ abundantiã ſiſtit cibo. Erythro
danus quã aliqui ereuthodanũ uocãt: nos rubiã: qua tingunt̃ lanæ: pelleſq; ꝑficiũtur
in medicina urinã ciet. Morbũ regium ſanat ex aqua mulſa. Et lichenas ex aceto illita
Et iſchiadicos & palyticos ita ut bibẽtes lauentur quotridie. Radix ſemẽq; trahũt men-
ſes. Aluũ ſiſtunt:& collectiões diſcutiũt. Cõtra ſerpẽtes rami cũ foliis ĩponunt̃. Folia &
capillũ tigũt. Inuenio apud quoſdã morbũ regiũ ſanari hoc frutice: ẽt ſi adalligatꝰ ſpec

tetũr tantum. Diſtat ab eo qui aliſon uocatur foliis tantum & ramis minoribus. Quip
pe nomē accepit ꝙ a cane morſos rabiē ſentire nō patiꝰ potus ex aceto adalligatuſq;. Mi
rũq; e qd̄ additꝰ: inſaniá cōſpecto eo omĩo frutice ſanari. Tingentibus & radicula ramos
præparat: quá ſtruthion uocari diximus. a græcis. Medetꝰ morbo regio ipſa decocta &
ius potũ: itē pectoris uitiis. Vriná ciet: aluũ ſoluit: & uuluas purgat. Quâ ob rē aureũ
poculũ medici uocant. Ea & ex melle ꝓdeſt magnifice ad tuſſim. Orthopnoe coclearis
mēſura. Cũ polēta uero & aceto lepras tollit. Eadē cũ panace & capparis radice calculos
frangit: pellitq;. Panos diſcutit cũ farina hordeacea uino decocta. Miſcetꝰ & malagmatis
& collyriis claritatis cá. Ad ſternutamēta utilis inter pauca. Lyeni quoq; ac iocineri. Ea
dē pota denarii unius pōdere ex mulſa aqua ſuſpirioſos ſanat. Sic & pleureticos: & oēs
lateris dolores. Apocyni ſemē ex aqua frutex ē: folio hederæ: moliere tñ & minus longis
uiticulis: ſemĩe acuto: diuiſo: graui láuginoſo odore. Cáes & oēs q̄drupedes necat ĩ cibo
datũ. Eſt & roſmarinũ. Duo genera eius. Alteꝝ ſterile: alteꝝ cui & caulis & ſemē reſina
ceũ: qd̄ câchrys uocatꝰ. Foliis odor thuris. Radix uulnera ſanat uiridis ĩpoſita & ſedis ꝓ
cidentia cōdylomata hemorroidos. Succus & frutices & radicis morbũ regiũ: & ea quæ
repurgâda ſũt. Oculoꝝ aciē exacuit. Semē ad uetera pectoris uitia datur potui. Et ad
uuluas cũ uino & pipere. Mēſes adiuuat. Podagris illinitꝰ cũ erinea farina. Purgat & len
tigines: & quæ excalefaciēda ſũt: aut cũ ſudor quærēdus illitũ. Itē cōuulſis. Auget & lac
In uino potũ. Itē radix. Ipſa hærba ſtrumis cũ aceto illinitꝰ: ad tuſſim cũ melle prodeſt.
Canchrys multa genera habet ut diximus. Sed hæc quæ ex rore ſupradicto naſcitꝰ ſi fri
cetꝰ: reſinoſa ē. Aduerſatꝰ uenenis & uenenatis: ꝑter anguibus. Sudorē mouet tormina
diſcutit. Lactis ubertatē facit. Hærba ſabina brathy appellata græcis duoꝝ generũ ē. Al
tera amaraci ſimilis folio ē: altera cupreſſo. Qua ex re quidâ creticâ cupreſſũ dixerunt
utilis in ſuffitus ꝓ thure aſſumitꝰ. In medicamētis uero duplicato pondere eoſdē effectꝰ
habere quos cynnamũ traditꝰ. Collectiōes minuit & nomas cōpeſcit. Illita ulcera purgat
Partus emortuos appoſita extrahit & ſuffitu. Illinitꝰ igni ſacro & carbũculis. Cũ mele &
uĩo pota regio morbo medetꝰ. Gallinacei generis pituitas fumo eius herbæ ſanari tradũt
Similis hærbe huic ſabnæ ē ſelago appellata. Legitꝰ ſine ferro dextra manu ꝑ tunicam
qua ſiniſtra manu exuitꝰ uelut furâte: candida ueſte ueſtito pureq; lotis nudis pedibus
ſacro facta prius q̄ legatꝰ: pane uinoq;. Fertꝰ ĩ mappa noua. Hác cōtra omnē ꝑniciē habē
dá ꝓdidere druidæ galloꝝ: & cōtra oĩa oculoꝝ uitia fumũ eius ꝓdeſſe. Idē ſamolũ her
bâ nominauere naſcēte ĩ humidis. Et hác ſiniſtra manu legi a ieiunis cōtra morbos ſu
um boũq;: nec reſpicere legentē. nec alibi q̄ in canali deponere: ibiq; conterere poturis.
Gummi genere diximus. Ex iis maiores effectus melioris cuiuſq; erunt. Dētibus inuti
les ſũt. Sanguinē coagulât: & ideo reiciētibus ſanguinē ꝓſunt: itē ambuſtis: arteriæ ui
tiis. Inutilē uriná ciunt: amaritudines hebetant aſtrictis cæteriſq;. Ex amygdala amara
ē ſpiſſandiq; uiribus efficatior. Habet excalfactorias uires. Præponũtꝰ aũt prunoꝝ & co
raſoꝝ ac uitiũ. Siccant illitæ & aſtringunt. Ex aceto uero infanciũ lichenas ſanant: Pro
ſunt & tuſſi ueteri: quattuor obolis in mixto potis. Creduntꝰ & colorē gratiorē facere:
ciborumq; appetentiam: & calculoſis prodeſſe cum paſſo potæ. Oculorum & uulnerũ
inutilitatibus maxime conueniunt.

De ſpina ægyptia: & ſpina alba: & acanto: & acatia. Ca. XII.

AB ſpina ægyptia ſpinæ arabicæ laudes in odorum loco diximus: & ipſa ſpiſſat
ſtringitq; diſtillationes omnes: & ſanguinis excreationes: menſiumq; abundâ
tiam: etiam nunc radice ualentior. Spinæ albæ ſemen contra ſcorpiones auxi
liatur. Corona ex ea impoſita capitis dolores minuit. Huic ſimilis eſt ſpina illa: quam
græci acanthon uocont minoribus multo foliis aculeatis per extremitates & harenoſa
lanugine obductis. Qua collecta etiam ueſtes quædam bombicinis ſimiles fiunt ĩ oriē
te. Ipſa folia uel radices ad remedia opiſthotoni bibuntur. Eſt acaciæ ſpina. Fit in ægy

ꝓ alba nigraq; arbore:item uiridi:ſed longe melior eſt prioribus. Fit & in gallatia te‐
nerrima ſpinoſior arbore. Semen omnium lenticulæ ſimile:minore eſt tantū & grano
& folliculo. Colligit᷑ autumno ante collectu nimio ualidius. Spiſſat᷑ ſuccus ex foliculis
aqua cæleſti ꝑfuſis:mox in pilatuſis exprimit᷑ origanis:tūc denſatur in ſole mortariis
in paſtilos. Fit ex foliis minus efficax. Ad coria ꝑficienda ſemine ꝓ galla utunt᷑. Folioꝝ
ſuccus & galatiacæ acaciæ nigerrimus improbat᷑:Itē q̄ ualde ruffus. Purpurea aut leu
cophea:& q̄ facillime diluit᷑. Vis ſumma ad ſpiſſandū refrigerandūq; eſt. Oculoꝝ me‐
dicamentis ante alias utiles. Lauant᷑ in eos uſus paſtilli:ab aliis torrent᷑:ab aliis capilli
tingunt᷑. Sanant ignē ſacrum. Vlcera q̄ ſerpunt:& humida uitia corporis:collectiones
articulos contuſos:peruiones:ptergya. Abundantiā menſium fœminis ſiſtunt:uuluā
q; & ſedem procidentem:item oculos:oris uitia & genitalium.

De uulgari ſpina & ſilueſtri:& de ſyriſceptro:& de apendice ſpina:& pyracantho:&
paliuro:aquifolia & taxo & rubis medicinæ. Ca. XIII

Vulgaris quoq; hæc ſpina:ex qua uenæ fulloniæ implēt᷑:radicis uſus habetur
Per hiſpanias quidem multi & inter odores & ad unguenta utunt᷑ illa aſpala
thum uocantes. Eſt ſine dubio hoc nomine ſpina ſilueſtris in oriente (ut diximus)
candida magnitudīe arboris iuſtæ. Sed & frutex humilior atq; ſpinoſus. In ſyria
& rhodioꝝ inſulis:quam alii ſyriſceptrū:alii adiapſatheū ſiue dipſacon ſiue diacheron
uocant. Optimus q̄ minime ferulaceus:rubeus:& in purpuram uergens detracto cor‐
tice:naſcit᷑ pluribus locis:ſed non ubiq; odoratus. Quā uim haberet cæleſti arquu in
eum innixo:diximus. Sanat tetra oris ulcera:& ozenas:genitalia exulcerata:aut carbū‐
culantia:itē rhagadia:inflationes potu. Diſcutit & ſtrangurias cortex. Sanguinē reddē
tibus mēdet᷑ decoctum eius. Aluū ſiſtit cortex. Similia preſtare ſilueſtrē quoq; putant
Spina eſt appendix appellata:quoniā baccæ puniceo colore in ea appendices uocant᷑
Hæ crudæ ꝑ ſe & aridæ in uino decoctæ aluū citant:ac tormina cōpeſcūt. Pyrachanti
baccæ cōtra ſerpentiū ictus bibunt᷑. Paliuris quoq; ſpinæ genus eſt. Semē eius afri zu‐
tam uocant:contra ſcorpiones efficaciſſimū:item calculoſis & tuſſi. Folia aſtrictoriam
uim habent. Radix diſcutit panos:collectiones:uomicas:urinas trahit pota. Decoctū
eius potū in uino aluū ſiſtit. Serpentibus aduerſat᷑:radix præcipue datur in uino. Alio
quin folia cōtuſa addito ſale articuloꝝ morbis īponunt. Proſūt baccæ purgationi fœ‐
minaꝝ:cæliacis:dyſentericis:ac colericis. In uino potæ aluū ſiſtunt. Radix decocta &
illita extrahit infixa corpori. Vtiliſſima eſt & luxatis tumoribuſq;. Aquifolia arbor ī do
mo aut uilla ſata ueneficia arcet. Flore eius aquā glaciari Pythagoras tradit. Itemq; ba‐
culum ex ea factum in quoduis animal emiſſum ēt ſi citra ceciderit defectu mittētis:ip
ſum ꝑ ſeſe recubitu ꝓpius adlabi:tam præcipuā naturā ineſſe arbori. Taxi arboris fu‐
mus mures necat. Nec rubos ad maleficia tantū genuit natura:ideoq; ex eis mora beſti
is uel hominibus cibos dedit. Vim habent ſiccandi:aſtringendi. Gingiuis:tonſilis:ge‐
nitalibus accomodatiſſimi. Aduerſant᷑ ſerpentiū ſceleratiſſimis hemorhoidi & præſteri
flos aut mora. Scorpionū uulnera ſine collectionū periculo iūgunt. Vrinā ciunt. Cau‐
les eoꝝ tundūtur teneri:exprimiturq; ſuccus mox ſole cogitur ī craſſiudinē mellis ſin
gulari remedio cōtra mala oris oculoꝝq; ſanguinē excreantes:anginas:uuluas:ſedes:
cœliacos potus aut illitus. Oris q̄dē uitiis etiā folia cōmāducata ꝓſunt:& ulcerib⁹ ma
nantibus:aut q̄buſcūq; in capite illinūtur cardiacis. Vel ſic ꝑ ſe imponūtur a māma ſi‐
niſtra. Itē ſtomachi dolorib⁹:oculiſq; ꝓcedētib⁹. Inſtillat᷑ ſuccus eoꝝ & auribus. Sanat
cōdylomata cū roſaceo cærato. Calculoꝝ ue ex uino decoctū uel præſētaneū remediū
ē. Item per ſe in cibo ſumpti cymæ modo:aut decocti in uino auſtreo labantes dentes
firmant. Aluum ſiſtunt & profluuia ſanguinis Dyſentericis proſunt. Siccantur in
umbra ut cinis crematorum uuam reprimant. Folia quoque arefacta & contuſa
iumētoꝝ ulcerib⁹ utilia tradūtur. Mora q̄ ī iis naſcūtur uel efficatiorē ſtomachicē præ

buere ꝙ ſatiua morus. Eademq; compoſitione uel cũ hypociſtide tantum & melle bi
buntur in colera. & a cardiacis: & contra araneos. Inter medicamenta quæ ſtiptica
uocãt: nihil efficatius rubi mora ferentis radice decocta in uio ad tertias partes: ut col
luantur eo oris ulcera & ſedis foueantur. Tantaq; uis eſt: ut ſpongiæ ipſe lapideſcant.
Alteꝝ genus rubi eſt in quo roſa naſcitur. Gignit pilulam caſtaneæ ſimilẽ præcipuo
medio calculoſis. Alia eſt cynorhoda: quam proximo dicemus uolumine.

De cynobato & idæo rubo: & rhanno: & lycio: & ſarcocolla: & oporice medicinæ. Ca. XIIII

CYnobaton quam alii cynoſpaton alii neruoſpaton uocãt folium habet ueſti
gio hominis ſimile. Fert & uuam nigram: in cuius acino neruũ habet: unde
neruuſpaſſus dicitur. Alia eſt cappari quam medici cynabaton appellauerũt.
Huius tyrpſis ad remedia ſe lenis & inflationes: cõditus ex aceto mãditur. Neruus eius
cum maſtice chia cõmanducatus oſ purgat. Ruboꝝ roſa alopecias cum axungia emẽ
dat. Mora capillum tingunt cum omphacino oleo. Flos mori per menſes colligit. Can
didus pleureticis præcipuus ex uinopotus: Itẽ cœliacis. Radix ad terrias decocta aluũ
ſiſtit & ſanguinem: item dentes collutos decocto. Eodem ſucco fouentur ſedis atq; ge
nitalium ulcera. Cinis e radice deprimit uuam. Idæus rubus appellatus eſt: quoniam
in ida non alias naſcitur. Eſt aũt tenerior ac minor rarioribus calamis ĩnocẽtioribuſq;
ſub arboꝝ umbra naſcens. Huius flos cum melle epiphoris illinitur & ignibus ſacris.
Stomachiciſq; ex aqua bibendus datur. Cætera eadem præſtat quæ ſupradicta. Inter
genera ruboꝝ rhamnos appellatur a græcis cãdidior & fruticoſior. Is floret ramos ſpar
gens rectis aculeis non ut cæteri aduncis: foliis maioribus. Alteꝝ genus eius ſilueſtre
nigrius & quadantenus rubens. Fert ueluti folliculos. Huius radice decocta ĩ aqua fit
medicamentum: quod uocatur lycium. Semen ſecundas trahit. Alterq; ille candidior
aſtringit magis refrigerat. collectionibus & uulneribus accomodatior. Folia uero utri
uſq; & cruda & decocta illinuntur cum oleo. Lycium præſtantius e ſpina fieri tradũt:
quam & pyxacathon chironiam uocant: quales in indiciis arboribus diximus: quoniã
longe præſtantiſſimum exiſtimatᷣ indicum. Coquuntur in aqua tuſi rami: radiceſq;
ſummæ amaritudinis æreo uaſe fere per triduum. Iteꝝq; exempto ligno donec mellis
craſitudo fiat. Adulceratur amaris ſucciis: etiã amurca ac felle bubulo. Spuma eius ac
flos quidẽ oculoꝝ medicamẽtis additur. Reliquo ſucco faciem purgat: & pſora ſanat:
eroſos angulos oculoꝝ: uetereſq; fluctiones: aures purulẽtas: tõſillas: gingiuas: tuſſim:
ſanguinis execrationes fabæ magnitudine deuoratum. Aut ſi ex ulceribus fluat: illitũ
rhagadas genitalium uulcera. Attritus ulcera recẽtia & ſerpentia ac putreſcẽtia. In na
ribus clauos: ſuppurationes. Bibitur & a mulieribus in lacte contra profluuia. Indici
diferentia glebis extrĩſecus nigris intus ruffis: cum fregeris: cito nigreſcentibus. Aſtri
git uehementer cum amaritudine. Ad eadẽ omnia utilis eſt: ſed præcipue ad genitalia.
Sunt qui & ſarcocollam & ſpinæ lachrymam putent pollini thuris ſimilem cũ quadã
acrimonia dulcem. Cum uino tuſa ſiſtit fluctiones. Illinitur infantibus maxime. Ve
tuſtate & hæc maxie nigreſcit. Melior quo cãdidior. Vnum etiãnum arboꝝ medicinis
debetur nobile mediamentum. quod oporicem uocant. Fit ad dyſentericos ſtomachiq;
uitia in congio muſti albi lento uapore decoctis malis cotoneis quinq; cum ſuis ſemi
nibus: puniceis totidem: ſorboꝝ ſextario & pari menſura eius quod rhum ſyriacon uo
cant: croci ſemũtia. Coquitur uſq; ad craſſitudinem mellis. His ſubnectemus ea quæ
græci cõicationem nominum in ambiguo fecere an ne arboꝝ eſſent.

De chamedrye & camedaphne: & camelea: & cameſcice. & cameciſſo: & chameleuce: chamecypiſſo: & ampelopraſo: & ſtachye: & clinopodio: & centunculo: & clematide ægyptia medicinæ. Ca. XV.

CHamaedrys hærba eſt:quæ latine trixago dicitur.Aliqui eam chameropen:alii
teucriã appellauere.Folia habet magnitudine mentæ:colore & diuiſura quer-
cus.Alii ſerratam:& ab ea ſerrã inuentã eſſe dixere:flore pene purpureo.Capitẽ
prægnans ſucco.In petroſis aduerſus ſerpentium uenena potu illicuq; efficaciſſima.Itẽ
ſtomacho tuſſi ue tuſtæ pituitæ in gula chereſcenti:ruptis:cõuulſis:lateris doloribus
Lyenem cõſumit.Vrinam & menſes cit.Ob id incipientibus hydropicis efficax:manua
libus ſcopis eius in tribus heminis aquæ decoctis uſq; ad tertias. Faciunt & ex ea paſtil
los terẽtes eam ex aqua ad ſupradicta.Sanat & uomicas & uetera ulcera uel ſordida cũ
melle.Fit & uinũ ex ea pectoris uitiis. Folio℞ ſuccus cũ oleo caliginẽ oculo℞ diſcutit.
Ad ſplenẽ ex aceto ſumitur.Excalfacit perunctiones.Chamedaphne unico ramulo eſt
cubitali fere:folio tenui lauri ſimilitudine.Semen rubens admixtum foliis illitur capitis
doloribus recens.Ardores refrigerat.Ad tormina cum uino bibitur.Menſes ſuccus eius
& urinam cit potu:partuſq; difficiles in lana appoſitus.Chamelea ſimilitudinem folio-
rum oleæ habet.Sunt autem ei mora odorata:in petroſis naſcens palmi altitudine non
excedens.Aluum purgat:detrahit pituitam bilemq; foliis in duabus partibus abſinthii
decoctis.ſuccoq; eo cum melle poto.Foliis impoſitis & ulcera purgantur. Aiunt ſiquis
ante ſolis ortum capiat:dicatque ad albugines oculorum ſe capere:adaligata diſcuti id
uitium.Quoquo modo collectam iumentorum pecorumq; oculis ſalutarem eſſe. Cha-
meſice lentis folia habet nihil ſe attollentia:in aridis petroſiſq; naſcens.Claritati oculorũ
& contra ſuffuſiones utiliſſima:& cicatrices caligines muriculas nubeculas in uino co
cta:iuncta.Vuluæ dolores ſedat appoſita in linteolo.Tollit & uerrucas omnium gene-
rum illita.Prodeſt & orthopnoicis.Chameciſſos ſpicata eſt tritici modo ramulis quis fe
re folioſa:cum.floret exiſtimari poteſt alba uiola radice tenui.Cuius bibunt ſchiadici fo
lia tribus obolis:in uini cyathi duobus ſeptem diebus admodum amara potione. Cha-
maleucen apud nos farranum ſiue farſugium uocant.Naſcitur ſecus fluuios:folio po-
puli:ſed ampliore.Radix eius imponitur carbonibus cupreſſi atq; is nidor per infundi
bilium imbibitur in uetere tuſſi.Chamepeuce laricis foliis ſimilis lumborum & ſpinæ
doloribus propitia eſt.Chamecypariſſos herba ex uino pota contra uenena ſerpentium
omnium ſcorpionũq; pollet.Ampeloprαſon in uinetis naſcitur:foliis porri:ructu gra-
uis.Contra ſerpentium ictus efficax.Vrinam & menſes cit:eruptiones ſanguinis per ge
nitale inhibet potum impoſitumq;.Datur & a partu mulieribus:& contra canis morſũ
Ea quoq; quæ ſtachys uocatur:porri ſimilitudinem habet:longioribus foliis pluribuſq;
& odoris iucundi:coloriſq; in luteum inclinari.Pellit menſtrua.Clinopodion:quod alii
clinopicton:alii zopyrocheron:alii encimoides appellant:ſerpillo ſimilem:ſurculoſam
palmi altitudine.Naſcitur in petroſis:orbiculato foliorum ambitu:ſpetiem lectipedum
præbens.Bibitur ad conuulſa rupta ſtranguria:ſerpentium ictus:item decocti ſuccus.
Nunc ſubtexemus herbas mirabiles quidem:ſed minus claras:nobilibus inſequẽtia uo
lumina dilatis.Itali centũculum uocant roſtratis foliis ad ſimilitudinem capitis penula
rum iacentem in aruis:græci autem clematidem.Eſt eius egregius effectus ad ſiſtendã
aluum in uino auſtero.Idem ſanguinem ſiſtit tritus cum oxymelite:aut aquæ calidæ
cyathis quinque denarii unius pondere.Sic & ad ſecundas mulierum efficax.Sed græci
clamatidas & alias habent:unam quam aliqui echiten uocant:alii laginem:nõnulli te-
nuem ſcamoniam:& pedales folioſos:non diſſimiles ſcamoneæ ramos habet:niſi ꝙ nigri
ora minoraq; ſunt folia.Inuenitur in uineis aruiſq;.Eſtur uſu ut olus cum oleo & ſale
Aluum cit.Eadem a dyſentericis cum lini ſemine in uino auſtero ſorbet:Folia èpipl o
ris imponuntur cum polenta:ſuppoſito udo linteolo.Strumas impoſita ad ſuppuratio
nem pducunt:deĩde axungia adiecta percurant:itẽ hemorrhoidas cũ oleo uiridi.Phthi
ſicos iuuãt cũ melle.Lact s quoq; ubertatẽ faciũt in cibi ſumpta.Et infantibus illita ca
pillũ alunt.Ex aceto dentiũ dolores ſedãt.Venerẽ ſtimulãt .Eſt & alia clematis ægyptia

cognomine: q̃uæ ab aliis daphnoides: ab aliis polygonoides uocat̃ folio lauri lõgo: tẽuiq;
aduerſus ſerpentes ac priuatim aſpides ex aceto pota efficax. Aegyptus hãc maxĩe gignit

De aron: & dracunculo: & dracontio: & eri: & millefolio: & herba eiuſdẽ nominis: & pſeudouunio: & myrrthi: & onobryche medicinæ. Ca. XVI.

Eſt & aron: & de qua inter bulbos diximus magnæ cum dracuntio litis. Quidã
enim eſſe dixerunt eandem. Glaucias ſatu diſcreuit dracuntium ſiueſtrẽ arũ
pronuntiando. Aliqui radicem aron appellauerunt: caulem uero dracuntium: in totũ
alium. Si modo hic eſt: qui uocatur apod nos dracũculus. Nanq; aros radicem nigram ĩ
latitudinem rotũdã habet: multo quoq; maiorem: & qua manus impleatur. Dracũcu
lus ſubrutilam & draconis conuoluti modo: unde ei & nomen. Quin & ipſi græci ĩmẽ
ſam poſuere differentiam. Semen dracunculi feruens mordaxq; tradendo: tantumq; in
eſſe ei uirus ut olfatum grauidis abortum inferat. Aron miris laudibus extulere: primũ
in cibis fœminarum præferentes quoniam mas dulcior eſſet: & in coquendo lentior: pe
ctoriſq; uitia purgaret. Aridum impoſitione inſperſum aut eligmate: urinam & menſes
cieret. Sic & in oxymelite potum ſtomacho interraneis exulceratis ex lacte ouillo biben
dum. Ad tuſſim in cinere coctum ex oleo dedere. Alii coxere in lacte: ut decoctum bibe
retur. Epihoris elixum impoſuere: item ſugillatis tonſillis. Ex oleo hemorrohoidũ uitio
infundere: lentigines ex melle illinentes. Laudabit Cleophantus & proantidoto contra
uenena pleureticis: peripneumonicis quoq; & tuſſientibus. Semen intritum cum oleo
aut roſaceo infundens aurium dolori Dieuches. Cleophantus tuſſientibus aut ſuſpirio
ſis & orthopnoicis & purulenta excreantibus farina permixtum ĩ pane cocto dedit Dio
dotus phthiſicis e melle eligmate & pulmonis uitiis: oſſibus etiã fractis impoſuit. Partus
omnium animalium extrahit naturæ circunlitum. Succus radicis eius cũ melle attico
oculorum caligines: ac ſtomachi uitia diſcutit: tuſſim decocti ius cũ melle. Vlcera om
nium generum ſiue phagedenæ ſint: ſiue carcinomata: ſiue ſerpant: ſiue polypi in na
ribus: ſuccus mire ſanat. Folia ambuſtis proſunt ex uino & oleo cocta. Aluum inaniũt
ex ſale & aceto ſumpta. Etiam luxatis cocta cum melle proſũt. Item articulis podagricis
cum ſale recentia uel ſicca. Hippocrates quaſlibet ad collectiones cum melle impoſuit
ad menſes trahẽdos ſeminis uel radicis drachmæ duæ in uini cyathis duobus ſufficiũt
Eadẽ potio ſi a partu nõ purgantur: & ſecunda trahit. Hippocrates & radicem ipſã ap
poſuit. Dicunt & in peſtilentia ſalutarẽ eſſe in cibis. Brietatem diſcutis. Serpẽtes nidore
cum crematur priuatimq; aſpides fugat aut inebriat: ita ut torpentes inueniãtur. Perũ
ctos quoq; areo aut laureo oleo fugiunt. Ideo & cõtra ictus dari potu in uino nigro pu
tant utile. In foliis ari caſeus optime ſeruari traditur. Dracũculus quẽ dixi hordeo matu
reſcentes effoditur luna creſcente. Omnino habentẽ ſerpentes fugiunt. Ideo percuſſis
pdeſſe in potu aiunt maiorem ut & menſes: ſi ferro nõ attingatur: ſiſtat. Succus eius &
auriũ dolori prodeſt. Id aũt quod græci draconcion uocant triplici effigie mihi dem on
ſtratum eſt foliis betæ: nõ ſine thyrſo: flore purpureo. Hoc eſt ſimile aro. Alii radice lon
ga ueluti ſignata articuloſaq; mõſtrauere tribus omnino cauliculis. Folia eius ex aceto
decoqui cõtra ſerpentium ictus iubentes. Tertia demonſtratio fuit folio maiore q̃ corn⁹
radice harundinea: totidem ut affirmabant geniculata nodis: quot habere annos totidẽ
eſſe folia. Hi ea ex uino uel aqua cõtra ſerpentes dabant. Eſt & eris quæ in eadẽ ægypto
naſcitur ſimilis aro: minor tantũ minoribuſq; foliis: & utiq; radice: quæ tamẽ oliuæ grã
dis magnitudinẽ implet. Alba geminũ caulem: altera unum tantũ emittens. Medetur
utraq; ulceribus manantibus: itẽ cõbuſtis ac fiſtulis. Collyrio immixta & nomas ſiſtũt
decoctaq; in aqua & poſtea tritarũ roſaceo addito. Sed unum miraculũ ingens: cõtacto
genitali cuiuſq; fœminini ſextus animal in perniciẽ agi. Myriophylon qđ noſtri mille
folium uocant caulis eſt tenere. Similis eſt fœniculo plurimis foliis: unde & nomen ac
cepit. Naſcit̃ in paluſtribus: magnifici uſus ad uulnera. Cũ aceto bibit̃ ad difficultates

urinæ & ueſicæ:& ſuſpiria præcipitatiſq; ex alto. Efficaciſſima eadem ad dentium dolo
res. Hetruria hoc nomine appellat hærbā ī pratis tenuem:a lateribus capillamenti mō
folioſā:eximii uſus ad uulnera:boum neruos abſciſſos uomere ſolidari ea: rurſuſq; iun
gi addita axungia affirmans. Pſeudouunion napi folia habet:fruticans palmi altitudīe
laudatiſſima in creta. Contra tormina atq; ſtranguriam:laterum præcordiorumq; dolo
res bibūtur rami eiusquinis cyathis e niue. Myrrhis quam alii myrrhizam alii myrrhā
uocant ſimillima eſt cicutæ. Caule foliiſq; & flore minor tantū & exilior:cibo nō inſua
uis:cit menſtrua & partus cum uino. Aiunt quoq; eandē potam in peſtilentia ſalutarē
eſſe. Subuenit & phthiſicis in ſorbitione. Auiditatē cibi facit: Vlcera in facieaut capite
ſuccus eius ī aq̄ triduo maceratæ ſanat. Onobrychis folia habet lētis lōgiora paulo:flo
rē rubentē:radicē exiguā & gracilē. Naſcit̃ circa fontes. Siccata in farinæ modū & īſpſa
uino albo ſtrāgurias finit. Aluū ſiſtit. Succus eius punctis cū oleo ſudores mouet.

¶ De coriaceſia:& callicia:& menaide:& aliis.xxiii.& medicinis eaꝝ quas qdaꝫ magicas eſſe dicūt:& de cōſidia:& de aproſſi:& recidiuis morboꝝ. Ca. XVII.

IN promiſſo hærbarum mirabilium occurrit aliqua dicere & de magicis. Quæ
enim mirabiliores ſunt. Primi eas in noſtro orbe celebrauere Pythagoras atque
Democritus conſectari magos. Coriaceſiam & calliciam Pythagoras qua aquā
glaciari tradit:& quarum mentionem apud alios non reperio: nec apud eum alia d̄ his
Idem menaidem appellat & nomine alio corinthadem:cuius decocto in aqua ſucco ꝓ
tinus ſanari ictus ſerpentium ſi foueantur dicit. Eundēq; effuſum in hærba qui ueſti
gio contigerint:aut forte reſperſi fuerint inſanabiles perire:monſtrifica prorſus natura
ueneni præterq̄ contra uenena. Ab eodem Pythagora aproxis appellatur hærba : cuius
radix elonginquo concipiat ignes ut naptha:de qua in terræ miraculis diximus. Idem
tradit. Si qui morbi humano corpori acciderint florente aproxi: quāuis ſanatos admo
nitionem eorum ſentire quotiens florere eam contigerit:& frumentum: & cicutam : &
uiolam ſimilem conditionem habere. Nec me fallit hoc uolumen eius a quibuſdam Cle
emporo medico aſcribi. Pythagoræ uero eſſe pertinax fama antiquitaſq; uendicant. Et
id ipſum auctoritatem uoluminibus affert:ſi quis alius curæ ſuæ opus illo uiro dignū
iudicauerit. Quod feciſſe ſcimus Cleemporum:cum & alia ſuo ex nomine ederet quis
credet? Democriti certe chirocineta eſſe conſtat. At in iis ille poſt pythagoram magorū
ſtudioſiſſimus quanto portentoſiora tradit? Aglaopotin hærbam quæ admiratione ho
minum propter eximium colorem acceperit nomen:in marmoribus arabiæ naſcentem
perſico latere. Q ua de cauſa & marmaritiden uocari. Magos utique ea uti: cum uelint
deos euocare. Achemenidon colore eſt electri ſine folio naſcens ī tardaſtilis indiæ. Cuius
radix in paſtillos digeſta in dieq; pota in uino noxii per cruciatus nocte confiteantur
omnia per uarias numinum imaginationes. Eandem hippophoruadē appellat: quoniā
equæ præcipue caueant eam. Theombrotion.xx.ſchœnis a Choaſpe naſci pauonis pic
turis ſimilem odore eximio. Hanc autem a regibus ſperſarum comedi aut bibi contra
omnia corporū incōmoda:ſtabilitatemq; mentis & iuſticiæ uocari. Eandem deniq; ſem
noīna potentiæ maieſtate appellari. Aliam deinde abamātidem armeniæ cappadociæq;
alumnam. Ac admota leones reſupinari cum hiatu laxo. Nominis cauſam eſſe ꝙ conte
ri nequeat. Arianidem in arianis gigni igneam colore. Colligi cum ſol ī leone ſit. Huius
tactu peruncta oleo ligna accendi. Theriocarna in cappadocia & miſcia naſcente. om
nes feras torpeſcere:nec niſi hyenæ urinæ aſperſu recreari. Ethiopida in meroe naſci.
Ob id & meroidem appellari:folio lactucæ: hydropicis utiliſſimam e mulſo potam.
Ophiuſam in elephantine eiuſdem æthiopiæ liuidam:difficilemq; aſpectu:qua pota ter
rorem minaſq; ſerpentium obſeruari:ita ut mortem ſibi eo metu conſciſcant:ob id cogi
ſacrilegos illam bibere. Aduerſari autem ei palmeum uinum. Thalaſſeglen indum am
nem inueniri:quæ ob id nomīe alio potamautis appellat̃. Hac pota lymphari homines

obſeruantibus miraculis. Theangelida in libano ſyrie dicteo cretæ montibus & baby/
lone & fuſis perſidis naſci:qua pota magi diuinent. Gelotophyllida in bactris & circa
boryſtenem. Hæc ſi bibaẗ cum mirrha & uino: uarias obſeruari ſpẽs:ridendiq; finẽ nõ
fieri in potis nucleis pineæ nucis cum pipere & melle ĩ uino palmeo. Syſſitieterida a cõ
uictu in perſide nominari:quoniã hilarentur illa eadem ꝓtomedia:qua primatũ apud
reges optineant. Caſignetem:quoniã ſecum ipſa naſcatur:nec cum ullis aliis herbis.
Eandem Dionyſio nymphadem: quoniam uino mire cõueniat. Heliathen uocant in
themiſyriaca regione & ciliciæ montibus maritinis:folio myrti. Hac cum adipe leonio
decocta addito croco & palmeo uino perungi magos & perſarum rege. :ut fiat corpus
aſpectu iucundum. Ideo eandẽ heliocallidem nominari. Hermeſias ab eodem uocatur
ad liberos generandos pulchros bonoſq;. Non herba:ſed cõpoſitio e nucleis pineæ nu
cis tritis cum melle myrrhe croco uino palmeo:poſtea admixto theonbrotio & lacte bi/
bere generatur os iubet:& a conceptu puerperas partum nutrientes ita fieri excellẽtes
animo & forma:atq; bonos. Harũ omnium magica quoq; uocabula ponit. Adiecit his
Apollodorus aſſectator eius herbam eſchynomenẽ: quoniam apropiquãte manu folia
contraheret. Aliam crocidem:cuius tactu phalangia morerẽtur. Crateias oenotheridẽ:
cuius aſperſu e uino feritas omnium animalium mitigaretur. Anacampſerotẽ celeber
arte grammatica paulo ante cuius omnino tactu redirent amores uel cũ odio depoſita
Et abũde ſit hactẽus attigiſſe ĩſignia magoꝝ ĩ his herbis:alio đ his aptiore dictuꝝ loco

De eriphia & lanaria & ſtracioti medicinæ Ca. XVIII

Eriphiam multi prodidere. Scarabeum hæc in habena habet ſurſum deorſũq;
decurentem cum ſono hedi:unde & nomẽ accepit. Hac ad uocem nihil præ
ſtantius eſſe tradunt. Herba lanaria ouibus ieiuniis data:lactis abundantiam
facit. Eq; nota lactoris uulgo eſt plena lactis:qđ deguſtatum uomitiones concitat. Eã
dem hanc aliqui eſſe dicunt:& alii ſimilem illi:quam militarem uocant:quoniam uul
nus ferro factũ nullũ nõ intra dies quinq; ſanat ex oleo ĩpoſita. Celebraẗ aũt & a græ
cis ſtraciotes. Eſt & ea ĩ egypto tantũ:& inundatiõe nili naſciẗ aizoo ſimilis:ni maiora
haberet folia. Refrigerat mire:& uulnera ſanat ex aceto illita :itẽ ignes ſacros ac ſuppu
rationes. Sanguinẽ quoq; qui defluit a renibus pota cũ thure maſculo mirifice ſiſtit.

De herba q̃ naſciẗ in capite ſtatuæ:& de herba de fluminibus: & herba ligua & cri bro & fimetis:& rhodora:& impia:& ueneris pectine:& nodia:& philanthropo & canaria lappa:& tordyle. & de grãine:& dactylo & fæno græco medcĩæ. Ca. XIX.

Herba in capite ſtatuæ nata collectaq; alicuius in ueſtis pãno:& alligata ĩ lino
ruffo capitis dolorẽ confeſtim ſedare traditur. Herba quecũq; e riuis aut flumi
nibus ante ſolis ortũ collecta :ut nemo colligentẽ uideat:contra tertianas ad/
alligata leuo brachio. ita ut æger quid ſit illud ignoret:tertianas arcere tradiẗ. Lingua
herba naſcitur circa fontes. Radix eius combuſta & trita cũ adipe ſuis:adiiciunt ut ni
gra ſit & ſterilis:alopetias emendat unguentũ in ſole. Cribro in limite abiecto: herbæ ĩ
tus extantes decerptæ:adalligatæq; grauidis:ꝑtus accelerant: Herba quæ gignitur ſu/
pra fimeta ruris:contra anginas efficaciſſime pollet ex aqua pota. Herba iuxta quã ac/
nes urinã fundunt euulſa ne ferro attingatur: luxatis celerrime medeẗ. Rumbotinum
arborẽ de monſtrauimus inter arbuſta. Iuxta hanc uiduam uite naſciẗ herba :quam
galli rhodoram uocant:caulem habet uirge ficulneæ modo geniculatũ folia urtice ĩ
medio exalbida:eadem ꝓcedente tempore tota rubentia:florẽ argẽteum:præcipua cõ/
tra tumores feruoreſq; & collectiones. Cum axũgia uero ueteri tuſa:ita ut ferro non at
tingatur:qui punctus eſt:ſi deſpuat ad ſuam dexterã ter:efficacius remediũ eſſe aiunt
ſi tres quoq; trium nationum homines perungant dextorſus. Herba impia uocatur in
cana. totis maris aſpectu thyſi modo ueſtita atq; capitata. Inde alii ramuli aſſurgunt
ſua cappitella gerentes:ob id impiam appellauere. quoniã liberi ſuper parentẽ excellãt.

Alii potius ita appellatam : quod nullum animal eam attingat: exiſtimauere. Hæc inter duos lapides trita feruet:precipuo aduerſus anginas ſucco lacte & uino admixto: mirumq; tradit̃: nunq̃ ab eo morbo tẽtari qui guſtauerint. Itaq; & ſuibus dari: quæq; medicamẽtum id noluerit haurire:eo modo interire. Sunt qui & in auium nidis iſeri aliquid ex ea putẽt:atq; ita nõ ſtrãgulari pullos auidius deuorãtes. Veneris pectinem appelant a ſimilitudĩe pectinum. Cuius radix cum malua tuſa oĩa corpori iſixa extrahit. Veternoſa curat:quæ exedũ uocat̃. Nodia herba coriarioꝝ officinis ẽt illaris eſt: aliis ue. Nomas curat. Efficaciſſimamq; aduerſus ſcorpiões eẽ potã ĩ uino aut poſca rẽpio. Philantropõ herbam græci appellnat naſutẽ:quõiam ueſtibus adhereſcat. Ex hac corona ĩpoſita capitis dolores ſedantur. Nã quæ canaria appellat̃ lappa cũ plãtagĩe & millefolio trita ex uino carcinomata ſanat:ternis diebus ſoluta. Medet̃ & ſuis hæc effoſſa ſine ferro:& addita ĩ colluuiẽ poturis uel ex lacte & uino. Quidã adiiciunt & fodientẽ dicere oportere:hæc eſt herba argemon:quam Minerua repit ſuibus is remedium: quod illa guſtauerint. Tordylen alii menſilis eſſe dixerunt. Alii hærbam per ſequam & ſyreõa uocauerunt. Neq; aliud de ea proditũ inuenio quã in montibus naſci. Combuſtam potu ciere mẽſes:& pectoris excreationes. Efficacior ẽ ẽt nũc radice. Succo eius ternis obolis hauſto renes ſanari. Addi radicẽ eius & ĩ malagmata. Gramẽ ipſũ ẽ inter hærbas uulgatiſſimum. Geniculatis ſerpit internodiis:crebroq; ab iis & ex cacumine nouas radices ſpargit. Folia eius ĩ reliquo orbe in exilitatẽ faſtigiant̃. In pnaſo tantum hederacea ſpecie dẽſius q̃ uſq̃ fruticãte:flore odorato candidoq;. Iumẽtis hærba nõ alia gratior ſiue uiridis ſiue ĩ feno ſiccata. Tũdit̃ aſpſa aqua. Succũ quoq; eius ĩ pnaſo excipi tradunt propter ubertatẽ. Dulcis.n.hic ẽ. In uicẽ eius in reliqua parte terraꝝ ſuccedit decoctũ ad uulnerã cõglutianda:quod & ipſa hærba tuſa præſtat. Tueturq; & ab inflãmationibus placat. Decocto adiicit̃ uinum ac mel:ab aliquibus & thuris & pipis myrrhæq; tertiæ portiones. Rurſuſq; coquitur in æreo uaſe ad dẽtiũ dolores & epiphoras. Radix decocta in uino torminibus medet̃ & urinæ difficultatibus. Vlceribus ueſicæ. Calculos frangit. Semen uehemẽtius urinã ĩpellit. Aluũ uomitiõeſq; ſiſtit. Priuatim aũt draconũ morſibus auxiliat̃. Sunt qui gẽicula.xi.uel unus uel e duabus tribus uel hærbis ad hũc articuloꝝ numerum inuolui lana nigra ſuccida iubeant ad remedia ſtrumæ panoꝝ ue. Ieiunũ debere eſſe qui colligat. Ita ire ĩ domum abſentis cui medeatur:ſuperuenientiq; ter dicere ieiuno ieiunũ medicamẽtum dare. Atq; ita adalligare: triduoq; id facere. Quod e graminum genere ſeptẽ internodia habet:efficaſſime capiti cõtra dolores adalligat̃. Quidã propter ueſicæ cruciatus decoctũ ex uĩo gramẽ ad dimidias e balneis bibi iubent. Sunt qui & aculeatum gramẽ uocant trium generꝝ cũ in cacumine aculei ſint plurimum:quod illi dactylon uocant: hos conuolutos naribus igſerunt:extrahuntq; ſanguinis ciendi gratia. Altero quod eſt aizoo ſimile ad paronychia & pterygia unguium:& cum caro unguibus excreuerit utuntur cum axungia. Ideo dactylon appellãtes quia digytis medeatur. Tertium genus dactyli ſed tenuis naſcitur in parietibus aut tegulis. Huic cauſtica uis eſt. Siſtit ulcera quæ ſerpunt. Gramẽ capiti circundatum ſanguinis e naribus fluctiones ſiſtit. Camelos ãt necare tradit̃ ĩ babylonis regione id quo iuxta uias naſcitur. Nec fenogræco mĩor auctoritas:quod telin uocant:talii carphos. Aliqui buceras:alii egoceras: quoniã corniculis ſemẽ eſt ſimile: nos ſiliciã:quod quomõ ſereretur ſuo loco diximus. Vis eius ſiccare:mollire:diſoluere. Succus decocti fœminaꝝ pluribus malis ſubuenit:ſiue duritia ſiue tumor:ſiue cõtractio ſit uulue:fouentur:inſidunt:infuſum quoq; prodeſt. Furfures in facie extenuat. Spleni addito nitro decoctum & ĩpoſitum medetur:item ex aceto. Sic iocineri decoctũ. Diocles difficile pientibus ſe nẽ eius dedit acetabuli mẽſura tritum ĩ nouem cyathis ſapæ ad tertius partes bibere:ut qui biberint in calida lauentur. Et in balneo ſudantibus dimidium ex relicto iterum dedit:mox a balneo reliquum pro ſummo auxilio.

Farinam fœnocræci cum hordeo aut lini ſemine decoctam aqua mulſa cõtra uuluæ
cruciatus ſubiecit. Itemq; impoſuit imo uentri. Lepras lentigines ſulphuris pari portio
ne mixta farina curauit nitro ante præparata cute ſæpius die illinens: pungiq; præci/
piens. Theodorus fœnogræco miſcuit quartam ptem purgati naſturtii acerrimo aceto
ad lepras. Damion fœnogræci ſemẽ acetabuli dimidia menſura cũ ſapæ & aquæ nouẽ
cyathis ad menſes ciendos dedit potu. Nec dubitatꝰ quin decoctũ eius utiliſſimum ſit
uuluis interaneiſq; exulceratis: ſicuti ſemẽ articulis atq; præcordiis. Si uero cũ malua
decoquatꝰ: poſtea addito mulſo potusante cætera uuluis interaneiſq; laudatꝰ. Quippe
cum uapore quoq; decocti plurimũ proſit. Alarũq; etiam grauiolẽtiam decoctũ fœno/
græci ſemen emẽdat. Farina prurigines capitis furfureſq; cum uino & nitro celeriter
tollit. In hydromelite autẽ decocta addita axungia genitalibus medetur: item pano po/
tidi: podagræ: chiragræ: articulis: carnibuſq; quæ recedunt ab oſſibus. Aceto uero ſub/
acta luxatis. Illinitur & lyeni decocta in aceto & melle tantũ. Carcinomata ſubacta ex
uino purgat. Mox addito melle pſanat. Summitꝰ & ſorb tio e farina ad pectus exulcera
tum longamq; tuſſim. Diu de coquitur: donec amaritudo deſinat. Poſtea mel additur
Nunc ipſa claritas hærbarum dicetur.

CAI PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. XXV.

PROHEMIVM.

Ca. I.

Natura Hærbarum Sponte Naſcentium.

IPSA quæ nunc dicetur hærbarum claritas medicinæ tan
tum gratia gignente eas tellure: in admirationẽ curæ priſ
corũ diligentiæq; animũ agit. Nihil ergo intentatũ in exp
tumq; illis fuit. Nihil deinde occultatũ quod nõ prodeſſe
poſteris uellent. At nos elaborata iis abſcondere ac ſuppri/
mere cupimus. & fraudare uitã etiam alienis bonis. Ita cer
te recondunt qui pauca aliqua nouere: in uidentes aliis: &
neminẽ dolore in auctoritatẽ ſcientiæ eſt. Tantum ab ex/
cogitandis nouis ac adiuuanda uita mores abſunt. Sum/
mumq; opus nigeniorũ diu in hoc fuit: ut intra unumquẽq; recte facta ueteꝝ perirẽt
Ad hercule ſingula quoſdam inuenta deorum numero addidere: omniumq; uitã cla/
riorem fecere cognominibus herbarũ tam benigne gratiã memoria referente. Nõ æque
hæc cura eorum mira eſſent in iis quæ ſatu bladiuntur: aut cibo inuitant ſed culmia
quoq; montium inuia & ſolitudines abditas omniſq; terræ fibras ſcrutati inuenere:
quid quæq; radix polleret: ad quos uſus herbarum folia pertineret: etiam quadrupedũ
pabulo intacta ad ſalutis uſus uertentes.

Qui latine uſus herbarum ſcripſerint: & quando ad romanos noticia eaꝝ
peruenerit: & qui primi grecorum de his compoſuerint: & de herbarum i
uentione: & antiqua medicina: & quare minus exerceantur earum reme/
dia: & de cynorhodo: & de dracunlo medicinæ. Ca. II.

MInus hoc quam par erat: noſtri celebrauere omnium utilitatum & uirtutum
rapaciſſimi. Primuſq; & diu ſolus idem ille. M. Cato omnium bonarum arti
um magiſter paucis dumtaxat atigit. Bonum etiam medicamina non omiſſa
poſt eum unus illuſtrum tentauit. C. Valgius ruditione ſpectatus: imperfecto uolu/
mine ad Diuum Auguſtum: inchoata etiam præfatione religioſa: ut omnibus malis
humanis illius potiſſimum principis ſemper medicetur maieſtas. Ante condiderat ſo/
lus apud nos: quod equidem inueni: Pompeius Leneus Magni Pompeii libertus: quo
primum tempore hanc ſcientiam ad noſtros perueniſſe animaduerto. Namq; Mithri/
dates maximus ſua ætate regum: quem debellauit Pompeius: omniũ ante ſe genitorũ

diligentiſſimus uitæ fuiſſe argumentis præterq̃ ſama intelligitur. Vni ei excogitatum
quottidie uenenũ bibere præſumptis remediis: ut conſuetudine ipſa innoxium fieret.
Primo inuenta genera antidoti. ex quibus unũ ẽt nomẽ eius retiret. Illius inuentum
autumãt ſanguinẽ põticoꝝ miſcere antidotis: quoniã ueneno uiuerent. Ad illum Aſ
clepiadis medẽdi arte clari: uolumĩa cõpoſita extãt: cũ ſollicitatus ex urbe Roma præ
cepta pro ſe mitteret. Illum ſolum mortalium Mithridatẽ. xxii. linguis locutum certum
eſt. Hæc de ſubiectis gẽtibus ullum hominẽ p interpretem appellatum ab eo ãnis. lvi.
quibus regnauit. Is ergo ĩ reliqua ĩgenii magnitudĩe medicĩe peculiariter curioſus ab
hominibus ſubiectis: qui fuere pars magna terraꝝ: ſingula exquirens. ſcrinium cõmen
tationum haꝝ & exẽplaria effectuſq; ĩ archãis ſuis reliquit. Põpeius ãt omni regia præ
da potitus: transferre ea ſermõe noſtro libertum ſuum Leneum grammaticæ artis doc
tiſſimum iuſſit. Vitæq; ita ꝓfuit nõ minus qua re. pu. uictoria illa. Præter hos græci
auctores mediciæ ꝓdidere quos ſuis locis diximus. Ex iis crateias. Dionyſius. Metrodo
rus ratiõe blandiſſima: ſed qua nihl pene aliud quam rei difficultas intelligat᷑. Pinxere
nãq; effigies hærbaꝝ: atq; ſubſcripſere effectus. Veꝝ & pictura fallax eſt ex coloribus tã
numeroſis præſertim in emulatione naturæ multumque degenerat tranſcribentium
ſors uaria. Præterea parum eſt ſingulas earum ætates pingi: cum quadrupartitis ua-
rietatibus anni faciem mutent. Quare cæteri ſermone eas tradidere. Aliquĩ effigie qui
dẽ indicata & nudis quidem plæꝛq; nominibus defuncti: quoniam ſatis uidebat᷑ pote
ſtates uimq; demõſtrare querere uolẽtibus. Nec eſt difficile cognitũ. Nobis certe excep-
tis admodum paucis cõtigit reliquas cõtẽplari ſciẽtia Antonii Caſtoris: cui ſumma au
ctoritas erat ĩ ea arte noſtro æuo. uiſẽdo hortulo eius: ĩ quo plurimas alebat: cẽteſimũ
ætatis annum excedẽs nullum dorporis malum exptus ac ne œtate quidem memoria
aut uigore concuſſis. Nec aliud mirata magis ãtiquitas reperiet᷑ iuẽt. alãpridẽ ratio ẽ
prænuntiãs horas nõ mõ dies ac noctes ſolis lunæq; defectum. Durat tamẽ tradita p-
ſuaſio ĩ magna pte uulgi ueneficiis & herbis id cogi. In eo nãq; ſciẽtia fœmĩaꝝ præuale
re: Certe quid nõ repleuere fabulis colchis Medea: aliæq;. In primiſq; italica circe diis ẽt
ad ſcripta? unde arbitror natum ut Aeſcylus e uetuſtiſſimis in poetica re refertã italiã
hærbaꝝ potẽtia proderet. Multiq; circeios agros ubi habitauit illa: in magno argumẽ
to etiãnum durante in marſis a folio eius orta gente: quos eſſe domitores ſerpentium
cõſtat. Homerus quidẽ primus docttrinaꝝ & antiquitatis parẽs multus alias in admi-
ratione Circes gloriã hærbaꝝ ægypto tribuit: tũ ẽt cũ rigaret᷑ ægyptus illa nõ aũt eſſet
poſtea fluminis limo inuecta. Hærbas certe ægyptias ab regis uxore traditas ſuæ. Hele-
næ plurimas narrat: ac nobile illud Nepenthes obliuionẽ triſtitiæ ueniamq; afferẽs: &
ab Helena utiq; oĩbus mortalibus propinandũ. Primus aũt omniũ: quos memoria no-
uit. Orpheus de iis hærbis curioſius aliqua prodidit. Poſt eum Muſeus & Heſiodus po
lion hærbã in quãtum mirati ſunt: diximus. Orpheus & Heſiodus ſuffitiones cõmen-
dauere. Homerus & alias nominatim herbas celebrat: quas ſuis locis dicemus. Ab eo Py
thagoras clarus ſapientia primus uolumen de eaꝝ effectu compoſuit: Apollini: Aeſcu
lapioq;: & in totum diis ĩmortalibus inuentione & origine aſſignata. Cõpoſuit & De-
mocritus: ambo pagratis pſidis arabiæ æthiopiæ ægyptiq;, magis. Adeoq; adhæc attõi
ta antiquitas fuit: ut affirmaret ẽt incredibilia dictu Xanthus hyſtoriaꝝ auctor in pri
ma eaꝝ tradidit occiſum dracõis catulum reuocatum ad uitã a parente herba: quã ba
lin nominãt. Eademq; tillonẽ quẽ draco occiderat: reſtitutum ſaluti. Et Iuba in arabia
herba reuocatum ad uitã hominẽ tradit. Dixit Democritus: credidit Theophraſtus eſſe
herbã: cuius contactu illatæ ab alite: quam rettulimus: exiliret cuneus a paſtoribus ar
bori adactus. Quæ etiã ſi fide carent: admirationẽ tamẽ implẽt: coguntq; cõfiteri mul
tum eſſe: qđ uero ſuperſit. Inde & plæroſq; uideo exiſtimare: nihil nõ herbaꝝ ui effici
poſſe. Sed plurimarum uires eſſe incognitas. Quorum numero fuit Herophilus clarus

in medicina:a quo ferũt dictum quaſdã etiam fortaſſis cacitas prodeſſe. Obſeruatum
certe ẽ iflãmari uulnera ac morbos ſupuentu eoꝝ q pedibus iter cõfecerint. Hæc erat
antiqua medicina:quæ tota nigrabat i græciæ linguas. Sed quare nũc nõ plures noſ
cunt̃ cauſæ? niſi qđ eas agreſtes litteraꝝ ignari experiũtur:utpote qui ſoli iter illas ui
uant. Præterea ſecuritas quærẽdi obuia medicoꝝ turba. Multis etiã inuẽtis noĩa deſũt
ſicut illi quã rettulimus i frugũ cura:ſcimuſq; defoſſã i ãgulis ſegetis præſtare ne qua
uis ĩtret. Turpiſſima cã raritatis:qđ etiã qui ſciũt:demõſtrare nolũt:tanq̃ ipſis piturũ
ſit qđ tradiderint aliis. Accedit rõ inuẽtionis anceps. Quippe etiã i reptis:alias in uenit
caſus:alias (ut uere dixerĩ) deus. Inſanabilis ad hoſce annos fuit rabidi canis m orſus:
pauorẽ aquæ:potuſq; omĩs afferẽs odiũ. Nuper cuiuſdã militantis i prætorio mater ui
dit in quiete radicẽ ſiluestris roſæ:quã cynorhodõ uocant:quamq; blanditã ſibi aſpe
ctu pridie i fruteto mitteret folio bibẽdam in lacte. In luſitania res gerebat̃ hiſpaniæ p
xima pte. Caſuq; accidit:ut milite a morſu canis incipiẽte aquas expaueſcere ſupueni
ret epiſtola orantis:ut pareret religiõi:Seruatuſq; ẽ inſperato: Et poſtea qſquis auxiliũ
ſimile tẽtauit. Alias apud auctores cynorhodi una medicina erat ſpõgiolæ quæ in me
diis ſpinis eius naſcit̃ cinere cũmelle alopecias capitis expleri. In eadẽ puincia cogno
ui i agro hoſpitis nup ibi reptũ dracũculũ apellatũ caulẽ pollicali craſſitudĩe uerſicolo
ribꝯ uiperaꝝ maculis:quã ferebant cõtra oĩum morſus eẽ remediũ:Alius ẽ quẽ nos in
priori uolũine eiuſdẽ noĩs diximus:ſed huic alia figura. Aliđq; miraculũ exeũtis e terra
ad primas ſerpẽtiũ uernatiões bipedali fere altitudine ruſuſq; cũ iiſdẽ in terrã ſe cõdẽ
tis:nec omĩo occultata eo apparet ſerpẽs:uel hoc p ſe ſatis officioſo naturæ munere:ſi
tantum præmoneret:tempuſq; formidinis demonſtraret.

De quodã peſtifero fõte germaniæ:& de britãnia:& maximis morborũ doloribꝰ. Ca. III

Hn Æc beſtiaꝝ ſolũ ad nocẽdũ ſcelera ſũt:ſed interim aquaꝝ quoq; ac locoꝝ. In
germania trans rhenũ caſtris a Germãico Cæſare promotis maritimo tractu
fons erat aquæ dulcis ſolus qua pota intra biẽniũ dentes deciderẽt. Cõpageſ
Fons mirabil'
quæ in genibus ſoluerent̃. Stomachacẽ medici uocabant & ſceletorben. Ei malo repta
auxilio ẽ hærba:quæ uocat̃ britannica nõ neruis mõ & oris malis ſalutaris: ſed cõtra
anginas quoq; & ɔtra ſerpẽtes. Folia habet oblõga nigra:iracõdẽ nigrã. Succus eius ex
primit̃ & ex radice. Florẽ uibões uocã. qui collectus priuſq̃ tõitrua audiant̃:& deuora
tus ſecuros ĩ totũ reddit. Fida ĩ qua caſtra erãt noſtris mõſtrauere illã. Miror quidẽ q
nominis eẽt cã:niſi forte cõfini oceano britãniæ ueluti propinq; dicauere. Non.n. inde
appellatã eã quoniã ibĩ plurima naſceret̃ certũ ẽ. Etiã tũ britannia libera fuit quidem.
Nec hic quõdã ambitus noĩbus ſuis eas adoptandi:ut docebimus feciſſe reges: ut res
tanta debeat̃:hærbã inuenire:uitã iuuare nõ fortaſſis credet aliquis:cũ hæc noſtra fri
uola quoq; exſtiment̃: adeo deliciis ſordẽt ẽt quæ ad ſalutẽ ptinẽt. Auctores tñ quaꝝ
ĩueniũtur in primis celebrare par ẽ:effectu eaꝝ digeſto in genera morboꝝ. Qua qđẽ
in reputatiõe mildereri ſortis hũanæ ſubit:& præter fortuita caſuſq; & noĩa q̇ hoĩs hora
excogitat ad milia morborũ ſingulis mortalibus timẽda. Qui grauiſſimi ex iis ſint diſ
cernere ſtultitia prope uideri põt: cũ ſuus cuiq; ad præſẽs quiiq; atrociſſimus uideat̃.
Et de hoc tñ iudicauere aui expimẽto aſprimos cruciacus eẽ calculorũ a ſtillicidio ue
ſicæ. Proximũ ſtomachi tertiũ eorũ qui ĩ capite doleant. Nõ ob aliud fere morte cõcita
græcis:& noxias hærbas demõſtratas miror equidẽ. Nec uenenorũ tantũ:quoniam ea
cõditio uitæ ẽ:ut mori plerũq; ẽt optimi portus ſit. tradatq; Varro Seruiũ Clodiũ equi
tem romanũ magnitudine doloris in podraga coactũ uenẽo crura punxiſſe &:poſtea
caruiſſe ſenſu omĩ æque q̃ dolore in ea parte corporis. Sed qua fuit uenia mõſtrandi
qua mẽtes ſoluerent̃? Partus eliderent̃:multaq; ſimilia: Ergo nec abortiua dico. Ac ne
amatoria quidẽ memoro. Lucullũ impatorẽ clariſſimũ amatorio piiſſe. Nec alia magica
portẽta:niſi ubi cauẽda ſũt aut coarguẽda in primis fide eorũ damnata. Satis opæ fuit

abundæq; per præſticum uitæ ſalutares dixiſſe ac poſteá inuenta

¶ De moly:& dodecatheo:& pæonia uel pẽtorobo uel glycilide:& panaca uel aſcle
pio:& heracleo panace:chironio:& panace centaureo:uel pharnaceo : & heracleo: ſide
tio:& hyoſciamo:uel apollinari ſiue altercangeno. Ca. IIII.

LAudatiſſima hærbaꝝ eſt Homero teſte quá uocari ab diis putant moly. Aſt in
uentioné eius Mercurio aſſignat. Contraq; ſũma ueneficia demonſtrat. Naſci
eam hodie circa pheneũ & in cyllene archadiæ tradũt. Specie illa Homerica ra
dice rotunda nigraq;:magnitudine cepæ folio ſcyllæ:effodi aũt difficulter. Græci auc
tores florẽ eius:luteum pinxere:cum Homerus candidũ ſcripſerit. Inueni e peritis hær
baꝝ medicis qui & in italia naſci eá diceret:afferriq; campania nihil aliquot diebus effo
ſam inter difficultates ſaxeas radicis triginta pedes longæ. Ac ne ſic quide ſolidæ ſed ab
rutæ.m Ab ea axima auctoritas hærbæ eſt:quá dodecatheon uocant:omniũ deoꝝ ma
ieſtatẽ cõmendantes . In aqua potá omnibus morbis mederi tradunt . Folia eius ſeptẽ
lactucis ſimillima exeunt lutea radice. Vetuſtiſſima inuentu peonia eſt: Nomenq; auc
toris retinet. Quá quidam pentorobon appellant. alii glycyſidẽ. Hæc quoq; difficultas
eſt:quod eadẽ:aliter alibi nuncupat᷑. Naſcit᷑ opacis montibus caule inter folia dygito
rum quattuor ferẽte in cacumine ueluti græcas nuces quattor aut quinq;. Ineſt iis ſe
mẽ copioſum rubꝝ:nigrumq;. Hæc medet᷑ & faunoꝝ in quiete ludibrius . Præcipiũt
eruere noctu:quoniam ſi picus martius uideat:tuendo in oculos ĩpetũ faciat. Panaces
ipſo noie omniũ morboꝝ remedia ꝓmittit:numeroſum & diis inuẽtoribus adſcriptũ.
Vnũ quippe aſclepion cognominant᷑:quõiam is filiam panaciam appellauit. Succus
eius ẽ coctus ferulæ:qualẽ diximus. Radix eſt multi corticis & ſalſi. Hac euulſa ſcrobẽ
repleri uario genere frugum religio ẽ:ac terræ piamẽtum: Vbi:& quo fieret mõ:&qua
le maxiẽ ꝓbaret᷑ inter pegrina docuimus. Id qđ e macedonia affertur bucolicon uocát
armentariis ſpõte erũpente ſuccum excipientibus:hoc celerie euaneſcit. Et in aliis aũt
generibus ĩprobatur maxiẽ nigꝝ ac molle. Id.n.argumẽtum eſt cæra adulterati. Alte
rum genus heracleon uocant:& ab Hercule inuentum tradunt. Alii origanum hæra
cleoticum ſilueſtre:quoniam ẽ origano ſimile:radice intuli. De origano diximus. Terti
um panaces chironeon cognominantur ab inuentore. Folium eius lapato ſimile ma
ius tamen & hirſutius. Flos aureus:radix pua. Naſcitur pinguibus locis. Huius flos ef
ficaciſſimus eoq; amplius q̃ ſupradicta prodeſt. Quartum genus panaces ab eodẽ Chi
rone reptum centaurion cognominatur. Sed & pharmaceon in cõtrouerſia inuentio
nis a Pharmace rege deductum. Seritur hoc longioribus q̃ cætera foliis:& ſerratis. Ra
dix odorata in umbra ſiccatur:uinoq; gratiam adiicit: Huius genera duo fecere alteꝝ
leuioris folii:alteꝝ tenuioris. Heracleon ſidereon & ipſum ab Hercule inuẽtum ẽ:caule
tenui dygitoꝝ quattuor altitudine. Flore puniceo:foliis coriadri. Iuxta lacus & amnes
inueĩtur. Qñq; uulnera ferro illata efficaciſſima ſanat. Et Chirõis ĩuẽtũ ampelos quæ
uocatur chironia:de qua diximus inter uites. Siccuti de herba cuius inuentio aſſigna
tur Mineruæ Herculi qnoq; eam adſcribunt:quæ apollinaris apud arabas altercũ ſiue
altercangenum:apđ græcos uero hyoſciamus appellatur. Plura eius genera. Vnum ni
gro femine foliis pene purpureis ſpinoſum. Talis naſcitur in galcia . Vulgare aũt can
didius ẽ & fructicoſius:altius papauere. Tertii ſemen irionis ſemini ſimile:& omnia in
ſaniam gignentiam:capitiſq; uertigines. Quartum gẽus molle:lanuginoſum pingui
us cæteris. Candidi ſeminis:in maritimis naſcens:hoc recepere medici. Item ruffi ſemi
nis nonunq̃ ante candidum ruffeſcit:ſi non ematuruit:iprnbaturq;. Ex alioquin nul
lum niſi cum inaruerit legitut natura uini. Ideoq; mentẽ caputq; infeſtans. Vſus ſemi
nis & p ſe & ſucco expræſſo. Exprimitur ſepatim & caulibus foliiſq; utuntur & radice
temeraria in totum (ut arbtror) medicinæ. Quippe etiam foliis conſtat mentem cor
rumpi:ſi plura quá quattuor bibantur. Etiá antiqui in uino febrẽ depelli arbitraban᷑

Et oleum fit ex ſemine:ut diximus:quod ipſum auribus infuſum tentat mentem:mi
req; contra uenenum remedia prodidere iis:qui id bibiſſent:& ipſum ꝑ remediis:adeo
nullo omnia experiendi fine:ut cogerentur etiam uenena prodeſſe.

De linozoſte parthenio hermipora ſiue potius mercuriali: & achillea:& panace
heraclea ſideriti millefolio:& đ ſcopa regia:& hermineo teucrio ſplenio:& đ melápodio
ſiue helleboro:quot ue eorũ genera:& de nigro helleboro & albo medicinæ:& quando
detur:& quoniam ſumendum:& quibus non dandum:& qđ mures necat Ca. V.

Linozoſtis ſiue parthenion a Mercurio inuentus eſt:ideo apud græcos hermu
poan multi uocant Eam apud nos omnes mercurialẽ. Duo eius genera:maſ
culus & fœmina quæ efficatior:caule cubitali interdũ ramoſo in cacumine:
ocimo anguſtioribus foliis geniculis denſis:alaꝝ cauis multis:ſemine in geniculis de
pedente:fœmine copioſo:mari iuxta genicula ſtatim rariore ac breui:cõtortoq;. Fœmi
næ ſoluto & candido. Folia maribus nigriora:fœminis cãdidiora:radix ſupuacua:præ
tenuis. Naſcunt̃ in cãpeſtribus cultis. Mirũ eſt qđ de utroq; eorum genere prodit. Vt
mares gignant̃ hunc facere:ut fœminæ illã. Hoc contingere ſi a cõceptu ſuccus pro
tinus bibatur in paſſo:edant̃ ue folia decocta ex oleo & ſale:uel cruda ex aceto. Quidã
decoquunt eam in nouo fictili cũ heliotropio:& duabus aut tribus ſpicis donec deco
quat̃. Decoctũ dari iubent:& herbam ipſam i cibo altero die purgationi:mulieribus ꝑ
triduũ quarto die a balneo coire eas. Hippocrates miris laudibus inulieꝝ uſu prædi
cauit illas. Eaſq; ad hunc modũ adhuc medicorum nemo nouit. Ille eas uuluæ cũ mel
le uel roſaceo uel lilino uel irino admouit:itẽ ad ciendos menſes ſecundaſq;. Hoc idẽ
præſtare potu fotuq; dixit. Inſtillauit auribus ſurdis ſuccũ inunxitq; cũ uino uetere.
Aluo folia ipoſuit:epiphoris:ſtrãguriæ & ueſicæ. Decoctũ eius dedit cũ myrrha & thu
re. Aluo quidẽ ſoluendæ:uel in febri decoquit̃ quantũ manus capiat in duobus ſexta
riis aquæ ad dimidias:bibitur ſale & melle admixto: necnon cũ ungula ſuis aut galli
naceo decoctũ ſalubrius: Purgationis cã putauere aliqui utranq; dandam:ſiue cũ mal
ua decoctũ. Thoracẽ purgant. Bilem detrahunt: Sed ſtomachũ lædũt. Reliquos uſus
dicemus ſuis locis. Inuenit & achilleon Achilles diſipulus Chirõis:qua uulneribus me
deretur:quæ ob id achilleos uocat̃. Hac ſanaſſe Telephum dicitur. Alii primũ eruginẽ
inueniſſe utiliſſimam emplaſtris:ideoq; depingitur ex cuſpide decutiens eam gladio i
uulnus Telephi. Alii utroq; uſum medicamento uolunt. Aliqui & hanc panacẽ hera
cleon:alii ſideriten. Hanc apud nos millefolium uocant cubitali ſcapo ramoſam:minu
tioribus q̃ fœniculi foliis ueſtitã ab imo. Alii fatẽtur quidẽ illã uulneribus utilẽ:ſed ue
ram achileõ eẽ ſcapo cæruleo pedali:ſine ramis ex omni parte ſingulis foliis rotũdis ele
gãter ueſtitã. Alii quadrato caule:capitibus marubii folio quercus. Hac etiam præciſos
neruos glutinare faciũt. Alii ſideritẽ i maceriis naſcentẽ cũ terit̃ fœdi odoris. Etiãnum
aliã ſimilẽ huic:ſed candidoribus foliis & pinguioribus tẽuioribus cauliculis in uineis
naſẽtẽ. Aliã uero qnũ cubitoꝝ ramulis exilibus triãgulis:folio felicis:pediculo lõgo:be
te ſemine. omẽs uulneribus præcipuas. Noſtri eã quæ ẽ latiſſimo folio ſcopã regiã uo
cãt. Medet̃ ãginis ſuũ iuenit & teucer eadẽ ætate teucriõ quã qdam hermoneõ uocãt
ſpargentẽ iuncos tenues:folia ꝑua a ſperis locis naſentẽ:auſtero ſapore: nunq̃ florentẽ.
Neq; ſemẽ gignit. Medet̃ lyenibus. Cõſtatq; ſic iuentã. cũ exta ſup eam ꝓiecta eſſent:
fert̃ adhæſiſſe lyeni:eũq; inaniſſe. Ob id a qbuſdã ſpleniõ uocat̃. Narrãt ſues qui radi
cem eius edũt ſine ſplene iueniri. Ramis hyſopi ſurculoſã:folio fabæ. Eodẽ noie appel
lant:& colligi florentẽ adhuc iubent adeo florere nõ dubitant:maxieq; ex ciliciis & py
ſidiæ mõtibus laudãt. Melãpodis fama diuinatiõis artibus nota eſt. Ab hoc appellatur
unum hellebori genus melampodion. Aliqui paſtorem eodem nomine inueniſſe tra
dũt:capras purgari paſtore illo aiaduertente datoq; lacte eaꝝ ſanaſſe parotidas furẽtes

Quĩobrẽ de oĩbus eius generibus dici ſimul cõuenit. Prima duo ſunt cãdidũ ac nigꝝ.
Hoc radicibus tantum intelligi tradunt pleriq;. Alii folia nigri platani ſimilia & mio/
ra nigrioraq;: & pluribus diuiſuris ſciſſa. Alii betæ incipiẽtis. Hæc quoq; nigriora & ca
naliũ dorſo rubeſcẽtia. Vtraq; caule palmi ferlaceo bulboꝝ tunicis cõuoluto radice fi/
brata cæpaꝝ mõ. Nigro equi boues ſues necantur. Itaq; cauent id cũ candido ueſant:
Tẽpeſtiuũ eſſe tradunt meſſibus. Plurimũ aũt naſcit̃ in oeta mõte. Et optimum uno
eius loco circa epiꝝ. Nigꝝ ubiq; prouenit: ſed melius in helicone: q mõs & aliis lauda
tur hærbis. Candidũ probat̃ oeteũ. Secundũ ponticũ. Tertio loco heleaticũ: qđ in uiti/
bus naſci ferunt. Quarto ꝑnaſium: quod adulteratur hætolico ex uicino. Nigꝝ ex iis
melanpodion uocant: quo & domos ſuffiunt purgantq; aſpergentes ſe & pecora. Cum
præcatione ſolẽni hoc & religioſius colligit̃. Primũ.n. gladio circunſcribit̃. Deinde q
ſucciſurus eſt ortũ ſpectat. Et præcat̃ ut id liceat ſibi cõcedẽtibus dii: facere. Obſeruat
que aquilæ uolatus: fere.n. ſeccantibus iter eſt. Et ſi prope aduolauerit: moriturum illo
anno qui ſuccidit augurium eſt. Nec album facile colligit̃: caput aggrauans maxime
niſi præſummat̃ aliũ & ſubinde uinum ſorbeat̃: celeriterq; fodiat̃. Nigꝝ alii euchymõ
uocant: alii polyrrhyſon: purgat ꝑ inferna. Candidum aũt uomitiõe. Cauſaſq; morbo/
rum extrahit. Quodã terribile. Poſtea tam ꝓmiſcuum ut plæriq; ſtudioꝝ gratia ad pro
uidenda acrius quæ cõmentabant̃: ſæpius ſumptitauerint. Carneadẽ reſponſuꝝ zẽo/
nis libris. Druſum quoq; apud nos tribunoꝝ popularium clariſſimũ: cui ante omnes
plebs adſtans plauſit: optimates uero bellũ marſicũ ĩputauere conſtat hoc medicamen
to libratũ comitiali morbo in antycira inſula. Ibi.n. tutiſſime ſummit̃: quoniã (ut dixi
mus) ſeſamoides admiſcent. Italia ueratꝝ uocat. Farina eoꝝ per ſe & mixta radiculæ
qua lana diximus lauari ſternutamẽtum facit. Amboq; ſomnũ. Legunt̃ aũt tẽuiſſime
radices breueſq; ac uelut decurtatæ ẽẽ hæ. Nã ſumma quæ ẽ craſſiſſima cepis ſimilis ca
nibus tantũ dat̃ purgatiõis cauſa. Antiqui radicẽ corticemq; carnoſiſſimum eligebãt:
quo tenuior eximeret̃ medulla. Hanc humidis ſpongiis opertã turgeſcentemq; in lõgi
tudinẽ finebant. Deinde fila inumbra ſiccabãt iis utentes. Nunc ramulos ipſos ab radi
ce ſua grauiſſimi corticis ita dantes. Optimũ qđ acre guſtu: feruenſq; in frãgendo pul
uerẽ emittit. Durare uim eius xxx. annis ferunt. Nigrũ medet̃ palyticis inſanientibus
hydropicis dummõ citra fibrim podagris ueteribus: articulariis morbis. Trahit aluum
& bilẽ pituitaſq;. Ex aqua dat̃ ad leniter molliendã aluũ plurimũ drachma modice q̃t
tuor obolis. Miſcuere aliqui & ſcamoneã: ſed tutius ſalẽ. In dulcibus datũ copioſius pi
culũ infert. Oculorũ caliginẽ fotu diſcutit. Ob id quidã & inunxere. Tritum ſpumas
ſuppurata duritias concoquit: & purgat. Itẽ fiſtulas tertio die exẽptum. Verucas tollit
cum ſquamis æris & ſandaraca. Hydropicorum uẽtri ĩponit̃ cum farina hordeacea &
uino. Pecorum & iumentorum pituitas ſanat ſurculo per aurẽ traiecto: & poſtero die
eadem hora exẽpto. Scabiẽ quadrupedum cum thure & cæra aropice uel cum piſeleo.
Album optimum: quod celerrime mouet ſternutamẽta: ſed multum teribilius nigro:
præcipue ſi quis apparatum poturorum apud antiquos legat: contra horrores ſtrãgu/
latus in tempeſtiuas ſomni uires ſingultus infinitos aut ſternutamẽta ſtomachi diſſo/
lutiones tardiores uomitus aut lõginquiores: exiguos aut nimios. Quippe alia dare ſo
liti: quæ concitarent uomitiones ipſumque eleborum extraerent medicamentis: aut
clyſteribus: ſæpe ẽt ſanguine uẽis emiſſo. Iã uero & cũ proſpere cedat terribilius uiſu ĩ
uariis coloribus uomitionũ: & poſt uomitiones obſeruatione alui: balnearũ diſpẽſatio
ne: totius corpis cura antecedẽte: omnia hæc magno terrore & fama. Nanq; tradũt ab
ſumi carnẽ ſi coquatur una: ſed antiquorum uitium erat: ꝙ propter hos metus prius
dabãt cũ celerius erumpat: quo largius ſumit̃. Thẽiſon binas nõ ãplius drachmas dõa
uit: ſequẽtes & quaternas dedere. Claro Herophili præconio qui elleborũ fortiſſimi du/
cis ſimilitudini æquabat. Concitatis.n. intus omnibus ipſum in primis exire. Præterea

mirum inuentum eſt q̄ inciſum forficulis ut diximus:ſcribant:cortex remanet. Hoc
inanito medulla cadit. Hæc in nimia purgatione data:uomitiones ſiſtit: Cauendũ eſt
fœlici quoq; cura:ne nubilo detur die:quippe impatibiles cruciatus exiſtunt. Nã æſta
te potius q̃ hyeme dandũ nõ eſt in dubio. Corpus ſeptem diebus præparandũ cibi acri
bus:abſtinentia uini:quarto & tertio de uomitionibus:pridie cœnæ abſtinentia. Albũ
edulci datur: aptiſſime uero in lacte aut pulte. Nuper inuenere diſſectis raphanis in
ſerere helleborũ:rurſuſq; cõprimere raphanos:ut tranſeat ius :atq; eo lenimento dare.
Reddit poſt quattuor fere horas incipit. Totũ opus ſeptenis peragitur horis. Medet̃ ita
morbis comitialibus:ut diximus:uertigini:melanchonicis:inſanientibus:lymphaticis:
elephantiæ albæ:lepris:tetano:tremulis:podagricis:hydropicis:incipientibuſq; tympa
nicis ſtomachicis:ſpaſticis:clinicis:iſchiadicis:quartanis quæ aliter non deſinat: tuſſim
ueteri ĩ flãmationibus:torminibus redeũtibus. Vetant dari ſenibus & pueris. Itẽ molli
bus ac fœminei corporis:animæ ue exilibus aut teneris:& fœminis minus q̃ uiris. Itẽ
timidis:aut ſi exulcerata ſint præcordia:uel tumeant:minime ue ſanguinẽ excreanti
bus:cauſatis uel latere:uel faucibus. Medet̃ extra corporis eruptionibus pituitæ cum
axungia ſalſa illitũ:item ſuppurationi ueteri. Mures polenta admixtũ necat. Galli ſagit
tas ĩ uenatu helleboro tingunt:circũciſoq; uulnere teneriorẽ ſẽtiri carnẽ affirmat. Mu
ſcæ quoq; necant̃ albo trito & cum lacte ſparſo. Eodem & phthiriaſi emendatur.

De mithridati & ſcordoti ſiue ſcordio:& polemonia uel philæteria uel chi
lio dynama : & eupatoria & centaurea ſiue chironia: & de lecto centaureo
libadio felle terræ & triorche medicinæ. Ca. VI.

IPſi Mithridati Crateias adſcripſit unam mithridatiam uocatam. Hinc folia
duo a radice achanto ſimilia. Caulis inter utraq; ſuſtinens roſeum florem. Al
teram lenem ſcordotim ſiue ſcordion ipſius manus adſcriptam : magnitudĩe
cubitali:quadrangulo caule ramoſam quernæ ſimilitudine foliis lanugninoſis: Reperi
tur in ponto campis pinguibus humidiſq; guſtus amari. Eſt & alterius generis:latiori
bus foliis:mentaſtro ſimilis :plurimoſq; utraq; ad uſus per ſe & inter alia in antidotis.
Polæmoniam alii philæteriam a certamine regum inuentionis appellant. Capadoces
aũt chiliodynamam radice craſſa:exilibus ramis:quibus ĩ ſummis corymbi dependẽt
nigro ſemine cætero rutæ ſimilis. Naſcitur in mõtoſis. Eupatoria quoq; regiam aucto
ritatem habet. Caulis lignoſi nigricantis hirſuti:cubitalis aliquando:& amplioribus fo
liis p interualla. v. folia ut cannabis per ambitum ĩciſis quinquepartito :nigris & ipſis
pulmoſiſq; radice ſuperuacua. Semen dyſentericis in uino potum auxiliatur unice. Cẽ
tauria curatus dicitur Chiron cum Herculis exceptus hoſpitio ptractanti arma ſagit
ta excidiſſet in pedem:quare aliqui chironium uocant. Folia ſunt lata & oblõga:ſerra
ta ambitu denſa ab radice:caules ternum cubitorum geniculati. In iis capita ceu papa
uerum. Radix uaſta rubeſcens:tenera fragiliſq; ad bina cubita madida. Succo amara
cum quadam dulcedine. Naſcitur in collibus pingui ſolo. Laudatiſſima arcadia:elide
meſſenia:phoruo & lyceo atq; in alpibus:pluribuſq; locis in lycia. Quidam & ex ea lyci
um faciunt. Vis in uulneribus tanta ut cohæreſcere etiam carnes tradant:ſi coquant̃
ſimul. In uſu radix tantum duabus drachmis bibenda quibus dicetur:ſi febris ſit : in
aqua trita:cæteris in uino. Medetur & ouium morbis decocte ſuccus. Eſt alterũ cẽtau
rion cognomine lecton:minutis foliis:quod aliqui libadion uocant: quoniam ſecũdũ
fontes naſcitur:origani ſimile:anguſtioribus & lõgioribus foliis angulosa caule pau
lulum alto fruticãti flore lichenidis:radix tẽui & ſuperuacua ſucco efficax. Ipſa herba
autumno legitur:ſuccus e fronde. Quidam caules conciſos madefaciũt diebus. xviii.
atq; ita exprimunt. Hoc centaurion noſtri fel terre uocant:propter amaritudinem ſũ
mam. Galli exacum. quoniam omnia mala medicamenta potum e corpore exſiccat. p
aluũ. Tertia ẽ centauris cognomĩe triorches. Qui eam ſeccat rarũ ẽ ut nõ uulneret ſeſe

Hæc ſuccum ſanguineum mittit. Theophraſtus defendi eam: impugnariq; colligentes tradit a triorche accipitrum genera: a quo & nomẽ accepit. Impiti cõfũdũt hæc omnia: & uim generi aſſignant: ¶ De climeno & gentiana & lyſimachia & pathẽide & arthẽiſia: & ábroſia: & nymphea hæracleo ſiue rhopalo & euphorbia medicinæ. Ca. VII.

Qlinmenos a rege herba appellata eſt hederæ foliis ramoſa caule inani articulis præcincta: odorr graui & ſemĩe hederæ: ſilueſtribus & mõtoſis naſcẽs. Quibus morbis pota inundeat̃: dicẽs. Sed hic indicandũ eſt dũ medeat̃ ſterilitatẽ pota ẽt in uiris fieri. Græci plãtagini ſimilẽ eẽ dixeũt: caule quadrato: folliculis cũ ſemĩe inter ſe ĩplexis: uelut ĩpolypoꝝ cirris. Et ſuccus ãt in uſu. Vis eius ſũma in refrigerando Gentianã inuenit Gentianus rex illyrioꝝ ubiq; naſcentẽ: in illyrico tamen præſtãtiſſimam folio fraxini: ſed magnitudine lactucæ: caule tenero pollicis craſſitudine: cauo & inani: & interuallis foliato: trium aliquando cubitoꝝ: radice lenta ſub nigra ſine odore aquoſa montibus ſubalpinis plurima. Vſus in radice & ſucco. Radici: natura ẽ excalfactoria: ſed prægnantibus non bibenda: Inuenit & Lyſimachus herbam lyſimachiam que ab eo nomen retinet: celebrata Eraſiſtrato. Folia hẽt ſalicis uirida: florẽ purpureũ: fruticoſum: ramulis erectis graui gignit̃ in aquoſis. Vis eius tanta ẽ: ut iumẽtis diſcordantibꝰ iugo ĩpoſita aſpitatẽ cohibeat. Mulieres quoq; hac gloriam affectauere. In qbꝰ Arteiſia uxor mauſoli adoptata herba quæ ante pthẽis uocabat̃. Sũt q ab artẽide Artẽiſia cognomiatã putẽt: quoniã priuati medicat̃ fœ niaꝝ malis. Abſinthii ãt mõ fruticoſa maioribꝰ foliis pĩguibſq;. Ipſius duo genera. Altera latioribꝰ foliis altera tenera tẽuioribꝰ: & nõ niſi ĩ maritimis naſcẽs. Sũt qui in mediterraneis eodẽ noĩe appellãt ſĩplici caule: mĩmis foliis: flores copioſi erũpẽtes cũ una matureſcit odore nõ in iucũdo: q̃ qui dã botrynaliũ ãbroſiã uocãt. Talis in capadocia naſcit̃. Nimphea nata tradit̃ a nimpha zelotypia erga herculẽ rhopalo mortua. Quare heracleõ uocãt aliqui: alii rhopalõ a radice claue ſimili. Iõq; eos q bibãt eã. xii. diebꝰ coitu genituraq; priuari. Laudatiſſima ĩ orchomẽo & marathõe boetiæ. Timalõ uocautq; ſemẽ edũt. Naſcit̃ in aquoſis foliis magnis & aliis ex radice pdeuntibꝰ flore lilio ſimili: & cũ defloruerit capiti papaueris. In caule ſeccat̃ autũno. Radix nigra in ſole ſiccat̃. Adurſat̃ q; ad alliũ. Eſt & alia nimphea in theſſalia amne pæonio: radice alba: capite: luteo: roſæ magnitunine. Inuenit & patꝝ noſtroꝝ ætate rex Iuba q̃ appellauit euphorbiã medici ſui fratris noĩe & muſæ: a quo D. Au. cõſeruatũ indicauiũs. Iidẽ fratres inſtituere a balneis frigida multa corpa aſtringi. Antea nõ erat mos niſi calida tantũ lauari ſicut apud Homerũ ẽt inueniũs. Sʒ Iubæ uolumẽ quoq; extat de ea herba ꝑ clarũ pconũ. Inuẽit eã in mõte atlante: aſpectat̃ foliis achantinis. Vis tanta ẽ: ut uel elonginquo ſuccus ſxcipiat̃ inciſæ cõto. Suſcipit̃ ex ſtipulis uetriculo hædino. Humor lactis uidet̃ effuere. Siccat̃ cõto. Sic thuris effigiẽ habet. Qui colligũt clarius uidẽt. Cõtra ſerpẽtes medet̃. Quacũq; pte pcuſſa uertice inciſo & medicamento addito. Ibi geruli qui legũt: hedino lacte adulterant: ſed diſcernitur igni. Id. n. q; ſincerũ nõ ẽ faſtidiẽdũ odorẽ hẽt. Multũ infra hũc ſuccũ eſt qui in gallia fit ex herba chamelea granũ cocci ferente. Fractus amoniaco ſimilis eſt: etiam leui guſtu os accenſum diu detinens: & magis ex interuallo donec fauces quoq; ſiccet.

¶ De plãtagie & bugloſſo: & ciogloſſo: & bupthalmo: & ſcythica: & d ſptáia: & hippice: & iſchæmone: & betonica: & cantabiaca: & conſiligine: & hyberida: & chelidonia: & canaria & elaphoboſco: & dictãno: & ariſtolochia: & qđ eius delectatione inuoluãt piſces: & ſtati capiant̃ & medicie cõtra ſerpẽtiũ ictus ex herbis q̃s ſupius nomiauit. Ca. VIII.

Qelebrauit & themiſon medicus uulgarem herbam plantaginem tanquam in uentor uolũine de ea edito. Duo eius genera. Minor anguſtioribus foliis & nigrioribus lingæ peccorum ſimillimis: caule anguloſo in terram inclinato in pratis naſcens. Altera maior foliis laterum modo incluſa. quæ quia ſeptena ſunt quidam eã heptapleuron uocauere. Huius & caulis cubitalis eſt & napi ſimilis. Naſcitur in humidis multo efficatior. Vis mira in ſiccando dẽſandoq; corpe canteri uicem

optinẽs. Nulla res æque ſiſtit flutiones: quas græci rheumatiſmos uocant. Iungit̃ huic
bugloſſo boum linguæ ſimilis: cui præcipuum q̄ in uinũ diecta animi uoluptates au
get & uocatur euphraſinũ. Iungitur & cynogloſſos caninas imitans linguas: topiariis
operibus gratiſſima. Aiuntq; eam quæ tres thyrſos ſeminis emittat: eius radicẽ potam
ex aqua ad tertianas prodeſſe: quæ quatuor ad quartanas. Eſt alia ſimilia ei & quæ fe
rat lappas minutas. Eius radix pota ex aqua ranis & ſerpentibus aduerſatur. Eſt & bu
phtalmos ſimilis boum oculis folio fœniculi: circa oppida naſcens fruticoſa caulibus:
q & manduntur decocti. Quidã chalcian uocant. Hæc cum cæra ſcirromata diſcutit.
Inuenere hærbas & uniuerſæ gentes. Scythia eam primũ: quæ primum: quæ ſcythice
uocatur circa boetiam naſcens prædulcis. Aliam quoq; utiliſſimã quam ſpartaniã uo
cant. Magna & ea cõmendatio: q̄ in ore eam habentes famẽ ſitimq; non ſentiunt. Idẽ
præſtat apud eos hippice dicta: qđ in equis quoq; eundem effectum habeat. Tradũtq;
his duabus hærbis ſcythas etiam in duodenos dies durare ĩ fame ſitiq;. Iſchemonẽ thra
cia inuenit: qua ferunt ſanguinẽ ſiſtit: non aperta modo uenia: ſed etiã præciſa. Serpit
e terra milio ſimilis: foliis aſperis & lanuginoſis: farcitur in nares. Quæ in italia naſcit̃
& ſanguinẽ eodem adalligata ſiſtit. Vetones in hiſpania eam quæ betonica dicitur in
gallia. In italia autẽ ſerratula a græcis ceſtron aut pſychroteron ante cunctas laudatiſ
ſima. Exit anguloſo caule cubitorũ duum a radice ſpargens folia fere lappati ſerrata ſe
mine purpureo. Folia ſiccantur in farinã plurimos ad uſus. Fit uinum ex ea & acetũ
ſtomacho & claritati oculorũ. Tantumq; gloriæ habet ut domus in aqua ſata ſit tuta
exſtimetur a piaculis omnibus. In eadem hiſpania inuenta eſt cantabrica p̄ Diui Au
guſti tempora a cantabris reperta. Naſcitur ubiq; caule iunceo pedali in quo ſunt floſ
culi oblongi uelut calathi In iis ſemen perq̃ minutum. Nec alias fuere hiſpaniæ hær
bis exquirendis: ut in qbus etiamnum hodie in numero ſit lætiore conuictu potionẽ
egentem hærbis mulſo additis credidere ſaluberimã ſuauiſſimamquæ. Nec qſquam ge
nera earum iam nouit aut multitudinẽ. Numerus tamẽ cõſtat ĩ nomine. Noſtra ætas
meminit herbã in marſis repertam. Naſcit̃ & aquiculis circũ uicum neruiſiæ: uocatur
cõſiligo. Prodeſt ut demonſtrauimus ſuo loco deploratis in phthiſi. Inuenit nuper &
Seruilius Democrates primus medentiũ quam appellauit hiberidam quamq̃ ficto no
mine inuentioni eius aſſiguato carmine. Naſcitur maxime circa uetera monumẽta pa
rietinaſq; & oculta iterum. Floret ſemper folio naſturtii: caule cubitali: ſemine tamen
paruo ut uix aſpici poſſit. Radici odor naſturtii. Vſus æſtate efficatior: & recenti tantũ
Tunditur difficulter. Coxendicibus & articulis omnibus cũ axungia modica utiliſſia
uiris plurimum quaternis horis fœminis minus dimidio adalligata: ut dein in balneũ
deſcendat̃ in calidam: & poſtea oleo & uino corpus perungat̃: diebuſq; uicinis ĩterpo
ſitis idem fiat ſiqua admonitio doloris ſuſperſit. Hoc modo rheumatiſmos omnes ſanat
occultos. Imponitur nõ ĩ ipſa ĩflamatione: ſed ĩminuta. Animalia quoq; ĩuenere herbas
in primiſq; chelidoniã. Hac enĩ hirundines oculis pullorũ in nido reſtituunt uiſũ: ut
qdam uolunt etiã eruis oculis. Genera eius duo. Maior fruticoſo caule folio paſtinacæ
erraticæ amplior: ipſa altitudine duum cubitorũ. Colos albicans. flos luteus. Minori fo
lia hederæ rotundiora minus candida. Succus croci mordax. Semen papaueris. Florẽt
aduentu hirundinũ. Diſceſſu marceſcunt. Florentibus ſuccus exprimit̃: & in æreo ua
ſe cũ melle attico leniter cinere feruenti decoqtur: ſingulari remedio contra caligines
oculorũ. Vtuntur & per ſe ſucco in collyriis: q̃ chelidonia appellant̃ ab ea. Inuenerũt
Canes & canes canariã: qua faſtidiũ deducunt: eamq; noſtro cõſpectu mãdũt: ſed ita ut nũq̃
intelligat̃ quæ ſit: etinim depaſta cernit̃. Notata eſt aũt animalis huius malignitas in
alia herba maior. Percuſſus. n. a ſerpẽte: mederi quadã ſibi dicit̃: ſ3 illã homĩe ĩſpectãte
nõ decerpit. Simplicius ceruæ mõſtrauere elaphoboſcõ: de qua dixius. Itẽ helxinẽ a par
tu dictã. Oſtẽdere (ut ĩdicauimus) dictã uulneratæ eo paſtæ ſtati decidentibus telis.

Non eſt albi quam in creta: ramis prætenue: pulegio ſimile: feruēs & acre guſtu: foliis tātum utuntur. Flos nullus ei ē. Semē ut caulis. Radix tenuis & ſupuacua. Et in creta autē nō ſpatioſe naſcitur: miræq; a capris expetitur. Pro eo ē & pſeudo dictamū multis in terris naſcens: folio ſimili: ramulis minoribus a quibuſdam cōdris uocatū. Minoris effectus ſtatim ītelligitur. Dictamū. n. minima portiōe accēdit os. Qui legere eam: ī ferula uel arundine cōdunt: præligantq;: ne potentia euaneſcat. Sunt qui dicant utranque naſci multifariam: ſed deteriores in agris pinguibus: ueram quidam dictamū non niſi in aſperis. Eſt & tertiū gēus dictamum uocatū: ſed neq; facie: neq; effectu ſimile folio ſiſybrii: ramis maioribus procedēte pſuaſione illa quicquid ī creta naſcitur: infinito præſtare cæteris eiuſdē generis alibi genitis. Proxime quod ī parnaſo: alioqnin hærbiferum eē. Et peliū mōtē in theſſalia. Et eletriū ī euboea. Et totam arcadiam ac lyaconiam Tradunt arcades quidē nō medicaminibus uti: ſed lacte circa uer: quoniam tūc maxime ſuccis herbæ turgeant: medicēturq; ubera paſcuis. Bibunt āt lac uaccinū: quoniā boues omnino uorifere ſunt ī hærbis. Potentia eaꝝ p quadrupedes ēt nūc duobus claris exemplis manifeſta fit. Circa abderam & limitē: qui Diomedis uocatur equi paſti inflammantur rabie: circa pothinam uero & aſini. Inter nobiliſſimas ariſtolochiæ nomen dediſſe grauidæ uidentur quoniā eēt ariſte tecuſes. Noſti malū terræ uocant: & quattuor genera eius ſeruant. Vnum tuberibus radicum rotundis foliis īter maluā: & hederam nigrioribus piugnioribuſq;. Alteꝝ maſculæ radice lōga quattuor digitoꝝ lōgitudine baculi craſſitudine. Tertiū longiſſimæ tenuitatis uitis nou ellæ cui ſit præcipua uis: quæ clematicis uocat̃: ab aliis cretica. Omnes colore buxeo: caulibus paruis: flore purpureo. Ferūt baculas paruas ut cappari. Valēt radice tantū. Eſt & quæ piſtolochia uocat̃ quarti generis: tenuior q̄ ꝓxime dicta: denſis radicis capilamētis iūci pleníoris craſſitudie. Hāc quidā polyrrhizon cognomināt. Odor omnium medicatus. Sed oblonga radice tenuiorq; gratior. Carnoſi. n. eſt corticis: unguētis quoq; nardinis cōueniens. Naſcuntur pinguibus locis & cāpeſtribus. Effodere eas meſſibus tēpeſtiuum: ita deſquammato terreno ſeruantur: Maxime tamē laudat̃ pontica. Et in quocūq; genere ponderoſiſſima quæq; medicinis aptior. Rotunda contra ſerpētes. Oblonga ī ſumma tamē gloria eſt ēt modo. A conceptu admota uuluis in carne bubula mares figurat: ut tradditus. Piſcatores cāpaniæ radicē eam: quæ rotunda eſt: uenenum terræ uocant: coramq; nobis contuſam immixta calce in mari ſparſere: aduolant piſces cupiditate mira: ſtatimq; exanimati fluitant. Quæ polyrrhizos cognominant̃. cōuulſis cōtuſis ex alto precipitatis radice pota ex aqua utiliſſima eſſe tradit̃. Semie pleureticis & neruis confirmare excalfacere. Eadē ſatyrion eſt. Veꝝ & effectus eaꝝ uſuſq; dicendi ſunt. Ordiendumq; a maloꝝ omnium peſſimo: ideſt ſerpentium ictu. Medētur ergo britanica hærba. Panaces geneꝝ omniū radix e uino. Chironiæ & flos & ſemen potū illitumque ex uino & oleo. Priuatimq; quæ cunila bubula appellatur. Polymonia uel phile teris radicis drachmis quattuor ex mero. Teucria: ſideritis ſcordotis: ex uino priuatim ad angues potæ & illitæ: ſiue ſucco: ſiue folio: ſiue decocto. Centauriæ maioris radice drachma in uini albi ciathis. tribus. Gentiana ꝑcipue aduerſus angues duabus drachmis cum pipere & ruta uini cyatis. vi. ſiue uiridis ſiue ſicca. Et lyſimachiæ odorē fugiunt ſerpētes: Dat̃ ex uino ꝑcuſſis chelidōia. Morſibus īponit̃ betōica præcipue: cuius uis tanta ꝓhibet̃: ut incluſæ circulo eius ſerpentes ipſe ſeſe interimat flagellando. Dat̃ & ad ictus ſemē eius denarii pōdere cō tribus cyathis uini: uel farina drachmis tribus ſextario aquæ īponit̃. Cantabricæ: dictami: ariſtolochiæ radicis drachma in uini hemina ſæpius bibēda: prodeſt & illita ex aceto. Similiter piſtolochiæ. Quin & omnío ſuſpēſa ſupra focum fugat e domibus ſerpentes.

¶ De agrimōia: & agarico: & echyo: & hioſcyamo: & hierabotāe: & blataria: & lemōia & qnquefolio. & dauco: & pſolata: & arctio: & cyclaio: & peucedano. Ca. IX.

ARgemonia quoq; radice eius denarii pondere in uini cyathis tribus potatur.
Plura de ea cõuenit dici cæteriſq; quæ primum nominabunť. In eo auté ge
nere medendi primũ conuenit: quãq; nominari: ĩ quo maxime ualebit. Folia
habet anemonæ æqualia diuiſa apii modo: caput in cauliculo papaueris ſilueſtris: ité
radicé. Succum croci colore acré & acutum. Naſcitur & in aruis apud nos. Noſtri tria
genera eius faciunt: & id demũ probant cuius radix thus redoleat. Agaricon ut fũgus
naſcitur in arboribus circa boſphoꝝ: colore candido. Datur obolis quattuor contritũ
cũ binis cyathis aceti mulſi. Id qđ in gallia naſcitur infirmius habetur. Præterea mas
ſpiſſior amariorq;. Hic & capitis dolores facit. Fœmina ſolutior in initio guſtus dulcis:
mox in amaritudinem tranſit. Echyos utriuſq; generis pulegio ſimilis. Foliis coronata
drachmis duabus ex uini cyathis quattuor datur. Item altera quæ lanugine diſtingui
tur ſpinoſa: cui & capitula uiperæ ſimilia ſunt hæc ex uino & aceto. Quidam echyon
pſonatam uocant: cuius folio nullum eſt latius: grandes lappas ferenté. Huius radicé
decoctam ex aceto dant potui. Hyoſcyamũ cõtuſum cũ foliis ex uino datur peculiari
ter cõtra aſpidas. Nulla tamen romanæ nobilitatis plus habet q̃ hierabotané. Aliqui pa
riſterion noſtri uerbenacã uocant. Hæc eſt quam legatos ferre ad hoſtes indicauimus.
Hac Iouis menſa ueritur. Domus purgantur: luſtranturq;. Genera eius duo ſũt. Folio
ſa quã fœminam putant. Mas rarioribus foliis: Ramuli utriuſq; plures: tenues: cubita
les: anguloſi. Folia minora q̃ quercus: anguſtioraq;: diuiſuris maioribus. Flos glaucus:
radix longa: tenuis. Naſcitur ubiq; in planis aquoſis. Quidã non diſtingũt: ſed unum
omnino genus faciunt: quoniam utraq; eoſdé effectus habeat. Vtraq; ſortiuntur galli
& præciunt reſponſa. Sed magis utiq; circa hanc inſaniũt. Hac perunctos impetrare
quæ uelint febres abigere: amicitias cõciliare: nulliq; non morbo mederi. Colligi circa
canis ortũ debere: ita ut ne luna aut ſol cõſpiciať: fauis ante & mellæ terræ ad piametũ
datis. Circũſcriptã ferro effodi ſiniſtra manu: & in ſublime tolli. Siccari ĩ umbra ſepa
tim. folia: caulé: radicé. Aiuntq; ſi aqua ſpargať tricliniũ: qua maduerit: lætiores cõui
ctus fieri. Aduerſus ſerpẽteſ cõteriť ex uino. Eſt ei ſimilis uerbaſcõ hærba: q̃ ſæpe fallit
ꝑ ea capta. foliis minus candidis: cauliculiſ pluribus: flore luteo. Hac abiecta blattas in
ſe cõtrahit: ideoq; romæ blattariã uocatur. Lemoniũ ſuccũ lacteum mittit: cõcreſcenté
gummi modo humidis locis. Datur denarii pondus in uino. Quinq; foliũ nulli igno
tum eſt: cũ etiã fraga gignendo cõmendeť: Græci uocant pentapetõ ſiue chamezeleõ
ſiue pentaphillon. Cũ effodiť rubrã habet radicé. Hæc marceſcens: nigreſcit & angulo
ſa fit. Nomé a numero folioꝝ habet. Et ipſa hærba incipit & deſinit cũ uite. Adhibeť &
purgãdis domibus. Aduerſus ſerpẽtes bibiť & eius radix quæ ſparganiõ uocať ex uío
albo. Dauci genera quattuor fecit Petrõius. Diodotus quæ pſequi nihil attinet: cũ ſint
differentiæ duæ. Probatiſſimæ in creta mox in achaia & in ſiccis ubicunq; nati feni
culi ſimilitudine: candidioribus foliis & minoribus hirſutiſq;. Caule pedali recto: radi
ce ſuauiſſimi guſtus & odoris. Hoc genus in ſaxoſis naſciť meridianis. Reliqua genera
ubiq; naſcunť terrenis collibus limitibuſq; nec niſi pingui ſolo: foliis coriandri: caule
cubitali: capitibus rotũdi: ſæpe pluribus q̃ ternis: radice lignoſa: ſed cũ iaruerit ſupua
cua. Semen eius cymino ſimile: prioris milio albũ acre odoratũ omibus & ferués. Secũ
dum priore uehemẽtius eſt: ideoq; parce ſũmi debet. Si iã maxie tertiũ genus facere libe
at é ſimile ſtaphylion: qđ paſtinacã erraticã appellãt: ſemine oblõgo radice dulci. Omia
hæc & hyeme & æſtate ſũt ĩtacta quadrupedi niſi poſt abortus. Ex aliis uſus fœminis.
Ex creta dulcis & magis ad ſerpẽtes eſt. Bibiť e uino drachma una. Dať & quadrupedi
bus pcuſſis. Theonacra alia q̃ magica & ĩ noſtro orbe naſciť: fruticoſa foliis ſubuiridi
bus: flore roſeo. Serpẽtes necat cuicũq; ädmota fuerit. Et hæc torporé affert. Perſolatam
quã nemo ignorat græci uero arction uocãt folia habet maiora etiã cucurbitis & hirſu
tiora nigrioraq; & craſſiora: radicé albã & grãdé. Hæc ex uío bibiť dẽarioꝝ duũ põdere

Item cyclamini radix contra ſerpentes omnes folia habent minora q̃ hedera nigriora:
& tẽuiora ſine angulis in quibus albicant maculæ. Caule exiguo: inani: floribus ꝑur-
pureis: radice lata: ut rapũ uideri poſſit: cortice nigro. Naſcitur in umbroſis. A noſtris
tuber terræ uocatur. In omnibus ſerẽda domibus. Si uerũ eſt ubi ſata ſit nihil nocere
mala medicamenta. Amuletũ uocant: narranuq; ea ebrietatẽ repræſentari. Addita in
uinum radice & ſiccata ſcyllæ mõ conſciſa reponitur: decoquiturq; eadẽ ad craſſitu-
dinẽ mellis. Suum tamẽ uenenum ineſt: ei traduntq; ſi pregnans radicẽ tranſgrediat̃
abortum fieri. Eſt & altera cyclaminos cognomĩe ciſanthemos geniculatis caulibus ſu-
peruacuis a priore diſtans circa arbores ſe uoluẽs acinis hædere: ſed mollibus. Flore cã-
dido: ſpecioſo: radice ſuperuacua. Acini tantum in uſu: guſtu acri. ſed lenti. Siccant̃
in umbra: tuſiſq; diuidunt̃ in paſtillos. Mihi & tertia cyclaminos demonſtrata eſt: co-
gnomĩe chameciſſos uno omĩo folio: radice ramoſa: qua piſces necabãt̃. Sed inter pri-
mas celebratur peucedanum: laudatiſſimnm in archadia: mox ſamothracæ. Caulis eſt
ei tenuis: lõgus: fœniculo ſimilis: iuxta terram folioſus: radice nigra: craſſa graui odo-
re: ſuccoſa. Gignitur ĩ mõtibus opacis. Foditur exitu autũni. Placent tenerrimæ & al-
tiſſimæ radices. Hæ concidunt̃ in quaternos digytos oſſeis cultellis: funduntq; ſuccũ
in umbra capite prius & naribus roſaceo punctis: ne uertigo ſentiat̃. Et alius ſuccus
inuenitur caulibus adhærẽs iciſiſq; manat: Probat̃ craſſitudine mellea: colore ruffo:
odore ſuauiter graui feruens guſtu. Et hic in uſu & radix: & decoctum eius pluribus
medicamẽtis. Succo tamen efficaciſſimo qui reſoluit̃ amaris amygdalis aut ruta. Bibi-
turq; cõtra ſerpẽtes & ex oleo punctos tuet̃. Ebuli quoq; quẽ nemo ignorat: fumo fu-
gantur ſerpentes. Priuatim aduerſat̃ ſcorpionibus polymõiæ radix uel alligata tantũ.
Itẽ phalangio ac cæteris minoribus uenenatis. Scorpionibus ariſtolochia agaricũ obo-
lis quattuor in uino mixti cyathis totidem. Verbenaca & phalangio cum uino aut po-
ſca. Itẽ quinquefolium daucum. Verbaſcum græci plomõ uocãt. Genera habet prima
duo. Album in quo mas intelligitur. Alteꝝ nigꝝ: in quo fœmina. Tertium genus nõ
niſi in ſiluis inuenitur. Sunt folia braſſicæ latiora: piloſa: caulis erectus: cubitali ampli-
or. Semen nigꝝ inutile. Radix una craſſitudine digyti. Naſcunt̃ & in cãpeſtribus. Sil-
ueſtri folia eleliſphaci: alta: ramis lignoſis. Sunt & plomides duæ: hirſutæ: rotundis fo-
liis: humiles. Tertia lignitis uocatur. Ab aliis autẽ tryhalis foliis ternis aut cum pluri-
mum quaternis craſſis pinguibuſq;: ad lucernarum lumina aptis. Aiunt ĩ foliis eius
quã fœmina diximus: ficus omnino nõ putreſcere. Diſtingui genera hæc pene ſupua-
num eſt: cum ſint oĩa eiuſdẽ effectus. Contra ſcorpiões bibitur radix cũ ruta ex aqua
magna amaritudĩe: ſed effectu pari. Telegonõ herba ab aliis ſcorpiõ uocat̃ ꝑpter ſimi-
litudinẽ radicis: cuius tactu moriunt̃ ſcorpiões. Itaq; cõtra eoꝝ ictus bibit̃. Scorpionẽ
mortuum ſi qs heleboro cãdido linat: reuiuiſcere aiunt. Telegonõ omnẽ quadrupedẽ
necat ĩpoſita uerendis radice. Folio quidẽ intra eundẽ diẽ quod eſt ſimile cyclomina.
Ipſa geniculata naſcirur ĩ opacis. Scorpionibus aduerſatur & betonicæ ſuccus ac plã-
taginis. Sunt & ramis uenena rupetinis maxĩe: uidimuſq; pſyllos in certamine patinis
cãdefactas admittentes ociore etiam q̃ iaſpidum ꝑnicie. Auxiliatur eis phrynõ ĩ uino
pota. Aliquid neurada appeliãt: alii polyrrhizon floribus paruis: radicibus multis ner-
uoſis bene olentibus. Itẽ alcima quã alii damaſanion: alii pyron appellãt. Folia ei plãta-
ginis niſi anguſtiora eſſent: & magis lacinioſa: cõuexaq; ĩ terrã. Alias ẽt uenenoſa ſimi-
liter. Caule ſimpliciter tenui: cubitali: capite thyrſi: radicibus denſis: tenuibus: ut uera-
tri nigri: acribus: odoratis pinguibus. Naſcitur in aquoſis. Alterum genus eiuſdem in
ſiluis nigrius maioribus foliis. Vſus in radice utriuſq; aduerſus ranas & lepores mari-
nos drachmæ pondere in uino potum. Lepori marino aduerſatur & cyclaminos.
Veneni uim canis quoq; rabidi morſus habent: cõtra quos erit cynorhodum: de quo
diximus. Plantago ad omnes beſtiarum morſus pota atq; illita ꝑdeſt. Betõica ex mero

ueteri. Periſtereos uocatur caule alto foliato cacumine in alios caules ſe ſpargens: co
lumbis admodũ familiaris. Vnde & nomẽ: Hanc habentes negãt latrari a canibus. Proxi
ma ab his malis uenena ſũt quæ ſibimetipſis homines excogitant. Cõtra hæc omnia: ma
gicaſqꝫ artes erit primũ illud. Homericũ moly. Dein mithridatia & ſcordotis & cẽtauriũ
Pota omnia mala medicamẽta exigit per aluũ. Betonicæ ſemẽ in mulſo aut paſſo uel fa
rine drachma in uini ueteris cyathis. iiii. uomere cogendi atqꝫ iterꝝ bibere: iis qui quo
tidie guſtent eam nulla nocitura mala medicamenta tradunt. Poto ueneo ariſtolochia
ſubuenit eadẽ menſura qua cõtra ſerpẽtes. Quinque folii ſuccus. Agaricum poſtq̃ uo
muerint denarii pondere ex aquæ mulſæ cyathis tribus. Antirrinũ uocatur ſiue phana
rimon lychnis agria ſimilis lino radice nulla: flore hyacinthi: ſemine uitulinario. Ex hoc
punctos uenuſtiores fieri: nec ullo mallo medicamẽto lædi poſſe aut ueneno: ſiquis in
brahiali habeat: arbitrant̃ magi. Similiter eã quã eupleam uocant: tradũtqꝫ ea punctos
cõmendatioris eſſe famæ. Artemiſiã quoqꝫ ſecũ habentibus negant nocere mala medi
camenta beſtiã ue ullam: ne ſolem quidẽ. Bibitur & hæc ex uino aduerſus opiũ. Alligata
priuatim potens traditur: pota ue aduerſus ranas. Pericarpũ bulbi. genus eſt. Duæ eius
ſpẽs: cortice rubro. alterꝝ alterꝝ nigro papaueri ſile. Sꝫ uis maior q̃ priori: utriqꝫ ãt excale
faciẽdo. Ideo cõtra cicutã dant̃ cõtra quã & thus & panaces & chironiũ percipue. Hoc
uero & cõtra fungos. Verũ & generatim mẽbratimqꝫ ſingulis corporꝝ morbis remedia
ſubtexemus. Orſi a capite. Alopecias emẽdat nympheæ & cicutæ radix: ſi una tritæ illi
nãtur polithrica diſtat a callitricha qđ iuncos albos haber & folia plura maioraqꝫ. Fru
tice quoqꝫ maior eſt: & defluentẽ capillũ cõfirmat: & denſat. Itẽ lingulaca circa fõtes na
ſcens: cuius radix admixta combuſta terit̃ cũ adipe ſuis nigræ: id quoqꝫ excipit̃ ut eius
ſit ſuis: quæ nunq̃ peperit. Sol deinde plurimũ cõfert illitæ. Similis uſus ẽ cyclamini ra
dicis. Pruriginẽ ueratri radix tollit in oleo decocta uel in aqua. Capitis dolori medetur
panacis omniũ generũ radix in oleo cõtrita. Ariſtolochia & hiberis adalligata hora: uel
diutius ſi pati poſſit comitãte. balnei uſu. Medet̃ & daucũ. Purgat aũt cyclaminos cum
melle in nares addita: & ulcera capitis ſanat illita. Medet̃ & periſtereos. Calcalla ſiue leã
tides uocat̃ ſemẽ margaritis minoris ſimile depẽdens iter folia grandia ĩ mõtibus fere
Huius grana. xv. ĩ oleo macerant̃: atqꝫ ita aduerſo capillo caput ungit̃. Fit & ex callitri
che ſternutamentũ. Folia ſunt lenticulæ ſimilia. Caules iuncis tẽuiſſimis: radice mini
ma. Naſcit̃ in opacis & humidis: guſtatu feruens. Hyſopũ in oleo contritũ phthiriaſi re
ſiſtit & prurigini in capite. Eſt aũt optimũ ciliciũ e tauro monte: Dein pamphylium: &
ſmyrnæũ. Stomacho contrariũ. Purgat cũ fico ſumptũ per inferna: cũ melle uomitioni
bus. Putant & ſerpentiũ ictibus aduerſari tritũ cũ melle & ſale & cumino. Lonchitis nõ
(ut pleriqꝫ exiſtimauerũt) eadẽ ẽ quæ & xiphion: aut phaſganiõ quãq̃ cuſpidi ſimilis
ſemine. Habet enĩ folia porri rubẽtia ad radicẽ & pluraqꝫ in caule capitula perſonis comi
cis ſimilia paruã exerẽtibus linguã radicibus prælõgis. Naſcit̃ in ſitientibus. E diuerſo
xiphion & phaſganion in humidis: cũ primũ exit: gladii præbet ſpeciẽ caule duũ cubi
torũ: radice ad nucis auellanæ figurã fimbriata: quã effodi ante meſſes oportet: ſiccari
in umbra. Supior pars eius cũ thure trita æquo põdere admixto uino: oſſa fracta e ca
pite extrahit: aut ſi qd in corpore ſuppurat: uel ſi calcata ſũt oſſa. Serpentes eadẽ contra
uenena efficax. Caput in dolore ueratro in oleo uel roſaceo decocto tritoqꝫ ungi cõue
nit. Peucedano ex oleo uel roſaceo & aceto. Tepidũ hoc prodeſt & doloribus qui plerꝫqꝫ
ex dimidia pte capitis ſentiũtur: & uertigini. perungũt & radice eius ſudoris cauſa elici
endi quoniã cauſtica uis ei ẽ. Pſylliõ alii cynoides: alii chryſalion: alii ſicelion alii cyno
milã appellãt: radice tenui: ſupuacua: ſarmentoſũ: fabe granis ĩ cacumibus: foliis cani
no capiti ñ diſſimilibꝰ: ſemie ãt puniceo: unde & nomẽ hoc ĩ baccis. Ipſa hærba ĩ uineis
ĩuenit̃. Vis eiad refrigerãdũ & diſcutiẽdũ ĩgens. Semẽ ĩ uſu. Frõti ĩ ponit̃ in dolore &
tẽporibus: ex aceto & roſaceo: aut poſca. Ad cetera illinitur acetabuli menſura ſextario

aquæ denſat ac contrahit. Tunc terere oportet:& craſſitudinem illinere cuicunq; dolo
ri & collectioni inflãmationiq;. Et uulneribus capitis medetur ariſtolochia: fracta extra
hens oſſa:& in alia quidem parte corporis: ſed maxime e capite. Similiter plyſtolochia.

¶ De rhyſellio:& cẽtaurea:& chelidonia:& panace:& hyoſcya
mo:& euphorbio. Ca. X.

THyſellium non diſſimile apio. Huius radix cõmanducata purgat capitis pitui
tas. Oculorum aciem centaurio maiore putant adiuuari: ſi addita aqua foue
ant̃. Succo uero minoris cũ melle culices nubeculas oſcuritatẽ diſcuti: cicatri
ces extenuari: Albugines quidẽ etiã iumentoꝝ ſiderite. Iam chelidonia ſupradictis om
nibus mire medet̃. Panacis radicẽ cum polẽta epiphoris imponit̃. Hyoſcyami ſemen bi
bunt obolo tantundẽ meconii adiicientes: uinũq; ad epiphoras inhibẽdas. Adiungunt
& gẽtianæ ſuccũ: quem collyriis acrioribus ꝓ meconio miſcent. Facit claritatem & eu
phorbium in unctis. Inſtillatur plantagini ſuccus l ppitudini. Caligines ariſtolochia
diſcutit. Iberis adalligata capiti cũ qnq; folio epiphoras:& ſi q̃ in oculis uitia ſũt: emen
dat. Verbaſcũ epiphoris imponit̃. Periſtereos ex roſaceo uel aceto. Ad hypochyſis & cali
ginẽ cyclaminon in paſtillos diluunt. Peucedani ſuccũ ut diximus ad claritatẽ & cali
gines cũ meconio & roſaceo. Pſyllion illitũ fronti epiphoras ſuſpendit.

¶ De anagallide: ſiue acoro:& mãdragora: ſiue circelo:& cicuta & cremno agrio: & molib
dena:& capno:& alia:& acoro:& iride:& cotiledo:& arizoo:& andrachne:& erigero:& de
ephemero:& de labro Veneris:& de raminculo medeciæ:& de oris uitiis. Ca. XI.

ANagallida aliqui acoron uocãt. Duo genera eius. Mas flore phœniceo: fœmina
ceruleo: nõ altiores palmo: frutice tenero: foliis puſillis: rotundis: in terra iacen
tibus naſcunt̃ in hortis & aquoſis. Prior floret cerulea. Vtriuſq; ſuccus oculoꝝ
caliginẽ diſcutit cũ melle:& ex ictu eruorẽ & argema rubens: magis cũ attico melle iun
ctis. Pupillas dilatat. Et ideo hoc inungunt̃ ante: qbus paracenteſis fit. Iumẽtoꝝ quoq;
oculis medentur. Succus caput purgat per nares infuſus: ita ut deinde uino colluatur.
Bibitur & contra angues ſucci drachma in uino. Mirum ꝙ fœminam pecora uitant. At
ſi decepta ſimilitudine (flore enim tantum diſtant) deguſtauere: ſtatim eã quæ aſyla uo
catur in remedio quærũt. Ea a noſtris ferus oculus nũcupatur. Præcipiunt aliqui effo
ſuris ante ſolẽ ortum priuſq̃ quicq̃ aliud loquant̃ ter ſalutare eam: tũc ſublatam expri
mere. Ita præcipuas eſſe uires. De ephorbio ſatis dictum eſt: cuius ſuccus lippitudini ſi
timor erit. Item abſinthium cum melle tritum. Itemq; betonicæ farina cõueniet. Et egi
lopas ſanat hærba eodem nomine quæ in hordeo naſcitur tritici folio ſemine contrito
cum farina permixta impoſitaq; uel ſucco. Exprimitur hic e caulibus foliiſq; prægnan
tibus dempta ſpica:& in trimeſtri farina digeritur in paſtillos. Aliqui & mandragora
utebantur. Poſtea abdicatur in hac curatione eſt. Sed epiphoris quod certum eſt mede
tur:& oculorum dolori. Radix tuſa cum roſaceo & uino. Nam ſuccus multis oculorũ
medicamentis miſcetur. Mandragoram alii circelon uocant. Duo eius genera. Candidꝰ
q & mas: niger quæ fœmina exiſtimatur. Anguſtioribus foliis q̃ lactucæ. Hirſutis & cau
libus: radicibus binis ternis ue ruffulis. Intus albis: carnoſis: terniſq; pene cubitalibus.
Ferunt mala auellanaꝝ nucum magnitudine. Et iis ſemes ceu pyrorum albũ. Hoc alii
arſen: alii morion: alii hyppoplomon uocant. Huius folia alba. Alterius latiora ut lappa
ti ſatiuæ. Cauent effoſſuri contrariũ uentum. Et tribus circulis ante gladio circũſcribũt
Poſtea fodiunt ad occaſum ſpectãtes. Succus fit & e malis & e caule deciſo cacumine &
radice. Punctis aperta aut decocta utilis uel ſurculo. Conciſa quoq; in orbiculos ſerua
tur in uino. Succus nõ ubiq; inuenitur: ſed ubi poteſt: circa uindemias quærit̃. Odor
grauis ei: ſed radicis & mali grauior. Mala maturata in umbra ſiccantur. Succus ex iis
ſole denſat̃. Item radicis tuſæ: uel in uino nigro ad tertias decoctæ. Folia ſeruant̃ i mu
riis efficacius. Albus rore tãtũ ſuccus peſtis ẽ. Sic quoq; noxiæ uires. Grauedinẽ afferũt

etiam olfactu: q̄q̄ mala in aliis terris mandantur. Nimio tamen odore obmutescunt igno
ri. Potu quidē largiore etiam moriuntur. Vis ſomnifica ꝑ uiribus bibentiū. Media potio
cyathi unius. Bibitur & cōtra ſerpentes: & ante ſectiones punctioneſq; ne ſentiant. Ob
hæc ſatis eſt aliquibus ſomnū odore quæſiſſe. Bibitur & pro hellebore duobus obolis in
mulſo. Efficacius helleborum ad uomitiones & ad bilem nigram extrahendam. Cicuta
quoq; uenenū eſt: publica athenienſium pœna inuiſa. Ad multa tamē uſus non omitte
tendi. Semen habet noxium. Caulis autē eſt uiridis: & urit plerumq; ut in platanis. Le
nis hic & geniculatus ut calami nigricans. Altior ſæpe binis cubitis: in cacuminibus
ramoſus. Folia coriandri tenuiora: graui odoratu. Semen aniſo craſſius: radice concaua
nullus uſus. Semini & foliis refrigeratiora uis: quæ ſi necat: incipiunt algere ab extremi
tatibus corporis. Remediū eſt prius q̄ perueniat ad uitalia: uini natura excalfactoria.
Sed in uino pota irremediabilis exſtimatur. Succus exprimitur foliis floribuſq;: tūc enī
maxime tēpeſtiuus eſt & melior. Semine trito expreſſus & ſole denſatus ī paſtillos necat
ſanguinē expiſſando. Hæc altera uis. Et ideo ſic necatorum maculæ ī corporibus appa
rent. Ad diſſoluenda medicamenta utuntur illo pro aqua. Fit ex eo ad refrigerandum
ſtomachū malagma. Præcipuus tamē eſt ad cohibendas epiphoras æſtiuas oculorūq;
dolores ſedandos circunlitum. Miſcetur collyriis. Et alios omnes rheumatiſmos cohibet.
Folia quoq; tumorē omnem doloremq; & epiphoras ſedant. Anaxilaus auctor eſt mam
mas a uirginitate illitas ſemper eſſe ſtaturas. Quod certum ē: lac puerperarum mámis
impoſita extinguit. Veneremq; teſtibus circa pubertatem illita. Remedia liberationi q
bus bibenda cenſetur: non equidem præcipimus. Maxima uis terræ partorum: mox la
conicæ: creticæ: aſiaticæ. In grecia uero megaricæ: deinde atticæ. Cremnos agrios gremi
as tollit oculorum impoſitus: tumorem quoq; polenta addita. Naſcitur uulgo molibde
na: id eſt plumbago, etiam in aureo: folio lappati: craſſa radice hiſpiga. Hæc commádu
cata: ſi oculis ſubinde religatur: plumbum quod eſt genus uitii ex oculis tollit. Capnos
prima quam pedes gallinaceos uocant: naſcens ī parietinis: & ſæpius ramis tenuiſſimis
ſparſiſq;: flore purpureo uiridis: ſucco caliginem diſcutit. Itaq; in medicamento oculoꝝ
additur. Similis & nomine & effectu alia eſt capnos fruticoſa prætenera foliis coriandri
cineracei coloris: flore purpureo. Naſcitur ī hortis & ſegetibus hordeaceis. Claritatē facit
inunctis oculis delachrymationemq; ceu fumus: unde nomen accepit. Eadem euulſa
palpebras renaſci prohibet. Acoron iridis folia habet anguſtiora tantum & longiore pe
diculo: radices nigras: minuſq; uenoſas. Cætero & has ſimlies iridis: guſtu acres: odore nō
ingratas: ructu faciles. Optimæ ponticæ: dein galaticæ: mox creticæ. Sed primæ in chol
chide iuxta phaſin amnem: & ubicunq; in aquoſis. Recentibus uirus maius q̄ uetuſtis
Creticæ candidiores ponticis. Siccātur utribus in umbra digytalibus fruſtis. Nec nō inī
ueniuntur qui oxymyrſine radicem acoron uocant. Ideoq; quidam hanc acron agriō
uocare malunt. Vis ei ad calfaciendū extenuandumq; efficax contra ſuffuſiones & ca
ligines oculorum ſucco eiuſdem poto: cōtraq; ſerpentes. Cotylodon paruula herba cau
liculo tenero: puſillo pingui: concauo: & coxendices. Naſcitur in maritimis petroſiſque
uiridis: radice oliuæ modo rotunda. Oculis medetur ſucco. Eſt & aliud genus eiuſdē
ſordidis foliis: lationibus: denſioribuſq; circa radicem uelut oculum cingentibus: aſperi
mi guſtus: longiore caule: ſed pergracili. Vſus eius ad eadē quæ iridis. Aizoi duo gene
ra: maius ī fictilibus uaſculis ſeritur qđ aliqui buphthalmō uocant: alii zophalmō: alii
erogennetō: qđ amatoriis cōueniat. Alii hypogeſon: quoniá in ſuggrundis fere naſcit.
Sūt qui ambroſiá potius uocant: & q amerimnō. Itali ſedum magnū: aut oculum: aut
digytellum. Alternm minuſculū: qđ eritheles uocant: alii triheles: quia ter floreat: alii
chryſotheles: aliqui iſoetes. Sed alii itali ſedū: alii aizouꝫ. Vtrunq; quoniam uireat ſem
per. Aliq ſēper uiuū. Maius cubiti altitudinem excedit: craſſitudine pluſquā pollicari.
Aliud in cacumine linguæ ſimile carnoſum: pingue: largo ſucco: latitudine pollicari.

Alia in terram connexa:alia ſtantia:ita ut ambitu effigiem imitẽtur oculi. Quod mi
nus eſt:in muris parietiniſq; naſcitur:& tegulis . Fruticoſum a radice:& ſurſum uſq;
ad cacumẽ.Foliis anguſtis munocratis:ſuccoſis:palmo alto caule:radix inutilis.Huic
ſimilis eſt:quam græci andrachnen agriam uocant. Itali celebrant in paſtillos latiori
bus foliis & breuiori cacumine.Naſcitur in petris:& colligitur cibi cauſa . Omnium
harum uis eadem:perfrigerare & aſtringere. Medẽtur epiphoris folia impoſita:uel ſuc
cus inunctus.Purgant enim ulcera oculorum explentq;:& ad cicatricem ꝓducũt pal
pebras deglutinant. Eædẽ capitis doloribus medẽtur:ſucco uel folio tẽporibus illitis.
Aduerſant̃ phalãgioꝝ ictibus. Acõito uero maius aizoũ p̄cipue. A ſcorpiõibus quoq;
ferri id habentẽ negant. Medẽtur & auriũ dolori. Itẽ ſuccus inũctis hyoſcyãi modice.
Itẽ achileæ:& mĩori cẽtaureæ:& plãtaginis paucedani cũ roſacco & mecõio. Acori ſuc
cus cũ roſa. Omnis ãt ſtrigili calefactus infunditur.Cotyledon ẽt ĩfunditur purulẽtis
cũ medula ceruina calefacta . Ebuli radices trite & ſuccus linteo colatus : mox in ſole
denſatus & cũ opus eſt roſaceo dilutus & calefactus parotidas. Verbenaca quoq;.item
plantago ſanat:item ſideritis cum axungia ueteri . Nariũ ozenas emendat ariſtolochia
cum cypero.Dentibus remedio ſunt panacis radix cõmanducata:precipue chironie:
item collutis ſucco.Radix hyoſcyami ex aceto manducata.Itẽ polymoniæ cõmandu-
cant̃:& plãtaginis radices:aut colluũtur in aceto decoctæ ſucco . Et folia ſunt utilia.
Vel ſi ſanguine gingiuæ putreſcant:uel ſemen eiuſdẽ apoſtemata & collectiones gin
giuaꝝ ſanat.Et ariſtolochia gĩgiuas dentes ue cõfirmat.Verbenaca cũ radice mandu-
cata & decoctæ ex uĩo aut aceto ſuccus collutus . Item quiq; folii radices decoctæ ad
tertias uino aut aceto. Prius uero q̃ decoquatur aqua marina aut ſalſa lauantur.Deco
ctum diu tenendum in ore.Quidam cinere quinq; folii fricare malunt . Et uerbaſci
radix decoquitur in uino ad colluendos dẽtes.Et hyſopo colluũtur:& peucedani ſuc
co cum meconio uel radicũ anagallidis magis fœminæ ſucco:ab altera nare quam do
leat infuſo.Erigerõ a græcis:quæ a noſtris uocatur ſenecio. Hãc ſi ferro circũſcriptam
effodiat aliquis: tangatq; ea dentẽ & alternis per deſpuat ac reponat in eundẽ locũ:ita
ut uiuat hærba:aiunt dentẽ eum poſtea non dolituꝝ. Hærba eſt theriſſagum ſpecie &
molitia:cauliculis ſubribicundis.Naſcitur & in tegulis & in muris.Nomen hoc græci
dederũt:quia uere caneſcit. Caput eius numeroſa diuiditur lanugine:qualis eſt ſpine
inter diuiſura exeuntes.Quare eã Callimachus acãthida appellat:alii pappum.Nec de
inde græcis de ea cõſtat: Alii erucæ foliis eẽ dixerunt:alii roboris:ſed mĩoribus multo.
Radice alii ſuperuacua:alii neruis utili:alii potu ſtrangulante. E diuerſo quidã regio
morbo cum uino dederũt.Et cõtra omnia ueſicæ uitia.Itẽ cordis & iocineris. Rẽibus
extrahere harenã dixere.Iſchiadicis drachmã cũ oximellite ab ambulatiõe ꝓpinauere.
Torminibus quoq; in paſſo utiliſſimam : precordiis ẽt:cibo ex aceto eam predicãtes ſe
rẽteſq; in hortis.Nec defuere qui & alteꝝ genus facerẽt. Nec quale eſſet demõſtrarent
cõtra ſerpẽtes in aqua bibendamq; cõitialibus dãtes. Nos eã Romanis experimẽtis per
uſus digerimus.Lanugo eius cum croco & exiguo aquæ frigidæ trita illinit epiphoris.
Toſta cum mica ſalis ſtrumis. Ephemeron folia habet pſylii:ſed minora:caulẽ:parem:
florem cæruleum:ſemen ſuperuacuum:radicem unam digytali craſſitudine:dẽtibus
præcipuam cõciſam in aceto:decoctamq; ut tepido coluãtur. Et ipſa etiam radix mo
biles ſiſtit.Cauis & exeſis imprimitur. Chelidoniæ radix ex aceto trita continetur ore.
Eroſis ueratrum nigrum imponitur.Mobiles dentes utralibet decocta in aceto firman
tur. Labrum uenereum uocant in flumine naſcẽtem. Eſt ei uermiculus qui circa dẽ
tes ligatur:aut cauis dentium cæra includitur . Cauendum ne euulſa hærba terram
tangat. Ranũculum uocãus quã græci uatrachiõ. Genera eius quattuor unum ꝑ in
guioribusquam coriandri foliis : & ad latitudinem maluæ accendentibus:colore liui
do caule albo:gracili:& radice alba . Naſcitur ĩ limitibus humidis:& opacis. Alterum

folioſius pluribus folioꝝ inciſuris:altis caulibus. Tertium minimum eſt:graui odore flore aureo. Quartum ſimile huic flore luteo. Omnibus uis cauſtica ſi cruda folia imponantur:puſtulaſq; ut ignis faciunt. Ideo & lepras & pſoras utuntur & ad tollēda ſtigmata. Cauſticiſq; omnibus miſcent. Alopeciis imponuntur:celeriter remouentes. Radix i dolore cōmanducata diutius rumpit dentes. Eadem ſicca conciſa ſternutamentū facit. Noſtri hærbarii ſtrumeam uocant:quoniam medetur ſtrumis & panis parte in fumo ſuſpenſa. Creduntq; ea rurſus ſata rebellare quæ curauerint uitia. Quo celere & plantagine utuntur. Oris ulcera intus ſuccus plantaginis emēdat & folia radiceſq; commanducata:uel ſi reumatiſmo laboret os. Ulcera fetoremq; quiq; folium. Ulcera a pſyllium. Compoſita quoque ad fetorem uel maxīe pudendū uitium trademus. Ergo folia myrti & lentiſci pari pondere gallæ ſyriacæ dimidiū pondus ſimul terere in uino uetuſto ſparſa mandere matutino optimum eſt. uel hederæ baccas cū caſia & myrrha pari pondere ex uino. Naribus utiliſſimū eſt dracontii ſemen corticum ex melle:etiam ſi carcinomata i iis ſunt. Sugillata hyſopo emēdant. Stigmata i facie mādragora illita delet.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. XXVI.

PROHEMIVM

Reliquæ per morborum genera medicinæ:& de nouis morbis:& de lichene quid ſit: & quando primū i italia cœpint:& de carbunculo & de elephantiaſi: & colo. .I. Ca.

SENSIT ET FACIES HOMINVM NOVOS OMNIq; æuo priore incognitos non italiæ modo:ueꝝ etiā uniuerſæ ppe europæ morbos. Tunc quoq; nec tota italia nec per illyricum gallias ue aut hiſpanias magnope uagatos:aut alibi q̄ romæ circaq; ſine dolore quidem ullo: aut ſine pnicie uite: ſed tanta fœditate ut quecūq; mors præferenda eſſet. Grauiſſimum ex iis lichenas appellauere græco nomīe:latīe quoniā a mento fere oriebatur iocular primū laſciuia: ut ē procax natura multoꝝ in alienis miſeriis. Mox & uſurpato uocabulo mētagram:occupantē multis & ituitus: totoſq; utiq; uultus oculis tantum īmunibus:deſcendentē uero & incolla pectuſq; ac manus fœdo cutis furfure. Non fuerat hæc lues apud maiores patreſq; noſtros. Et primum Tiberii Claudii Cæſaris principatu medio irrepſit in italia quodam Perſino equite Romano quæſtorio ſcriba cum in aſia apparuiſſet:inde contagionem eius importāte. Ne ſenſere id malum fœmine aut ſeruitia: plebeſq; humilis & media: ſed proceres ueloci tranſitu oſculi:maxime fœdiore multorum:qui perpeti medicinam tolerauerant cicatrice q̄ morbo. Cauſticis namq; curabatur:nec niſi uſque in oſſa corpus exuſtum eſſet non rebellante tedio. Aduenerantq; ex ægypto genitrice talium uitiorum medici hanc ſolam operam afferentes magna ſua præda. Siquidem certum eſt Manilium Cornutum ex prætoriis legatum aquitanicæ prouintiæ ſeſtertia. cc. elocaſſe in eo morbo ad curandum ſeſe. Acciditq; ſæpius:ut noua contra genera morborum gregatim ſentirentur. Quo mirabilius quid prodeſt reperiri? aliqua gigni repente uitia terrarū in parte: certa certiſq; mēbris hominum:uel ætatibus:aut etiam fortunis tanq̄ malo eligente:hæc in pueris graſſari:illa in adultis. hæc proceres ſentire:illa pauperes. L. Paulo. Q. Martio cenſoribus primum
Carbunculus
in italia carbunculum ueniſſe: annalibus conſcriptum eſt peculiare narbonenſis prouinciæ malū: quo duo conſulares obiere: condentibus hæc nobis. Eodem anno Iulius.

Ruffus &. Q. Lecanius Ballus: ille medicorũ inſcitia ſectus. hic uero pollice leuæ ma
nus euulſo acu ab ſemetipſo tam paruo uulnere ut uix cerni poſſet. Naſcitur in occul
tiſſimis corporum ꝑtibus: & plærumq; ſub lingua duritia rubens uariis modis: ſed ni
gricans capite: alias liuida corpus intẽdens neq; intumeſcens: ſine dolore: ſine pruritu:
ſine alio q̃ ſomni indicio: quo grauatos in triduo aufert: aliquando & horrorẽ afferens:
circaq; puſtulas puas: rarius feriens ſtomachum. Fauceſq; cum inuaſerit ociſſime exa-
nimans. Diximus elephantiaſin ante Põpeii magni ætatem non accidiſſe in italia: & Elephantia
ipſã a facie ſæpius incipientẽ. In nare prima ueluti lenticula mox inualeſente ꝑ totum
corpus maculoſa uariis coloribus & in æquali cute alibi craſſa: alibi tẽui dura ceu ſca
biæ aſpa: ad poſteꝝ uero nigreſcente: & ad oſſa carnes apprimẽte intumeſcentibus di-
gytis ĩ pedibus: manibuſq;. Aegypti peculiare hoc malũ: & cũ in reges incidiſſet: popu-
lus funebre. Quippe ĩ balneis ſolia tẽperabãt humano ſanguine ad medicinã eam.
Et hic quidẽ morbus in italia celeriter reſtrinctus eſt: ſicut & ille quẽ gemurſam appel
lauere priſci inter digytos pedũ naſcẽtẽ ẽt noĩe oblitterato. Idipſum mirabile alios deſi
nere in nobis morbos: alios durare: ſicuti colũ. Tiberii Cæſaris principatum irrepſit id
malũ. Nec quiſq̃ prior ĩperatore ipſo ſenſit: magna ciuitatis ãbage cũ edicto eius excu-
ſantis ualitudinẽ legeret nomẽ incognitum. Quid hoc eẽ dicemus: aut quas deorum
iras? Paꝝ.n. erant homini cætera morboꝝ genera cum ſupra: ccc. eſſent: niſi ẽt noua ti
merenẽ. Neq; ipſi homines pauciora ſibi ope ſuo negotia. ĩportant. Hæc apud priſcos
erãt quæ mẽoramus remedia medicinã ipſa quodã mõ reꝝ natura faciẽte & diu fuere.

Laus Hippocratis Ca. II.

Hippocratis certe q primus medendi precepta clariſſime condidit: referta hær-
baꝝ mentione inuenimus uolumina. Nec minus Dioclis Cariſtii qui ſecun-
dus ætate famaq; extitit. Itẽ Praxagore & Cryſippi: ac deinde Eraſiſtrati. Ero-
philo quidẽ q̃q̃ ſubtilioris ſectæ conditori ante oẽs celebratã rationẽ eã paulatim uſu
efficaciſſimo reꝝ omniũ magiſtro peculiariter utiq; medicinæ ad uerba garrulitatẽq;
deſcendente. Sedere nanq; in iis ſcolis auditioni occupatũ gratius erat: quam ire per ſo
litudines: & quærere herbas alias aliis diebus anni.

De noua medicĩa & Aſclepiade medico: & q̃ ratiõe ueterẽ medicinã mutauerit. C. III.

d Vrabat tamen antiquitas firma magnaſq; confeſſæ rei uindicabat reliquias:
donec Aſclepiades ætate magni Põpei rhetorice magiſter: nec ſatis in ea arte
quæſtuoſus ut ad alia ſagacis ingenii huc ſe repente cõuertit: atq; ut neceſſe
erat homini qui nec id egiſſet: nec remedia noſſet oculis uſuq; ꝑcipiẽda torrẽti ac me-
ditata quottidie oratione blandiens: omnia abdicauit: totamq; medicinã ad caſum re-
uocando cõiecturam fecit. Quinq; res maxĩe cõmunium auxiloꝝ ꝓfeſſus. Abſtinen-
tiam cibi: alias uini fricationẽ corporis: ambulationẽ: geſtationeſq;: cum unuſquiſq; ſe
metipſum ſibi præſtare poſſet intelligere. Fauẽtibus cunctis ineſſent uera: quæ facilli
ma erant: uniuerſum prope humanum gẽus circũegit in ſe nõ alio mõ quam ſi cælo
emiſſus adueniſſet. Trahebat præterea mẽtes artificio mirabili uino præmittẽdo ægris
dando tẽpeſtiue tum frigidam aquam. Et quoniam cauſas morboꝝ prior ſcrutari He-
rophilus inſtituerat: uini rationẽ illuſtrauerat Cleophantus apud priſcos: ipſe cogno-
minari ſe frigidam dando præferens: & ut auctor ẽ. M. Varro: alia quoq; blandimẽta ex
cogitabat in ſuſpendendo lectulos: quorũ iactatu aut morbos extenuaret: aut ſomnos
aliceret: iam balneas audatiſſima hominum cupidine inſtituendo: & alia multa dictu
grata atq; iucunda magna auctoritate nec minore fama: cum occurriſſet ignoto fune
ri: relato hoĩe ab rogo atq; ſeruato: ne quis leuibus momẽtis tantam cõuerſionẽ factam
exiſtimet. Id ſolum poſſumus indignari unum hominẽ e leuiſſima gente ſine opibus
ullis orſũ uectigalis ſui cauſa repẽte leges ſalutis humão generi dediſſe: quas tamẽ po
ſtea abrogauere multi. Aſclepiadem uero adiuuere multi quorum cura nimis anxia &

rudi aut obruendi ægros ueſte ſudoreſq; omni modo ciendi. Nũc corpora ad ignes tor
rendo: ſoles ue aſſidue quærendo in urbe umbroſa: immo uero tota italia imperatrice
tum primũ penſili balnearũ uſu ad infinitum blandiente. Præterea in quibuſdã mor
bis medendi cruciatus detraxit: ut in anginis quas curabant ĩ fauces organo demiſſo
Dãnauit merito & uomitiones tun ſupra modũ frequẽtes: Arguit & medicamẽtorum
potus ſtomacho inimicos: qđ ẽ magna ex parte uetitũ. Itaq; nos ĩ primis quæ ſũt ſtoma
cho utilia ſignẽus.

Irriſio magicæ artis & de lichene:& tapſia Ca. IIII.

SVper omnia adiuuere eũ magicæ uanitates: in tãtũ euectæ ut abrogare hær
bis fidẽ cunctis poſſent. Aethiopide hærba amnes ac ſtagna ſiccari coniectu.
Tactu clauſo omnia aperiri. Achemenide coniecta In aciem hoſtiũ trepidare
agmina: ac terga uertere. Latacẽ dari ſolitã a perſarũ reges legatis: ut quocũq; ueniſſet
omniũ rerum copia abundarent: ac multa ſimilia. Vbi nam iſte fuere: cũ cimbri teuto
niq; terribili Marte ulularent? aut cũ Lucullus tot reges magorum paucis legiõibus
ſterneret: Cur ue romani duces primã ſemper in bellis rõem cõmertiorũ habuere: Cur
Hercules Cæſaris miles in pharſalia famẽ ſentit: ſi abundantia omnis cõtingere unius
hærbæ fœlicitate poterat: Nõ ſatius fuit Aemilianũ Scipionẽ carthaginis portas hærba
patefacere: q̃ machinis clauſtra per tot annos quatere: Siccent̃ æthiopide põtinæ pala
des: tantũq; agri ſuburbanæ reddat̃ italiæ. Namq; apud eundẽ Democritũ inuenitur
cõpoſitio medicamẽti: quo pulchri boniq; & fortunati gignant̃ liberi. Cur nunq̃ pſagæ
regi talis eſt dedita. Mirũ eſt profecto hucuſq; pueɛtam credulitatem antiquorũ ſalu
berrimis ortam initiis: ſi in ulla re modũ humana ingenia nouiſſent: Atqui nos hanc
ipſam medicinã ab Aſclepiade reptam ſuo loco pbaturi ceſſemus: euectã ultra magos
etiam: Sed hæc eſt omni in re animoꝶ cõditio: ut a neceſſariis orſa primũ cũcta uene
rint ad nimiũ. Igitur demõſtratarũ priore libro hærbaꝶ reliquos effectus dicemus: adi
iciemuſq; quas rõ dictauerit. Sed in lichenis remediis atq; tam fœdo etiam malo plura
undiq; aceruabimus: quãq̃ nõ paucis iam demonſtraris. Medetur ergo plantago trita.
Quinquefoliũ: Radix albuci ex aceto ficulni caules aceto decocti. Hibiſci radix cũ glu
tino & aceto acri decocta ad quartas. Defricant̃ etiã pumice. Et rumi is radix trita ex
aceto illinitur. Et flos uiſci cũ calce ſubactus. Laudatur & tithymalũ cũ reſina decoctũ
Lichen uero hærba his omnibus præfert̃: inde noĩe in uento. Naſcitur in ſaxoſis folio
uno ad radicẽ lato: caue uno: paruo: lõgis foliis dependẽtibus: Hæc delet & ſtigmata.
Teritur cum melle. Eſt aliud genus lichenis petris tantũ adhærens ut muſcus: qui &
ipſe illinitur. Hic & ſanguinẽ ſiſtit uulneribus inſtillatus: & collectiones illitus. Morbũ
quoq; regium cũ melle ſanat ore illito & lingua. Qui ita curant̃: aqua ſalſa lauri iubẽ
tur: ungi oleo amygdalino: hortenſibus abſtinere. Ad lichenas & tapſiæ radice utũtur
trita cum melle. Anginæ & argemonia medetur ſumpta ex uino. Et hyſopũ cum uino
decoctum & gargarizatum. Peucedanum cum coagulo uituli marini æquis partibus
Proſerpinata cum muria & ex oleo trita uel ſublingua habita. Itẽ ſuccus de quinque
folio potus cyathis tribus. Hic & omnibus faucium uitiis medetur gargarizatus. Ver
baſcum priuatim tonſilis in aqua potum.

Ca. V

Ad ſtrumas:& ad digytos:& ad pectus:& ad tuſſim medcinæ.

STrumis plantago. Chelidonia cũ melle & axungia. Quinquefoliũ. Et radix
perſolatæ. Item cũ axungia operitur folio ſuo impoſita. Item artemiſia. Radix
mandragoræ ex aqua. Sideritis lata folia clauo ſiniſtra manu circunfoſſa ad
alligantur cuſtodienda ſanatis: ne rurſus ſata diro hærbarioꝶ ſcelere ut in quibuſdam
rebellet. Quod & in iis quos artemiſia ſanauerit prædici reperio. Itẽ in iis quos planta
go. Damoſion quæ & caucalis uocat̃ ſub ſolſtitio collecta imponitur ex aqua cæleſti
folium tritum uel radix cum axungia tuſa: ita ut impoſita folio ſuo operiatur. Sic &
ad omnes ceruicis dolores tumoreſq; quacunq; in parte. Bellis in partis naſcitur: ficre

albo aliquatenus rubente.Hanc cum artemiſia illitam efficatiorem produnt. Condur
don hærba ſolſtitialis flore rubeo ſuſpenſa ĩ collo cõprimere dicitᷓ ſtrumas.Itẽ uerbena
ea cũ plãtagie digytoꝝ uitiis oĩbus.& priuatim pterigiis . Quinquefolium medetᷓ pec
toris uitiis. Vel quod grauiſſimũ ẽ tuſſis:huic medetᷓ panacis radix in uino dulci. Suc
cus hyoſciami ẽt ſanguinẽ excreãtibus.Nido quoq; accẽſi tuſſientibus. Item ſcordotis
mixto naſturtio & reſina cũ melle tuſa arida.Facit & p ſe faciles excreatiões.Itẽ centau
rium maius & ſanguinẽ reiicientibus.Cui uitio & plãtaginis ſuccus medetᷓ . Et betõica
obolis tribus in aqua contra purulentas:contraq; cruẽtas excreationes.Perſolatæ radix
drachmæ põderis cũ pineis nucleis.xi. Peucedãi ſuccus pectoris doloribus & acorum
ſubuenit:Et ideo antidotis miſcetᷓ.Tuſſi daucum.Itẽ ſcythiaca hærba. Ea demũ omni
bus pectoris uitiis tuſſi & purulenta excreantibus obolis tribus in paſſo:

De uerbaſco & chamaleuce uel tuſſilagie:& becchio:& aquilegia:& ſaluia. Ca. VI.

TQotidẽ obolis bibitᷓ uerbaſcũ:cuius flos aureus. Tãta huic uis ex:ut iumẽtis
etiã nõ tuſſientibus mõ:ſed ilia quoq; trahentibus auxilietᷓ potus.Quod & đ
gẽtiana repio. Radix chameleucæ quæ tuſſilago dicitᷓ cõmanducata & ĩ ui
no madefacta non tuſſi tantũ:ſed & faucibus prodeſt. Hyſopi quoq; quiq; ramis cum
duobus rutæ & ficis tribus decoctis thoracẽ purgant.Tuſſim ſedat bechiõ:quæ & tuſ
ſilago dicitᷓ.Duo eius genera.Silueſtris ubi naſcitᷓ ſubeſſe aquas credunt:& hoc habẽt
ſignum aquileges.Folia ſunt maiuſcula q̃ hederæ.v.aut. vii.ſubalbida a terra ſuperne
pallida:ſine caule:ſine flore.ſine ſemine:radice tenui.Quidã eandẽ eẽ bechiõ & alio no
mine chameleucen putãt.Huius aridæ cũ radice fumus p arundinẽ hauſtus aut đuo
racus ueterẽ ſanare dicitᷓ tuſſim.Sed in ſingulos hauſtus paſſim guſtãdum ẽ . Altera a
qbuſdã ſaluia appellatᷓ ſimilis uerbaſco cõteritᷓ ea & colata calefacit: atq; ita ad tuſſim
laterisq; dolores bibitᷓ.Cõtra ſcorpiones eadẽ & dracones marinns efficax. Cõtra ſerpen
tes quoq; ex oleo purrigini ea ꝓdeſt.Hyſopi faſiculus cũ q̃drãte mellis đcoqtᷓ ad tuſſim

Ad lateris dolores & pectoris:ad orthopnoeas ad iocinoris dolorẽ:cordis
dolori pulmoni urinæ tuſſi pectori ulceribus renibus epaticis ad uomi
tiones:ad ſingultus pleureticis lateri Ca. VII.

LActeris & pectoris dolores uerbaſcũ cũ ruta ex aqua . Betõicæ farina bibitᷓ ex
aqua calida.Sõachũ corroborat ſcordotis ſuccus:cẽtauriũ gẽtiana ex aqua po
tæ.Plantago ãt p ſe ſumpta ĩ cibo cũ lẽte halicæ ue ſorbitiõe.Betõica alias gra
uis ſtomacho uitia tamẽ ſanat pota uel foliis cõmanducata.Itẽ ariſtolochia pota.Agari
cum manducatũ ſuccũ ut ex interuallo meꝝ ſorbeatᷓ . Nymphea heraclea illita. Peuce
dani ſuccus.Pſyllion ardoribus imponitur uel cotelydon trita cũ polenta:uel aizoum
Molõ ſcapo ẽ ſtriato folii mollibus paruis radice quattuor digyoꝝ:ĩ aqua extrema po
tatur.Vocatur a quibuſdã ſyron:ex uĩo ſtõacho & dipſonæ medetur.Cẽtauriũ maius
eligmate.Plantago ſucco uel cibo:Betonicæ tuſæ pondo libra mellis attici ſemuncia ex
aqua calida quottidie bibentibus. Ariſtolochia uel agaricon obolis ternis ex aqua cali-
da aut lacte aſini pota.Ciſſanthemos ad orthpnoeas bibitur.Itẽ hyſopum.Et aſmaticis.
Peucedani ſuccus in iocinoris doloribus & pectoris laterisq; ſi febres nõ ſunt. Sangui-
nem quoq; expuentibus ſubuenit agaricũ uictoriati pondere tritum & in mulſa quin
que cyathis datũ.Idẽ & amomon facit. Iocineri priuati teucria bibitur recẽs drachmis
quattuor in poſcæ hemina.Betonicæ drachma una in aqua calida cyathis tribus ad
cordis uitia:in frigida cyathis duobus. Quinquefolii ſuccus iocineris & pulmonis ui-
tiis:ſanguinemq; reiicientibus & cuicnmq; ſanguinis uitio intus occurrit iocieris ana
galides mire proſunt.Capnion herbã qui edere:billem per urinam trahunt.Acoron io
cineri medetur thoraci quoq; & præcordiis . Caucum quæ & ephedra:ab aliis anabaſis
uocata naſcitur uentoſo fere tractu ſcandens arborem:& ex ramis propẽdens folio nul
lo:citris numeroſa qui ſunt iunci gẽiculati radice pallida. Datᷓ ex uino nigro auſtero

trita ad tuſſim : ſuſpiria tormina & ſorbitione facta in quam uinum addi conuenit.
Item gẽtiana madefacta pridie cõtrita denarii pondere in uino cyathis tribus . Geum
radiculas tenues habet nigras bene olentes. Medet̃ non mõ pectoris doloribus aut late
ris:ſed & cruditates diſcutit iucundo ſapore. Verbenaca uero omnibus uiſceribus me
detur lateribus pulmonibus iocineribus thoraci. Peculiariter aũt pulmonibus & quos
ab iis phthiſis tentat. Radix uero herbæ cõſiliginis: quã nuper inuentã diximus : ſuũ
quidẽ & pecoꝝ omniũ remediũ præſens eſt. Pulmonum uitio uel traiecta tantum in
auricula. Bibi debet ex aqua: haberiq; i ore aſſidue ſublingua. Supficiens huius herbæ
an ſit in aliquo uſu adhuc incertũ ẽ. Renibus prodeſt plãtaginis cibus. Betonicæ potus
Agaricum potũ ut ĩ tuſſi. Triponiũ ĩ maritimis naſcit̃ ſaxis: ubi allidit unda : neq; in
mari neq; in ſicco folio ſatis craſſiore: palmo alto in mucrõe diuiſo: radice alba odorata
craſſa calida guſtus. Dat̃ eparicis in farre cocta. Hæc herba eadẽ uidet̃ quibuſdã quæ
poliũ de qua ſuo loco diximus. Syomphona uel cromphena alteris uiridibus roſeiſq; p
caulẽ foliis in poſca ſanguinẽ reiiciẽtibus medet̃. Ioniceri aũt herba melãdryũ naſcẽs
in ſegetes ac partis flore albo odorata. Eius cauliculus cõteritur ex uino uetere. Itẽ her
ba chalcetũ e uineis cõtrita ĩponitur. Faciles præſtat uomitiões radix betõicæ hellebo
ri mõ quattuor drachmis in paſſo aut mulſo. Hyſopũ tritũ cum melle utilius præſum
pto naſturtio aut irione. Polemoniũ denarii põdere. Eſt & pſyllibus lacteus ſuccus q
denſatus in gummi ſumit̃ cũ melle ſupradicto põdere præcipueq; bilẽ trahit. Ruſus
ſiſtunt uomitionẽ cyminũ ſilueſtre: betonicæ farina ſumitur ex aqua: abſterguntq; fa
ſtidia: cruditateſq; digerũt daucum betonicæ fairna ex aqua mulſa: plantago decocta
cauliũ modo. Singultus hermionũ ſedat. Item ariſtolochia. Suſpiria dimenus. pleureti
cis & paripneumonicis centauriũ maius. Itẽ hyſopũ bibit̃. Pleureticis peucedãi ſuccus
Halus aũt: quã galli ſic uocant: ueneti cotoneã: medet̃ lateri: itẽ renibus conuulſiſq; &
ruptis. Similis eſt cumilæ bubulæ cacuminibus thymo dulcis: & ſitim ſedat. raſæ radi
cis alibi albæ. alibi nigræ. Eoſdẽ effectus lateris doloribus habet chamerops: myrteis cir
ca caules geminos foliis capitibus græculæ roſæ ex uino pota. Iſchiadicos dolores & ſpi
næ leuat agaricũ potum ut ĩ tuſſi. Itẽ & theocadis aut betonicæ farina ex aqua mulſa.

De omnibus uitiis uentris & remediis: & eorum quæ circa uel intra
ſunt: & de aluo ſiſtenda uel ſoluenda. Ca. VIII.

PLurimũ tñ negocii humano generi alius exhibet : cuius cauſa maior ps mor
taliũ uiuit. Alias. n. cibos nõ trãſmittit: alias nõ cõtinet. alias nõ capit. alias nõ
cõficit. Eoq; mores uenere: ut homo maxime cibo pereat. Peſſimũ corporum
uas. Iſtat ut creditor: & ſæpius die appellat. Huius gratia præcipue auaritia expetitur :
huic luxuria cõditur: huic nauigat̃ ad phaſin: huic ꝓfunda uada exqrũtur. Et nemo
uilitatẽ eius æſtimat cõſumationis fœditate. Ergo numeroſiſſima ẽ circa hãc medicinæ
opa. Siſtit eã ſcordotis recentis drachma cũ uino trita uel de cocta pota. Polemõia quo
que : & dyſẽtericis ex uino datur . Verbaſci radix pota ex aqua duorũ digytoꝝ magni
tudine. Nympheæ heracliæ ſemẽ cũ uino potũ. Radix ſupior ex ſylphio drachmæ pon
dere ex aceto. Semẽ plãtaginis in uino tritũ: uel ipſa ex aceto cocta : aut aqua ex ſucco
eius ſũpta. Item cũ lenticula cocta : uel aridæ farina iſpſa potioni cũ papauere toſto &
trito. Vel ſuccus infuſus aut potus betonicæ ĩ uino ferro calefacto. Eadẽ cœliacis in ui
no auſtero datur. Is & iberis ĩponitur ut dictũ eſt. Tenaſmo radix nymphæ heracliæ e
uino bibit̃. Pſylliũ in aqua cum radicibus decoctũ. Aizoi ſuccus aluũ ſiſtit: & dyſente
rias & tineas rotundas pellit. Symphytis radix dyſenteriã ſiſtit. Itẽ dauci. Aizoum foliis
cõtritis ex uino torminibꝫ reſiſtit. Alcmeæ ſiccæ farina torminibꝫ pota cũ uino. Aſtra
galus folia habet lõga inciſuris multis obliqua circa radices: caulẽ. iii. aut. iiii. foliorum
plenos: florẽ hyacinthi: radices uioloſas: ĩplicatas: rubras: præduras. Naſcit̃ in petroſis:
apricis: & iiſdẽ niualibus: ſicut pheneo archadiæ: Vis ei ad ſpiſſãda corpora. Aluũ ſiſtit

radix ĩ uino pota : quo ſit ut moueat urinã reprecuſſo liquore:ſicut pleraq; quæ aluũ ſiſtunt. Sanat & dyſentericos ĩ uino rubro tuſa. Difficile aũt tunditur. Eadẽ gingiuaꝝ ſuppuratiõi utiliſſima eſt fotu. Colligitur exitu autumni cum folia amiſerit. Siccatur in umbra. Et ladano ſiſtitur aluus utroq;. Quod ĩ ſegetibus naſcitur contuſo & cribrato bibitur ex aqua mulſa:itẽ nobili e uino. Ledon appellatur hærba ex qua ladanum fit in cypro barbaris capraꝝ adhæreſcens. Nobilius in arabia. Fit iam etiã in ſiria:atq; Africa:quod taxõ uocã. Neruos.n.in arcu circũdatos lanis trahunt adhæreſcẽte roſida lanugine. Plura de eo diximus ĩter unguẽta. Hoc grauiſſimũ onere eſt.duriſſimũ tactu. Plurimũ.n.terræ colligit:cũ probet̃ maxĩe puꝝ:odoratũ:molle: uiride. reſinoſũ Natura ei molliẽdi:ſiccãdi:coquẽdi:ſõnũ aliciẽdi. Capillũ fluentẽ cohibet:nigriciamq; cuſtodit. Auribꝰ cũ hydromellite aut roſaceo infundit̃. Furfures cutis & manãtia ulcera ſale adito ſanat. Tuſſim ueterẽ cũ ſtorace ſumptũ. Efficaciſſimũ ad ructus. Aluũ ſiſtit & cõhdris:ſiue pſeudodyctamũ:hypociſthis:orobathion uel orobache a quibuſdã dictũ malogranato ĩmaturo ſimilis. Naſcit̃ ut dixiũs ſub ciſtho:undo nomẽ hoc. Areſacta in umbra ſiſtit aluũ ex uino auſtero nigroq; utraq;. Duo.n.genera eius candida & ruffa. Vſus in ſucco ſpiſſat:ſiccat. Et ruffa magis ſtomachi reumathiſmos emẽdat. Pota tribus obolis ſanguinis excreationes. Cum amylon diſenterias pota & infuſa. Item uerbenaca ex aqua data : aut careentibus febre ex uino amineo coclearibus.v.additis in cyathis tribus uini. Lauer quoq; naſcens in riuis cõdita & cocta torminibus medet̃ Potamogetõ uero ex uino diſentericis ẽi & cœliacis: ſimilis betæ:foliis minoribus tãtũ hirſutioribuſq; pauluũ ſupueniens extra aqã peculiarlter refrigerãt:ſpiſſant. Vſus in foliis cruribus uitioſis utilia.& cõtra ulceꝝ nomas cũ melle uel aceto. Caſtot hac aliter nouerat tenui folio uelut eqnis ſetis:hyſo longo & leui in aquoſis naſcentẽ. Radice ſanabat ſtrumas & duritias. Potamogetõ aduerſat̃ & cocodillis:itaq; ſecũ habent ea qui uenant̃ illos. Aluũ ſiſtit & achyllea. Eodẽ effectus præſtat & ſtatice.vii.caulibus ueluti roſæ capita ſuſtinens. Ceratia uno folio:radice nodoſa & magna in cibo cœliacis & dyſentericis medet̃. Leõtopodõ alii liceoton :alii dorypetron:alii toriuẽtorõ uocãt cuius radix aluũ ſiſtit:purgatq; bilẽ in aqua mulſa addito põdere denarioꝝ duum. Naſcitur in cãpeſts & gracili ſolo. Semẽ eius potũ lymphatica ſõia facere dicit̃. Lagopus ſiſtit aluum e uino pota aut in febri ex aqua:Eadem inguini adaligatur in tumore. Naſcitur in ſegetibus. Multi ſup oĩa laudãt ad deploratos dyſentericos qnquefolium decoctis in lacte radicibus & potis & ariſtolochiã in uictoriati pondere ĩ cyathis uini tribus. Quæ ex ſupradictis calida ſument̃:hæc cãdente ferro tẽperari aptius erit. E diuerſo purgat aluũ ſuccus cẽtauri minoris drachma in hemina aquæ cũ exiguo ſalis & aceti:bileq; đ trahit. Maiore tormina diſcutiunt̃:Betorica aluum ſoluit drachmis.iiii.ĩ hydromelitis ciathis nouẽ. Itẽ euphorbium uel agaricum drachmis duabus cũ ſale modico potum ex aqua aut in mulſo obolis tribus. Soluit & ciclamĩos ex aqua pota aut balanis ſubditis. Itẽ chamæciſſi balanus. Hyſopi mauipulus decoctus ad tertias cum ſale pituitas trahit illitus uel cõtritus cum oximelite & ſale. Pellitq; uẽtrẽ aĩalia:Pituitã & bilẽ detrahit peucedãi radix. Aluũ purgat anachallis ex aqua mulſa. Itẽ epithymõ:qui ẽ flos & thymo ſatureiæ ſimilis. Differentia ꝙ hic hærbaceus ẽ:alterius thimi albus. Quidã hiphopheon uocant:ac ſtomacho minus utilis. Vomitiones mouet. Sedeat tormĩa:& inflamationes diſcutit. Summit̃ & ex eligmate ad pectoris utilia cum melle & aliquãdo irĩđ Aluum ſoluit a quattuor drachmis ad ſex cum mellis exiguo ſaliſq; & aceti. Quidã aliter opithimum tradunt ſine radice naſci tenui ſimilitudine pallioli rubens ſiccari : in umbra. Bibi ex aqua acetabuli menſura. Dimidia detrahere pituitam bilemq;. Aluum leuiter ſoluit & nimphea in uino auſtero. Soluit & pigmocomõ eruæ folls craſſioribꝰ & acrioribus:radice rotunda:lutei coloris:terram olente caule quadrangulo mõ tẽui flore ocimi. Inuenitur in ſaxoſis locis. Radix eius in aqua mulſa.xii.pondere denarioꝝ

& aluum & bilem & pituitam exinanit. Semen ſomnia tumultuoſa facit una drachma
in uino potum. Et capnos ſtrumam diſcutit: detrahit bilem polipodion: quam noſtri
filiculam uocant: ſimilis enim eſt filici. Radix in uſu piloſa: coloris intus herbacei: craſ
ſitudine digyti minimi: acetabulis cauernoſa ceu polyporum cirri ſub dulcis: & in pe
tris naſcens aut ſub arboribus uetuſtis. Exprimitur ſuccus aqua madefacta: & ipſa cõ
ciſa inſpgitur oleri & betæ uel maluæ uel ſalſamento: uel cum pulticula coquitur ad
aluum leuiter ſoluendam: uel in febri. Detrahit bilem & pituitam. Stomachum offẽdi
Aridæ farina indita naribus polypum conſumit. Floret: & ſemen nõ fert. Scamonium
quoq; diſſolutiõe facit: bilem detrahit: aluum ſoluit: præterq̃ ſi adiciantur aloes drach
mæ duæ obolis eius duobus. Eſt autem ſuccus herbæ ab radice ramoſæ pinguibus fo
liis triangulis albis radice craſſa madida nauſeoſa. Naſcitur pingui & albo ſolo. Radix
circa canis ortum excauatur: ut in ipſa confluat ſuccus: qui ſole ſiccatus digeritur in
paſtillos. Siccatur & ipſa uel cortex. Laudatur natione colophonium myſium prienne
ſe. Specie autem nitidum: & quam ſimillimum taurino glutini fungoſum tenuiſſimis
fiſtulis cito liqueſcens uirus redolens ſuminoſum linguæ tactu lacteſcens: quam leuiſ
ſimum cum diluitur albeſcens. Hoc euẽit & adulterino: quod fit herba farina & tithy
malli marini ſucco in iudæa fere: quod etiam ſtrangulat ſumptum. Depræhenditur
guſtu. ¶ Tithymallus enim linguam excalfacit bubi more: necante nec poſtea uti
le. Dedere & per ſe ex aqua uel mulſa & ſale quaternis obolis: Sed utiliſſime cum aloe:
ita ut incipiente purgatione mulſum bibatur: Fit decoctum radicis in aceto ad craſſi
tudinẽ mellis: quo lepræ illinuntur. Et caput ungitur in dolore cum oleo. Tithymalũ
noſtri herbã lactariam uocant. al i lactucam caprinam. Narantq; lacte eius ĩſcripto cor
pore cum iaruerit ſi cinis ĩſpergat̃ apparere litteras & ita quidã adulteras aloquin mal
luere: quã codicilis. Genera eius multa. Primus cognominatur carachias: qui & maſcu
lus exiſti natur: ramis digytali craſſitudine rubris rugoſis quinq; aut ſex cubitali lõgi
tudine a radice foliis pendet: in cacuminibus coma iunci. Naſcitur ĩ aſperis maritimis
Legitur ſemen autumno cum coma: ſiccatum ſole tundit̃: & reponitur. Succus uero
incipiente pomorum lanugine defractis ramulis excipit̃ farina erui aut fici: ut cum
iis areſcat. Quinas autem guttas ſingulis excipit ſatis ẽ. Traduntq; etiã totiens purgari
hydropicos fico ſumpta: quod guttas & lactis exceperit. Succus cũ colligit̃: ne attingat
oculos cauendum eſt. Fit & foliis tuſis priore minus efficax. Fit & decoctũ e ramis. Eſt
& ſemen iu uſu cum melle decoctum ad catapotia ſoluendæ alui gratia. Semen & den
tium cauis cæra includitur. Colluntur & radicis decoctæ uino aut oleo. Illinũt & lic
henas ſucco. Bibuntq; eum ut purgent uomitiones: & aluo ſoluta: alias ſtomacho inu
tilem. Trahit pituitam ſale adiecto in potu: bilem afronitro. Si p̱ aluum purgari libeat
in poſca. Si uomitione: in paſſo aut aqua mulſa. Media potio tribus obolis cõſtat. Ficos
a cibo ſumpſiſſe melius eſt. Fauces urit leniter. Eſt enim tam feruentis naturæ: ut p̱ ſe
extra corpori impoſitũ poſtulas ignium modo faciat: & pro cauſtico in uſu ſit. Alterũ
genus tithymalli myrſiniten uocant: alii caryoten foliis myrti acuti & pungẽtibus ſed
molioribus: & ipſum etiam in aſperis naſcens. Colliguntur comæ eius hordeo turgeſcẽ
te: ſiccateq; in umbra diebus. ix. in ſole inareſcunt. Fructus nõ pariter matureſcit: ſed
pars anno ſequente: & nux uocatur. Inde cognomen græci dedere. Demetit̃ cum meſ
ſium maturitate. Lauatum deinde ſiccatur: & datur cum papaueris nigri duabus par
tibus: ita ut ſit totum acetabuli modo: minus hic uomitionibus quam ſuperior cæteri
iidem. Aliqui ſic & foliũ eius dedere: nucem uero ipſã in mulſo aut paſſo: uel cũ ſeſama
Trahit bilẽ & pituitam p̱ aluum. Oris ulcera ſanat. Ad nomas oris folium cum melle
eſtur. Tertium genus eſt tithymalli: paralius uocatur ſiue tithymallis folio rotũdo: ca
ule palmũ alto: ramis rubentibus ſemine albo: quod colligit̃ incipiente uua: & ſiccatũ
teritut: ſumit̃q; acetabuli menſura ad purgationes. Quartũ genus heliſcopiõ appellãt

foliis portulacæ:ramulis ſtantibus a radice quattuor aut quinq; rubentibus ſemipeda
li altitudine ſucci plenis. Quintum cypariſſian uocât.pp folioꝝ ſimilitudinē:caule ge
mino auc triplici naſcente in cãpeſtribus:cui eadem uis quæ heliſcopio aut characiæ.
Hoc circa oppida naſci ſemine albo colũbis gratiſſimo:qđ colligit̃ incipiẽte una. Nomẽ
accepit quoniã capita cũ ſole circũagit. Trahit bilẽ p inferna in oximellite dimidio ace-
tabulo. Cæteri uſus qui characiæ. Sextũ platyphilon uocât:alii corymbitẽ:alii amigda
liten a ſimilitudine. Nec ullius latiora ſunt folia. Piſces necat:aluũ ſoluit:radice:uel fo
liis:uel ſucco in mulſo aut aqua mulſa drachmis quattuor. Detrahit priuati aquas ſep
timũ dendroides cognominant:alii codion.alii leptophyllon in petris naſcẽs:comoſſi
ſimũ ex oĩbus maxĩe cauliculis rubentibus: & ſemine copioſiſſimũ:eiuſdẽ effectus:cu-
ius characias. Opoſcylla ſiue rafano ſagaria iuncos duos ſiue tres ſpargit in terra rubẽ-
tes.foliis rutæ:radice cepe:ſed amplior:quare quidã raphanũ ſilueſtre uocant. Intus ha
bet mãmã candidã extra cortices nigros. Naſcit̃ ĩ mõtoſis & aſperis:aliquando & herbo
ſis. Effodit̃ uere tuſſaq; in fictili mergit̃. Deiectoq; qđ ſupernatat:reliquis ſuccus pur-
gat utraq; parte ſeſquiobolo in aqua mulſa: Sic & hydropicis dat̃ acetabuli mẽſura in
ſpergit̃ & aridæ radicis farina potioni:aiuntq; ſuperiorẽ partẽ eius uomitione biles ex
trahere:inferiorẽ peraluũ. Tormina diſcutit:quodcũq; betõia & panaces prærerq̃ a cru
ditate. Peucedani ſuccus inflationes & ructus gignit. Acori radix daucũ ue ſi lactucæ
mõ ſumat̃. Ladanũ Cyprium potũ interanoꝝ uitiis occurrit:Item geutianæ farina ex
aqua tepida fabæ magritudine. Plantago mane ſumpta duabus linguis & tertia papa-
ueris in uini nõ ueteris cyathis.iiii. dat̃ in ſomnũ euntibus addito nitro ſeu polenta.
Simul ſi poſt cibũ det̃. Colo ĩfundit̃ hemina ſucci.uel in febri. Agaricũ pctũ cbolis tri-
bus ĩ uini ueteris cyatho uno lyeni medet̃. Et panaces oĩum geneꝝ radix ĩ mulſo: ſed
teucria præcipue pota arida & decocta qtũ manus capiat in aceti heminis tribus. Ad
uulnus illinit̃ eadẽ cũ aceto:aut ſi tolerari nõ poſſit ex ficu uel aqua. Pelemõia bibit̃
ex uino. Betonicæ drachma in oximelitis cyathis tribus. Ariſtolochia cõtra ſerpẽtes. Ar
gemonia.vii.diebus ĩ cibo ſumpta lyenem cõſumare dicit̃. Agaricũ in aceto mulſo obo
lis duobus. Nympheæ heracleæ radix in uino pota & ipſa cõſumit. Ciſanthẽus drach
ma bis die ſumpta ni uini albi ciathis duobus per dies.xl.lyen dicit̃ paulatĩ emittere p
urinã. Prodeſt & hyſopũ cũ ficu decoctũ. Lõchitidis radix decocta prius q̃ ſemen emit-
tat. Peucedani quoq; radix decocta & lyeni & rẽibus. Lyen acoro poto cõſumirur præ
cordiis & ilibus utiliſſimæ radices. Climeni ſemẽ potũ diebus.xxx. põdere dẽarii ĩ uio
albo. Betoõice farina ex melle & aceto ſcyllite pota. Radix lõchitidis ĩ aqua & teucrum
illinit̃. Itẽ ſcordiũ cũ cæra:agaricũ cũ farina fœnogræci ueſicæ malis: cõtraq; calculos
grauiſſimis cruciatibus ut diximns:auxilio ẽ. Polemõia ex uino pota:itẽ agaricũ. Plãta
gb radice uel foliis potis ex paſſo. Et betonica ut iocinere diximus. Itẽ ramici pota: atq;
illita. Eadẽ ad ſtrãgurias efficaciſſima ad calculos quidã betonicã & uerbenacã & melli
foliũ æquis portionibus ex aqua pro ſingulari remedo:bibere ſuadent. Strangurias diſ
cutere & dictamũ certũ ẽ. Itẽ quiquefoliũ decoctũ ad tertias in uino ictericis dari: atq;
illini utiliſſimũ ẽ. Xiphii quoq; radix ſupior urinã ciet ĩfantibus. Enterocœlicis datur
ex aqua:& illinitur ueſicæ uitiis peucedani ſuccus iufantiũ ramici.& umblicis eminẽ
tibus pſyllion illinitur. Vrinã ciẽt anallides:achoriq; radicis decoctũ:uel ipſa trita pota
que:& oĩa ueſicæ uitia ſanat:& calculos hærba & radix cotelydõis. Itemq; genitaliũ in
flãmatiõe pari põdere:& caulis & ſemimis & mirrhæ. Ebulũ teneꝝ cũ foliis tritũ ex uĩo
potũ calculos pellit. Impoſitũ teſtes ſanat. Erigerõ quoq; cum farina thuris & uino dul
ci:teſtiũ inflãmatiões ſanat. Simphiti radix illita enterocelas cohibet: & genitalium no-
mas hipociſthis alba. Artemilia quoq; datur cõtra calculos ex uino dulci & ad ſtrangu
riã. Dolores ueſicæ ſedat ex uino nimpheæ hracleæ radix. Eadẽ uis crethimo ab Hip-
pocrate admodũ laudata. Eſt autem inter eas quæ eduntur ſilueſtrium herbarum.

Hancq; certe apud Callimschum apponit ruſtica illa hecale. Spetieſq; elatæ hortenſis.
Caulis palmũ unum altus. Semen feruens odoratũ ceu libanotidis rotũdũ. Siccatum
rumpit̃. Habet intus nucleum candidũ. quẽ aliqui cachryn uocant folio pingui: albi
cante: ueluti oliuæ: craſſiore: & ſalſo guſtu: radice digyti craſſitudine tres aut quatuor
Naſcitur in maritimis petroſis. Eſtur crudũ coctũ ue cũ olere odorati ſaporis & iucun
di. Seruat̃ etiã in muria: præripueq; eius uſus ad ſtrãguriam folio uel caule aut radice
ex uino. Colorẽ quoq; corporis graciorẽ facit: Verum largior quoq; ĩflationes. Aluum
ſoluit decocto. Vrinãq;: & a renibus dolorẽ trahit. Sic & alcmeæ ſicce farina in uino po
ta ſtranguriã tollit: efficacius addito dauco. Lyeni quoq; utilis. Aduerſus ſerpentes bi
bitur. Iumentis quoq; in pituita aut ſtranguria hordeo ĩſperſa ſuccurit. Anthyllion eſt
lenti ſimilima: quæ in uino pota ueſicas uitiis liberat. Sanguinẽ ſiſtit. Altera eſt anthy
lis chamæpytyos ſimilis: flore purpureo: odoris grauis: radix ĩtubi uel magis cepe. ſimi
lis porculacæ nigriore radix: ſed inutili: naſcens in lictoribus harenoſcis: guſtu amara
In uino cũ aſparagi radicæ ueſcicæ plurimũ ꝓdeſt. Eadẽ præſtat hypericõ: quã alii cha
mepithin. alii corycon appellant: oleraceo frutice: tenui: cubitali: rubẽte. folio rutæ odo
re acri: ſemine ſiliquæ: nigro: matureſẽte cũ hordeo: Natura ſemini ſpiſſãdi. Aluũ ſiſtit
Vrinã cit. Ad calculos ueſicæ cũ uino bibitur. Eſt aliud hypericõ: qđ alii charon appel
lant: folio tamarici: & ſub ea naſcitur: ſed pinguioribus foliis & minus rubentibus: odo
ratum: palmo altius: leniter ſuaue: aculeatũ. Vis ſemini excalfactoria: & ideo inflationẽ
facit enterocœlicis: ſed ſtomacho nõ inutile: præcipue ad ſtranguriã ſi exulcerata non
ſit ueſicæ. Medetur & pleureticis ex uino potũ. Veſicæ aũt calitrichõ trita ſimilis cumi
no medet̃ & data ex uino albo. Verbenaca quoq; foliis decocta ad tertias: uel radix eius
e mulſo calido calculos eiicit. Itẽ ꝑ preſſa: quæ arrieti & in illyrico naſcitur: in aqua de
coctæ e tribus heminis ad unũ & pota. Trifoliũ ex uino ſumptũ: & chryſãtemũ primũ
Anthemum quoq; calculos eiicit paruis e radice foliis quinis: caulibus lõgis duobus:
flore roſeo: radices tritæ ꝑ ſe uel lauer crudũ. Siluas naſcit̃ glareoſis & perennibus riuis
cubitalis: apii ſimilitudine. Coquitur ut olus accidunt: magua utilitate ueſicæ. Quæ
ſi ſcabiem ſentiat: panacis radice ſanatur. Aliter inutilis ueſicis. Calculos pellit malum
erraticum radicis libra in uini congio decocta ad dimidias. Inde heminæ ſumũtur per
triduum. Reliquum ex uino cum zio: & urtica marina: & daucũ: & plantaginis ſemẽ
ex uino. Et hærba fuluiana trita ex uino: que & nomẽ inuentoris habet nota tractanti
bus trinas cit. Scordion teſtiũ tumores ſedat. Hyoſcyamũ genitalibus medet̃. Peucedãi
ſuccus ex melle & ſemẽ ſtranguriæ. Agaricũ obolis tribus in uini ueteris cyatho uno.
Trifolii radix drachmis duabus in uino: dulci una drachma uel ſeminis. Iſchiadici &
ſemine & foliis erythridani tritis ſanant̃ panace pota. Et infricata polemonia ariſtolo
chiæ decoctæ foliis. Agarico quidẽ & neruus qui platys appellat̃: atq; humeroꝝ dolor
ſanatur obolis tribus in uini ueteris caytho uno poto. Quinquefoliũ iſchiadicis & bibi
tur & imponit̃. Itẽ ſcamonia decocta cũ hordei farina. Semẽ hyperici utriuſq; bibitur
ex uino. Sedis uitia & attritus celerime ſanat plantago. Cõdylomata uero quinquefoli
um. Sedẽ cõuerſam cyclamini radix ex aceto. Anagallides cærulea ꝓcidẽtia ſedis retro
agit. E diuerſo rubens proritat. Cotelydon cõdylomata & hemorrhoidas mire curat. Te
ſtiũ tumores acori radix decocta in uino tritaq; illita. Intertrigines negat fieri. Cato abſi
thium ponticum ſecum habentibus. Ca. X.

De pulegio & argemone.

ALii adiiciunt & pulegium: qđ ieiunus quis legerit: ſi poſt ſe alliget. Inguinis
dolores prohibet: aut ſedat cœptos inguinaria: quã q̃dam argemonẽ uocant:
paſſi ĩ uepribus naſcẽs. Vt proſit ĩguinibꝰ ĩ manu tãtũ habẽda ẽ: Panos ſanat
panaces cũ melle. Plãtago cũ ſale. Quinquefoliũ. Perſolatæ radix ut ĩ ſtrumis. Itẽ dama
ſonũ: uerbaſcũ cũ ſua radice tuſũ uino aſpſũ folioq; ĩuolutũ: & ita ĩ ciere calfactũ ut
imponatur calidum. Exptiq; affirmauere plurimũ remediũ eſſe: ſi uirgo ĩponat nuda

ieiuna ieiuno & manu ſupia tāgēs dicat. Negat Apollo peſtē poſſe creſcere: quā nuda uirgo reſtringuat: atq; ita retroſa manu ter dicat: totienſq; deſpuat ambo. Medet̄ & radix mandragoræ ex aqua: radicis ſcamoniæ decoctoum cum melle. Sideritis cum adipe ueteri: uel chriſippea cum ficis pinguibus: quæ hoc ab inuentore habet nomen.

De nimphea & abſtinētia & appetētia ueneris: & de ſatirio erithrococo: & crategi & ſideriti. Ca. XI.

Folia bouis linguæ ſimilia:minora:ſubcandida:& in cacumina capitulata:purpureaſque ſoluuntur in lanugines. Hanc hærbam radicem ue eius adalligatam dolores uari cum ſanare tradunt. Crategonon ſpicæ tritici ſimile eſt: multis calamis ex una radice manantibus:multorumq; geniculorum. Naſcitur in opacis:ſemine milii:uehementer aſpero guſtu. Quod ſi bibant ex uino ante cœnam obolis tribus in cyathis aquæ toti dem mulier ac uir ante conceptum diebus.xl.uirilis ſexus partum futurum aiunt. Eſt & alia crategonos:quæ theligonos uocatur. Differētia intelligitur lenitate guſtus. Sūt qui florem crategoni bibentes mulieres intra.xl.diem concipere tradant. Eadem ſanāt ulcera uetera nigra cū melle :explēt ſinus ulcerū. Et atropha carnoſiora faciūt. Purulēta expurgant. Panos diſcutiunt podagras collectiōeſq; omnes leniunt peculiariter mā marum. Teophraſtus arboris gēus intelligi uoluit crategonon ſiue crategona: quam Italia aquifolium uocat. Crocodilon chamæleontis hærbæ nigræ figuram habet:radice longa:qæualiter craſſa:odoris aſperi. Naſcitur in ſabuletis. Pota ſanguinem p nares pellit copioſum craſſumq;. Atq; ita lyenem conſumere dicitur. Cynoſorchii uel cynoſarcimam aliqui orchin uocant:foliis oleæ:m ollibus: ternis:paruiſq; ſemipedis lōgitudinis interra ſtratis:radice bulboſa:oblonga:duplici ordīe ſuperiore quæ durior ē:& inferiore quæ mollior. Eduntur ut bulbi cocti in uineis forte inuenti. Ex iis radicibus ſi maiorem edant uiri mares generari dicuntur. Si minorem fœminæ alterum ſexum. In theſſalia molliorem in lacte caprino uini bibunt ad ſtimulandos coitus: duriorē uero ad inhibendos. Aduerſatur alter alter alteri. Chryſolachanum in pineto lactuce ſimile naſcit̄. Sanat neruos inciſos ſi confeſtim imponatur. Et alibi genus cryſolachāi tradit̄ flore aureo:foliis oleris. Coctum eſtur ut olus molle. Hærba hæc alligata morbum regium habentibus:ita ut ſpectari ab iis poſſit:ſanare id malum traditur. De cryſolacharo nec ſatis dici ſcio:nec plura reperio. Nanq; & hoc uitio laborauere proximi utriq; hærbarii noſtri:quod ipſis notas uelut uulgares ſtrictim & nominibus tantum indicauere: tanq̄ coagula terræ aluum ſiſti:ſtranguriā diſolui ſi bibatur ex uino aut aqua. Cuculi folia trita cum aceto ſerpentium ictibus & ſcorpionum mederi. Quidam alio hanc nomine ſtrumum appellant:alii græce ſtrygnō:acinos habetnigros. Ex iis cyathus ſucci cum mulſi duobus medet̄ lumbis. Itē capitis doloribus cū roſaceo īfuſus. Ipſa ſtrumis illita ſanandis peculiaris eſt:alpius maxime fluminibus. Conferua appellata a conferuminando ſpongia aquarum dulcium uerius q̄ muſcus aut hærba uilloſæ denſitatis atq; fiſtuloſæ. Curatum ea ſcio omnibus fere oſſibus confractis prolapſum ex arbore alta putatorem circundata uniuerſo corpori:quam ſuam inſpergentibus quotiens inareſcat:raroq; nec niſi deficientem hærbam mutationis cauſa reſoluentibus conualuiſſe uix crdibili celeritate

De cocco gnidio & dryopteris:& dryphono:& elatine:& empetro ſiue calcifraga : & epicacti: uel helleborine:& epimedio:& enneaphylo:& filicepteri:& de femore bubulo.

Capitulum. IX.

COcco gnidio color cocci:magnitudō grano pipis maior:uis ardens. Itaq; ī pane deuorat̄ ne adurat cū gulā tranſit. Huic uis pſentanea cōtra cicutā. Siſtit aluū. Dipſacos folia habet lactucæ:bullas ſpinoſas in dorſi medio caulē duorū cubitorū:iiſdē ſpinis horridū:gēicula eius binis foliis amplectētibus:cōcauo:alarū ſinu in quo ſubſiſtit ros ſalſus. In cacūine capitula ſunt echinata ſpinis. Naſcit̄ in aquoſis. Sanat rimas ſedis. Itē fiſtulas decocta in uino radice uſq; dū ſit craſſitudo cæræ:ut poſſit in fiſtula colliriū mitti. Itē uerucas oīum generū. Quidā & alarū quas ſupra diximus ſuccū illinunt iis. Dryopteris filici ſimilis in arboribus naſcit̄:tenui foliorū: ſubdulciū inciſura:radice hirſuta. Vis ei cauſtica ē. Ideo pſilotrū eſt radix tuſa. Illinit̄.n.uſq; dum ſudores euocet. Iterūq; & tertio:ita ne ſudor abluat̄. Dryphonō ſimi's hærba ē:cauliculis tenuibus:cubitalibus:circundatis utrinq; foliis:pollicari amplitudine:& qualibus

oxymyrſine. Sed candidioribus mollioribúſq;:flore candido ſambuci. Edunt caulicu
los decoctos. Semine uero eius ꝓ pipere utunt̃. E latine folia habet caſiæ:puſilla:piloſa
rotunda:ſemipedalibus ramulis quinis ſenis ue a radice ſtatim folioſis. Naſcit̃ in ſegeti
bus. Acerba guſtu & ideo oculorum fluctionibus efficax:foliis cũ polenta tritis & im
poſitis:ſubdito linteolo. Eadem cũ lini ſemine cocta ſorbitionis uſu a dyſenteria liberat
Empetron quã noſtri calcifragam uocant:naſcitur in montibus maritimis fere in ſaxo
quod propius mari fuerit. Salſa eſt: potaq; bilem trahit ac pituitas:quo lõgius magiſq;
teritur:amarius ſentitur. Trahit aquam. Sumitur autẽ in iure aliquo aut in hydrome
lite. Vetuſtate uires perdit. Recens urinas cit decoctũ in aqua:uel tritum calculos fran
git. Qui fidem proſſimo huic quærunt:affirmant lapillos qui ſufferueſiant una rum
pit. Epicactis ab aliis helleborine uocatur:parua herba:exigui foliis iocineris uitiis uti
liſſima:& cõtra uenena pota. Epimedion caulis eſt nõ magnũ hedere foliis denis atq;
duodenis:nunq; florẽs: radice tenui nigra graui odore. Naſcitur ĩ humidis:& huic ſpiſ
ſandi refrigerandiq; natura. Fœminis cauenda. Folia in uino trita uirginũ mammas
cohibent. Eneaphyllon longa folia nona habet cauſticæ naturæ. Imponit̃ lana circun
data:ne urat latus: continuo enim paſtulas excitat: lumborum doloribus & coxendi
cũ utiliſſimũ. Filicis duo genera nec florem habent:nec ſemen. Pterin græci uocant:
alii blachnon cuius ex una radice q̃ plures exeunt filices:bina etiam cubita excedentes
longitudine:nõ graues odore. Hanc marẽ exſtimant. Alterum genus thelipterin græci
uocant:alii nympheopterin. Eſt autẽ ſingularis atq; non fruticoſa breuior molliorq; &
denſior foliis ad radicem caniculata. Vtriuſq; radice ſues pingueſcunt. Folia utriſq; la
teribus pinnata: unde nomen græci impoſuere. Radices utriq; lõgæ ĩ obliquũ:nigræ:
præcipue cum inaruere. Siccari autẽ eas ſole oportet. Naſcunt̃ ubiq;:ſed maxime frigi
do ſolo. Effodi debent uergilis occidentibus. Vſus radicis in trimatu tantũ:neq; ante
neq; poſtea. Pellunt interaneorum animalia. Ex iis tineas cũ melle. Cætera ex uino dul
ci triduo potæ. Vltraq; ſtomacho inutiliſſima. Alluũ ſoluit primo bilem trahens:mox
aquam. Melius tineas cum ſcamonii pari pondere. Radix eius duorum obolorũ põdere
ex aqua poſt unius diei abſtinentiam bibitur:melle prægustato contra reumatiſmos.
Neutra danda fœminis:quoniã grauidis abortum:cæteris ſterilitatem facit. Farina ea
rum ulceribus tetris inſpergit̃. Iumentorum quoq; ceruicibus. Folia cimicem necant.
Serpentem nõ recipiunt. Ideo ſuſterni utile eſt in locis ſuſpectis. Vſtæ etiã fugãt nido
re. Fecere medici huius quoq; herbæ diſcrimen. Optima macedonica eſt. Secunda ca
ſiopica. Femur bubulum appellatur herba neruis & ipſa utilis: recens in aceto ac trita
ſale. Galapſis:aut ut alii galactobdalon uel galion. Caulem & folia habet urticæ leuio
ra:& quæ grauẽ odorẽ trita reddant. Flore purpureo. Naſcit̃ circa ſepes ac ſemitas ubi
que. Folia cauleſq; duritias & carcinomata ſanant ex aceto trita & impoſita. Itẽ ſtrumas
Panos & parotidas diſcutiunt. Ex uſu eſt & decocto ſucco fouere. Putreſcentia quoq;
& grangrenas ſanat cum ſale. Glaux antiquitus & galaton uocabat̃ cythiſo & lenticu
læ foliis ſimilis auerſa candidiora. Rami in uerram ſerpũt quini ſeni ue admodum te
nues ab radice. Floſculi purpurei exeunt. Inuenitur iuxta mare. Coquit̃ in ſorbitiõe
ſimilaginis ad excitandum ubertatẽ lactis: eamq; qui hauſerint balneis uti conuenit.

De glaucio:& glycyſide:& glaphalio ſiue chamezelo:& galedrago:& holco:& hyoſi
ri:& holoſteo:& hypopeſto. Ca. X.

Glaucion in ſyria parthia naſcitur humilis herba denſis foliis fere papaueris:
minoribus tamẽ:ſordidioribuſq;:odoris tetri: guſtus amari cum aſtrictione.
Granum habet crocei coloris. Hoc in olla fictili luto circunlitum in clibanis
calefaciunt:deinde exempto ſucco exprimunt eiuſdem nominis. Vſus eſt & ſucci &
foliorum ſi terantur aduerſus epiphoras:quæ uniuerſæ uno impetu cadunt. Hinc tẽ
peratur collyrium:quod medici diaglaucion uocant. Lactis quoq; ubertas intermiſſa

eſtituit: Sumitur eius rei cauſa ex aqua. Glycyſide: qua aliqui peoniam aut pentorobõ
ruocant: caulem habet duum cubitoꝝ: comitantibus duobus aut tribus ſubiuulum
cute lauri folia qualia iſſatis pinguiora rotundioraq; & minora. Semẽ in ſili quis aliud
grano rubẽte: aliud nigro. Duo autẽ genera ſunt. Foemina exiſtimat̃ cuius radicibus
ceu balani lõgiores circiter octo aut ſex inhærẽt. Mas plures habet: quoniã nõ una ra
dice nixus eſt: palmi altitudine: candidaq;. Ea guſtu aſtringit. Foemiæ folia myrrham
redolent & denſiora ſunt. Naſcunt̃ in ſiluis. Tradunt noctu effodiendas: quoniam pi
co martio ĩpetum ĩ oculos faciente interdiu piculoſum ſit. Radix uero cum effodiat̃:
piculum eſſe ne ſedes procidãt. Magna id uanitate ad oſtẽtationẽ rei fictum arbitror.
Vſus in iis diuerſus. Rubra. n. grana rubentis mẽſes ſiſtunt. xv. fere pota in uino nigro
Nigra grana uuluis medentur ex paſſo: aut uino totidẽ pota. Radix oẽs uẽtris dolores
ſedat in uĩo: aluumq; purgat. Sanat opiſthotonum: morbum: regium: renes: ueſicam.
Matricẽ aũt & ſtomachum decocta in uino: aluumq; ſiſtit. Eſtur etiã cõtra malũ men-
tis: ſed in medendo: iiii. drachmæ ſatis ſunt. Grana nigra auxilant̃ & ſuppreſſionibus
nocturnis in uino pota quo dictum ẽ numero. Stomacho uero & roſionibus & eẽ ea
& illinire prodeſt. Suppurationes quoq; diſcutiunt̃. Recentes nigro ſemine ueteres ru
bro. Vtrunq; auxiliat̃ a ſerpẽte pcuſſis. Et pueris contra calculos incipiente ſtrangu-
ria. Gnaphalium alii camezeleon uocant: cuius foliis albis mollibuſq; pro lomento utũ
tur. Sane & ſimilia ſunt. Dat̃ in uino auſtero ad dyſenteriam: uẽtris ſolutiones. Men-
ſeſq; mulieꝝ ſiſtit. Infunditur aũt tenaſmo. Illinitur & putreſcentibus ulceꝝ. Galedra
gon uocat Xenocrates leuaccãtho ſimilem paluſtrẽ & ſpinoſam. caule ferulaceo alto:
cui ſũmo capite ĩhereat ſimile ouo. In hoc excreſcente ætate uermiculos naſci tradunt
quos pyxide cõditos adalligari cum pane brachio ad eã partẽ qua dens doleat: mireq;
illico dolorẽ tolli. Valere nõ diutius ãno & ita ſi terrã nõ attigerit. Holcus ĩ ſaxis naſcit̃
ſiccis. Ariſtas habet in cacuminine tenues culmo quale hordeum reſtibile. Hæc circa
caput adalligata: uel circa lacertũ educit e corpe ariſtas. Hãc quidã od id ariſtidã uocãt
Hyoſiris in tubo ſimilis: ſed minor: & tactu aſperior. Vulneribus contuſa præclare me-
det̃. Holoſteon ſine duricia hærba ex aduerſo appellata a græcis: ſicut fel dulce: ten-
uis uſq; ad capilamẽti ſpetiẽ lõgitudine quattuor dygitoꝝ ceu gramen foliis anguſtis
guſtu. Naſcit̃ in collibus terrenis. Vſus eius ad conuulſa rupta in uino pota. Vulnera
quoq; conglutinat. Nam & carnes cõqcoquut̃ addita. Hypopeſſon naſcit̃ in ſpinis ex
quibus fiunt eneæ fulloniæ: ſine cauliculo: ſine flore: capitulis tantũ inanibus & foliis
paruis: multis hærbacei colorois: radiculas habens albas: molles. Succus eaꝝ exprimitur
æſtate ad ſoluendã aluum tribus obolis: maxĩe in comitialibus morbis: & tremulis. hy-
dropicis. Cõtra uertigines: ortophnoeas: palyſes incipientes.

¶ De hypogloſſa: & hypeco: idæa: iſophyro: lathyri: leontopetalo: lirapſo: litoſpermo: la-
pide uulgari: de limeo leuco. Ca. XI.

hYpoloſſa folia habet figura ſilueſtris mirti cõcaua ſpinoſa & in iis ceu liguas
folio puo exeunte de foliis. Capitis dolorẽ corona ex iis ĩpoſita minuit. Hype-
coon in ſegetibus naſcit̃: foliis rutæ. Natura eius eadẽ quæ papaueris ſucco.
Iddææ hærbæ folia ſunt quæ oxymirſinæ adhærentis uelut pãpini in quibus flos. Al
uum menſeſq; & omnẽ abundantiam ſanguinis ſiſtit: Spiſſandi cohibendiq; naturam
habet. Iſophyllon uocant aliqui phaſelyon: quoniam folium quod ẽ aniſo ſimili in pã
pinos torquæt̃. Capicula ſunt in ſummo capite tenuia: lena ſeminis melanthii. Cõtra
tuſſim & cætera pectoris uitia ex melle & aqua mulſa. Itẽ iocieri utiliſſima. Lathyris fo
lia habet multa: lactucæ ſimilia tenuiora germina multa: in quibus ſemẽ tuniculis cõ
tinet̃: ut capparis: quæ cum inaruere eximunt̃ grana. piperis magnitudine: candida:
dulcia: facilia purgatu. Hæc in coena in aqua pura aut mulſa pota hydropicos ſanant.
Trahunt & bilem. Qui uehemẽtius pugnari uolunt: cum folliculis ipſis ſumunt eam:

ſtamachum lædunt. Itaq; inuentum eſt ut cum piſce aũt iure gallinacei ſumerentur.
Leontopetalon alii rhopadion uocant folio braſſicæ: caule ſemipedali: leni. Cuius ſemẽ
in cacumine in ſiliquis ciceris modo. Radix rapæ ſimilis: grandis: nigra. Naſcitur in ar
uis. Radix aduerſatur omnium ſerpentium generibus ex uino pota: nec alia res celeri
us proficit. Datur & iſchiadicis. Lycapſos longioribus q̃ lactuca ẽ foliis: craſſioribuſq;
Caule longo hirſutis: adnatis multis capitulis: flore paruo: purpureo. Naſcitur in cam
peſtribus. Illinitur cum farina hordeacea igni ſacro: Sudorem ĩ febribus mouet ſucco
aquæ calidæ admixto: Inter omnes hærbas litoſpermo nihil eſt mirabilius. Alii quidẽ
hexonycon uoccant: alii dioſpyron: alii heraclion. Hærba quincuncialis fere foliis du
plo maioribus quã rutæ: ramulis ſurculoſis craſſitudĩe iunci: Gerit iuxta folia ſigulas
ueluti barbulas: & earum in cacuminibus lapillos candore & rotunditate margaritæ
magnitudine ciceris. Duricia uero lapidea: Ipſa qua pediculis adhæreant cauernulas
habent & intus ſemẽ. Naſcit̃ in italia: ſed laudatiſſimũ in creta. Nec quicquam ĩter hær
bas maiore quidẽ miraculo aſpexi. Tantus eſt decor uelut aurificum arte alternis ĩter
folia candicantibus margaritis tam exquiſita difficultas lapidis ex hærba naſcẽtis. Iace
re atque humi ſerpere auctores tradunt. Ego uulſam non hærentem uidi. Iis lapillis
drachmæ pondere potis in uino albo calculos frangi: pelliq; conſtat: & ſtranguriã diſ
cuti. Neq; in alia hærbarũ fides eſt. Vſus ſtatim ad quancũq; medicinam natam. Sic eſt
autem eius ſpecies ut etiam ſine auctore uiſa ſtatim noſci poſſit. Lapis uulgaris iuxta
flumina fert muſcum ſiccum canum. Hic fricatur altero lapide addita hominis ſaliua.
Illo lapide tangitur impetigo. Qui tangit dicit. Pheugete cãtarides lycos agrios hymas
dioci. Limeum hærba appellatur a gallis: qua ſagittas in uenatu tingunt medicamẽto
quod uenenum ceruariũ uocant. Ex hac in tres modios ſalinati additur tantũ quãtũ
in una ſagita addi ſolet: Ita offa dimittitur in boum faucibus ĩ morbis. Alligari poſtea
ad præſepia oportet donec purgentur. Inſanire enim ſolent. Si ſudor inſequitur aqua
frigida perfundi. Leuce mercuriali ſimilis nomẽ ex cauſa accepit per medium folium
candida linea tranſcurente. Quare me ſoleucon quidam uocant. Succus eius fiſtulas
ſanat. Ipſa cõtrita carcinomata. Fortaſſis eadem ſit quæ leucas appellatur. Contra om
nia marina uenena efficax. Speciẽ eius auctores nõ tradunt: nec aliud quã ſilueſtrem
latioribus foliis eſſe: efficatiorem hanc ſemine acriore. Leucographis qualis eſſet ſcriptũ
non reperi. Quod & magis miror: quoniam utilis proditur ſanguinem excreantibus
tribus obolis cũ croco. Itẽ cœliacis trita ex aqua & appoſita. Profluuio fœminarũ. Ocu
lorũ quoq; medicamẽtis. Et explendis ulceribus quæ fiũt ĩ teneris partibus corporis.

De medio: & myoſota: & myagro: & natrice: & othone: & onoſma: & ono
pordo: & oxyri: & oxye: & batrachio: & polygono: & leucanthemo: & plythe
ma: & phyllo: & phellandrio: & phuleri: & polyrrhizo: & proſerpinaca: & de
rhecoma de reſeda & ſtoechade. Ca. XII.

MEdio folia habet iridis ſatiuæ: caulem tripedalem: & in eo florem grandem
purpureum rotundum ſemine minuto: radicem ſemipedalem: In ſaxis opacis
naſcitur. Radix drachmis. ii. cum melle menſes fœminarum ſiſtit eligmate ꝑ
aliquot dies ſumpto. Semen quoq; in uino tritum contra abundantiã fœminarum da
tur. Myoſota ſiue myoſotis leuis herba: caulibus pluribus ab una radice aliquatẽus ru
bentibus concauis ab imo: foliis anguſtis ob longis: dorſo acuto nigris ꝑ interualla aſſi
due geminantis & tenuibus cauliculis ex taleis prodentibus: flore cæruleo. Radix
digytali craſſitudine multis capillamentis fibrata. Vis ei ſtyptica & exulceratrix: ideoq;
egilopas ſanat. Tradunt ægyptii menſis quẽ thiatin uocãt: die. xxvii. fere ĩ auguſto mẽ
ſe incurente: ſiquis huius herbæ ſucco inungatur mane priuſquam loquatur non lip
piturum eo anno. Myagros herba ferulacea eſt foliis ſimilis rubiæ tripedanea. Semen
oleoſum: quod & fit ex eo. Medetur oris ulceribus perunctis hoc ſucco. Herba quæ uo

catur migina tribus foliis longis intubaceis: illirta cicatrices ad colorem reducit. Na/
trix uocatur hærba cuius radix euulſa uirus hirci edolet. Hac in piceno a fœminis abi
gunt: quos mira perſuaſione fatuos uocant. Ergo ſpecies lymphantium hoc modo
animorum eſſe credimus: qui tali medicamento iuuentur. Odontides inter fœni gene
ra eſt cauliculis denſis ab eadem radice geniculatis triangulis nigris geniculis. Folia
parua habet longiora tamen q̃ Polyganum. Semen in allis hordeõ ſimile florem purpu
reum: puſillum. Naſcitur in pratis. ¶ Decoctum cauliculorum eius in uino auſtero
quantum manus capiat: dentium dolori medetur: ita ut contineatur ore. Othone in
ſyria naſcitur: ſimilis erucæ perforatis crebro foliis flore croci quare qdam anemões uo
cauerunt. Succus eius oculorum medicamentis conuenit. Mordet. n. leuiter & calfacit
aſtringitq; ſiccando. Purgat cicatrices & nubeculas: & qcquid obſtat. Quidã tradutn
lauari: atq; ita ſiccatã digeri i paſtillos. Onoſma longa folia habet fere ad tres dygitos in
terra iacentia tria ad ſimilitudinem anchuſæ ĩciſa ſine caule: ſine flore: ſine ſemine. Præ
gnans ſi edat eam aut ſupra gradiatur: hbortum facere dicitur. Onopordon ſi comede
rint aſini: crepitus reddere dicuntur. Trahit urinas & menſes. Aluum ſiſtit. Supputa
tiones & collectiones diſcutit. Oſiris ramulos fert nigros tenues lentos & in iis folia ni/
gra ceu lini. Semenq; in ramulis nigrum initio: dein colore mutato rubeſcens. Smeg/
mata mulieribus faciunt ex iis. Radicumdecoctum potum ſanat arcuatos. Eædẽ pri/
uſq̃ matureſcat ſemen: conciſæ & ſole ſiccatæ aluum ſiſtunt: poſt maturitatẽ uero colle
ctæ & in ſorbitione decoctæ rheumatiſmis uentris medẽtur & p ſe tritæ ex aqua cæle
ſti bibuntur. Oxis folia terna habet. Datur ad ſtomachum diſſolutum. Edunt & q eu
terocelon habent. Poly anthemum: quam qdam batrachiõ appellant: cauſtica ui exul/
cerat cicatrices: & ad colorem reducit. Eademq; uitiligines concorporat. Polygonũ græ
ci uocant quam nos ſanguinariã: non attollirur a terra foliis rutæ ſimilis gramini. Suc
cus eius infuſus naribus ſupprimit ſanguinem: & potus cum uino cuiuſlibet partis
pfluuium excreationeſq; cruentas inhibet. Qui plura genera polygoni faciunt: hanc
marẽ ĩtelligi uolũt: appellariq; a multitudĩe ſẽis aut dẽſitate fruticis calligonõ: alii poly
gonõ a frequentia gẽiculoꝝ: alii halmada: alii carninothrõ: alii dema. multi myrtopeta
lon. Necnõ inueniunt qui hanc fœminam eſſe dicant. Marem aũt maiorem minuſq;
nigrã & geniculis denſiorem: ſemine ſub omnibus foliis turgeſcentem. Quocunq;
hæc modo ſe habeãt: uis earum eſt ſpiſare: ac refrigerare. Semine aluum ſoluunt largi
us ſumpto. Vrinam cient. Rheumatiſmos cohibent. Qui ſi nõ fuere: non proſunt. Sto
machi feruori folia ĩponũtur. Veſicæ dolori illinũtur: & ignibus ſacris. Succus & auri
bus purulentis inſtillatur: & oculorum dolori per ſe. Dabatur & in febribus ante acceſ
ſiones duobus cyathis in tertianis quaternis ue præcipue. Itẽ cholericis dyſentericis: &
in ſolutione ſtomachi. Tertium genus oreon uocatur in montibus naſcens: arundini
teneræ ſimile: uno caule: denſis geniculis. & in ſe fractis. Foliis autem picæ: radicis ſu
peruacuæ inefficatius q̃ ſuperiora: peculiare iſchiadicis. Quartum genus ſilueſtre ap/
pellatur pene ardoris frutice radice lignoſa ſtipe cedri rubicundo. Ramis ſpati binum
palmorum nigris geniculorum ternis quaterniſq; atticulis. Huic quoq; ſpiſſandi natu
ra. Sapor mali cotonei. Decoquitur in aqua ad tertias: aut aridi farina inſpergit̃: & oris
ulceribus: & attritis partibus. Propter gingiuarum uero uitia ipſa cõmanducantur.
Nomas ſiſtit: omniaq; quæ ſerpunt aut difficilem cicatricem habent. Priuatim uero ſa
nat a niue facta ulcera. Herbarii & ad anginas utuntur illa. Et in capitis dolore coronã
ex ea imponunt. Et contra epiphoras collo circundant. In tertianis quidẽ ſiniſtra ma/
nu euulſam adalligãt: adeo contra profluuia ſanguinis. Nec ullam magis aridam quã
polygonum ſeruant. pancration aliqui ſcyllam puſillam appellare malunt: foliis albi li
lii longioribus craſſioribuſq;. Radice bulbi magni colore ruffo. Aluum ſoluit ſucco cũ
farina erui ſumpto. Vlcera purgat. Hydropicis ſpleniciſq; cum melle datur. Alii deco

quunt eam donec aqua dulcis fiat. Eaq; effuſa radicem terentes digerunt ĩ paſtillos ſo
le ſiccatos:& poſtea utuntur ad capitis ulcera:& cætera quæ repurganda ſunt. Item ad
tuſſim quantum tribus digytis apprehẽderint:ĩ uino dantes. Et ad lateris dolores aut
peripneumonicis eligma dantes. Propter iſchiada in uino bibendum. Et propter tormi
na menſeſq; ciendos. Peplos: quam aliqui ſychen: alii meconiõ aphrodes uocãt ex una
radice tenui frutificat: foliis rutæ paulo latioribus ſemine ſub foliis rotundo: minus cã
dido quã papaueris. Inter uites fere colligitur meſſibus. Siccaturq; cum fructu ſuo ſub
iectis aquis: in quas excidant. Hoc poto aluus ſoluitur. Bilis ac pituita detrahitur. Me
dia potio eſt acetabuli menſura in aqua mulſæ heminis tribus & cibis inſpergitur ob
ſoniiſq; ad molliendam aluum. Peryclimenos fruticat m pſa ex interuallo duo folia ha
bens ſubcandida mollia. In cacumine autem ſemen inter folia durum:& quod diffici
le uelatur. Naſcitur in aruis ac ſepibus conuoluens ſe amminiculis quibuſcũq;. Semen
eius in umbra ſiccatum tunditur:& in paſtillos digeritur. Ii reſoluti dantur ĩ uini albi
cyathis tribus tricenis diebus ad lyenem. cunq; urina cruenta aut per aluum abſumit
quod intelligitur a decimo ſtatim die. Vrinam cient & folia decocta. Aquæ & ortopnoi
cis proſunt. Partum quoq; adiuuant: ſecundaſq; pellunt pota ſimili modo. Pelecinum
in ſegetibus diximus naſci fruticoſam: cauliculis: ſoliis ciceris. Semen in ſiliquis fert cor
niculorum modo adiuncis ternis quaternis ue: quale git nouimus amarum ſtomacho
utilem. Additur in antidotis. Polygala palmi altitudinẽ petit: in caule ſummo foliis lẽ
ticulæ: guſtu aſtricto: quæ pota lacti abundantiam facit. Pontirris aut ut alii uocant
paroenion uel neuras large fruticat: ſpinis retorrida: lanugine ſpiſſa: foliis paruis: rotũ
dis: ramulis: longis: mollibus: lentis: tenuibus: fiore: longo: hærbacei coloris: ſeminis nul
li uſus: ſed guſtu acuto & odorato. Inuenitur in aquoſis collibus. Radices habet duas
aut tres binum cubitorũ in altitudine neruoſa candidas firmas. Circunfoditur autum
no & præciſo frutice. Dat ſuccum gummi ſimilẽ. Radix mira uulneribus ſanandis tra
ditur: præcipueq; neruis uel præciſis illita. Decoctum quoq; eius cũ melle potum diſ
ſolutiones neruorum & infirmitates & inciſuras iuuat. Phalangites a quibuſdã phalan
gion uocatur: ab aliis leucathemõ: uel ut in quibuſdã exemplaribus ĩuenio leucacatha
Ramuli ſunt ei nunq̃ pauciores duobus in diuerſa tendentes. Flos candidus lilio ru
bro ſimilis: ſemine nigro: lato ad lenticulæ dimidiæ figurã multo tenuiore: radice hær
bacei coloris. Huius folio uel flore uel ſemine auxiliatur contra ſcorpionum phalangio
rumq; & ſerpentium ictus. Item contra tormina. Plytema qualis ſit deſcribere ſuperua
cum habeo: cum ſit uſus eius tantum ad amatoria. Phylon a græcis uocatur hærba in
ſaxoſis montibus fœmina magis hærbacei coloris caule tenui: radice parua: ſemine ro
tundo: papaueri ſimili. Hæc ſui ſexus facit partus. Mares autem ſemine tantum diffe
runt: quod eſt incipiente oliua. Vtrumq; bibitur in uino. Phellandrion naſcitur in pa
luſtribus: folio apii. Bibitur ſemen eius propter calculos & ueſicæ in cõmoda. Phaleris
thyrſum habet longum tenuem ceu calamum in ſummo fiore inclinatum. Semẽ ſimi
le ſeſamæ. Et hoc calculos frangit potum ex uino uel aceto uel cum melle & lacte. Itẽ
etiam uitia ueſicæ ſanat. Polyrrhizon folia habet myrti: radices multa. Hæc tuſæ dan
tur in uino contra ſerpentes. Proſunt & quadrupedibus. Proſerpinacha hærba uulga
ris eſt eximii aduerſus ſcorpiones remedii. Eadem contrita addita muria & oleo anginã
eximie curari tradunt. Præterea in quantalibet laſſitudine recriari defeſſos: etiam cum
obmutuerint: ſi ſubiicitur linguæ. Si deuoretur: uomitionem ſequi ſalutarem. Rhe
coma affertur ex iis quæ ſupra potum ſunt regionibus. Radix coſto nigro ſimilis mi
nor & ruffior paulo ſiue odore: calfaciens guſtu & aſtringens. Eadem trita uini colorẽ
reddit ad crocum inclinantem. Illita collectiones inflammationeſque ſedat. Vulnera
ſanat. Epiphoras oculorum ſedat ex paſſo illita. Inſignita cum melle. Et alia
liuentia ex aceto. Farina eius inſpergitur contra cacoethe & ſanguinem reiicientes

drachmæ pondere in aqua. Dyſentericis etiam & cœliacis ſi febri careant in uino. Sin aliter ex aqua. Facilius teritur nocte antecedente madefacta. Datur & decoctum eius bibendum duplici menſura ad rupta conuulſa contuſis ex ſublimi deuolutis. Si pectoris ſint dolores additur pipis aliquid & myrrhæ. Si diſſolutio ſtõachi ex frigida aqua dimitur: ſiue intus: ſiue extra purulentis excreationibus. Itẽ epaticis: ſpleneticis: iſchiadicis ad renum uitia: ſuſpiria ortopneas. Arteriæ ſcabricias ſanat expaſſo tribus obolis potis trita: aut decoctum eius. Lichenas quoq; ex aceto impoſita purgat. Bibitur cõtra inflationes: & perfricatiões: febres frigidas: ſingultus tormina: aſperitates: capitis grauitates: mellancholicas uertigines: laſſitudinem: dolores: & conuulſione. Circa Ariminũ nota eſt hærba: quam reſedã uocant. Diſcutit collectiones inflãmationeſq; omnes. Qui curant ea: addũt hæc uerba. Reſeda morbos reſeda: ſciſne ſciſne quis pullos egerit: radices: nec caput nec pedes habeant. Hæc ter dicunt: totienſq; deſpuũt. Stoechas ĩ inſulis tantum eiuſdem nominis gignitur odorata hærba: coma hyſopi: amara guſtu. Mẽſes cit potu: pectoris dolores leuat. Antidotis quoq; miſcetur.

¶ De ſolano: & ſmirno: & thelephio: & trichomane: & thalietro: & tlaſpe: & tragonia: & tragoni: & trago: & tragologo: & ſpodile. Et qđ quidã morbi quibuſdã nõ ſunt gẽtibus

¶ Capitulum. XIII.

Solanũ græci ſtrichnon uocant: ut tradit Cornelius Celſus. Huic uis reprimẽdi refrigerandiq; ſmyrmiõ caulem habet apii: folia latiora: & maxime circa ſtolones multos: quorum aſinu exiliunt pinguia ad terram infracta, odore medicato cum quadam acrimonia iucundo colore in: luteum langueſcente: a capitibus caulium orbiculato ut apii ſemine rotundo: nigro: q areſcit incipiente æſtate: radix quoq; odorata guſtu acri mordet: ſuccoſa: mollis. Cortex eius foris niger: intus pallidus. Opor myrrhæ habet qualitatem: unde & nomen. Naſcitur: & in ſaxoſis collibus in terrenis. Vſus eius excalfacere: extenuare: Vrinam & menſes ciunt folia & radix. Aluum ſemen ſiſtit. Radix collectiones & ſuppurationeſq; non ueteres. Item duricias diſcutit illita. Prodeſt & contra phalangia ac ſerpentes admixto chancri aut polline: aut melyſſophyllo in uino pota: ſed particulatim: quoniam uniuerſa uomitione mouet. Qua de cauſa aliquando cum ruta datur. Medetur tuſſi & ortopnoeæ ſemẽ uel radix. Item thoracis aut lyenis & renum: & ueſicæ uitiis. Radix autem ruptis conuulſis. Partus quoq; adiuuat: & ſecundas pellit. Datur hiſchiadicis cum cretaneo in uino ſudores ciet & ructus. Ideo inflationem ſtomachi diſcutit: Vulnera ad cicatricem perducit. Exprimitur ſuccus radicis utilis & fœminis: & thoracis: præcordiorumq; deſideriis. Calfacit enim: & cõcoquit & purgat. Semen peculiariter hydropicis datur potum: quibus & ſuccus illinitur: & malagmate cortice arido. Et ad obſonia utuntur cum mulſo & oleo & garo maxime in elixis carnibus ſimul. Concoctiones facit. Sapore ſimilima piperi. Eadem in dolore ſtomacho efficax. Telephion proculacæ ſimilis & caule & foliis. Rami a radice ſerpenti: octõiq; frutificãt: foliis: craſſis carnoſis. Naſcitur is cultis & maxime inter uites. Illinitur lentigini: & cum inaruit: territur. Illinitur & uitiligini: ternis fere menſibus ſenis horis noctis aut diei: poſtea farina hordeacea illinitur. Medetur: & uulneribus & fiſtulis. Trichomanes adianto ſimilis eſt: exilius modo: nigriuſque foliis lenticulæ denſis: maris aduerſis inter ſe. Decoctum eius ſtrangurias ſanat in uino albo potu addito cymino ruſtico. Succus cohibet capillos deffluentes. aut ſi effluxerint Alopeciaſque denſat tritum & in oleo illitum. Sternutamenta quoque guſtu mouet. Thalietrum folia coriandri habet pinguiora paulo: caulem purpureis. Naſcitur ubique: præcipuæ ĩ campeſtribus. Medentur ulceribus folia cum melle. Thlapſe duũ generum eſt anguſtis foliis dygitali longitudiẽ & latitudine in terram uerſis: ĩ cacumine diuiſis: cauliculo ſemipedali: nõ ſine ramis peltarũ ſpetie ſemine incluſo lẽticulæ effigie: niſi q ĩfringitur: unde nomẽ. Flos albicat. Naſcit̃ in ſemitis & ſepibus. Semẽ aſpi

guſtu. Bilem & pituitam utrumq; extrahit. Modus ſumẽdi acetabuli mẽſura. Prodeſt
& iſchiadicis infuſum: & donec ſanguinem trahat. Menſes quoq; cit: ſed partus necat.
Alterum thlapſen aliqui perſinocapa uocant latis foliis: radicibus magnis. Et ipſũ utile
iſchiadicorum infuſioni. Prodeſt & inguinibus utrumq;. Præcipitur ut qui colligit:
dicat ſumere ſe contra inguina: & contra omnes collectiones: & cõtra uulnera: unaq;
manu tollat. Tragonia herba qualis ſit non traditur. Credo & falſum eſſe promiſſum.
Democriti. Portentoſum enim eſt adalligatam triduo abſumere lyenes. Tragonis: ſiue
tragion naſcitur in creta tantum inſula ĩ maritimis: iunipero ſimilis & ſemine & folio
& ramis. Succus eius lacteus in gummi ſpiſſatus uel ſemen impoſitione ſpicula e cor
pore eiicit. Tunditur recens: & cum uino illinitur aut ſicca farina cum melle. Eadem
lactis abundantiam facit: mammiſq; unice medetur. Eſt & alia herba tragos quam alii
qui ſcorpion uocant: ſemipepede alta fruticoſa: foliis puſillis: racemis rubentibus grão
tritici acuto acumine: & ipſa in maritimis naſcens. Huius ramorũ. x. aut. xii. cacumia
trita ex uino pota cæliacis: dyſentericis: ſanguinẽ excreantibus menſiumq; abundãtiæ
auxiliantur. Eſt & tragologon: quẽ alii comen uocant. Caulem habet paruum: foliis
croci: radice longa: dulci: ſuper caulem calice lato: nigro. Naſcitur in aſperis ſine uſu.
Et de herbis quidẽ memoria digna hactenus accipimus: aut comperimus. In fine ca
admonere nõ ab re iudicamus: aliis alias uirum ætates eſſe. Longiſſimo tempore durat
elaterium: ut diximus. Chameleon nigre. xl. annis. Centaurium non ultra duodecim
Peucedanũ & ariſtolochia ac uitis ſilueſtris anno in umbra ſeruantur. Et animalium
quidem cæterorum nullum aliud radices a nobis dictas attingit: excepta ſpõdile: quæ
omnes perſequitur. Genus id ſerpentis eſt. Ne illud quidẽ dubitatur: omniũ radicum
uim effectuſq; minui: ſi fructus prius matureſcant. Item ſeminum ante radice ꝑpter
ſuccum inciſa. Reſoluit autem omnium uis conſuetudine. Et deſinut prodeſſe cum
opus eſt: que quottidie in uſu fuere: æque q̃ nocere. Omnes uero herbæ uehemẽtiores
effectu uiribuſq; ſunt in frigidis locis & in aquilonis. Item ſiccis. Sunt & gentiũ differẽ
tiæ non mediocres. Sicut accepimus de tineis lombriciſq; ineſſe ægypti arabiæ ſyriæ ci
liciæ populis. E diuerſo greciæ phrygiæ omnino nõ naſci. Minus id mirum quam ꝙ
in confinio atticæ boetiæq; thebanis innaſcuntur: cum abſint athenienſibus. Que cõ
templatio aufert nos ad ipſorum animalium naturas. Ingenitaſq; iis uel certiores mor
borum omnium medicinas rurſus. Enim uero uerum omniũ parens nullum animal
ad hoc tantum ut paſceretur: aut alia ſatiaret: naſci uoluit. Quin artes ſalutares inſer
uit & ui ceribus. Quippe cum ſurdis etiam rebus inſeruerit. Tum uero illa animæ au
xilia preſtantiſſima ex anima alia eſſe uoluit contemplatione ante cuncta mirabili.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER VIGESIMVS OCTAVS.

PROHEMIVM.

De Medicinis ex animalibus. Ca. I.

DICTEA erant omnium rerum naturæ inter cælum ac ter
ram naſcentium: reſtabantq; quæ ex ipſa tellure fodiunt:
ſi non herbarum ac fruticum tractata remedia auferrent
tranſuerſos ex ipſis animalibus quæ ſanantur reperta ma
iore medicina. Qui ergo diximus herbas & florum imagi
nes: ac pleraq; inuentu rara ac difficilia: iidem tacebimus:
qd in ipſo homine proſit homini? cæteraq; genera remedio
rum inter nos uiuentia? cũ præſertim niſi carẽti doloribus

morbiſque:uita ipſa pœna fiat. Minime uero. Q uin omnem inſumemus operam
licet faſtidii periculum urgeat quando ita decretum eſt minorem gratiæ q̃ utilitatum
uictæ reſpectum habere. Quinimo externa quoq; & barbaros etiam ritus īdagabimus.
Fides tantum auctores appellet. Quanq̃ & ipſi cōſenſu proprii iudicii ita eligere labo-
rauimus: potiuſq; curæ rez:quā copiæ inſtitimus. Illud admoniſſe ꝓquam neceſſariū
eſt: dictas iam a nobis naturas animalium:& quæ cuiuſq; eſſent inuenta. Neq;.n. mi-
nus profuere medicinas reperiendo:quā proſunt præbendo. Nūc quæ ī ipſis auxilien-
tur indicari:neq; illic in totum omiſſa. Itaq; hæc eſſe quædam alia:illis tamen cōnexa.
Incipiemus aūt ab homine: ipſum ſibi exquirētes:īmenſa ſtatim difficultate obuia. Sā-
guinem nanq; gladiatoꝝ bibunt:ut bibentibus populis procul ſint comitiales morbi.
Quod ſpectare facientes eadē harena feras quoq; horror eſt. At hercule illi ex homine
ipſo ſorberie efficaciſſimum putāt calidum:ſpirātemq;:& una ipſam animam ex oſcu-
lo uulneꝝ cum plagis hoc. Oīum ferarum quidē animo feriore fas ſit dixiſſe humāo.
Alii medullas cruꝝ quærunt & crebꝝ īfantium. Nec pauci apud græcos ſingulorum
uiſceꝝ membrorumq; etiā ſapores dixere. Omnia perſecuri uſq; ad reſegmina unguiū
Quali uero ſanitas uideri poſſit feram ex homine fieri. Quin morbo dignum non ipſa
medicinæ gratia. Egregia hercle fruſtatione ſi non proſit. Aſpici humana exta nefas ha-
betur:quātomagis mandi? Q uis iſta inuenit oſtēta? Tecum.n.res erit euerſor iuris hu
mani:monſtrorumq; artifex:qui primus ea condidiſti. Feciſti credo ne uita tui obliui-
ſcerent. Quis inuenit ſingula mēbra humana mandere. Qua coniectura īductus. Q uā
poteſt medicina iſta originem habuiſſe. Q uis ueneficia innocētiora effecit q̃ remedia.
Eſto barbari externiq; ritus īuenerint. Etiam ue græci ſuas fecere has artes. Democriti
extant cōmentationes ad alia noxii hominis & ex capite oſſa plus prodeſſe: ad alia ami-
ci:& hoſpitis. Iā uero ui interempti dente gingiuas in dolore ſcarificari Apollonius effi-
caciſſimum ſcripſit. Miletus oculorum ſuffuſiones felle hominis ſanari. Artemon cal-
uaria interfecti:igneq; cremati propiauit aquam in fonte noctu comitialibus morbis.
Ex eadem ſuſpendio interempti catapotia fecit cōtra canis rabidi morſus Antheus. At-
que ēt quadrupedes homines ſanauere: cōtra inflationes boum perforatis cornibus in-
ferentes oſſa humana. Vbi homo occiſus eſſet aut crematus ſiliginē quæ pernoctaſſet:
ſuum morbis dedo. Procul a nobis noſtriſq; litteris abſint iſta. Nos auxilia dicemus nō
piacula. Sicubi lactis purpureum uſus mederi poterit:ſicubi ſaliua tactus ue corporis
cæteraq; ſimilia. Vitam quidem non adeo extendendam cenſemus:ut quoquomodo ꝓ-
trahēda ſit. Q uiſquis es talis æq̃ moriere ēt cū obſcēus uixeris:aut nefādus. Q ua ꝑꝑ
hoc primū quiſq; ī remediis animi ſui habeat:ex oībus bōis quæ homini tribuit natu-
ra:nullū melius eē tēpeſtiua morte. In eaq; id optimū qđ illam ſibi qſq; ꝑſtare poterit.

¶An ſiti medendo aliqua uis uerborum & ſanari & depelli. Ca. II.

EX homiue remediorum primum maximæ quæſtionis:& ſemper incertæ eſt:
ualent ne aliquid uerba incantamenta carminum. Q uod ſi uerum eſt homi-
ni acceptum fieri oportere conueniet:ſed uiritim ſapientiſſimi cuiuſq; reſpu-
it fides. In uniuerſum uero omnibus horis hominis credit uita:nec ſentit. Q uippe ui-
ctimas cædi ſine præcatione non uidetur referre:nec deos rite conſuli. Præterea alia ſūt
uerba impetrantis:alia depulſoris:alia cōmentationis. Vidimuſq; certis præcationibus
obſecraſſe ſummos magiſtratus. Et ne quid uerborum prætereatur aut præpoſterum
dicatur:de ſcripto præire aliquem. Rufuſq; alium cuſtodem dari qui attendat: alium
uero præponi qui faueri linguis iubeat. Tibicinem canere:ne quid aliud exaudiatur.
Vtraq; mēoria inſigni:quotiens ipſæ diræ obſtrepētes nocuerint: quotens ue precatio
errauerit. Si repēte extis adimi capita uel corda:aut gemiari uictima ſtāte acciderit. Du-
ratq; immēſo exēplo Decioꝝ patris filiiq; quo ſe deuorare carmē. Extat Tutiæ ueſtalis
inceſtæ præcatio: q̃ uſa aquātulit in cribro:anno urbis Rōæ.dc.nono Boario uero in

foro græcum græcamq; defoſſos aut aliarum gentium: cum quibus tum res eſſe:eti-
am noſtra ætas uidit. Cuius ſacri precationem qua ſolet præire quindecen uirum col
legii magiſter: ſi quis legat: profecto uim carminuum fateatur. Ea omnia approbātibus
octingentis.xxx.annorum euentibus. Veſtales noſtras hodie credimus nondum egreſ
ſa urbe mancipia fugitiua retinere in loco precationis. Quod ſi ſemel recipiatᷣ ea ratio:
& deos preces aliquas exaudire: aut ulli moueri uerbis: cõfitẽdum ſit de tota coniectati
one. Priſci quidem noſtri perpetuo talia prodidere. Difficillimumq; ex iis etiã fulmina
elici ut ſuo loco docuimus. L. Piſo primo animalium auctor eſt Tullum Hoſtiliũ regẽ
ex Numæ libris eodem quo illum ſacrificio Iouem cælo deuocare conatum: quoniam
parum rite quædã feciſſet fulmine ictum. Multi uero magnarũ rerum fata & oſtenta
uerbis permutari. Cum enim in tarpeſo fodientes delubro fundamenta caput huma-
num ĩueniſſent: miſſis ob id a ſe legatis ethruriæ celeberrimus uates Olenus Galenus
præclarum id fortunatũq; cerneus: interrogatione in ſuam gentem tranſferre: ſcipione
prius determinata tẽpli ĩ magine ĩ ſolo ãte ſe. Hoc ergo dicitis romani hic templũ Iouis
optimi maxime futurum eſt? Hic caput iuuenimus. Conſtantiſſima animaliũ affirma
tione tranſitum fuiſſe fatum in ethruriam: ni præmoniti a filio uatis legati romani re
ſpõdiſſent: nõ plane hic: ſed romæ inuentuʒ caput dicimus. Iterũ id accidiſſe tradunt
cum in faſtigium eiuſdem delubri præparatæ quadrigæ fictiles in fornace creuiſſent
Et iterũ ſimili modo retentum augurium. Hæc ſatis ſint exemplis: ut appareat oſtento
rum uires & in noſtra poteſtate eſſe: ac prout quæq; accepta ſunt ita ualere. In auguri
um certe diſciplina conſtat: neq; diras aues: neq; ulla auſpicia: pertinere adeo: ꝗ quãq;
rem ingredientes obſeruare ſe ea negauerint. Quo munere diuinæ ĩdulgentiæ maius
nullũ eſt. Quin etiam & legum ipſarum in.xii.tabulis uerba ſunt: qui fruges excantaſ
ſet. Et alibi. Quin malum carmen incantaſſet. Verrius Flaccus auctores ponit: quibus
credat: in oppugnationibus ante omnia ſolitũ a romanis ſacerdotibus euocari deum
cuius in tutela id oppidum eſſet: promittiq; illi eundẽ aut ampliorem locum apud ro-
manos cultum ue. Durat in pontificũ diſciplina id ſacrum. Conſtatq; ideo occultatũ
in cuius dei tutela roma eſſet: ne qui hoſtium ſimili modo agerent. Defigi quidem di-
ris deprecationibus nemo non metuit. Huc pertinet: ut ouorum quæ exorbuerit quiſ-
que calices cochlearumq; protinus frangi: aut eaſdẽ cochlearibus perforari. Hinc Theo
criti apud græcos: Catulli apud nos: proximeq; Virgilii incantamentorum amatoria
imitatio. Figulinarum opera multi rumpi credunt tali modo: Non pauci etiam ſerpen
tes ipſos recantari. Et hunc unum eſſe ipſis inaellectum: contrahiq; marſorum cantu
etiam in nocturna quiete. Etiam parietes incendiorum deprecationibus cõſcribuntur
Neq; eſt facile dictu: & externa uerba atq; inefficabilia derogant fidem. Vadius etiam la
tina inopinata: & quæ ridicula uideri cogit animus ſemp aliquid immenſũ expectans
ac dignum deo mouendo: immo uero quod numini imperet. Dixit Homerus ꝓfluuiũ
ſanguinis uulnerato fœmine Vlyxem ĩhibuiſſe carmine. Theophraſtrus iſchiadicos sa-
nari. Cato ꝓdidit luxatis membris carnem auxiliari. M. Varro podagris. Cæſarẽ dicta-
torem poſt unum ancipiten uehiculi caſum ferunt ſemper ut primum cõſediſſet (id
quod pleroſq; nunc facere ſcimus) carmine ter repetitio ſecuritatẽ itinerum aucupari
ſolitum. Licet hanc in partem ſingulorum quoq; conſcientiã coarguere. Cur enim pri
mum anni incipientis diem lætis precationibus inuicẽ fauſtum ominamus? Cur pub
licis luſtris etiam nomina uictimas ducentiũ proſpere legimur? Cur & faſcinationibus
adoratione peculiari occurimus. Alii græcã Nemiſi ĩuocantes: cuius ob id romæ ſimu
lachrũ ĩ capitolio: eſt: quanuis latinũ nomen non ſit. Cur ad mentionẽ defunctoꝝ te
ſtamur memoriã eoꝝ a nobis nõ ſollicitari: Cur ĩpares numeros ad cĩa uehemẽtiores
credimus: idq; in febribus dierũ obſeruatiõe intelligiť. Cur ad primitias pomoꝝ hæc
uetera eẽ dicimus: alia noua optamus: Cur ſternutamẽtis ſalutamꝰ: Quod ẽt Tyberiũ

Cæſarem triſtiſſimum (ut conſtat) hominum in uehiculo exegiſſe tradunt. Et aliqui
nomine quoq; conſalutare rligioſius putant. Quin & abſentes tinnitu aurium præ-
ſentire ſermones de ſe receptum eſt. Attalus affirmat ſcorpiõe uiſo ſi quis dicat duo: co
hiberi nec uibrare ictus. Et quoniam ſcorpio admonuit in africa nemo deſtinat: aliqd
niſi præfactus Africam. In cæteris uero gẽtibus deos ante obteſtat̃ ut uelint. Náſi mẽs
aſſit: nullum ponere tranſlaticium uidebimur: quoniam multas etiam pollere religio-
nes manifeſtũ eſt. Alius ſaliua poſt aurẽ dygito relata: ſollicitudinẽ animi ꝓpitiat. Polli
ces cum faueamus: præmere etiam prouerbio iubemur. In adorando dextram ad olcu
lum referimus: totumq; corpus circũagimus. Quod i leuum feciſſe galliæ religioſius
credunt. Fulgetras adorare cõſenſus gentiũ eſt. Incendio inter epulas nominato aquã
ſub menſa profundi. Abominamur recedente aliquo ab epulis: ſimul uerri ſolũ. Aut
bibente conuiua menſam uel repoſitorium tolli inauſpicatiſſimum iudicatur. Serui
Sulpitii principis uiri cõmentatio eſt: quá ob rem menſa linquenda non ſit. Nondum
enim plures quam conuiuæ numerabantur. Nam ſternutamento reuocari ferculum
menſam ue: ſi non poſtea guſtetur aliquid: inter dira habetur. Omnino autẽ eſſe hæc
inſtituere illi: qui omnibus negotiis horiſq; intereſſe credebant deos. Et ideo placatos ẽt
uitiis noſtris reliquerunt. Quin & repente conticeſcere conuiuium adnotatũ eſt: non
niſi in pari præſentium numero: qa in re fame labor eſt: ad quẽcunq; eoꝝ ptinens. Ci-
bus ẽt e manu prolapſus reddebatur. Atq; per menſas uetebãtur mundiciarum cauſa
deflare. Et ſunt condita auguria quid loquenti cogitãti ue id acciderit: inter execratiſ
ſima. Si pontifici accidat ditis cauſa epulanti: in menſa utiq; id reponi adoleriq; ad larẽ
piatio eſt. Medicamenta prius q̃ adhibeantur in menſa forte depoſita negantur ꝓdeſſe
Vngues reſecari nundinis Romanis tacẽti atq; a dygito indice: multorum peccuniæ
religioſum eſt. Capillum uero cõtrectari contra defluuia ac dolores capitis. xvii. luna
atq; xxix. Pagana lege in pleriq; Italiæ prædiis cauetur ne mulieres ꝑ itinera ambulan
tes torqueant fuſos: aut omnino detectos ferant: quoniam aduerſetur id oium ſpei: præ
cipue frugum. M. Seruilius Nouianus princeps ciuitatis non pridẽ in metu lippitudi
nis prius q̃ eam ipſam nominaret alius ue ei prædicfret: duabus litteris græcis &
chartã ſcriptam circunligatã lino ſubnectebãr collo. Mutianus ter conſul eadem obſer
uatione uiuentẽ muſcam in linteolo albo. his remediis carere ipſos luppitudine predi-
cantes. Carmina quædã extant contra grandies. Contraq; morboꝝ genera. Cõtra am
buſta. Quedã ẽt in ptus. Sed in ꝓdendo obſtat ingẽs uerecũdia i tãta animoꝝ uarieta
te. Quapropter de his ut libitum cuiq; fuerit opinetur

¶ Remedia ex homine contra magos. Ca. III.

Hominũ monſtrificas naturas & ueneficos aſpectus plenius diximus in poten
tis gẽtiũ: & multas animaliũ proprietates: quæ repeti ſupuacuũ eſt. Quorun
dam hoĩum tota corpora proſunt: ut ex iis familiis quæ ſunt terrori ſerpenti-
bus: tactu ipſo leuant pcuſſos ſuctu ue medico. Quoꝝ & genere ſunt pſylii marſiq;:
& qui oblõgẽs uocant̃ inſula cypro. Ex aqua familia legatus. Hexagon noĩe a conſuli-
bus Romæ in dolium ſerpentiũ cõiectus expimenti cauſa circũmulcentibus linguis
miraculũ præbuit. Signũ eius familiæ ẽ mõ adhuc durat uernis tẽpibus odoris uirus.
Atq; eoꝝ ſudor quoq; medebat̃: nõ mõ ſaliua. Nã i inſulã nili tẽtyrii naſcẽtes tãto ſũt
crocodilis terrori: ut uocẽ quoq; eoꝝ fugiãt. Hoꝝ oĩum geneꝝ i ſua repugnãtia iteruẽ
tũ quoq; mederi cõſtat. Siccuti aggauari uulnera introitu eoꝝ q unq̃ fuerit ſerpentiũ
cãis ue dẽte læſi. Idẽ gallinaꝝ ĩcubitus: pecoꝝ fœtus abortu uitiãt. Tãtũ remãet uirus
excepto ſemel malo: ut ueneficio fiãt uenena. Paſſim remedio ẽ ablui prius manus eoꝝ
aquaq; illa eos qbus medearis inſpergi. Rurſus a ſcorpione aliquãdo pcuſſi nunq̃ põea
a crabronibus: ueſpis: apibus ue feriunt̃. Minus miret̃ hoc qui ſciat: ueſtẽ a tineis non
attingi: quæ fuerit in funere. Serpentes ægre præterq̃ leua manu extrahi.

De quibuſdam ſortilegis & ſaliua hominis. Ca. IIII.

PYthagoræ iuentis nõ temere fallere: impoſitiuorum nominum imparem uo
caliũ numerum claudirates: oculorum ue orbitaté: ac ſimilis caſus dextris aſi
gnare partibus: parem leuis. Ferunt difficiles partus: ſtatim ſolui cum quis te
ctũ in quo ſit grauida tráſmiſerit lapide uel miſſili ex iis quæ tria animalia ſingulis icti
bus interfecerim: hominé: aprum: urſam. Probabilius id facit haſta uelitaris: euulſa a
corpore hominis: ſi terrá non attigerit. Eoſdé enim illata effectus habet: Sic & ſagittas
corpore eductas ſi terrá nõ attingerint ſubiectas cubantibus amatoriũ eé. Orpheus &
archelaus ſcribunt. Quin & comitialé mordum ſanari cibo e carne feræ occiſæ eodem
ferro quo homo interfectus ſit. Quorundá partes medicæ ſũt ſicuti diximus de Pyrrhi
regis police. Et elide ſolebat oſtendi Pelopis haſta: quá eburneam affirmabatur. Neuos
in facie tondere religioſum habent etiá nunc multi. Omnium uero ĩ primis ieiunam
ſaliuam cõtra ſerpentes præſidio eſſe docuimus. Sed & alios efficaces eius uſus recogno
ſcat uita. Ita deſpuimus comitiales morbos: hoc eſt contagia regerimus. Simili modo &
faſcinationes repercutimus ſiniſtræ dextræq; claudiratis ocurſu. Veniam quoq; a deis
ſpei alicuius audatioris petimus in ſinum ſpuendo. Eetiam eadem ratione terna deſpu
ere deprecatione in omni medicina mos eſt: atq; effectus adiuuare. Incipientes furun
culos ter præſignare ieiuna ſaliua. Nunc mirũ dicen us: ſed experimento facile. Si qué
pœniteat ictus eminus cominus ue illati: & ſtatim expuat megiam ĩ manum qua per
cuſſit: leuatur illico percuſſus a pœna. Hoc ſæpe delumbata quadrupede approbatur:
ſtatim a tali remedio correcto animalis ingreſſu. Quidam uero aggrauant ictus ante
conatum ſimili modo ſaliua in manu ingeſta. Credamus ergo & lichenas lepraſq; ieiu
no illitu aſſiduo arceri. Item lippitudines matutina uelut quottidie inunctione. Carci
nomata malo terræ ſubacto. Ceruicis dolorem ſaliua ieiuni dextra manu ad dextrum
poplitem relata: leua ad ſiniſtrum. Si quod animal auré intrauerir: & inſpuatur exire.
Inter amuleta eſt editæ quéq; urinæ expuere. Similirer in calciamentũ dextri pedis an
teq̃ induatur. Item cũ quis tranſeat locum in quo aliquod periculũ adierit. Martion
Smyrneus q de ſimplicibus effectibus ſcripſit rumpi ſcolopendras marinas ſputo tra
dit. Item rubetas aliaſq; ranas. Ophilius ſerpentes ſi quis in hiatu earum expuat. Salpæ
torporem ſedari quocunque membro inſtupente ſi quis ſinum expuat. Aut ſi ſuper
ior palpebra ſaliua tangatur. Nos ſic hæc credamus rite fieri. Extranei in teruentu: aut
ſi dormiens expectetur infans a nutrice terna expui quanq̃ religione mutat & faſcias.
Imperatorum quoq; non ſolum infantium cuſtos qui deus ĩter ſacra romana a ueſta
libus colitur: & currus triumphantiũ. Sub his pendens defendit medicus inuidiæ: iu
betq; eoſdé recipere. Similis medicina linguæ ut ſit exorata a tergo fortuna gloriæ car
nifex. Morſus hominis inter aſperimos quoq; numeratur. Medentur ſordes ex auribus
Ac ne quis miretur etiam ſcorpionum ictibus ſerpentiumq; ſtatim impoſitæ. Melius e
percuſſi auribus proſunt. Ita & rediuiua ſanari ſerpentium uero ictum contuſi dentis
humani farina. Capillus puero qui primum deciſus eſt podagræ impetus dicitur leua
re circunligatus. Et intortum impubiũ impoſitus. Virorum quoq; capillus canis mor
ſibus medet ex aceto. Et capitum uulneribus ex oleo aut uino. Si credimus a reuulſo
cruci quartanis. Cõbuſtus æquæ capillus carcinomati. Pueri q primus ceciderit dens
ut terram non attingat incluſus in armillam & aſſidue in brachio habitus muliebriũ
locorum dolores prohibet. Pollex in pede præligatus proximo digyto tumores iguinũ
ſedat. In manu dextra duo medii lino leuiter colligati diſtillationes atq; lippitudines ar
cent. Quin & eiectus capillus calculoſo alligatus qui ſupra pubem leuare cæteros dici
tur: ac iocineris etiam dolores. Ac celeritatem partus facere. Addidit Granius efficacio
rem ad hoc eſſe ferro exemptum. Partus accelerat uicinos ex quo quæque cõceperit
ſi cinctu ſuo ſoluto fœminá cinxerit: dein ſoluerit: adiecta precatione ſe uinxiſſe eandé

& ſoluturum:atque abierit. Sanguine ipſius hominis exquacunq; parte emiſſo effica
ciſſime anginam illini tradunt Orpheus & Archelaus:Item ora comitiali morbo lapſo
rum exurgere enim protinuſ.Quidam ſi pollices pedum purgantur:exq; iis guttæ re
ferantur in faciem.Aut ſi uirgo dextro pollice attingat.Hanc coniectura cẽſentes uir
gines carnes edendas.Eſchines athenienſis excrementoꝝ cinere anginis medebaſ & tõ
ſillis:uuiſq;:& carcinomatis.Hoc medicamẽtum uocabãt botryon.Multa genera mor
borum:primo coitu ſoluunſ:primoſq; fœminaꝝ menſe.Aut ſi non id contingat:lon
ginqua fiunt:maxieq; comitiales.Quin & a ſerpente ac ſcorpione ꝑcuſſos coitu leuari
produnt.Veꝝ fœminas uenere ea lædi.Oculoꝝ uitia fieri negant:nec lippire eos qui
cum pedes lauãt aqua inde ter oculos tangant.Immatura morte raptoꝝ manu ſtrũas
parotidas guttura tactu ſanari affirmat.Quidã uero cuiuſq; defũcti dũtaxat ſui ſexus
leua mãu auerſa.Et e ligno fulgure icto reiectus poſt terga mãibus dẽorderi aliquid ad
dẽtẽ q doleat admoueri eẽ palpebraꝝ:remedio eẽ ꝓdunt.Sũt q præcipiãt dentẽ ſuffiri
bumine collyria fiunt: quaq; diſſoluta inunguntur per quatriduum. Seuum uituli cũ
anſeris adipe & ocimi ſucco genaꝝ uitiis aptiſſimum eſt. Eiuſdem medulla cum pari
pondere cæræ & olei uel roſacei addito ouo duritiæ genarum illinuntur. Caſeo molli
caprino impoſito ex aqua calida epiphoræ ſedantur. Si tumor ſit ex melle. Vtrunq; ue/
ro ſero calido fouendum. Sicca lippitudo lumbulis ſuum toſtis atq; contritis & impoſi
tis tollitur. Capras negant lippire quoniam eæ quaſdam herbas edant. Item dorcades.
Et ob id fimum earum cæra circundatum noua luna deuorari iubent. quoniam noc
tu æque quoq; cernant. Sanguine hirci ſanari luſcioſos putant nyctilopas appellant
græci. Capræ uero iocinere in uino auſtero decocto. Quidam inaſſati iocineris ſanie in
ungũt. Aut felle capræ: carneſq; eas ueſci: & dum coquantur oculos uaporari præcipi
unt: Id quoque referre arbitrantur: ſi rutili coloris fuerint. Volunt & oculos ſuffiri io
cinere in ollis decocto. Quidam inaſſato. Fel quidem caprinum pluribus modis aſſu/
munt cum melle contra caligines. Cum ueratri candidi tertia parte contra glaucoma/
ta. Cum uino contra cicatrices: & albugines: & caligines: & pterigia: & argemata. Ad
palpebras uero euulſo prius pilo cum ſucco oleris: ita ut unctio inareſcat. Contra rup
tas funiculas cum lacte mulieris. Ad omnia autem inueterata fel efficacius putant.
Nec abdicant fimum ex melle illitum epiphoris. Contraq; dolores medullam. Item pul
monem leporis. Sedat caliginem fel cum paſſo aut melle. Lupino quoq; adipe uel me
dulla ſuum fricari oculos contra lippitudines præcipiunt. Nam uulpinam lingam
habentes in armilla lippituros negant. Aurium dolori & uitiis medetur urina apri ĩ ui
tro ſeruata. Fel apri uel ſuis uel bubulum cũ oleo citreo & roſaceo æquis portionibus.
Præcipue uero taurinum cum porri ſucco tepidum: uel cum melle ſi ſuppurent. Con
traq; odorem grauem per ſe tepefactum in mali corio. In ea parte rupta cũ lacte mulie
rum efficaciter ſanat. Quidam etiam in grauitate aures ſic perludendas putant. Alii
cum ſenecta ſerpentium & aceto includunt lana ante aqua calida collutas. Et ſi ma/
ior ſit grauicas aurium fel cũ myrrha & ruta in mali corio excalfactum infundũt. Lar/
dum quoq; pingue. Item fimum aſini recens: cui roſaceum inſtillatur. Omniaq; ea te/
pefacta. Vtilior eq ſpuma: uel eq fimi recẽs cinis cũ roſaceo. Seuũ bubulũ cũ adipe an/
ſerio. Butyꝝ recẽs: uria capri uel tauri: aut fullonia uetus calſacta uapore ꝑ lagenæ col
lum ſubeunte. Admiſcent & aceti tertiam partẽ. Et aliq̃d urinæ uituli q̃ nundũ her
bã guſtauerit. Fimũ etiã mixto felle eiuſdem. Et cutẽ quã relinquunt angues: ex cal
factis prius auribus. Lana ãt medicamĩa ea ĩcludunt. Prodeſt & ſeuũ uituli cũ anſeris
adipe: & occimi ſucco cũ eiuſdẽ medulla admixto cumĩo trito ĩfuſa. Virus uernium

e ſcropha ex coitu exceptum priuſq̄ terram attingat cõtra dolores. Auribus fractis glu
tinum e naturis uitulorum factum & in aqua liquatum . Alii uitis adeps uulpium.
Item fel caprinum cum roſaceo tepido aut porri ſucco: aut ſi ſit rupta ibi aliqua e lacte
mulieris. Si grauitas ſit audiendi: fel bubulum cum urina capræ: uel hirci uel ſi pus ſit
In coquonque autem uſu putant hæc efficatiora in cornu caprino per dies. xx. infu
mata. Laudant & coagulum lepori tertia denarii parte dimidia quoque ſagapeni ĩ ami
neo uino. Parotidas urſinus adeps comprimit pari põdere cæræ & taurini ſeui. Addũt
quidam hippociſtidem: & per ſe butyrum illitum: ſi prius foueantur fœnoræci decocti
ſucco. Efficacius cum ſtrychno. Proſunt & uulpinum teſtes ; & taurinus ſanguis ari
dus tritus. Vrina capræ calefacta inſtillata auribus . Fimumq; eiuſdem cum axungia
illitum. Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis: doloreſq; eorum mitigat: ſiue
infricentur ſiue colluantur. Quidam efficaciorem ad omnes eoſdẽ uſus crudi cornus
farinam arbitrantur. Dentifricia utroq; modo fiunt. Magnum remedium eſt & in lu
porum capitis cinere. Certumq; eſt in excrementis eorum plerumq; inueniri ĩ oſſa. Hæc
adalligata eundem effectum habent. Item leporina coagula per aurem infuſa cõtra do
lores. Et capitis eorum cinis dentifricium eſt. Adiectoq; nardo mulcet grauiolẽtiã oris
Aliqui murinorum capitum cinerem miſcuiſſe malunt. Reperitur ĩ latere leporis acui
os ſimile: hoc ſcarificari dentes in dolore ſuadant . Talus bubulus accenſus eos qui la
bant cum dolore admotus confirmat. Eiuſdem cinis cum myrrha dentifriciũ ẽ. Oſſa
quoq; ex ungulis ſuum combuſta eundem uſum præbent. Item oſſa ex acetabulis p
narum circa quæ coxendices uertuntur. Iiſdem ſanari demiſſis in fauces iumentorum
uerminationes notum eſt. Sed & corruptos dentes confirmari. Aſinæ quoq; lacte pcu
ſu uexatos: aut dentium eiuſdem cinere. Lyene item equi cum oleo in ſuſo per aurem.
Eſt autem hoc non hippomanes: quod aliquin noxium omitto. Sed in equorum geni
bus ac ſuper uulgulas: præterea in corde equorum inuenitur os dẽtibus caninis maxi
me ſimile. Hoc ſcarificari dolorem. Aut exemplo dente emortui equi maxillis ad nume
rum eius qui doleant demonſtrant. E quarum uirus a ciotu in lychnis accenſũ. Ana
xilaus prodidit equinorum capitum uſus repræſentare monſtrifice. Similiter ex aſinis
Nam hippomanes tantas in ueneficio uires habet: ut affuſum æris mixturæ in effigiẽ
equæ olympiæ admotos mares equos ad rabiẽ coitus agat. Medet̃ dẽtibus & fabrile glu
tinum in aqua decoctũ illitumq; & mox paulo detractũ: ita ut confeſtim colluant̃ ui
no: in quo decocti ſunt cortices mali punici dulcis. Efficax habet̃ & caprino lacte col
lui dentes uel felle taurino. Taloꝝ capræ recentiũ cinis dẽtifricio placet. Et omniũ fere
uillaticarũ quadrupedũ: ue ſepius eadem dicantur: Cutẽ ĩ facie erugari & tenereſcere &
cãdorẽ cuſtodiri lacte aſinino putãt. Notũq; ẽ quaſdã quottidie. dcc. cuſtodito numero
fouere. Poppeaq; hoc uxor. Neronis principis inſtituit. Balneaꝝ quoq; ſic ſolio tẽperato
aſinorũ gregibus ob hoc eã cõitantibus. Impetus pituitæ in facie butyro illito tollunt̃
Efficacius cũ cæruſa. Sincero uero ea uitia que ſerpũt ĩſuper impoſita farina hordeacea
Vlcera in facie membrana e partu bouis mandida. Friuolum licet uideatur non tamẽ
omittendum propter deſideria mulierum. Talum candidi iuuenci. xl. diebus noctibuſ
que donec reſoluatur in liquorem decoctũ & illitum linteolo candorem cutiſq; eruga
tionẽ præſtare. Fimo taurino malis rubeſcere aiunt: nõ ut crocodialẽ illini mellius: ſed
foueri frigida & ante & poſtea iubent. Aeſtates & quæ diſcolorem faciunt cutem fimũ
uituli cum oleo & gummi manu ſubactum emendat. Vlcera oris & rimas ſeuum ui
tuli uel bouis cum adipe anſeris & ocimi ſucco . Eſt & alia mixtura ſeuo uituli cum
medulla cerui & albæ ſpinæ foliis una tritis. Idem præſtat & medulla cum reſina: uel ſi
uaccina ſit: iuſq; e carne uaccina. Lichenas oris præſtantiſſime uincit glutinum factũ
e genitalibus uituloꝝ liquatũ aceto cũ ſulphure uino ramo ficulneo ꝑmixtũ: ita ut bis
die recens illinat̃. Itẽ lepras ex melle & aceto decoctũ: quas & iecur hirci calidũ illitum

tollit: ſicut elephantiſim fel caprinum. Etiamnum lepras ac furfures tauri fel addito
nitro. Vrina aſini circa canis ortum maculas in facie. Fel utriuſq; per ſeſe aqua infrac-
tum: euitatiſq; ſolibus ac uentis poſt detractum cutem. Similis effectus: & in taurino
ſeuo uitulino ue felle cum ſemine cunile: ac cinere e cornu ceruino: ſi canicula exoriē-
te comburatur. Aſinino ſeuo cicatricibus ac licheni lepriſq; maxime color redditur.
Hirci fel leotigines tollit admixto caſeo & uiuo ſulphure ſpongiæq; cinere: ut mellis ſit
craſſitudo. Aliqui inueterato felle uti maluere: mixtis calidis furfuribus pondere oboli
unius quattuorq; mellis prius defricatis maculis. Efficax eiuſdem & ſeuum cum me-
lanthio & ſulphure: & iride. Labrorum ſiſſuris cum adipe anſrrino ac medulla ceruina
reſinaq; & calce. Inuenio apud auctores iis qui lentiginem habeant negari magicæ ſa-
crificiorum uſum. Lacte bubulo aut caprino tonſilæ & arteriæ exulceratæ leuantur.
Gargarizatur tepidum ut eſt expreſſum aut calefactum. Cyprinum utilius cum mal
ua decoctum & ſale exiguo. Linguæ exulcerationi & arteriarum prodeſt ius omaſi ſi
gargarizatur. Tonſillis autem priuatim renis uulpium aridi cum melle triti illitique.
Anguinæ fel taurinum uel caprinum cum melle. Iecur mellis ex aqua oris grauita-
tem. Vlceraq; butyrum citiſſime ſanat. Spinam aliud ue quid faucibus adhærens
feris extrinſecus fimo perfricatis: aut reddi: aut delabi tradunt. Strumas diſcutit fel
aprinum uel bubulum tepidum illitum. Nam coagulum leporis e uino in linteolo ex-
ulceratis dumtaxat imponitur. Diſcutit & ungulæ aſini uel equi cinis ex oleo aqua il
litus & urina calefacta. Et bouis ungulæ cinis ea aqua. Fimum quoq; feruens ex ace-
to decoctum: teſteſque uulpini. Prodeſt & ſapo: gallorum hoc inuentum: rutillandis
capillis ex ſeuo & cinere. Optimo fagio & caprino duobus modis ſpiſſus ac liquidus.
Vterque apud Germanos maiore in uſu uiris quam fœminis. Ceruicum dolores bu
tyro aut adipe urſino perfricâtur. Rigores bubulo ſeuo quod & ſtrumis prodeſt cum
oleo. Dolorem inflexibilem opiſtothon uocant: leuat urina capræ auribus infuſa: aut
fimum cum bulbis illitum. Vngues contuſos fel uniuſcuiuſqne animalis circunliga
tum. Pterygia digytorum fel taurinum aridum aqua calida diſſolutum. Quidam
adiiciunt ſulphur: & alumen pari pondere omnium. Tuſſim iecur lupi ex uino tepido
ſanat. Vrſinumq; fel admixto melle. Aut ex cornu bubuli ſūmis partibus cinis. Vel ſa-
liua equi: triduo potu eam mori tradunt. Pulmo ceruinus cum gula ſua arefactus in
fumo: dein tuſus: ex melle quottidiāo eligmate. Efficatior eſt ad id ſubulo ceuoꝶ gene-
tis. Sanguinē expuentes ceruini cornus cinis. Coagulū leporis tertia pte denarii cū ter-
ra ſamia & uino myrteo potū ſanat. Eiuſdē fimi cinis in uino ueſpi potus: nocturnas
tuſſis. Pili quoq; leporis ſuffiti extragunt pulmonibus difficiles excreatiões. Purulētas
aūt exulceratiões pectoris: pulmoniſq; & a pulmone graueolentiā halitus butyꝶ effica
ciſſime iuuat cū pari mō melius attici decoctū donec ruffeſcat: & matutinis ſumptū
ad menſuram līguæ. Quidā pro melle laricis reſinā addere maluerūt. Si ſanguis reiicia
tur: efficacē tradunt bubulū ſāguinē modice & cū aceto ſumptū. Nā de taurino crede
re temerariū ē. Sed glutinū taurinū tribus obolis cū calida aqua bibit̃ ī uētre ſanguis
excreatiōe. Stōachū exulceratū lactis aſinini potus reficit. Itē bubuli. Roſiões eius caro
bubula admixto aceto & uino cocta. Rheumatiſmos cornus ceruini cinis. Sanguinis
excreationes hædinus ſanguis recens ac cyathos ternos cum aceto acri pari modo fer-
uens potus. Coagulū tertia pte ex aceto potum. Iocineris dolores lupi iecur aridum ex
mulſo. Aſininū iecur aridum cū petroſelini ptibus duabus ac nucibus tribus ac melle
tritum & in cibo ſumptum. Sanguis hircus cibo aptatus. Suſpirioſis āte omnia efficax
eſt potus equiferorum ſanguis. Proxime lactis aſini tepidi cum bulbis decocti: ita ut ſe
rum ex eo bibatur: addito in tres heminas cyatho naſturtii albi perfuſi aqua: deinde
melle diluti. Iecur quoq; uulpinū aut pulmo ī uino nigro: aut fel urſinū ī aqua laxat
meatus ſpirādi. Lūboꝶ dolores & quæcūq; alia molliore opuſ ſit: urſio adipe pfricari cō

Pro regione oris

uenit.Cinérem aprini aut ſuilli fimi inueterati aſpergi potione uini. Afferunt & magi
ſua commenta. Primum omnium rabiem hircorum ſi mulceatur barba mitigari.Eadé
præciſa non abire eos in alienum gregem. Huic admiſcent fimum caprinũ:& ſubdito
linteolo uncto caua manu quantũ pati poſſit feruens:ſuſtineri iubẽt : ita ut ſi leua ps
doleat.Hæc medicina in dextra manu fiat:aut econtrario . Fimum quoq; ad eum uſũ
acus æreæ ponctis tolli iubent . Modus curationis eſt:donec uapor ad lumbos ſentiat
peruenire.Poſtea uero manum porro tuſo illinunt.Item lumbos ipſo fimo cum melle.
Suadentq; in eodem dolore & teſtes leporis deuorare. Iſchiadicis fimũ bubulum impo
nunt calfatũ in foliis cinere feruenti.In renum dolore leporis renes crudos deuorari iu
bent:aut certe coctos ita ne dente contingant̃ . Ventris quidem dolore tentari negant
talum leporis habentes.Lyenem ſedat fel apri uel ſuis potum:uel ceruini cornus cinis
in aceto . Efficaciſſime tamen inueteratus lyen aſini:ita ut in triduo ſentiatur utilitas.
Aſinini pulli fimum quod primum edidit:polean uocant ſyri : datur in aceto mulſo.
Datur & equi lingua inueterata ex uino præſentaneo medicamento :ut didiciſſe ſe ex
barbaris Cecilius & Bion tradidit.Et lyen bubulus ſimili modo.Recens auté aſſus uel
elixus in cibo.In ueſica quoq; bouis allii capita.xx. tuſa cum aceti ſextario imponunt
ad lyenis dolorem.Eadem ex cauſa emi lyenem uituli quanti indicatus ſit:iubent ma
gi nulla precii contatione:quoniá hoc quoq; religioſe pertineat.Diuiſumq; per lõgitu
dinem annecti tunicæ utrinq; & induentem pati recidere ad pedes.Dein collectum in
umbra arefacere.Cum hoc fiat ſimul reſidere lyenem ægri uitiatum:liberariq; cũ mor
bo dicitur.Prodeſt & pulmo uulpium canere ſiccatus atq; in aqua potus.Item hædo
rum lyen impoſitus.Aluum ſiſtit ceruinus ſanguis.Item cornus cinis.Iecur aprinum
ex uino potum citra ſalem:recenſq;. Item aſſum:uel ſuillum uel hircinum decoctum
in uini hemina.Coagulũ leporis í uino ciceris magnitudinis.Aut ſi febris ſit ex aqua.
Aliqui & gallam adiciunt.Alii per ſe leporis ſanguine contenti ſunt lacte cocto. Equi
fimi cinis in aqua potus.Taurini cornus ueteris e parte iá cinis íſperſus potioni aquæ
Sanguis hircinus in carbone decoctus. Corium caprinum cũ ſuo pilo decoctũ ſucco
epoto.Coagulum equi & ſanguis caprinus uel medulla uel iecur aluum ſoluit.Fel lu
pi cum elaterio umbilico illigatum:uel lactis equini potus . Item caprini cum ſale &
melle:Capræ fel cum cyclamini ſucco & aluminis modico.Aliqui & nitrum & aquam
adieciſſe malunt.Fel tauri cum abſinthio critum ac ſubditum paſtillo.Butyrum largi
us ſumptum cæliacis & dyſentericis medetur.Iecur uaccinũ.Cornus ceruini cinis tri
bus digytis captus in potione aquæ.Coagulum leporis ſubactum in pane.Si uero ſan
guinem detrahunt in polenta.Aprini uel ſuilli uel leporini fimi cinis inſperſus potio
ni tepidi uini.Vituli quoq; ius uulgariter datũ inter auxilia cœliacoꝝ & dyſentericoꝝ
tradunt̃.Lactis aſinini potus utilior addito melle. Nec mı́us efficax fimi cinis ex uino
utriq; uitio.Item polea ſupradicta . Equi coagulũ quod aliqui hippacen uocant etiá ſi
ſanguiné detrahant:uel fimi cinis:dentiumq; eiuſdé tuſorum farina ſalutaris dicit̃:&
bubuli lactis decocti potus.Dyſentericis addi mellis exiguum præcipiunt.Et ſi tormi
na ſint cornus ceruini:aut fel taurínũ cymino mixtũ . Et cucurbitæ carnes umbilico
ĩponere.Caſeus recens uacinus ĩmittitur ad utrumq; uitiũ.Ité butyrũ heminis quat
tuor cũ reſine terebinthinæ ſextante:aut cũ malua decocta:aut roſaceo . Dat̃ & ſeuũ
uitulinũ aut bubulum.Item medullæ ex coquunt̃ cũ farina & cæra exiguoq; oleo: ut
ſorberi poſſint.Medulla & in pane ſubigit̃.Lac caprinũ ad dimidias partes decoctũ. Si
ſint & tormi ia:additur ꝑtropum.Torminibus ſatis eẽ remedii í leporis coagulo poto e
uino tepido uel ſemel arbitrant̃ aliqui.Cauciores & ſiguine caprino cũ farina hordea
cea & reſina uentré illinũt.Ad oẽs epiphoras uentri illini caſeũ mollé ſuadét.Veteré át
í farina tritũ cœliacis & dyſentericis dati cyatho caſei í uini cyathis tribus.Ságuis capri
nus đcoctus cũ medulla dyſétericis.Iecur aſſũ capræ cœliacis ſubuéit:magiſq;:ét hirci

cum uino auſtero decoctum: potumq;: : uel ex oleo myrteo umbilico impoſitum. Qui
dã uero decoquunt a tribus ſextariis aquæ ad hæmniam addita ruta. Vtũtur & lyene
aſſo capræ hirci ue & ſeuo hirci in pane qui cinere coctus ſit: capræ a renibus maxime
ut per ſe hauriatur: protinuſq; modice frigidam ſorberi iubent. Aliqui & in aqua deco
ctum ſeuum admixta poulenta & cymino & aneto aceroq;. Illinunt & uentrem cœlia-
cis fimo cum melle decocto. Vtuntur ad utrunq; uitium & coagulo hædi in uĩo myr
teo magnitudĩe fabæ poto: & ſanguine eiuſdem in cibum formato: quem ſanguiculũ
uocant. Infundunt dyſentericis & glutinum taurinum aqua calida reſolutum. Infla
tiones autem diſcutit uitulinum fimum in uino decoctum. Inteſtinoꝝ uitiis magno-
opere prodeſt coagulum ceruoꝝ decoctum cum lente betaq; : atqu ita in cibo ſumi-
ptum. Leporis pilorum cinis cum melle decoctus. Lactis caprini potus decoctus cum
malua exiguo ſale addito. Et ſi coagulũ addatur maioribus emolumentis fiet. Eadem
que uis eſt & in ſeuo caprino & in ſorbitione aliqua uti protinus hauriat̃ frigida aqua
Item fœminum hædi cinis rupta inteſtina ſarcire mire traditur. Fimum leporis cu mel
le decoctum & quottidie fabæ magnitudine ſumptum ita ut deploratos ſanauerint.
Laudant & caprini capitis cum ſuis pilis decoctus ſuccum. Tenaſmos: ideſt crebra
& inanis uoluntas egerendi tollitur poto lacte aſinino. Item bubulo. Tinearum genera
pellit ceruini cornus cinis potus. Quæ in extrementis lupi diximus inueniri. oſſa ſi ter
ram non attigerint: collo medentur adalligata brachio. Polea quoq; ſupradicta magno
opere prodeſt in ſapa decocta. Item ſuilli fimi farina addito cymino in aqua rutæ deco
ctõæ. Cornus ceruini teneri cinis cocleis africanis cũ teſtis ſuis tuſis mixtus ĩ uini po-
te Veſicæ calculorumq; cruciatibus auxiliatur urina apri: & ipſa ueſica pro cibo ſum
pta. Efficacius ſi prius fumo maceratur utrunq;. Veſicam elixam mandi oportet & a
muliere fœminæ ſuis. Inueniuntur & in iocineribus eorum lapilli aut duricie lapillis ſi
miles candidi ſicuti in uulgari ſue: quibus contritis atq; potius in uino pelli calculos
aiunt. Ipſi apro tam grauis ſua uría eſt: ut niſi egeſta fugæ non ſufficiat: ac uelut deuĩ
ctus opprimatur. Exuri illa tradunt eos. Leporis renes inueterati ĩ uino poti calculos
pellunt. In perna ſuum articulos eſſe diximus: quorum decoctum ius facit urinæ. uti-
lius. Aſinini renes inueterati tritiq; & in uino mero dati ueſicæ medentur. Calculos ex
pellunt lyenes equini ex uino aut mulſo poti diebus. xl. Prodeſt & ungulæ equæ cinis
in uino aut aqua. Itẽ fimum caprarum ĩ mulſo: efficacius ſilueſtriuũ. Pili quoq; capri
ni cinis. Verendoꝝ carbunculis cerebꝝ apri uel ſuis ſanguiſq;. Vitia uero quæ in eadẽ
pte ſerpunt: iecur eoꝝ cõbuſtum: maxĩe iuniperi ligno cum charca armeniaca ſanat.
Fimi cinis uel bubulũ cũ alumĩe ægyptio ac muria ad craſſitudilnẽ mellis ſubactum
Inſup beta ex uino cocta ĩpoſita: caro quoq;. Manantia uero ulcera ſeuũ cum medul
la uituli in uino decoctum. uel caprinum cum melle rubiq; ſucco. Vel ſi ſerpant fimũ
etiam ꝑdeſſe cum melle dicunt aut cum aceto: & per ſe butyrum. Teſtium tumor cũ
ſeuo uituli addito nitro cohibet̃. Vel fimo eiuſdẽ ex aceto decocto. Vrinæ icõtinẽtiá co
hibet ueſica aprina ſi aſſa mãdat̃. Vngulaꝝ apri uel ſuis cinis potioni inſpſus. Veſica
fœminæ ſuis cõbuſta ac pota. Itẽ hædi. Vel pulmo. Cerebꝝ leporis in uino. Eiuſdẽ teſti
culi toſti uel coagulũ cũ anſerino adipe in polẽta. Renes aſinini ĩ mero triti potiq;. Ma
gi uerrini genitalis ciere poto ex uĩo dulci demõſtãt uriná facere in canis cubiculo ac
uerba adiicere ne ipſe uriná facit ut cani in ſuo cubiculo. Rurſus ciet urinam ueſica
ſuis: ſi terram attigerit: impoſita pubi. Sedis uitiis præclare prodeſt fel urſinum cum
addipe. Quidam adiiciunt ſpumam argenti acthus. Prodeſt & butyrum cum adipe
anſerino ac roſaceo. Modum ipſe res ſtatuunt: ut ſint illitu faciles. Præclare medetur
& taurinum fel in linteolis conceptis. Rimaſq; perducit ad cicatricem. Inflationibus
in ea parte ſeuum uituli maxime an inguinibus cũ ruta. Cæteris uitiis medet̃ ſanguis
caprinus cũ polenta. Itẽ fel caprinũ condylomatis per ſe. Itẽ fel lupinũ ex uino: Pãos &

apoſtemata in quacunq; parte ſanguis urſinus diſcutit. Item taurinus aridus tritus.
Præcipuum tamen remediu n traditur in calculo onagri: quem dicunt cum inteſtici
atur reddere urinam liquidiorem in initio: ſed i terra ſpiſſantem ſe. Hic adalligatus ſœ
mini omnes impetus diſcutit omniq; ſuppuratione liberat. Eſt autem rarus inuentu:
nec ex omni onagro: ſed celebri remedio. Prodeſt & urina aſini cum melanthio. Et un
gulæ equinæ cinis cum oleo & aqua illitus. Sanguis equi præcipue admiſſarii. Et ſan
guis bubulus: item fel. Caro quoq; eoſdem effectus habet calida impoſita. Et ungulæ
cinis ex aqua aut melle. Vrina caprarum. Hircorumq; carnes in aqua decoctæ. Aut ſi
mum ex iis cum melle decoctum. Fel urſinum ſiue uerrinum. Vrina ſuum i lana im
poſita. Fœmina atteri aduriq; equitatu notum eſt. Vtiliſſimum eſt ad omnes inde cau
ſas ſpumam equi ex ore inguinibuſq; illinire. Inguina & ex ulcerum cauſa itumeſcūt
Remedio ſunt equi ſetæ tres totidem nodis & ceſtros herba adalligatæ intra ulcus. Po
dagris medetur urſinus adeps: tauriumq; ſeuum pari pondere & cæræ. Addunt quidā
hippociſtidem & gallam. Alii hircinū præferunt ſeuum cum fimo capræ & croco & ſi
napi cum caulibus ederæ tritis ac perdicio uel flore cucumeris ſilueſtris. Item bouis fi
mum cū aceti fæce. Magnificant & uituli qui nondum herbá guſtauerit fimum. Aut
per ſe ſanguinē tauri. Vulpem decoctam uiuam donec oſſa tantum reſtent. Lupū ue
uiuum oleo cærati modo incoctum. Seuum hircinū cum helſines parte æqua: ſinapis
tertia. Fimi caprini cinerē cum axungia. Quin & iſchiadicos uri ſub pollicibus pedū
eo fimo feruente utiliſſime tradunt. Articulorumq; uitiis fel urſinum utiliſſimū eē &
leporis pedes adalligatos. Podagras quidá mitigari pede leporis uiuentis abſciſo ſiquis
ſecum aſſidue habeat. Perniones urſinus adeps: rimaſq; pedum omnes arcet. Efficaci
us alumine addito. Seuum caprinum. Dentiū equi farina. Aprinū uel ſuillum fel. Cū
adipe pulmo impoſitus. Et ſi ſubtriti ſint contuſi ue: offenſione. Si uero aduſti frigore:
leporini pilis cinis. Eiuſdē pulmo contuſis diſſectus: aut pulmōis cinis. Sole aduſta ſe
uo aſinino aptiſſime curantur. Item bubulo cum roſaceo. Clauos & rimas calliq; uitia
fimum apri uel ſuis recens illitum ac tertio die ſolutum ſanat. Talorū cinis pulmo apri
nus aut ſuillus: aut ceruinus. Attritus calciamentorū urina aſini cum luto ſuo illita.
Clauos ſeuum bubulum cum thuris polline. Perniones uero corium conbuſtum. Me
lius ſi ex uetere calciamento. Iniurias a calcitu ex oleo corii caprini cinis. Varicum do
lores ſedat fimi uitulini cinis cum lilii bulbis decoctis addito melle modico. Itemq; oīa
in flammata ac ſuppurationes minantia. Eadem res & podagricis ꝓdeſt & articularis
morbis e maribus præcipue uitulis. Articulorum attritis fel aprorum uel ſuum linteo
calefacto impoſitū. Vituliq; qui nondum herbam guſtauerint fimum. Item caprinum
cum melle & aceto decoctum. Vngues ſcabros ſeuum uituli emendat. Itē caprinū ad
mixta ſandaraca. Verrucas uero aufert uitulini fimi cinis ex aceto. Aſini urinæ lutum
Comitiali morbo teſtes urſinos ediſſe prodeſt: uel aprinos bibiſſe ex lacte equio aut ex
aqua. Item aprinam urinam ex aceto mulſo. Efficacius quæ inaruerit i ueſica ſua. Dā
tur & ſuum teſticuli inueterati tritiq; in ſuis lacte præcedente uini abſtinētia & ſequē
te continuis diebus. Dantur & leporis ſale cuſtoditi pulmones cum thuris tertia par
te in uino albo per dies. xxx. Item coagula. Eiuſdem aſini cerebrum ex aqua mulſa in
fumatum prius in foliis ſemuncia per dies. Vel ungulæ eius cinis cochlearibus binis
toto menſe potus. Item teſtes ſale aſſeruati & aſperſi potioni in aſinarum maxime lacte
uel ex aqua. Membrana partus earum præcipue ſi marē pepererint: olfacta accedente
morbo comitialiū reſiſtit. Sunt qui e mare nigroq; cor edendū cū pane ſub diuo prima
aut ſecunda luna præcipiant. Alii carnem: aliqui ſanguinem aceto dilutum ꝑ dies. xl.
bibendū. Quidam urinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miſcent. Eadem potione &
lymphaticis medeť. Comitialibus datur & lactis equini potus licheneq; in aceto mulſo
bibendū. Dantur & carnes caprinæ in rogo hominis toſtæ ut uolunt magi. Seuū capræ

cum felle taurino pari pondere decoctum & in folliculo fellis reconditum:ita ne terrã
attingat. Potũ uero ſublĩe ex aqua. Morbũ ipſum depræhendit caprini cornus uel cer
uini uſti nidor. Sideratis urina pulli aſinini nardo admixto per coniũctionem prodeſſe
dicit̃. Regio morbo cornus ceruini cinis. Sanguis aſinini pulli ex uĩo. Item fimũ aſini
ni pulli:qđ primũ edidit a partu datũ fabæ magnitudine e uino medet̃ ĩtra dĩe tertiũ.
Eadem & ex eqno pullo:ſimiliterq; uis eſt. Fractis oſſibus præſentaneus maxllaꝝ apri
cinis uel ſuis. Item lardũ elixũ:atq; circunligatũ mira celeritate ſolidat. Coſtis quidem
factis laudat̃ unice caprinũ fimum ex uino uetere:aperit:extrahit:perſanat. Febres ar⸗
cet ceruoꝝ caro (ut diximus) Eas quidem quæ certe dieꝝ numero redeũt oculos lupi
dexter ſalſus adalligatuſq;:ſi credimus magis. Eſt genus febrium ꝙ epemerinũ uocant
Hoc liberari tradũt:ſiqs e uena auris aſini tres guttas ſanguinis in duabus hẽinis aquæ
hauſerit. Quartanis magi excrementa fellis cũ digyto bubõis adalligari iubent & ne re
cedant:non remoueri ſepteno circuitu. Quis hoc quæſo inuenire potuit? Quæ eſt iſta
mixtura? Cur digytus bubonis potiſſimũ electus eſt. Modeſtiores iecur fellis decreſcen
te luna occiſæ inueteratũ ſale ex uino bibendũ ante acceſſiones quartanæ dixere. Idem
magi fimi bubuli cinere conſperſo pueroꝝ urina illinunt digytos pedũ:manibuſq; le
poris cor odalligant. Coagulum ante acceſſionem propinant. Datur & caſeus caprius
recẽs cum melle diligenter ſero impreſſo. Melancolicis fimum uituli ĩ uino decoctũ in
medio ẽ. Lethargicos excitat aſini lyeni naribus illitus ex aceto. Caprini cornus nidor
aut pilorum:iecur aprinum. Itaq; & uentoſis datur. Phthyſicis medet̃ iecur lupi ex ui
no: Macræ ſuis fœminæ herbis paſtæ lardum. Carnes aſinæ ſumptæ. Hoc genere ma⸗
xime in achaia curant id malum. Fimi quoq; aridi:ſed pabulo uiridi paſto boue fumũ
arundine hauſtum prodeſſe tradunt:Bubuli quoq; cornus mucronem exuſtum duo⸗
rum cochlearium menſura addito melle pillulis deuoratis. Capræ ſeuo in pulte halica
cia & ptiſim & tuſim ſanari. Vel recenti cum mulſo liquefacto:ita ut uncia in cyathũ
addatur. rutæq; ramo permiſceatur:non pauci tradunt. Lupi & capræ ſeui cyatho uel
lactis pari menſura deploratum phthiſicum conualuiſſe certus auctor affirmat. Sunt
& qui ſuum fimi cinerem profuiſſe ſcripſerint in paſſo. Et cerui pulmonem: maxime
ſubulnois:ſiccatum in fumo tritũq; in uino. Hydropicis auxiliatur urina ueſicæ apri
paulatim data in potus. Efficacius quæ inaruerit cum ueſica ſua. Fimi taurini maxĩe
ſubulonus:ſed & bubuli:de armentinis loquor. Quidã bolbiton uocant. Cinis coclea⸗
rioꝝ triũ in mulſi hemina bouis fœminæ in mulieribus:& ex altero ſexu in uiris: qđ
ueluti miſteriũ occultarunt magi. Fimi uituli maſculi illitum. Fimi uituli cinis cũ ſe⸗
mĩe ſtaphylii æqua portione ex uino. Sanguis caprinus cum medulla. Efficaciorẽ pu
tat hyrcoꝝ utiq; ſi lentiſco paſcantur. Igni ſacro urſinus adeps illinitur: maxime qui ẽ
ad renes. Vitulinum fimum recens uel bubulum. Caſeus caprinus ſuccus cum por⸗
ro. Ramenta pellis ceruinæ deſecta punice ex aceto trita. Ruborem cum prurigine eq
ſpuma aut ungulæ cinis. Eruptionibus pituitæ aſinini fimi cinis cum butyro. Papu⸗
lis nigris caſeus caprinus ſiccus ex melle & aceto in balneis oleo remoto. Puſtulis ſuilli
fimi cinis aqua illitus:uel cornus ceruini cinis. Luxatis recens fimũ aprinum uel ſuil⸗
lum. Item uitulinum. Verris ſpuma recens cum aceto fimum caprinum: cum melle.
Bubula caro impoſita tumorem ſanat. Fimum ſuillum in teſta calefactum tritumq; cũ
oleo duritias corpoꝝ omnes tollit optime. Adeps e lupis illitus ĩ iis quæ rumpere opus
eſt plurimum proficit. Fimum bubulum in cinere calefactum:aut caprinum in uino
uel aceto decoctum. In furunculis ſeuum bubulum cum ſale. Aut ſi dolor eſt:intictũ
oleo liquefactum ſine ſale. Similiſq; modo caprinum ĩ ambuſtis. Prodeſt rurſus adeps
cum lilii radicibus. Aprinum aut ſuillum fimum inueteratum. Setaꝝ ex iis e pẽicillis
tectoriis cinis cum adipe tritus. Tali bubuli cinis cum cæra & medulla ceruina. Fel
tauri. Fimum leporis. Sed caprarum fimum ſine cicatrice ſanare dicitur. Glutinum

præſtautiſſimum ſit ex auribus taurorum & genitalibus. Nec quicquam efficacius ꝓ
deſt ambuſtis. Sed adulteratur nihil æque quibus uis pellibus inueteratis calciamẽtis
que etiam decoctis. Rhodia cum uero fideliſſimum. Eoq; pictores & medici utuntur.
Id quoq; quo candidius: eo probatius. Nigrũ & lignoſum damnatᷣ. Neruorum dolori/
bus fimum caprinũ decoctum in aceto cum melle utiliſſimũ putant: uel putreſcente
neruo. Spaſmata & percuſus uitiata fimo aprino curant uere collectos & areſacto. Sic &
quadrigis agendis tractos: rota ue uulneratos. Et quoquo mõ ſanguine cõtuſo: uel ſi re
cens illinatᷣ. Sunt qui id coxiſſe aceto utilius putent. Quin & in potu farinã eam rup
tis cõuulneratiſq; & euerſis ex aceto ſalutarem promittunt. Reuerntiores cinerem eius
ex aqua bibunt. Feruntq; & Neronẽ principem hac potione recreari ſolitũ: cũ ſic quoq;
ſe trigario approbare uellet. Proximã ſuillo fimo uim putent. Sanguinem ſiſtit coagulũ
ceruinum ex aceto. Item leporis. Huius quidem & pilorũ cinis. Item ex fimo aſinino ci
nis. Et pilorum quidẽ cinis illitus. Efficatior uis e maribus aceto admixto. Et in lana
ad omne profluuiũ impoſito. Similiter ex equino capite & fœminæ. Aut fimi uitulorũ
cinis illitus ex aceto. Itẽ caprini cornus uel fimi ex aceto. Hircini uero iocineris diſſecti
ſanies efficacior. Et cinis utriuſq; ex uio potus: uel naribus ex aceto illitus. Hircini quo
que utris uiuarii dumtaxat cinis cum pari pondere reſinæ. Quogenere ſiſtitur ſãguis
& uulnus glutinatᷣ. Hædinum quoq; coagulũ ex aceto: & fœminũ eius cõbuſtorum
cinis ſimiliter pollere tradunt. Vlcera ſanat in tibiis crutibuſq; adpes urſinus admixta
rubrica. Quæ uero ſerpunt fel aprinum cũ reſina & cæruſa. Maxillarũ apri uel ſuum
cinis. Fimum ſuum illitum ſiccum. Item caprinũ ex aceto ſub feruefactũ. Cætera pur/
gantur & explentur butyro. Cornus cerui in cinere. Vel medulla cerui. Fel taurino cũ
cyprino oleo. Aut fimo aprino. Aut hircino. Fimum recens ſuũ. Vel inueterati farina
illinitur uulneribus ferro fractis. Phagedenis & fiſtulis in mittitur fel tauri cũ ſucco
porri aut lacte mulierum. Vel ſanguis aridus cum cotyledone hærba. Carcinomata cu
rat coagulum leporis cum pari pondere capparis aſperſum cum uino. Grangrenas ur
ſinum fel penna illitum. Aſini ungularũ cinis ea quæ ſerpũt ulcera inſperſus. Sãguis
equis adrodit carnes ſtiptica ui. Itẽ fimi equini ĩueterati falliua. Ea uero quæ phagede
nas uocant in ulcerum genere corii bubuli cinis cum melle. Caro uituli recentia uul/
nera nõ patitur intumeſcere. Fimum bubulũ cum melle. Fœminum uituli cinis ſordi
da ulcera: & quæ cacoethe uocant e lacte mulieris ſanat. Racentes uero plagas ferro il/
latas glutinũ taurinum liquefactum tertio die ſolutũ. Caſeus caprinus ſiccus ex aceto
ac melle purgat ulcera. Quæ uero ſerpunt cohibet ſeuum cæra. Itẽ addita pice ac ſul
phure procurat. Similiter proficit ad cacoethe hædi fœminũ cinis e lacte mulieris. Et ad
uerſus carbunculos ſuis fœminæ cerebrum toſtum illitũq;. Scabiem hominis aſininæ
medullæ maxime abolent. Vrinæ eiuſdem cum ſuo luto illitæ. Butyrum etiã quod in
iumentis proficit cum reſina calida. Glutinum taurinũ in aceto liquefactũ addita cal/
ce. Fel caprinum cum aluminis cinere. Boas fimum bubulum: unde & nomen traxere
Canum ſcabies ſanatur bubulo ſanguine recenti. Iterũq; cum ĩareſcat illito: & poſtero
die abluto cinere lixiuio. Spinæ ac ſimilia corpori extrahuntᷣ fellis excrementis. Item ca
præ ex uino. Coagulo quocunq;: ſed maxime leporis cum thure polline & oleo: aut cũ
muſci pari pondere: aut cum propoli. Cicatrices nigras ſeuum aſininũ reducit ad co/
lorem. Fel uituli extenuat calefactum. Medici adiiciunt myrrham & mel & crocũ: ærea
que pyxide condunt. Aliqui & florem æris miſcẽt. Mulierum purgationes adiuuat fel
taurinum lana ſuccida appoſitũ. Olympias thebana addidit hyſopũ & nitrũ. Cornus
ceruini cinis potus. Item uuluæ laboranti. Illitum quoq; & fel taurinum cum opio ap
poſitum obolis binis. Vuluas & pilo ceruino ſuffiri prodeſt. Tradunt ceruas: cũ ſenſe/
rint ſe grauidas: lapillum deuorare: quem in excrementis repertum aut in uulua (nã
& ibi inuenitur) cuſtodire partus adalligatũ. Inueniũtur & oſſicula in corde & uuluæ

per quam utilia grauidis parturientibuſq;. Nam de punice qui ĩ uaccarum utero ſimi
li modo reperitur: diximus in natura bouum. Lupi adeps illitus uuluas mollit. Dolo
res eaꝶ iecur. Carneſq; lupi ediſſe pariturís prodeſt. Aut ſi incipientibus parturire ſit
iuxta qui ederit. Adeo ut etiam contra illita noxia ualeat. Eundẽ uero ſuperuenire per
nitioſum ẽ. Magnus & leporis uſus mulieribus. Vuluas adiuuat pulmo aridus potus.
Profluuia iecur cũ ſamia terra ex aqua potũ. Secũdas coagulũ. Cauent̃ pridiana balnea
Illitũ quoq; cũ croco & porri ſucco: uellere appoſitum abortus mortuos expellit. Si uul
uæ leporũi cibis ſumant̃: mares concipi putãt. Hoc & teſticulis eoꝶ a coagulo profici.
Conceptum leporis uero exemptum iis quæ parere deſierĩt: reſtibilem fœcũditatẽ affer
re: Sed & pro conceptu leporis ſani eſt & uiro magi propinant. Item uirgini nouẽ gra
na fimi ut ſtent perpetuo mãmæ. Coagulo quoq;. Ob id cũ melle linunt ſanguinem
ubi euulſos pilos renaſci nolunt. Inflationi uuluæ fimũ aprinum ſuillum ue cũ oleo
illini ꝓdeſt. Efficacius ſiſtit farina aridi aut ſpargeat̃ potioni: uel ſi grauidæ aut purpu
reæ torquæat̃. Lacte ſuis poto cum mulſo adiuuant̃ partus mulierum. Per ſe uero po
tum deficientia ubera puerperaꝶ replet. Eadem circunlita ſanguine fœminæ ſuis mi
nus creſcunt. Si dolẽt lactis aſinini potu mulcent̃. Quod addito melle ſumptũ & pur
gationes eaꝶ adiuuat. Sanat & uuluaꝶ exulcerationes eiuſdem animalis ſeuum inue
teratum: & in uellere appoſitum duriciam uuluaꝶ emollit. Per ſe uero recens uel inue
teratum ex aqua illitum pſilothri uim optinet. Eiuſdem animalis lyen inueteratus ex
aqua illitus mãmis abundantiã facit. Vuluas ſuffitu corrigit. Vngulæ aſinininæ ſũffi
tæ partũ maturãt: ut uel abortus euocet̃: nec aliter adhibet̃: quoniam uiuentem partũ
necat. Eiuſdẽ animalis fimum ſi recens imponat̃: profluuia ſanguinis mire ſedare dici
tur. Necnon & cinis eiuſdem fimi: qui & uuluæ prodeſt impoſitus. Et qui ſpuma illita
ꝑ dies. xl. priuſ q̃ naſcant̃ primũ pili reſtringuntur. Item cornus ceruini decocto. Meli
us ſi recentia ſint cornua. Lacte equino iuuantur uuluæ collutæ. Quod ſi mortuus
partus ſẽtiatur: lyen ex aqua dulci potus eiicit. Itẽ ungulæ ſuffitu aut fimum aridum
Vuluas procidentes butyꝶ infuſum ſiſtit. Induratatam uuluam aperit fel bubulũ roſa
ceo admixto: foris uellere cũ reſina terebinthina impoſito. Aiunt & ſuffitu fimi m mare
boue procidẽtes uuluas reprimi partus adiuuari. Conceptus uero uaccini lactis potu.
Sterilitatem ob partus uexationem fieri certum eſt. Hanc emendari Olympias thebana
affirmat felle taurino & adipe ſerpentium & erugine addito melle medicamẽtis locis an
te coitus. Vitulinũ quoq; fel ſi ĩ purgationibus fuerit ſub coitu aſperſu uuluæ ẽt du
ritiam uentris emollit: & perfluuium minuit umblico perunctō atq; in totum uuluæ
prodeſt. Modum ſtatuũt fellis ponderedenri ad apii tertiam ammixto amygdalino oleo
quantum eſſe ſatis appareat hoc inuellere imponunt. Maſculi fel uituli cum mellis di
midio tritum ſeruatur ad uuluas. Carnem uituli ſi cum ariſtolochia inaſſatã edant cir
ca conceptum: mares paritura promittit. Medulla uituli in uino & ex aqua decocta ſe
uo exulcerationibus uuluaruam prodeſt. Item adeps uulpium: excrementumq; feliũ
cum reſina & roſaceo impoſitum. Caprino cornu ſuffiri uuluam utiliſſimum putãt.
Silueſtrium caprarum ſanguis cum palma marina pilos detrahit. Cæteraꝶ uero fel cal
lum uuluarum e mollit ſperſum & a purgatiõe cõceptus facit. Sic quoq; pſilothri uis
efficitur euulſis pilis triduo ſeruatur illitunt. Profluuium quanuis immenſum urina
capræ pota ſiſti obſtetrices promittunt: & ſi fimum illinatũt. Membrana caprarum in
aqua partu edito inueterata potuq; ſumpta in uino: ſecundas pellit. Hædorũ pilis ſuf
firi uuluas utile putant. Et in profluuio ſanguinis coagulum bibi au hyoſciami ſemi
ne imponi. E boue ſilueſtri nigro ſi ſanguine hircini lumbi perungantur mulieri tediũ
ueneris fieri dicit. Eſchines. Idem amoris pota hirci urina ammixto propter faſtigium
nardo. Infantibus nihil butyro utilius per ſe & cum melle: priuatim & in dentione &
ad gigiuas. & ad oris ulcera. Dens lupi adalligatus ĩfantiũ pauores prohibet: dẽtientiq;

morbos. Quod & pellis lupina præſtat. Dētes quidem eorum maxili equis quoque ad
alligati infatigabilem curſum præſtare dicuntur. Leporem coagulo illito ubere ſiſtit
infantium aluus. Iecur aſini ammixta modice panace inſtilatum in os a comitialibus
morbis & aliis infantes tuetur. Hoc. xl. diebus fieri præcipiunt. Et pellis aſinina iniecta
impauidos infantes facit. Dentes qui equis primum cadunt: facilem detitionem præ
ſtant infantibus adalligati. Efficacius ſi terram non attigere. Lyen bubulus ī melle edi
tur. Et illinitur ad lyenis dolores. Ad ulcera manantia cum melle. Lyen uitulini in ui
no decoctus tritusque & illitus ulcuſcula oris. Cerebrum capræ magi p annulum au
rem traiectum prius quam lac detur infantibus inſtillatur contra comitiales: cætero
que infantium morbos. Caprinum fimum inquietos infantes adalligatum panno co
hibet: maxime puellas. Lacte caprino uel cerebro leporum perunctæ gingiuæ faciles
dentiones faciunt. Somnos fieri lepore ſumptos in cibis Cato arbitratur. Vulgus & gra
tiam corpori in nouem dies friuolo quidem loco. Cui tamen aliqua debeat ſubeſſe cau
ſa in tanta perſuaſione. Magi felle capræ ſacrificatæ dumtaxat illito oculis uel ſub pul
uino poſito ſomnum allici dicunt. Sudores inhibet cornus caprini cinis e myrteo oleo
perunctis. Coitus autem ſtimulat fel aprinum illitum. Item medullæ ſuum hauſtæ.
Seuum aſininum anſeris maſculi adipe permixto illitum. Item a coitu equi Virgilio
quoque deſcriptum uirus & teſticuli equini aridi potioni inſeri poſſint: dexter ue aſini
teſtis in uino potus proportione: uel adalligatus brachiali. Eiuſdem a coitu ſpuma colle
cta roſeo panno & incluſa argento ut Eſchines tradit. Salpæ genitale in oleum feruens
mergi iubet ſepties: eoque perungi pertinentes partes. Bialcon cinerem ex eodem bibi
uel tauri a coitu urinam: lutoque ipſo illini pubem. At e diuerſo muris fimo illito co
hibetur uirorum uenus. Ebrietatem arcet pulmo apri aut ſuis aſſus a ieiunio cibo præ
ſumptus eo die. Item hædinus. XI.

Mira de animalibns. Ca.

Ira præterea traduntur in iſdem animalibus. Veſtigium equi excuſſum un
gula (ut ſolet pierumque) ſiquis collectum reponat: ſingulare remedium cē
recordantibus quo nam loco id repoſuerint. Iecur luporum equinæ ungulæ
ſimile eſſe. Et rumpi equos qui ueſtigia leporum ſub equite ſequantur. Taliſque ſuum
diſcordia uim quadam ineſſe in incendiis ſi fimi aliquid egeratur e ſtabulis facilius ex
trahi. Nec recurrere oues boueſque. Hircorum carnes uirus nō recipe: ſi panem hordea
ceum eo die quo interficiantur ederent: laſer ue dilutum biberint. Nullas uero teredi
nem ſentire luna decreſcente induratas ſale. Adeoque nihil omiſſum eſt: ut leporem
ſurdum celerius pingueſcere reperiamus. Animalium uero medicina. Si ſanguis
profluat iumentis: ſuillum fimum ex uino infundendum. Boum autem morbis ſeuū
ſulphure uiuum allium ſilueſtre ouum coctum. Omnia hæc trita in uino dāda: aut
uulpis adipem. Carnem caballinam diſcoctam potu ſuum morbis mederi. Omniū ue
ro quadrupedum morbis capram ſolidam cum corio & ranam rubetam diſcoctas. Gal
linaceos nō attingi a uulpibus qui iecur animalis eius aridum ederint. Vel ſi pellicula
ex eo collo induta galli intererit. Similia in felle muſtellæ. Boues in cypro contra tormi
na hominum excrementis ſibi mederi. Inſuper pedes boum ſi prius cornua pice li
quida perungantur. Lupos in agrum non accedere: ſi capti unius pedibus īfractis cul
troque adacto paulatim ſanguis circa fines agri ſpergatur: atque ipſe defodiatur in eo
loco: ex quo cœperit trahi. Aut ſi uomerē quo primus ſulcus eo anno in agro ductus
ſi excuſſum aratro focus larium quo familia conuenit abſumat. Ac lupum nulli
animalium nociturum in eo agro q̄diu id fiat. Hinc deinde reuertemur ad animalia
ſui generis: quæ aut placida non ſunt: aut fera.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXIX.

PROHEMIVM.

De medicina & inuẽtoribus eius : de origine mediciæ:& quãdo primum
clinice & quando primum iatraliptice:& de Cryſippo:& Eraſiſtrato:& Em
pirice:& Erophilo:& reliquis illuſtribus medicis:& quotiens ratio medici-
næ mutata ſit:& qui primus Romæ medicus:& quando:& quid de medi
cis antiqui Romani iudicauerint:& uitia medicinæ. Ca. I.

NATVRA remediorum:atq; multitudo inſtantium ac præ
teritorum plura de ipſa medendi arte cogunt dicere q̃q̃ nõ
ignarus ſi nullus ante hæc latino ſermone condita.ancepſ
que ac lubricum eſſe reꝝ omnium nouaꝝ principium nec
aliud utiq; gratiæ q̃ ſterilis difficultatis ĩ promẽdo. Sed quo
niã occurrere uerſimile eſt oĩum q hæc noſcant cogitatiõi
quo nam mõ exoleuerit in medicinæ uſu quæ tẽpata: atq;
pertinentia erant . Mirumq; & indignum protinus ſubit:
nullam artiũ inconſtantiorẽ fuiſſe . Et etiam nunc ſæpius
ĩmutari contigerit cũ ſit fructuoſior nulla. Diis primum inuentores ſuos aſſignauit:&
cælo dicauit. Necnon & hodie multifaria ab oraculis medicina petitur . Auxit deinde
famã etiã crimine:ictũ fulmine Aeſculapium fabulata:quoniã Tyndaridam reuoca-
uiſſet ad uitam. Nec tamen ceſſauit narrare alios reuixiſſe opa ſua clara troianis tempo
ribus a q̃bus fama.certior uulneꝝ dũtaxat remediis. Sequentia eius miꝝ dictu ĩ nocte
denſiſſima latuere uſq; ad peloponneſiacum bellũ. Et tunc eam reuocauit in lucẽ Hip
pocrates genitus in inſula co:i primis clara & ualida ac Aeſculapio dicata. Is cũ fuiſſet
mos liberatos morbis ſcribere in templo eius dei. qui auxiliatus eſſet:ut poſtea ſimilitu-
do proficeret exſcripſiſſe ea traditur. Atq; ut Varro apud nos credit iam templo crema-
to is inſtituiſſe medicinam hãc quæ climice uocatur. Nec fuit poſtea quæſtus modus
quoniã Prodicus Selymbriæ natus diſcipulus eius inſtituiſſet quã uocãt iatralepticen.
Rectoribus quoq; medicorum ac medicis in eis uectigal inuenit. Horum placita Chry
ſippns ingenti garrulitate mutauit. Plurimumq; etiam ex Chryſippo diſcipulus eius
Eraſiſtratus Ariſtoteles filia genitus. Hic anticho rege ſanato centum talentis donatus
eſt a rege Ptolemæo filio eius:ut incipiamus & præmia artis oſtendere. Alia factio ab
experimentis ſe cognominans. Empiricẽ cœpit in ſicilia a Creõte Agrigẽtino Empedo-
clis phyſici auctoritatc commendato. Diſſideruntq; eæ ſcholæ.& omnes eas damnauit
Erophilus in muſicos pedes uenarum pulſu diſcreto per ætatum gradus. Diſcreta inde
& hæc ſecta eſt:quoniam neceſſe erat in ea litteras ſcire. Mutata & quam poſtea Aſcle-
piades (ut rettulimus) inuenerat. Auditor eius Themiſon fuit. Seq; inter initia ſcripſit
illo mox recedente uita ſua placita mutauit. Sed & illa Antonius muſa eiuſdem:aucto
ritate Diui Auguſti:quem contraria medicina graui periculo exemerat. Multos præte-
rea medicos celeberrimoſq; ex iis caſſios carpitanos arũcios albricios . cc.l.ſeſtertia ãnua
mercede iis fuere aqud prinripes. Quæ Stertius imputauit principibus:quo ſeſtertiis
q̃ngenis annuis contentus eſſet. Sexcena enim ſibi quæſtu urbis fuiſſe numeratis do-
mibus oſtendebat . Par & fratri eius marces a Claudio Cæſare in fuſa eſt : cenſuſque
quanquam exauſtis opibus Neapoli exornata ut hæredi ſextertia.ccc.relinqueret.quã
tum Athena ideſt Aruncius ſolus. Exortus deinde eſt Vectius ualens adulterio Meſſa
linæ Claudii Cæſaris nobilitatus : pariterq; eloquentiæ affectator . Is eam potentiam
nactus nouã inſtituit ſectam . Eadẽ ætas Neronis principatu ad Theſſalum trãſiluit

delentem cuncta maiorum placita & rabie quadam in omnes æui medicos perorãtem
Q uali prudentia ingenioq; æſtimari uel uno argumento abunde poteſt cum monu
mento ſuo:quod eſt appia uia : iatronicen ſe inſcripſerit . Nullius hiſtrionum par: ex
quo de comitio equadrigario comitatu regreſſus in publico erat. Eum Crinas maſſilié
ſis arte geminata ut cautior religioſiorq; ad ſyderium motus ex ephemeride mathema
tica cibos dando:oraſq; obſeruando auctoritates eum præceſſit. Nuperq; ſeſtertia.c.reli
quit muris patriæ mœnibus quoq; aliis pene non minori ſumma extructis. Hi regebãt
fata:cum repente ciuitatem Charmis ex eadem maſſilia inuaſit : damnatis non ſolum
prioribus medicis:uerum & balneis. Frigidaq; etiam hybernis algoribus lauari perſua
ſit . Merſet ægros In lacus. Videbamus ſenes conſulares uſq; in oſtentationem rigentes
Q ua de re extat etiam Annei Senecæ aſtipulatio . Nec dubim eſt omnes iſtos famam
nouitate aliqua aucupãtes animas ſtatim noſtras negociari . Hinc illæ circa ægros mi
ſeræ ſententiarum concertationes : nullo idem cenſcente ne uideatur aſſertio alterius.
Hinc illa infœlicis monumenti inſcriptio:turba ſe medicorũ periſſe. Mutatur ars quot
tidie totiens interpollis. Et ingeniorum greciæ flatu impellimur. Palmaq; eſt:ut quiſqs
inter iſtos loquendo polleat:imperatorem illico uitæ noſtræ neciſq; fieri:ceu uero non
milia gentium ſine medicinis degant:nec tamen ſiue medicina. Sicut Populus Roma
nus ultra ſexcenteſimũ annum:neq; ipſe in accipiendis artibus lentus:medicinæ uero
etiam auidus donec expertam damnauit. Etenim percenſere inſignia priſcorum in his
moribus conuenit . Caſſius Hemina ex antiquis auctor eſt primum e medicis ueniſſe
Romam peloponenſem Archagathum Lyſaniæ filium. L. Aemilio. M. Liuio conſ.ãno [p° chyrurg' Ro.]
urbis.d.xxxv. Eique ius quiritium datum & tabernam in compito acilio emptam. Cb
id publice uulnerarium fuiſſe eum tradunt uocatum. Mireq; gratum aduentum eius
initio. Mox a ſæuitia ſecandi urendiq; tranſiſſe nomen in carnificem & in tedium ar
tis. Omneſq; medicos quod clariſſime intelligi poteſt ex. M . Catone:cuius auctoritas
triumphus atq; cenſura etiam quanto non minimum conferunt:tanto plus in ipſo ẽ.
Quam ob rem uerba ipſa ponemus. Dicam de iſtis græcis ſuo loco Marce filii quid at
henis exquiſitum habeam. Et quod bonum ſit iſtorum litteras aſpicere non perdiſcere [Catho adu's med']
Vincam nequiſſimum & indocile genus illorum:& hoc putat uatem dixiſſe . Q uan [Sili. lini narrat]
docunq; iſta gens ſuas litteras dabit:omnia corrumpet. Tunc etiam magis:ſi medicos
ſuos huc mittet. Iurarunt inter ſe barbaros necare omnes medicina. Sed hoc ipſum mer
cede faciũt:ut fides iis ſit :& facile diſperdãt. Nos quoq; dictitãt barbaros & ſpurios:nos
que magis quam alios opicos appellatione fœdant. Interdicit ibi de medicinis. Atq; hic
Cato.dc.v.anno urbis noſtræ obiit octogeſimoquinto ſuo:ne quis illi de fuiſſe publice
tempora:aut priuatim uitæ ſpatia ad expediendum arbitretur. Q uid ergo? damnataq;
ab eo rem utiliſſimam credimus. Minime hercule. Subiciit enim qua medicina uſus &
ſe coniugem uſq; ad longam ſenectam perduxerit:iis ipſis ſcilicet quæ nunc nos trade
mus. Profiteturq; eſſe etiam commentarium ſibi quo medeat filio:ſeruis: familiaribus
quæ nos per genera uſus ſui diſſerimus. Non rem antiqui damnabant:ſed artem. Maxi
me uero quæſtum eſſe immani precio uitæ recuſabant . Ideo templum Aeſculapii etiã
cum reciperetur is deus:extra urbem feciſſe:iterumq; in inſula traduntur. Et cum græ
cos italia pellerent:diu etiam poſt Catonem excepiſſe medicos . Augebo prouidentiam
illorum. Solam hanc artium græcarum nõdum exercuerat Romana grauitas. In tãto
fructu pauciſſimi quiritium attigere:& ipſi ſtatim ad græcos tranſfugæ . Immo uero
auctoritas aliter quam græcæ eam tractantibus etiam apud imperitos experteſque lin
guæ non eſt. Ac minus credunt:quæ ad ſalutem ſuam pertinent:ſi intelligunt . Itaq;
hercule in hac artium ſola euenit:ut cuicunq; medicum ſe profitenti ſtatim credatur:
cum ſit periculum in nullo mendatio maius. Non tamen illud intuemur: adeo blan
da eſt ſpirandi per ſe cuiq; dulcedo. Nulla præterea lex quæ puniat inſciciam capitalẽ.

Nullum exemplum uindictæ. Diſcūt periculis noſtris. Et p experimenta mortes agūt.
Medicoque tantum hominem occidiſſe ſumma impunitas eſt. Quinimmo tranſit in
conuicium. Et intemperantia culpatur. Vtroq; qui periere arguuntur. Sed & decuriæ
pro more cenſuris principum examinantur. Inquiſitio per parteies agitur. Et quod
nummo iudicet a gadibus columniſq; Herculis arceſſitur. De exilio uero non niſi die
xlv. Quinque electis uiris datur tabella. At de iudice ipſo quales in conſilio eunt: ſta
tim occaſuri? Merito dū nemini noſtrꝝ libet ſcire: qđ ſaluti ſuæ opus ſit. Aliēis pedibus
ambulāus oculis. Aliēis agnoſcīus. Aliēa mēoria ſalutāus. Aliēa uiuius opa. Perierūtq;
rerum naturæ precia: & uitæ argumenta. Nihil aliud pro noſtro habemus q̃ delicias.
Non deſeram Catonem tam ambitioſe artis inuidia a me obiectum: & a Senatu illum
qui ita cenſebat. Itaque non criminibus artis arreptis ut aliquis expectauerit. Quid
enim uenenorum fertilius: aut uude teſtamētorum plures inſidiæ. Iam uero & adulte
ria etiam in principum domibus: ut euidens in Liuia Druſi Cæſaris. Item Valentis in
qua dictum eſt regina. Non ſunt artis iſta ſed hominum. Non magis hæc urbi timuit
Cato ut equidem credo quam regias. Ne auaritiam quidem arguam rapaceſque nun-
dinas pendentibus fatis & dolorum indicaturam. ac mortis arma aut arcana præcepta
Squamam in oculis emouendam potius quam extrahendam. Per quæ effectum eſt
ut nihil magis prodeſſe uideretur quam multitudo graſſantium. Neque enim pudo
ris æmuli precia ſummittunt. Notum eſt ab eodem. Archamide unum ægrum ex pro-
uincialibus ſeſtertiis ducentis conductum Archontio uulnerum medico ſeſtertiis cen-
tum condemnato ademiſſe Claudium Principem. Eidemque in gallia exulanti & de-
inde reſtituto acquiſitum non minus intra paucos annos. Et hæc perſonis imputen
tur. Ne fæcem quidem aut inſcitiam eius turbæ arguamus: ipſorum intemperantiam
morbis aquarum calidarum diuerticulis imperioſam mediam. Et ab iiſdem deficienti-
bus cibo: ſæpius die ingeſto. Mille præterea pœnitentiæ modis: culinarum etiam præ-
ceptis & unguentorum mixturis quādo nullas omiſere uitæ illecebras. Inuehi peregri-
nas merces conciliarique externa precia diſplicuiſſe maioribus crediderim quidem nō
tamen hoc Catonem prouidiſſe: cum damnaret artem. Tyriacæ uocatur excogitata
compoſitio luxuriæ. Fit ex rebus externis cum tot remedia dederit natura quæ ſingu
la ſufficerent. Mithridaticum antidotum ex rebus. liiii. imponitur. Interim nullo pon-
dere æquali & quarundam rerum ſexageſima denarii unius imperata. Quo deorum
perfidiam iſtam monſtrante? Hominum enim ſubtilitas tanta eſſe non potuit. Oſten
tatio artis & portentoſa ſcientiæ uendicatio manifeſta eſt. Ac ne ipſi quidem illam no
uere. Comperique uulgo pro cinabari indica in medicamenta minium addi inſcitia Con̄ inſcitiā med.
nominis quod eſſe uenenum docebimus inter pigmenta. Verum & hæc ad ſingulorū
ſalutem ptinent. Illa. aūt quæ timuit. Cato: atq; prouidit: innocentiora multo & parua
opiatu: quæ proceres artis eiuſdem in ſemetipſis fatentur. Illa prodidere imperii mores
Illa quæ ſani patimur luctatus cæromata ceu ualitudinis cauſa inſtituta. Balneæ ar-
dentes quibus perſuaſere in corporibus cibos coqui: ut nemo non minus ualidus exi-
ret. Obedientiſſimi uero efferentur. Potus deinde ieiunorum ac uomitiones: & rur
ſus per potiones: ac pilorum euiratio inſtituta reſinis eorum. Itemq; pectines ī fœminis
qdem publicati. Ita eſt ꝑfecto: leus moꝝ nec aliunde maior q̃ e medicina Vatē prorſus
quottidie facit Catonem & eius oraculum. Satis eſſe ingenia græcorꝝ inſpicere. Hæc
fuerint dicenda pro Senatu illo ſexcentiſq; Po. Ro. annis aduerſus artem: in qua condi
tione inſidioſiſſima auctoritatem peſſimis boni faciunt. Simul contra attonitas quorū
dam perſuaſiones q prodeſſe niſi precioſa non putant. Neq; enim dubitauerim aliqui-
bus faſtidio futura quæ dicentur animalia. At non Virgilio nefas fuit nomīare formi
cas nulla neceſſitate: & gurguliones: ac lucifugis congeſta cubilia blattis. Non Home
ro inter prœlia deorum improbitatem muſcæ deſcribere. Nō naturæ gignere iſta: cum

gignat hominem.Proinde cauſas quiſq; & effectus non res æſtimet.Ordiemur aũtem a confeſſis:hoc eſt lanis ouibuſq; Vt obiter rebus præcipuis honos in primis habeatur. Quædam etiam ſi alienis locis:tamen obiter dici neceſſe erit. Nec de eſſet materiæ pompa:ſic quicq̃ aliud intueri liberet:quam fidem operis.Quippe inter prima proditis etiã ex cinere phœnicis nidoq; medicinis . Ceu uero id certum eſſet:atq; non fabuloſum. Irridere eſt uitæ remedia poſt milleſimum annum reditura monſtrare. Ca. II.

De medicina lanarum

LAnis auctoritatẽ ueteres Romani etiam religioſam habuere poſtes a nubẽtibus attingi iubentes.Præterq; cultum& tutelã contra frigora.Succidæ plurima præſtat remedia ex oleo uinoq;: aut aceto:prout quæq; mulceri moderari opus ſit:& aſtringi laxari ue:luxatas membris dolentibuſq; neruis impoſitæ : & crebro ſuffuſæ.Quidam etiã ſalem admiſcent luxatis. Alii cum lana rutam tritam adipemq; imponunt.Item cõtuſis tumentibuſq;.Halitus quoq; oris gratiores facere traditur cõfricatis dentibus atq; gingiuis admixto melle.Prodeſt & phreneticis ſuffitu . Sanguinẽ in naribus ſiſtit cum oleo roſaceo:& allio indita modico auribus obturatis ſpiſſius. Quin & ulceribus uetuſtis imponitur cum melle.Vulnera ex uino uel aceto uel aqua frigida & oleo aſperſa ſanat.Arietis uellera lotu frigidaq; ex oleo madefacta in mulieribus malis inflamãmationeſq; uuluæ ſedant.Et ſi procidant ſuffitu reprimũt . Succida lana impoſita ſubditaq; mortuos partus euocat.Siſtit etiam profluuia earum. At canis rabioſi morſibus inculcata poſt diem ſeptimũ ſoluitur.Recluuias ſanat ex aqua frigida Eadem nitro ſulphure oleo aceto pice liquida feruentibus tincta q̃calidiſſima impoſita bis die lumborum dolores ſedat.Sanguinẽq; ſiſtit ex ariete ſuccida:articulos extremitatum præligans.Laudatiſſima omnis e collo.Natione uero galatica:tarentina:attica:mileſia.Succidam imponunt& deſquamatis:percuſſis:liuidis:contuſis:colliſis:contritis: deiectis. Capitis & aliis doloribus ſtomachi inflamationi ex aceto & roſaceo. Cinis eius illinitur attritis uulneratis ambuſtis.Et in oculorum medicamenta additur.Item in fiſtulas:aureſq; ſuppuratas. Ad hæc detõſam eam alii uero euulſam deciſis ſummis partibus ſiccant.Carpuntq;:& in fictili crudo componunt:ac melle perfundunt utrumque.Alii haſtulis tedæ ſubiectis:& ſubinde interſtratis:oleo aſperam accendunt.Cineremq; in labellis aqua addita confricant manu:& conſidere patiuntur:idq; ſæpius mutantes aquam donec linguam aſtringat leniter nec mordeat . Tunc cinerem reponũt. Vis eius ſtiptica eſt :efficaciſſimeq; genas purgat : Quin ipſæ ſordes pecudum ſudorque fœmininum & aliarum adhærentes lanis:æſopum uocãt. Innumeros prope uſus habent.In atticis ouibus genito palma fit pluribns modis. Sed probatiſſimum lana ab iis partibus recenti concepta : aut quibuſcunq; ſordibus ſuccidis primum collectis: ac lento igni in æneo uaſe ſufferuefactis & refrigeratis:pinguiq; quod ſupernatat:collecto in fictili uaſe:iterumq; decocta priore materia:quæ pinguitudo utraq; frigida aqua lauatur:& linteo ſiccatur:ac ſole torretur:donec candida fiat ac tranſlucida. Tum in ſtagnia pyxide conditur.Probatio autem ut ſordiũ uirus oleat:& manu fricante ex aqua non liquetur:ſed albeſcat ut ceruſa.Oculis utiliſſimum contra inflammationes genarumq; callum.Quidam teſta torrendo conficiunt:ne pinguedinẽ amittat:utilem talẽ exſtimantes eroſis & duris genis:angulis ſcabioſis & lachrymantibus.Vlcera non oculorum modo ſanat:ſed oris etiam & genitalium cũ anſerino adipe.Medet & uulue inflãmationibus:& ſedis rhagadis:& condylomatis cum meliloto ac butyro.Reliquos uſus eius ſuo loco digerimus:Sordes quoq; caudarum cõcretæ in pilulas ac ſiccatę per ſe tuſæq; farina & illitæ dentibus mire proſunt etiam labentibus:gingiuiſq; ſi carcinomata ſerpat. Lã uero pura uellera aut p ſe ĩpoſita cæcis doloribus:aut aceto ſulphure & cinis eoꝝ genitaliũ uitiis.Tantumq; pollent:ut medicamentis quoq; ſupponantur. Medent ante omnia & pecori ipſi:ſi faſtidio nõ paſcat . Cauda enim q̃rtiſſime præligata euul

la inde laña ſtatim ueſcuntur. Traduntq; quot extra modum ſit e cauda præmori.

¶ De ouorum natura. Ca. III.

LAnæ habent & cum ouis ſocietatẽ ſimul fronti impſitæ cõtra epiphoras. Non
opus eſt eas in hoc uſu rudiculis eſſe curatas. Neq; aliud q̃ candidum ex ouo
infundi ac pollinem thuris. Oua per ſe infuſo candido oculis epiphoras cohi
bent: urenteſq; refrigerant. Quidam cum croco præferunt: & pro aqua miſcẽt collyriis
Infantibus uero contra lippitudines uix aliud remedium eſt butyro ammixto recenti.
Eadem cum oleo trita ignes ſacros leniunt: betæ foliis ſuperligatis. Cãdido ouorum in
oculis & pilis reclinantur hammoniaco trito: ammixtoq;. Et Vari in facie cum pineis
nucleis: ac melle modico. Ipſa facies illita ſole non aduritur. Ambuſta aquis ſi ſtatim
ouo occupentur: puſtllas non ſentiunt. Quidam ammiſcent farinam hordeaceam: &
ſalis parum. Vlceribus uero ex ambuſto cum candido ouorum toſtum hordeũ & ſuil-
lo adipe mire prodeſt. Eadem curatione ad ſedis uitia utuntur. Infantibus quidẽ etiã
ſiquid ibi procidat. Ad pedum rimas ouorum candido decocto cum ceruſæ denariorũ
duoꝝ pondere pari ſpũæ argenti myrrhæ exiguo deinde uino Ad ignem ſacrum can
dido ouoꝝ trito cum amylo. Aiunt & uulnera candido glutinari. Calculoſq; pelli. Lu
tea ouorum cocta indureſcant: admixto croco modice: itẽ melle ex lacte mulieris illita
dolores oculorum mitigent. Vel cum roſaceo & mulſo lana oculis impoſita: uel cum
trito apii ſemine ac polenta inmulſo illita. Prodeſt & tuſſientibus per ſe luteum deuora
tum liquidum: ita ut dentibus non attingatur. Thoracis diſtillationibus. Faucium ſca
briciæ. Priuatim contra hemorroidum morſum illinitur: ſorbeturq; crudum. Prodeſt
& renibus: ueſicæ: roſſionibus: exulcerationibuſq;: & cruenta excreãtibus. Quinq; ouo
tum lutea in uini hemina cruda ſorbentur dyſentericis. cum iure putaminis ſui & pa-
paueris ſucco aut uino. Dantur celiacis cum uuæ paſſæ pinguis pari pondere: & ma-
licorio per triduum æquis portionibus. Et alio modo lutea ouoꝝ trium lardi ueteris &
melle quadrantibus. Vini ueteris cyathis tribus trita ad craſſitudinem mellis: & cum
opus ſit auellanæ nucis magnitudine ex aqua pota: Item ex oleo fricta terna totis ouis
pridie maceratis in aceto ſic & illita lyenicis. Sanguinem aũt reiicientibus cum tribus
cyathis mixti. Vtuntur iiſdem ad liuentia ſi uetuſtiora ſint: cum bulbis ac melle. Sunt
& menſes mulierum cocta & ex nino pota. Inflationes quoq; uuluæ cruda cum oleo
ac uino illita. Vtiora ſunt & ceruicis doloribus cum anſerino adipe & roſaceo. Sedis eti
am uitiis durata igni: ut calore quoque proſint. Et condilomatis cum roſaceo. Itẽ am-
buſtis duraca in aqua mox in pruna putaminibus exuſtis tum lutea ex roſaceo illinũ-
tur Fiunt & tota lutea: quæ uocant ſatiſta: cum triduo incubata tolluntur. Stomachũ
diſſolutum confirmant pulli ouorum cum gallæ dimidio: ita ut ne ante duas horas ali
us cibus ſumatur. Dant & dyſẽtericis pullos in ipſo ouo decoctos ammixta uini auſte-
ri hemina & pari modo olei polentæque. Membrana putaminis detracta ſiue crudo
ſiue decocto labiorum fiſſuris menetur Putaminis cinis in uino potus ſanginis eru
ptionibus. Comburi ſine membrana oportet. Sic fit & dentifririum. Idem cinis &
mulierum menſe: cum myrrha illitus ſiſtit. Firmitas putaminum tanta eſt: ut recta
nec ui nec pondere ullo frangatur: nec niſi paululum inflexa rotunditate. Tota
oua adiuuant partum cum ruta. & antheo & cymino pota ex uino. Scabiem corpo
rum ac priuatum oleo & cedria mixtis tollunt. Vlcera quoque humida in capite cy-
clamino ammixta. Ad puris & ſanguinis excreariones ouum crudum cum porri ſecti-
ui ſucco: parique menſura mellis græci calefactum hauritur. Dantur & tuſſientibus
cocta & trita cum melle & cruda cum paſſo oleique pari modo. Infundũtur & uirlita-
tis uitiis ſigula cũ ternis paſſi amyliq; ſemũcia a balneis. Aduerſus ictus ſerpẽtiũ cocta
tritaq; adiecto naſturtio illinuntur. Cibos quot modis iuuent notum eſt cũ trãſmittat
faucium tumorẽ calſactuq; obiter foueãt. Nullus ẽ alius cibus q̃ i ægritudie alat: neq;

oneret.ſimulq; uini uſum & cibi habeat. Maceratorum in aceto molliri diximus puta
men. Talibus cum farina in pane ſubactis. cœliaci recreantur. Quidam ita reſoluta in
patinis torreri putant. Quo genere non aluos tantum ſed & menſes fœminarũ ſiſtunt
aut ſi maior ſit impetus cruda cum farina ex aqua hauriũtur. Et per ſe lutea exiis deco
cta rurſum in aceto donec indureſcant. Iterũq; cum trito pipe torrentᷣ ad cohibendas
aluos. Fit & dyſentericis remediũ ſingulare ouo effuſo in fictili nouo eiuſdemq; oui
menſura ut paria ſint omnia melle mixto mox aceto. Itẽ oleo cõfuſis crebroq; pmixtis
Quo fuerint ea excellentiora: hoc præſentaneũ remedium erit. Alii eadem mẽſura pro
oleo & aceto reſinam adiiciunt rubentẽ uinumq;: & alio modo temperant olei tantum
mẽſura pari pineiq; corticis duabus ſexageſimis denariorũ. Vua eius quod rhum dixi
mus mellis obolis quinq; ſimul decoctis ita ut cibus alius poſt quattuor horas ſumatᷣ
Torminibus quoq; multi medentur oua bina cum aliis piſcis quattuor una atterẽdo
uiniq; hemina calefaciendo atq; ita potui dando. Et ne quid deſit ouorum gratiæ: can
didum ex iis admixtũ calci uiuæ glutinat uitri fragmenta. Vis uero tanta eſt ut lignũ
pfuſum ouo nõ ardeat. Ac ne ueſtis quidem cõtacta aduratᷣ: De gallinarũ aũt ouis tan
tum locuti ſumus: cum & reliquarũ alitũ reſtant magnæ utilitates ſicut ſuis dicemus
locis. Præterea eſt ouorum genus in magna galliarũ fama omiſſum a græcis. Angues
ea: numerus eſt ouorum: conuoluti ſaliuis faucium corporumq; ſpumis artifici com
plexu glomerantur: anguinum appellatur. Druidæ ſibilis id dicunt in ſublime iactari
ſagoq; oportere intercipi ne tellurẽ attingat. Profugere raptorem equo. Serpentes eniꝫ
inſequi: donec arceantur amnis alicuius interuentu. Experimentum eius eſſe ſi contra
aquas fluitet: uel auro cinctum. Atq; (ut eſt magorum ſollertia occultãdis fraudibus
ſagax) certa luna capiendum cenſent tanq̃ conſtruere operationem eam ſerpentium
humani ſit arbitrii. Vidi equidem id ouum mali orbiculatim modici magnitudine.
Cruſta carthilaginis uelut acetabulis brachiorũ polypi crebris: inſigne druidis. At ui
ctorias litium ac regum aditus maxime laudatur. Tantæ uanitatis ut habentem id in
lite in ſinu equitem Romanum euocatum a Diuo Claudio principe interemptũ non
ob aliud ſciam. Hic tamen complexus anguium & efferatorum concordia cauſa uide
tur eſſe: quare exteræ gentes caduceum in pacis argumentis circundata effigie an
guium fecerint. Neq; enim criſtatos eſſe in caduceo mos ẽ. De anſerum ouis magnæ
utilitatis ipſoq; anſere ducturi hoc uolumine debemus honorem comagenorum cla
riſſime rei. Fit ex adipe anſerum. Alioquin celeberrimi uſus eſt. At hoc in comagene ſy
riæ cum cynnamo caſia pipere albo hærba quæ comagine uocatur: obrutis niue uaſis
odore iucundo: utiliſſimum ad perfectiones: conuulſiones: cæcos ac ſubitos dolores:
omniaq; quæ acopis curantur. Vnguentumq; pariter & medicamentum eſt. Fit & in
ſyria alio modo. Adipe auium curato ut dicemus: additis eriſceptro xylobalſamo phœni
ceo tuſo: item calamo ſingulorum pondere qui ſit adipis cymino bis aut ter ſubferue
factis. Fit autem hyeme: quoniam æſtate non glatiat niſi accepta cæra. Multa præterea
remedia ſunt ex anſere. quod miror æque quam in coruis. Namq; cum anſere: coruus
ab æſtate in autumnum morbo cõflictari dicitur. De anſerum honore quem meruere
gallorum in capitolium aſcenſu deprehenſio diximus.

¶ Remedia de cane: & ex animalibus quæ placida non ſunt ſed fera & ex uolucribus & contra morſus phalangiorum. Ca. IIII.

EAdem de cauſa ſupplicia annua canes pendunt inter ædem iuuentutis & Sũ
manii uiui in furcas ſambucea arbore fixi. Sed plura de hoc animali dici co
gunt priſcorum mores. Catulos lactentes adeo puros exiſtimabant ad cibum:
ut etiã placandis numinibus hoſtiarum uice uterentᷣ iis. Genito mane catulo res diui
na fit: & in cœnis deorũ etiamnũ ponitur. Catulina addita talibus quidẽ epulis celebres
fuiſſe Plauti fabulæ ſunt idicio. Sanguine canino cõtra toxica nihil præſtãtius putatᷣ

Vomitiones quoqꝫ hoc animal mõſtraſſe uidetur. Et alios uſus ex eo mire laudatos re
feremus ſuis locis. Nunc ad ſtatutum ordinem pergemus. Aduerſus ſerpentium ictus
efficacia habentur ſimum pecudis recens in uino decoctum illitumqꝫ. Mures diſecti &
impoſiti quorum natura uon eſt ſpernenda præcipue in aſcenſu ſyderum ut diximus
cum lumine lunæ fibraꝝ numero creſcente: atqꝫ decreſcente. Tradunt magici iocinere
muris dato porcis in fico ſequi dantem id animal. In homĩe quoqꝫ ſimiliter ualere: ſed
reſolui cyatho olei poto. Muſtellaꝝ duo genera. Alteꝝ ſilueſtre. Diſtant magnitudine.
Græci uocant ictides. Haꝝ fel contra aſpidas dicitur efficax: cætero uenenum. Hæc au
tẽ quæ ĩ domibus noſtris oberrat: & catulos ſuos (ut auctor ẽ Cicero) quottidie trãſfert
mutatatqꝫ ſedem: ſerpentes proſequitur. Ex ea inueterata ſale denarii põdus in cyathis
tribus datur percuſſis aut uentriculis coriandro fartus inueteratuſqꝫ & in uino potus.
Et catulus muſtellæ etiã efficacius. Quædã pudenda hictu tanta uctorũ aſſeueratiõe
cõmendantur ut præterire fas non ſit. Siqdem illa concordia reꝝ aut repugnantia me
dicinæ gignunt. Veluti cimicum animalis fetidiſſimi. & dictu quoqꝫ faſtidiendi natu
rã contra ſerpentium morſus & præcipue aſpidum ualere dicit. Item contra uenena
omnia. Argumento ꝙ dicunt gallinas quo die id ederint nõ interfici ab aſpide. Carnes
quoqꝫ eaꝝ percuſſis plurimum prodeſſe. Ex iis que tradunt humaniſſimũ illinire mor
ſibus cũ ſanguĩe teſtudinis. Item ſuffitu eoꝝ abigere ſanguiſugas adhærẽtes: hauſtaſqꝫ
ab animalibus reſtringere in potu datos. Quanq̃ & oculos qdam iis inũgunt tritis cũ
ſale & lacte mulieꝝ. Aureſqꝫ cũ melle & roſaceo ammixtus. Eos q agreſtes ſint & ĩ mal-
ua naſcant crematos cinere pmixto roſaceo ĩfundũt tradũt auribus. Cætera quæ de iis
uomicæ: & quartanarum remedia: aliorumdue morborum quanquam ouo aut cæra
aut faba incluſos cenſeant deuorandos falſa nec referenda arbitror. Lethargi tamẽ me-
dicinæ cum argumento adhibent: quoniam uincatur aſpidum ſomnifica uis ſeptenos
in cyatho aquæ dantes: puerilibus annis quaternos. Et ſtrãguriæ fiſtulæque impoſue
re: adeo nihil illa rerum omnium parens ſine ingentibus cauſis genuit. Quin & adal-
ligatos leuo brachio binos lana ſubrepta paſtoribus reſiſtere nocturnis febribus prodi-
derunt: diurnis in roſeo panno. Rurſus iis aduerſatur ſcolopendra ſuffituque necat.
Aſpides percuſſo torpore & ſomno necant: omnium ſerpentium minime ſanabiles.
Sed & uenenum earum ſi ſanguis attigit: aut recens uulnus ſtatim interimit. Inuetera
tum ulcus tardius. De cætero potum quantalibet copia non noces. Non enim eſt tabi
fica uis: itaque occiſa morſu earum animalia cibis innoxia ſunt. Contarer in prferen-
do ex iis remedia: niſi. M. V. ſcirem. lxxxiii. uitæ anno pdidiſſe aſpidum ictus efficaciſ-
ſime curari hauſta a percuſſis ipſorum urina. Baſilici quẽ etiam ſerpentis ipſi fugiunt
alios olfactu necantem qui hominem uel ſi aſpiciat tantum: dicitur interimere: ſangui
nem magi miris laudibus celebrant coeuntem picis modo & colore dilutum cinnabari
clariorem fieri. Tribuũt ei & ſucceſſus petitionums a poteſtatibu: & a diis etiam precũ
morborum remedia benefiorum munere. Quidam id Saturni ſanguinem appellant.
Draco non habet uenena. Caput eius limini ianuuarum ſubditum: propitiatis orrtio
ne diis fortunatã domũ facere pmittũt. Oculis eius ĩueteratis & cũ melle tritis inũctos
nõ paueſcere ad nocturnas imagĩes ẽt pauides cordis. Pingue ĩ pelle draconum neruis
ceruinis adalligatũ in lacerto cõferre iudicioꝝ uictoriã. Primũ ſpondilũ aditus poteſta
tũ mulcere. Dentes eius alligatos pellibus capreaꝝ ceruinis neruis: mites præſtare do-
minos: poteſtateſqꝫ exorabiles Sed ſup omnia eſt compoſitio: qua ĩuictos faciũt magoꝝ
mẽdacia. Cauda draconis & capite ullis leonis & fronte & medulla eiuſdem eq uictoris
ſpuma canis unguibus adalligatis ceruino corio neruiſqꝫ cerui alternatis & dorcadis.
Quæ arguiſſe nõ minus refert q̃ cõtra ſerpẽtes remedia demoſtraſſe quoniã hæc mor-
borũ beneficia ſunt. Draconũ adipẽ uenenata fugiũt. Itẽ uirus ichneumonũ. Et cutis
cinere in aceto perunctos. Vipere caput impoſitum uel alterius q̃ quæ pcuſſerit ſine ſi

Baſilisci mali

ne prodeſt.Item ſiquis eam ipſam in uapore baculo ſubſtineat:aiunt eum futura præ
cinere.Item ſiquis exuſtæ eius cinerem illinat. Reuerti autem ad pcuſſum ſerpentem:
neceſſitate naturæ. Nigidius auctor ẽ.Caput quidem diſſecant ſcytie:interq; aures ex
imunt lapillum:quem aiunt ab ea deuorari territa.Alii ipſo toto capite utunt̃. Fiunt
& ex uipera paſtilli qui theriaci uocantur a grecis:ternis digytis utrinq; amputatis:ex
emptiſq; interaneis & liuore ſpinæ adhærente:reliquo corpore in patina ex aqua & ane
tho diſcocto:ſpiniſq; exemptis & addita ſimilagine:atq; ita in umbra ſiccatis paſtillis:q
bus ad multa medicamenta utunt̃. Significandum uidetur e uipera tantũ hoc fieri.
Quidam purgatæ ut ſupra dictum eſt adipem cum olei ſextario decoquunt ad dimidi
as.Ex eo cum opus ſit ternis ſtillis additis in oleum puuguntur:ut omnes beſtiæ fugi
ant eos.Præterea cõſtat cõtra omniũ ſerpentiũ ictus quãuis inſanabiles ipſarum ſerpẽ
tium exta impoſita auxiliari. Ecq; qui aliquando uiperæ iecur coctũ hauſerint:nunq̃
poſtea feriri a ſerpente.Neq; anguis uenenatus eſt niſi per menſem luna iſtigatus.Sed
prodeſt uiuus compræhenſus:& in aqua coutuſus:ſi foueatur ita morſus.Quin & in
eſſe ei remedia multa credunt̃:ut dicemus.Et ideo Aeſculapio dicatur. Democritus q
dem monſtrat quedam ex iis conſici:ut poſſint auium ſermones ĩtelligi.Atqui anguis
æſculapius epidauro.Romã aduectus eſt:uulgoq; paſcitur & in domibus.Ac niſi incẽ
diis ſemina exurerentur nõ eẽt fœcunditati eorum reſiſtere.In orbe terrarum pulcher
rimum anguium genus eſt qđ in aqua uiuit : hydri uocãtur:nullis ſerpentiũ inferio
res ueneno.Horum iecur ſerpentium aduerſus pcuſſos ab iis auxiliũ eſt. Et ſcorpio tri
tus ſtellionum ueneno aduerſat̃.Fit enim & e ſtellionibus malũ medicamentum.Nam
cum immortuus eſt in uino faciem eorũ qui biberint lentigine obducit. Ob hoc i un
gunto necant eum inſidiantes pellicum forme. Remediũq; eſt oui luteum & mel ac
nit um. Fel ſtellionum tritum in aqua:muſtellas congregare dicitur.Inter omnia ue
nenata ſalamandræ ſcelus maximum eſt.Cætera enim ſingulos feriunt:nec plures pa
riter interimunt ut omittã:qđ perire cõſcientia dicunt̃ homine pcuſſo : neq; amplius
admitti ad terras.Salamandra populus pariter necare improuidos põt. Nam ſi arbori ir
repſerit:omnia poma inficit ueneno : & eos qui ederint:necat frigida ui nihil aconito
diſtans.Quinimmo ſi contacto ab ea ligno uel pede cruſta panis incoquatur idem ue
neficiũ eſt:uel ſi in puteum cadat.Quippe cũ ſaliua eius quacunq; parte corporis:ud
in pede imo reſperſa omnis in toto corpore defluat pilus. Tamẽ talis & tanta uis uene
ni a quibuſdam animaliũ ut ſuibus mandit̃ : dominante eadem illa rerum diſſidentia
Venenum eius extingui primũ omniũ ab iis quæ ueſcantur illa:ueriſimile eſt. His ue
ro ſimilia ſunt:quæ ꝑduntur cantharidũ potu:aut lacerta in cibo ſumpta.Cætera ad
uerſantia diximus:dicemuſq; ſuis locis. Ex ipſis quæ magi tradunt cõtra icendia quo
niam ignes ſola aĩalium extinguat:ſi forent uera iam eẽt experta.Roma.Seſtius uenerẽ
accendi cibo earũ ſi detractis interaneis & pedibus & capite in melle ſeruent̃:tradit ne
gatq; reſtingui ignẽ ab iis.Ex uolucribus in auxilio cõtra ſerpẽtes primũ uultur ẽ.An
notandũ quoq; minus uiriũ eſſe nigris pennarũ.Ex iis enim ſi urant̃:nidore fugari eas
dicũt.Itẽ cor eius alitis habentes tutos eẽ ab impetu nõ ſolũ ſerpentiũ:ſed et ferarum &
latronũ ac regũ ira.Carnibus gallinaceorũ ita ut tepebũt auulſæ appoſitis uenena ſerpẽ
tium domant̃.Itẽ cerebro in uino poto.Parthi gallinæ malunt cerebrũ plagis impone
re.Ius quoq; ex iis potũ præclare medet̃:& in multis aliis uſibus mirabile.Pãtheræ leo
neſq; nõ attingunt perunctos eo:præcipue ſi & allium fuerit incoctum.Allum ſoluit
Validiuse uetere gallinaceo. Prodeſt & contra longinquas febres:& torpentibus mem
bris tremulſiſque : & articuliariis morbis:& capitis doloribus.Epihoris:inflammationi
bus : faſtidiis incipienti tenaſmo: iocineri: renibus : ueſicæ. Contra cruditates ſuſpi
ria. Itaque etiamfaciendi eius extant præcepta. Efficacius enim cocti cum olere mari
no:aut cibo: aut cappari:aut apio:aut hærba mercuriali:aut polypodio : aut anetho.

Vtiliſſimæ autem coniugis tribũs aquæ ad tres heminas cum ſupradictis hærbis:& refrigeratum ſub diuo dari tempeſtiuis antecedentem uomitione. Non præteribo miraculum quanquam ad medicinam non pertinens. Si uero liquæſcenti gallinarũ membra miſceantur: coſumunt illud in ſe. Ita hoc uenenum auri eſt. At gallinaceis ipſis circulo e ſermentis addito collo non canunut. Auxiliatur contra ſerpentes & columborum caro recens conſcerpta & hirundinum. Bubonis pedes uſti cum pulpagine hærba Nec omittam in hac alite quoque exemplum magicæ uanitatis. Quippe præter reliqua portentoſa mendacia. Cor bubonis impoſitum mamæ mulieris dormiẽtts ſiniſtræ tradunt efficere ut omnia ſecreta pronuntiet. Præterea in pugnam ferẽtes idem fortiores fieri. Eiuſdem ouo ad capillos remedia demoſtrant. Quis autem quæſo ouum bubonis uidere potuit: cum tam ipſam autem uidiſſe prodigium ſit? Quis utique experiri & præcipue in capillo? Sanguine quidem pulli bubonis etiam criſpari promittunt capillum. Huius generis prope uideri poſſunt quæ tradunt & e ueſpertilione: quod ſi ſit circunlatus domui uiuus & per feneſtram inuerſo capite inſigatur amuletum eſſe. Priuatimq; ouilibus circunlatũ totiens & pedibus ſuſpenſũ ſurſum ſup liminare. Sanguinem quoque eius cum carduo contra ſerpentium ictus inter præcipua laudant. Phalangiũ ẽ italiæ ignotum & plurium generum. Vnum ſimile formicæ: ſed multo maius: ruffo capite: reliqua parte corporis nigra: albis itercurſantibus reſperſus guttis. Acerbior huius quam ueſpæ ictus. Viuit maxime circa furnor & mollas. In remedio eſt ſi quis eiuſdem generis alterum percuſſo oſtendat. Et ad hoc ſeruantur cũ mortui inueniuntur. Et cortices eorum contriti & poti medentur. Et muſtellæ catuli ut diximus ſupra. Aeque phalangion græci uocant inter genera araneorum: ſed diſtingunt lupi nomine. Tertium genus eſt eodem phalangii nomine araneus: lanuginoſus: grandiſſimo capite. Quo diſſecto inueniri dicũtur intus uermiculi duo: adalligatiq; mulieribus ceruina pelle ante ſolis ortum præſtant ne concipiant: ut Cecilius in cõmentariis reliquit. Vis ea annua eſt: quam ſolam ex omni tacito dixiſſe fas ſit: quoniã aliquarum fœcunditas plena liberis tali uenia indiget. Vocatur & rachinno nigro ſimilis ore minimo ſub albo pedibus breuiſſimis: tanquam imperfectis. Dolor a morſu eius qualis a ſcorpione. Vrinæ ſimilis araneis textis. Idem erat aſiortiõ: niſi diſtigueretur uirgulis albis. Huius morſu genua labefactantur. Peior utroq; eſt cæruleus: lanugĩe nigra: caliginem concitant: & uomitus araneoſos: etianum deteriora: crabone penna tantum differens. Hic & ad maciẽ perducit. Myrmecion formicæ ſimilis capite: aluo: nigra: guttis albis diſtinguentibus. Veſparum dolore torquet. Tetragâthii duo genera habent: peior medium caput diſtinguente linea alba & tranſuerſam altera. Hic oris tumorem facit. At cinereus poſterior parte candicans lentior. Minime aũt noxius eodẽ colore qui telas muſcis in parietibus latiſſime pandit. Contra omniũ morſus remedium eſt gallinaceũ cerebꝝ cum piperis exiguo potum in poca. Item formiræ quinque potæ. Pecudum fimi cinis illitus ex aceto. Et ipſi aranei quicũq; in oleo putrefacti. Muris aranei morſus ſanatur coagulo agnæ in uino poto. ængulæ arietinæ cinere cum melle. Muſtellæ catulo ucin ſerpẽtibus dictũ eſt. Si iumẽta momorderit: mus recẽs cũ ſale imponit̃ ut fel ueſpertilionis ex aceto. Et ipſe mus araneus contra ſe remedio ẽ diuiſus & ĩpoſitus. Na ſi prægnans momorderit: protinus diſſilit. Optimum eſt ſi is impõatur qui momorderit. Sed & alios ad hunc uſus ſeruant in oleo ut luto circunlitos. Eſt & contra morſum eius remedio terra ex orbita. Ferunt enim non tranſiri ab eo orbitam torpore quodam naturæ. Scorpionibus contrarius maxime inuicem ſtellio traditur ut uiſu quoque pauorem iis afferat: & torporem frigidi ſudoris. Itaque in oleo putrefaciũt eum: & ita eo uulnera pungũt. Quidã oleo illo ſpumam argenteã decoquũt ad ẽplaſtri genus: atq; illa illinunt. Hũc græci color uocant & aſcalabõtẽ: & galeotẽ. In italia nõ naſcit̃. Eſt.n. hic plenus lẽtigĩe ſtridoris acerbi. Et ueſcit̃ quæ omnia a noſtris ſtelliõibus aliẽa ſunt.

Prodeſt & gallinaꝝ fimi cinis illitus. Draconis iecur. Lacerta diuulſa. Mus diuulſus. Scorpio & ipſe ſuæ plagæ īpoſitus aut aſſus ī cibo ſumptus: aut potus in meri cyathis duobus. Proprium ē ſcorpionũ q? manus palmam nõ feriunt nec: niſi pilos attingere. Item Lapillus qualiſcũq; ab ea parte qua in terra erat appoſitus plagæ lenit dolorem. Item teſta ſicut erat terra operta ex aliqua parte ſicut erat impoſita liberare dicit᷑. Non debẽt reſpicere qui imponũt. Et cauere ne ſol aſpiciat: Vermes terreni triti impoſiti proſunt. Multa & alia ex his remedia ſunt propter quæ in melle ſeruant᷑. Noctua apibus cõtraria & ueſpis crabronibuſq; & ſãguiſugis. Pitii quoq; marti roſtrũ ſecum habentes non feriuntur ab iis. Aduerſantur & locuſtarum minimæ ſine pennis: quas atelabos uocãt. Eſt & formicarũ genus uenenatũ. Non eas nouere in italia. Solifugas Cicero appellat Salfugas betica. Iis cor ueſpertilionis contratiũ omnibuſq; formicis & ſalamandris reſiſtit. Cantharidas diximus. Sed & in iis magna quæſtio: quoniam ipſæ uenena ſunt potæ ueſicæ cum crutiatu præcipuo. Coſſinum equitẽ aomanum amicitia. Nerõis principis notum: cum iis lichene correptus eſſet: uocatus ægypto medicus ad hanc ualitudinem eius a Cæſare: cum cantharidum potum præparare uoluiſſet interemit. Verũ illitas prodeſſe non dubiũ eſt cum ſucco taminiæ uuæ: & ſeuo ouis uel capræ. Ipſarũ cantharidum uenenũ in aqua parte ſit: non conſtat inter auctores. Alii in pedibus & capite exiſtimant eſſe. Alii negant. Cõuenit tantum pennas earum auxiliari in quacũque parte ſit uenenum. Ipſæ naſcunt᷑ ex uermiculo in ſpongia maximæ cynhorodi: q̃ fit in caule. Sed fœcundiſſimæ in fraxino Cæteræq; in alba roſa minus efficaces. Potentiſſimæ ĩter omẽs uariæ luteis lineis: quas ĩ pennis trãſuerſas habent. Multũ pingues ĩertiores minimæ latæ piloſe. Inutiliſſimæ uero unius coloris macreq;. Conduntur in calice fictili non picato & linteo colligato congeſtæ roſa matura: & ſuſpendunt᷑ ſuper acetũ cũ fele feruens: donec linteolũ uaporentur: poſtea reponunt᷑. Vis earum adurere corpus: cruſtas obdulcere. Eadem pitycampis inipicea naſcentibus. Eadem bupreſti ſimiliterque preparantur. Efficaciſſimæ omnes ad lepras lichenaſque dicuntur. Menſes cit: & urinã. Ideo & Hippocrates hydropicis dabat. Cantharides obiectæ ſunt. Catõi uticenſi: ceu uenenũ uendidiſſet in actione regia: quoniam eas ſeſtertiis. lx. addixerat

De ſeuo camelion: & cane rabido: & lacerta: & anſeribus: & columbis: & muſtelis remedia. Capitulum. IIII.

Et ſeuum autem ſtruto camelinũ tunc ueniſſe ſeſtertis. lxxx. obiter dictũ ſit: efficacioris ad oĩa uiſus quã ē adeps ãſerimus. Diximus & mellis uenenati genera. Contra quod utuntur melle: in quo adeps ſint mortuæ. Idem potum in uino remedium eſt uitiorum: quæ cibo piſium gignuntur. In canis rabidi morſu tuetur a pauore aquæ capitis canini cinis illitus uulneri. Oportet igne comburi omnia eodem modo: ut ſemen diximus: in uaſa fictili nouo argilla circunlito: atque ita in furnum indito. Idem & in potione proficit. Quidamque ob id edendum dederũt. Aliqui & uermen e cadauere tanino adalligauere. Menſtrua ue canis in panno ſubdidere calici aut intus. Ipſius caudæ pilos combuſtos inſuere uulneri. Cor caninum habentem fugiunt canes. Non latrant uero lingua canina ĩ calciamento ſubdita pollici. Aut caudam muſtelæ quæ abſciſa dimiſſa ſit habentes. Eſt limus ſaliuæ ſub lingua rabioſi canis qui datus in potu fieri hydrophouos non patitur. Multo tamen utiliſſime iecur eius qui in rabie momorderit datur. Si poſſit fieri crudum mãdendum. Si minus quomodo coctum aut ius in coctis carnibus. Eſt uermiculus in lingua canum qui uocatur a græcis lytta: quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt: nec faſtidium ſeutiũt. Idẽ ter igni circũlatus datur morſis a rabioſo: ne rabidi fiant. Et cerebello galli naceo occurrit. Sed id deuoratũ ãno tñ eo prodeſt. Aiunt & criſtã galli cõtritã efficaciter ĩponi. Et anſeris adipem cũ melle. Saliunt & carnes eorũ qui rabidi fuerunt ad eadẽ remedia in cibo dandi. Quin & necant᷑ catuli ſtatim ĩ aqua ad ſexũ eius q momorderit

ut iecur crudum deuorret ex iis. Prodeſt & fimum gallinaceum: dumtaxat ruffum: ex aceto impoſitum. Et muris araneæ caudæ cinis ita ut ipſe cui aſciſſa ſit: uiuus dimittatur. Gleba ex hirundinum nido illita ex aceto: uel pulli hirundinis combuſti. Mẽbrana ſiue ſenectus anguiũ uernatione exuta cum cancro maſculo trita. Nam etiam per ſe repoſita in arcis armariiſq; tineas necat. Tanta uis mali eſt urina quoq; calcata rabioſi canis necat: maxime ulcus habentibus. Remedium eſt fimum caballinum aſperſum aceto & calefactũ in fico impoſitum. Minus hoc miretur qui cogitet lapidem a cane morſum uſque in prouerbinm diſcordiæ ueniſſe. Qui in urinam canis ſuam egeſſerit: torporem lumboꝝ dicitur ſentire. Lacerta quam hyſepa alii calcidem uocant in uino pota morſus ſuos ſanat. Veneficiis ex muſtella ſilueſtri factis contrarium eſt ius gallinacei ueteris large hauſꝝ. Peculiariter contra aconitum addi paꝝ ſalis oportet. Gallinaꝝ fimum dũtaxat candidum in hyſopo decoctum aut mulſo: uenena fungoꝝ boletorumq; aſtringit. Item inflammationes ac ſtraugnlationes: quod miremur: cum ſi aliud animal guſtauerit id fimum torminibus & inflationibus afficiatur. Sanguis anſeris contrt lepores marinos ualet: cum olei æqua portione. Item contra medicamenta mala omnia. Aſſeruatur cum lammia rubrica & ſpinæ albæ ſucco paſtilloꝝ drachmis quinq; qui in cyathis ternis aquæ bibantur. Item muſtellæ catulus ut ſupra diximus præparatus. Coagulum quoq; agninum aduerſus omnia mala medicamenta pollet. Item ſanguis anatum ponticaꝝ. Itaq; & ſpiſſatus ſeruatur: uinoq; diluitur. Quidã fœminæ anatis efficaciorem putant. Simili modo contra uenena omnia ciconiaꝝ uentriculis ualet. Coagulum pecoris. Caulis ius ex carne arietum priuatim aduerſus canthatidas. Item lac ouium calidum: præter q̃ iis qui bupræſtin aut aconitum biberint. Columbarum ſilueſtrium fimum priuatim contra argenti uiui potum. Cõtra toxica muſtella uulgaris inueterata binis drachmis pota.

¶ Ad Alopecias tollẽdas: & ad pilos reddẽdos: & ad lẽdes tollẽdas: & ad palpebras: & ad glaucomata: & ad oculos: & ad parotidas remedia. Ca. VI

Alopecias replet fimi pecudum cinis cum oleo cyprino & melle. Item ungularum muli uel mulæ ex oleo myrtheo. Præterea (ut Varro noſter tradit) murinum fimum qđ item muſcerdas appellat. Et muſcarum capita recẽtia prius folio ficulneo aſperata. Alii ſanguine muſcaꝝ utuntur. Alii decem diebus cinerem earum illinunt cum cinere chartæ uel nucũ: ita ui ſit tertia pars e muſcis. Alii lacte mulieꝝ cum braſſica cinerem muſcaꝝ ſubiiciũt: qdam mel tãtũ. Nullũ animal minus docile exiſtimatᷣ minoris ue intellectus. Quo mirabilius eſt olympiæ ſacro certamine nubes eaꝝ imolato tauro deo quem Myoden uocant extra territoriũ id abire. Alopecias cinis e muriũ capitibus caudiſq; & totius muris emendat: præcipue ſi ueneficio acciderit hæc iniuria. Item herinacei cinis cũ melle aut corium cõbuſtum cum pice liquida. Caput quidẽ eius uſtum per ſe etiã cicatricibus pilos reddidt. Alopecias aũt in ea curatione præparari oportet nouacula & ſinapi. Quidam ex aceto uti maluerunt. Quæ de herinaceis dicunᷣ oĩa tãto magis ualebũt ĩ hyſtrice. Lacertæ quoq; ut diximus combuſtæ cũ radice recẽtis harũdinis: quæ ut una cremari poſſit minutari fienda ẽ. Itẽq; myrtheo oleo ꝑmixto cineres capilloꝝ defluuia contient. Efficacius uirides lacertæ oĩa eadẽ præſtãt. Etiãnum utilius admixto ſale & adipe urſino & cepa tuſa. Quidã denas uirides in. x. ſextariis olei ueteris diſcoquunt cõtenti ſemel in menſe ungere. Pelliũ uipinarum cinis alopecias celerrime explet. Itẽ gallinaꝝ fimũ recẽs illitũ. Corui ouũ in æreo uaſe permixtũ illitumq; deraſo capite nigriciam capillis affert. Sed donec iareſcat: oleũ in ore habendum eſt: ne & dentes ſimul nigreſcant. Idque in umbra faciendum eſt: neque ante triduũ albuendum. Alii ſanguine crebro eius utuntur cum uino nigro. Alii excoquũt ipſum: & nocte cõcubia ĩ plũbeũ uas cõdũt. Aliqui alopecias cãtharide trita illinũtᷣ cũ pice liquida nitro præparata cute. Cauſtica uis eaꝝ: cauẽdũq; ne exulcerent

alte. Poſtea ad ulcera ita facta capita murium & fel murium & fimum cum helleboro
& pipere illini iubent. Lendes tolluntur adipe canino : uel anguibus in cibo ſumptis
anguillarum modo:aut uernatione earum quam exuunt pota. Prurigines felle ouillo
cum creta cymolia illita capiti donec iareſcat. Capitis doloribus remedio ſunt cochleæ
eæ quæ nudæ inueniunť nondum peractæ ab lato capite·& iis lapidea duritia exem/
pta. Eſt autem ea calculi latitudine:quæ alligantur:& minutæ fronti illinuntur tritæ
Item reſipum oſſa e capite uulturis adalligata:aut cerebrũ cum oleo cedrino peruncto
capite & intus naribus illitis. Cornicis cerebrũ coctum in cibo ſumptũ uel noctuæ idẽ
præſtat. Gallinaceuſq; ſi incluſus abſtineať die ac nocte pari media eius qui doleat cu/
uľſis collo plumis circũligatiſq; uel criſtis: Muſtellæ cinis illitus. Surculus ex nido mil
ui puluino ſubiectus. Murina pellis cremata ex aceto illito cinere . Limacis inter duas
orbitas inuentæ oſſiculũ per aurem cum ebore traiectũ:uel in pellicula canina adaliga
tum quod remedium pluribus ſemperq; prodeſt. Fracto capiti aranei tela ex oleo & ace
to impoſita non niſi uulnere ſanato abſcedit. Hæc & uulneribus tonſtrinarũ ſanguinẽ
ſiſtit. A cerebro uero profluentem anſeris ſanguis:aut anatis infuſus adeps ſiſtit. Adepſ
que earumdẽ alitum cum roſaceo coctus. Matutino paſcentis harundine caput præ/
ciſum maxime luna plena lineo panno adalligant capitis doloribus licio. Aut cæra al/
ba fronti illinunt:& pilos caninos panno adalligant. Cerebrũ cornicis in cibo ſumptũ
palpebras gignere dicitur. Hyſopumq; cũ myrrha calidum penicillo illitũ. Idem præſta
re muſcarũ fimi quoq; murini cinerem æquis portionibus:ut efficaciter dimidiũ pon
dus denarii promittitur additis duabus ſextis denarii ſextiui ut omnia hyſopo illinanť
Item numeri catuli triti in uino uetere ad craſſitudinẽ acopi. Pilos in iis incommodos
euulſos renaſci non patitur fel herinacei. Ouorum ſtellionis liquor. Salamãdræ cinis.
Cinis lacertæ uiridis:uel in uino albo ſole coactus ad craſſitudinẽ mellis ĩ æreo uaſe. Hi
rundinis pullorum cinis cũ lacte titymalli ſpumaq; cochlearum. Glaucomata dicunt
magi cerebro catuli ſeptẽ dierum emendari ſpecillo demiſſo in dextrã partẽ ſi dexter
oculus curetur ĩ ſiniſtram ſi ſiniſter. Aut felle recenti axionis. Noctuarum ẽ id genus
maximum:quibus pluma auri mõ micat. Suffuſiõem oculorum canino felle malebat
q̃ hyenæ curari. Apollonius pritaneus cũ melle. Item albugines oculorum . Murium
capitũ caudarumq; cinere ex melle inunctis claritatem uiſus reſtitui dicunt. Multoq;
magis gliris aut muris ſilueſtris cinere:aut aquilæ cerebro uel felle . Cum attico melle
cinis & adeps ſoricis cõbuſti tritus. Lachrymoſis oculis plurimum cõfert ſtibi . Quod
quid ſi dicemus in metallis. Muſtellæ cinis ſuffuſionibus. Itẽ lacertæ hirundinis ue ce/
rebrum. Quæ etiam tritæ coctæ ue fronti illitæ epiphoras ſedant: ſiue per ſe ſiue cum
polline ſiue cum thure. Sic & ſolatis id ẽ ſole correptis ꝑſunt . Viuas quoq; cremare:&
cinere earum cum melle cretico inungi caligines utiliſſimum eſt. Iumentorum oculis
membrana aſpidis quam exuerit cũ adipe eiuſdem claritatẽ inunctis facit. Viperam ui
uam in fictili nouo comburere addito fœniculi ſucco ad cyathum unũ & thuris mã/
ma una atq; ita ſuffuſiones oculorum & caligines inungere utiliſſimũ eſt. Medicamen
tum id entheon uocatur. Fit & collyrium uipera in olla putrefacta uermiculiſq; enatis
cum croco tritis. Exuritur in olla cum ſale quẽ lingendo claritatem oculorũ cõſequũ/
tur:& ſtomachi totiuſq; corporis tẽpeſtiuitates. Hinc etiam ſal pecori datur ſalubritatis
cauſa:& in antidothum cõtra ſerpentes additur & tollitur. Quidam & uiperis utunt ĩ
cibis. Primum omnium occiſæ ſtatim ſalem in os addi iubent donec liqueſcat humor
quattuor digytorũ menſura utrinq; præciſa:exemptiſq; interaneis diſcoquunt in aqua
aut oleo ſale anetho & omnibus aut ſtatim ueſcunť :aut a pane colligũt ut ſæpius utã
tur. Ius præter ſupradicta pediculos e toto corpore expellit:prurituſq; etiam ſũmæ cu/
tis. Effectũ oſtendis & per ſe capitis uiperini cinis. Vtiliſſime cibos mungunt. Itẽ adeps
uipinus. De felle nõ audacter ſuaſerim quæ præcipiũt: quoniã ut ſuo loco docuimus:

non aliud eſt ſerpẽtium uenenum. Anguium adeps erugini mixtus rũptas oculorum partes ſanat & membranas ſine eaꝝ ſenectus uernatione exuta ſi adfricet̃ claritatẽ ccu lorum facit. Vlulæ quoq; fel prædicatur ad albugines ſuffuſiões caligines. Adeps ſimi liter ad claritatem. Aquilæ: quam diximus pullos ad contuendum ſolẽ experiri: mixto felle cũ melle attico inunguntur nubeculæ & caligationes & ſuffuſioneſq; oculoꝝ uis & in uulturio felle eſt cũ porri ſucco & melle exiguo. Et itẽ in gallinacei felle alligato ad argẽa: & ad albugies ex aqua diluto. Itẽ ad ſuffuſiões oculoꝝ maxiẽ cãdidi galliacei. Fi mũ. Eadẽ quoq; gallinaceoꝝ dũtaxat rubꝝ luſioſis illinendũ monſtrant. Laudãt & gal linæ fel: ſed præcipue adipem cõtra puſtulas in pupillis. Hos ſcilicet eius regi gratia ſa ginant. Adiuuat mirifice eruptas oculorum tuniculas ammixto chiſto & hematite la pidibus. Fimum quoq; eaꝝ dũtaxat candidum oleo ĩ uetere corneiſq; pyxidibus adſer uant ad pupillaꝝ albugines. Qua in mentione ſignificandũ ẽ pauones fimum ſuum reſorbere tradi inuidentes hominum utilitatibus. Accipiter decoctus in roſaceo effica ciſſimus ad inunctiones omnium uitioꝝ putatur. Item fimi eius cinis cum attico mel le. Laudat̃ & milui iecur. Fimum columbaꝝ ex aceto ad ægilopas. Similiter & ad albu gines & cicatrices. Fel anſerinum ſanguis anatum contuſis oculis ita ut poſtea hyſopo & melle inunguantur. Fel perdicum cum mellis æquo pondere: per ſe uaro ad claritatẽ Diaſcoridis & Hippocratis ut putant auctoritate adiicitur quod in argentea pyxide ad ſeruari iubent. Oua perdicum in uaſe æreo decocta cum melle: ulceribus oculorum & glaucomatis medentur columbarum turturum palumbium perdicum ſanguis ocu lis cruore ſuffuſis eximie prodeſt. In columbis maſculæ efficatiorem putant. Vena aũt ſub ala ad huc uſum incidit̃: quoniam ſuo colore utilior eſt. Superimpõi oportet ſple nium e melle decoctum: lanamq; ſuccidam ex oleo & uino. Earũdem auium ſanguis nyctilopas ſanat. Et iecur ouium. Atq; ut in capris diximus efficacius fuluæ. Decocto quoq; eius oculos abluere ſuadent: & medulla dolores humoreſq; illinunt. Bubonis ocu lorum cinis collyrio mixtus claritatem oculis facere promittit̃. Turturis fimum albu gines extenuat. Item coclearũ cinis. Fimum cenchridis accipitrum generis hanc græ ci faciunt. Argema ex melle omnibuſq; quæ ſupra ſcripta ſunt ſanantur. Mel utiliſſi mum oculis in quo ſunt apes ĩmortuæ. Ciconiæ pullum q ederít: negat̃ annis conti nuis lippiturus. Item qui draconis caput habeat. Huiuſq; adipe & melle cum oleo uete re incipientes caligines diſcuti tradunt. Hirundinum pullos plena luna excæcant re ſtitutaq; eaꝝ acie capita comburunt̃. Cinere cũ melle utunt̃ ad claritatẽ & dolores: ac lippitudines & ictus. Lacertas quoq; pluribus modis ad oculoꝝ remedia aſſumũt. Alii enim uiridem includunt nouo fictili ac lapillos qui uocatur cenidia: quæ & inguinũ tumoribus adalligari ſolent: nouen ſingulos ſignis ſignantes: & ſingulos detrahunt p dies. Nono emittunt lacertam. Lapillos ſeruant ad oculorum dolores. Alii terrã ſubſter nunt lacertæ uiridi excæcatæ: & una in uitreo uaſe annulos includunt ferro ſolido: uel auro: cum recepiſſe uiſum lacertam apparuerit per uitrum emiſſa ea annulis con tra lipditudinem utunt̃. Alii capitis cinere pro ſtibi ad ſcabricias. Quidã uiridem lon go collo in ſabuloſis naſcentẽ comburunt: & incipientem epiphoram inungũt. Et itẽ glaucomata. Muſtellæ etiam oculis punctum erutis aũt uiſum reuerti: eademq; quæ in lacertis & annulis faciunt. Serpentis oculum dextrũ adalligatum contra epiphoras prodeſſe ſi ſerpens uiua dimittatur. Lachrymantibus ſine fine oculis cinis ſtellióis ca pitis cum ſtibio eximie medetur. Arani muſcarii tela: & præcipue ſpelunca ipſa im poſita fronti ad duo tempora: ita ut a puero impube & capiat̃. & imponatur. Nec is tri duo ſe oſtẽdat ei cui medeatur ne ue alteruter nudis pedibus terram attgat his diebus mirabiliter epiphoras mederi dicuntur. Albugines quoq; dicitur tollere inunctione ara neus candidus longiſſimis: ac tenuiſſi nis pedibus contritis in oleo uetere. Sed is etiam cuius craſſiſſimum textum eſt in contignationibus fere adalligatus panno epiphoras

ſanare traditur. Scarabei uiridis natura contuentium uiſum exacuit. Itaq; gēmarum
ſculptores contuitu eorum aquieſcunt. Aures purgat fel pecudis cum melle. Canniq;
lactis inſtilatio ſedat dolorem. Grauitatem adeps cū abſinthio & oleo uetere. Itē adeps
anſerinus. Quidam adiiciunt ſuccum cepe & alii pari modo. Vtuntur & per ſe ouis
formicarum. Nanque & huic animali eſt medicina: conſtatque urſos ægros hoc cibo
ſanari. Anſerum quoque & omnium auium adeps præparatur: exemptiſque uenis om-
nibus patina noua fictili operta in ſole: ſubdita aqua feruenti liquatur. Siccaturque lie-
nis ſaccis in fictili nouo repoſitus loco frigido minus putreſcit: addito melle. Muriū
cinis cum melle inſtillatus: aut cum roſaceo decoctus aurium dolores ſedat. Si aliquod
animal in aurem intrauerit: præcipuum remedium eſt murinum fel aceto dilutum.
Si aqua intrauerit: adeps anſerinus cum cepe ſucco. Gliris detracta pelle: inteſtiniſq;
exemptis diſcuoquitur melle in uaſe nouo. Sed medici malunt nardo decoqui uſq; ad
tertias: atque ita aſſeruari: deinde cum opus ſit ſtrigili tepefacta infundere. Conſtat de-
plorata aurium uita eo remedio ſanari. Aut ſi terreni uermes adipe anſeris decocti infū-
dātur. Item ex arboribus rubi cum oleo triti exulceratis & ruptis auribus præclare me-
dentur. Lacerti inueterati in os pendentium addito ſale contuſi & ab ictu læſas aures
ſanant. Efficaciſſime autem ferrugineas maculas habentes. Lineis etiam ꝑ caudam di-
ſtincte. Millepeda: ab allis centipeda aut multipeda dicta: animal eſt e uermibus terræ
pilloſum multis pedibus arcuatim repens tractuque contrahens ſe: oniſcon græci uo-
cant: alii tilon. Efficaciter ſanat aurium dolores in cortice punici mali decoctū & porri
ſucco. Addunt & roſaceum & in alteram aurem infunditur. Illam autem quæ non ar-
cuatur ſepa græci uocant: alii ſcolopendram minorem pernicioſamque. Cochleæ quæ
ſunt ī uſu cibi cū mirrha aut thuris polline appoſitæ. Itē minutæ & lacte fracturis au-
rū illinunt̄ cū melle. Senectus ſerpētiū feruente teſta uſta inſtillatur roſaceo ammixto
contra omnia quidem uitia efficax: ſed contra grauiolentiam præcipue. Aut ſi purulē-
tæ ſunt ex aceto. Melius cum felle caprino uel bubulo aut teſtudinis marinæ. Vetuſti-
or anno eadem membrana non prodeſt: nec hymbre perfuſa: ut aliqui putant. Itē ara-
nei ſanies cum roſaceo: aut per ſe in lana uel cum croco. Auribus prodeſt grillus cum
ſua terra effoſus & illitus. Magnam auctoritatem huic animali perhibet. Nigidius: ma-
iorem magi: quoniam retro ambulet: terramque terebret: ſtridat noctibus. Venatur eū
formicæ circunligatæ capillo in cauernam eius coniectæ efflato prius puluere ne ſeſe
condat: & ita formicæ complexu extrahitur. Ventris gallinaceorum membrana quæ a-
biici ſolet inueterata & in uino trita auribus purulentis calida infunditur. Gallinarū
quoque adeps. Eſt & quædam pinguitudo blattæ ſi caput auellatur. Hanc tritam una
cum roſaceo auribus mire prodeſſe dicunt. Sed lanam qua incluſerint poſt paulum
extrahendam. Celerime enim id pingue tranſire in animal: fieri ue uermiculum. Alii
binas ternas ue in oleo decoctas efficaciſſime auribus mederi ſcribunt: & tritas in lin-
teolo imponi contuſis: Hoc quoque animal inter pudenda eſt. Sed propter ammiratio-
nem naturæ priſcorūq; curam totum in hoc loco explicandum. Plura earum genera
fecerunt. Molles quas in oleo decoctas uerrucis efficaciter illini experti ſunt. Alterum
genus milochon appellauere circa mollas fere naſcens. Has capite detracto attritas le-
pras ſanaſſe Muſa & Picton in exemplis reliquerunt. Tertium genus & odoris tedio in-
uiſum exacuta clune cum piſſeleo ſanare ulcera tradunt alias inſanabilia. Strumas pa-
nos diebus. xxi. impoſitas: percuſſa: contuſſa: cacoethe: ſcabiem: furunculoſq; detractis
pedibus & pennis. Nos hæc etiam auditu faſtidimus. Ad hercule Diodorus & morbo
regio & ortopnoicis reſtitiſſe tradit cum reſina & melle. Tantum poteſtatis habet ars ea
pro medicamento danda quicquid uelit. Humaniſſimi eorum cinerem crematorum
reſeruandum ad hos uſu in cornea pyxide cenſuere. Aut tritas clyſteribus infunden-
das ortopnoicis aut rheumaticis. Infixa utique corpori illitas extrahere conſtat. Mel-

utiliſſimum auribus quoque eſt in quo apues emortuæ ſunt. Parotidas comprimi cõ
lumbinum ſtercus uel per ſe: uel cum farina hordeacea aut auenacea. Noctuæque cere
brum uel iecur cum oleo infuſum auriculæ aut parotidæ. Multipeda cum reſinæ par
te tercia illita. Grilli ſiue illiti: ſiue ad alligati. At reliqua morboꝝ genera medicinaſque
ex iiſdem animalibus aut eiuſdem generis ſequenti dicemus uolumine.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORAE LIBER XXX.

PRAEFATIO.

De origīe magicæ artis quando & a quibus cœperit: & a uqibus celebrata fuerint: & reliquæ ex animalibus medicinæ. Ca. I.

MAGICAS uanitates ſæpius quidem antecedẽtis operis par
te ubicunq; cauſæ: locuſq; poſcebant. coarguimus. Detege
mus eciam nunc in paucis. Tamẽ res digna eſt de qua plu
ra dicantur uel eo ipſo quo fraudulentiſſima artium pluri
mum in toto terrarum orbe plurimiſq; ſæculis ualuit. Auc
toritatem ei maximam fuiſſe nemo miretur: quãdoquidem
ſola artium tres alias imperioſiſſimas humanæ mentis com
plexa in unam ſe redegit. Natam primum e medicia nemo
dubitat: ac ſpecie ſalutari irrepſiſſe uelut altiorem: ſanctiorẽ
que q̄ medicinam ita blandiſſimis: deſideratiſſimiſq; promiſſis addidiſſet uires religiõis
ad quas maxime etiamnum calligat humanũ genus. Atq; ut quoq; ſuggeſſerit miſcu-
iſſe artes mathematicas nullo nõ auido futura de ſeſe ſciendi: atq; ea e cælo uerſiſſime
peti credente. Ita poſſeſſis hominum ſenſibus triplici uinculo in tantum faſtigii adole-
uit: ut hodieque etiam in magna parte gentium præualeat: & in oriente regũ regibus
imperet. Sine dubio illic orta in perſide. a Zoroaſtre ut inter auctores cõuenit. Sed utꝝ
unus hic tantum fuerit: an poſtea & alius non ſatis conſtat. Eudoxus qui inter ſapien
tiæ ſectas clariſſimam: utiliſſimamque eam intelligi uoluit, zoroaſtem hunc ſex mili-
bus annorum ante Platonis mortem fuiſſe prodidit. Sic & Ariſtoteles. Hermippus qui
de rota ea arte diligentiſſime ſcribit: & uities centum milia uerſuum: a zoroaſtre cõdita
indicibus quoque uolumium eius poſitis expnalauit. Etiam pærceptorem a quo inſti
tutum diceret tradit Agonacem. Ipſum uero quinque milibus annorum ante Troia-
num bellum fuiſſe. Mirum hoc imprimis: duraſſe memoriam: artemq; tam lõgo æuo
commentariis non intercedentibus: præterea nec claris nec continuiis ſucceſſionibus
cuſtoditam. Iſtos enim quiſq; communi auditu ſaltem cognitos habet: qui ſolo cogno-
minantur. Apuſcorum & zaratum medos. Babylonumque Marmaridum: & Arabẽ
Hippocum: Aſſirium uero zarmocenidam: quorũ nulla extant monumenta maxime
tamen mirum eſt in bello Troiano tantum de ea arte ſilentium fuiſſe Homero: tãtum-
que operis ex eadẽ i. Vlyxis erroribus. adeo ut totum opus non aliunde conſtet. Siqui
dem Protea & ſirenum cantus apud eum non aliter intelligi uolunt. Circem utique
& inferorum euocationem ſolum hac agi. Nec poſtea quiſquam dixit: quoniam mo
do ueniſſet telmeſum religioſiſſimam urbem quondam. tranſiſſetque ad Theſſallas ur
bes: quarum cognomen diu optinuit in noſtro orbe alienæ genus. Troianis itaque
temporibus Chironis medicinis contenta eſt ſolo Marte fulminante. Miror eqdem

Ac illis populis famam eius in tantum adhæſiſſe ut. Menander quoque litterarum ſubtilitatibus peritus in eadem telmeſo genitus theſſallam cognominarit fabulam cō plexam ambages fœminarum detrahentiun lunam. Orphea putarem e propiquo primum intuliſſe ad uicinas uſque ſuperſtitiones ac medicinæ profectum: ſi non ex perſis eſſe uis tota: inthratiamque magice dellata fuiſſet. Primus quod extet: ut equidem inuenio commentatus de ea erat Hoſtanes: Xerſem regem perſarum bello: quod is græciæ intulit comitatus: ac uelut ſemina artis portentoſæ aſperſiſſe obiter interfecto quacunque commeauerat mundo. Diligentiores paulo ante hunc ponunt zoroaſtrem alium proconneſium. Quod certum eſt: hic maxime Hoſthanes ad rabiem non auiditatē modo ſcientiæ eius græcorum populos egit. Quanquam animaduertam ſummam litterarum claritatem gloriamque ex ea ſcientia antiquitus & pene ſemper petitam. Certe Pythagoras: Empedocles: Democritus: Plato ad hanc diſcendam nauigauere: exiliis uerius quam peregrinationibus ſuſceptis. Hanc reuerſi prædicauere: hanc in archanis habuere. Democritus Apollonicen Captidenem & Dardanum ephœnice illuſtrauit uoluminibus Dardani e ſepulchro eius petitis: ſuis uero ex diſciplina eorum editis. Quæ recepta ab aliis hominum atque tranſiſſe per memoriam æque ac nihil in uita mirandum eſt. In tantum fides iſtis faſque omne deeſt: adeo ut ii qui cætera de uiro illo probant hæc opera eſſe inficitur eſt. Sed fruſtra. Hunc enim maxime affixiſſe animis eam dulcedinem conſtat. Plerumque miraculi & hoc pariter utraſque artes effloruiſſe: medicinam dico: magicemque: eadem ætate illam Hippocrate: hanc Democrito illuſtrantibus circa pelopōneſiacum græciæ bellum: quod geſtum eſt a trecenteſimo urbis noſtre anno. Eſt & alia magice factio a Moſe etiamnum & lotapea iudæis pendēs: ſed multis milibus annorum poſt Zoroaſtrem. Tanto recentior eſt cypria. Non leuem & Alexādri magni temporibus auctoritatem addidit profeſſione ſecundus Hoſthanes comitatu eius exornatus. Planeque quod nemo dubitet orbem terrarum peragrauit. Extant itaque & apud italas gentes ueſtigia eius ī. xii. tabulis noſtris aliiſque argumentis quæ priori uolnmine expoſui. Dc.lvii. demum anno urbis Cn. Cornelio Lentulo P. Licinio Craſſo conſ. ſenantuſconſulrum factum eſt: ne homo immolaretur: palamque in tempus ſiluit ſacri prodigioſi celebratio. Gallias utique poſſedit & quidem ad noſtram memoriam. Nāq; Tiberii Cæſariis principatus ſuſtulit druidas eorum: & hoc genus uatū medicorumque: Quid ipſe ego hanc memorem artem oceanum quoque tranſgreſſam: & ad naturæ inane peruectam in britaniam: quæ hodie eam attonite celebrat tantis cerimoniis: ut dediſſe perſis uideri poſſit. Adeo in toto mundo conſenſere quanquā diſcordi & ſibi ignoto. Non ſatis æſtimari prodeſt: quantum Romanis debeatur: qui ſuſtulere monſtra: in quibus hominem occidere religioſiſſimum erat: mandi uero etiam ſaluberrimum. Vt narrauit Hoſthanes: ſpeties eius plures ſunt.

Vituperatio Neronis Cæſaris. II.
Capitulum.

NAnque ea quæ a ſphæris & ex aere & ſtellis & lucernis ac peluibus ſecuribuſq; que & multis aliis modis diuina promittit: præterea umbrarum: inferorumq; coloquia. Quæ omnia ætate noſtra princeps Nero uana falſaque comperit. Quippe non citharæ tragicique cantus libido illi maior fuit. Fortuna rerum humanarum ſumma geſtiente ī profundis animi uitiis: primumque imperare diis concupiuit: nec quicquam generoſius ualuit. Nemo unquam ulli artium ualidius fauit. Ad hæc non opes illi defuere: non uires: non diſcendi ingenium aliaque non patiente mūdo. Immenſum & indubitatum exemplum eſt falſæ artis quam dereliquit. Nero utinā que inferos potius & quoſcūque de ſuſpitionibus ſuis deos conſuluiſſet quam lupanaribus atq; proſtitutis mandaſſet inquiſiones eas. Nulla profecto ſacra barbari licet feriq;

riperus nõ mitiora quã cogitationes eius fuiſſen. Sæuius ſicno ſrepleuit ũmbris. Sunt
quedã magis hfugia ueluti lẽtiginẽ habẽtibus nõ obſequi nuína ut cerni nõ poſſent.
Potre hoc in illo? Niuil membris defuit. Nam dies eligere certos liberũ erat. Pecudes ue
ro quibus non niſi ater colos eſſet facile. Nam hominem immore etiam gratiſſimum.
Magusiad eum Mithridates uenerat armeniacum de ſe triumphum afferens : & ideo
prouinciis grauis. Nauigare noluerat: quoniam expuere in maria: aliiſq; mortaliũm ne
ceſſitatibus uiolare naturam eam fas non putant. Magos ſecum adduxerat. Magicis
etiam cœnis eum inuitauerat. Non tamẽ cum regnum ei daret hanc ab eo accipere ar-
tem ualuit. Proinde autem ita perſuaſum ſit inteſtabilem irritam inanem eſſe: habentẽ
tamen quaſdam ueritatis umbras: ſed in iis ueneficas artes pollere nõ magicas. Querat
aliquis quæ ſint mentiti ueteres magi cum adoleſcentibus nobis uiſus. Appion grama
ticæ artis prodiderit cynocephaliam herbam: que in ægypto uocaretur oſirites diuinã
& contra omnia ueneficia. Sed ſi ea erueretur: ſtatim eum qui eruiſſet mori. Seque euo
caſſe tmqras ad percontandum. Homerus qua patria quibuſque parentibus ganitus
eſſet. Non tamen auſus profiteri quid ſibi reſpondiſſe diceret.

¶ De talpis & reliquæ medicinæ per morbos digeſte in animalibus quorũ genera pla
cida ſunt aut fera. Ca. III.

PEculiare uanitatis ſit argumentum: quod animalium cunctorum talpas ma
xime miratur: tot modis a rerum natura damnatas cæcitatis perpetuæ tene
bris etiamnum aliis defoſſas ſepultiſque ſimiles. Nullis æque credunt extis
Nullum relegionis capacius iudicant animal. Vt ſi quis cor eius recens palpitanſque
deuorarit: diuinationis & rerum efficiendarum euentus promittant. Dente talpe uiuæ
exempto ſanari dentium dolores ad alligato affirmant. Cætero ex eo animali placita eo
rum ſuis reddemus locis. Nec quicquam probabilius inuenietur quam muris aranei
morſibus aduerſari eos: quoniam & terram ut diximus orbitis depreſſam auerſatur
Cæterum dentium doloribus (ut iidem narrant) medetur canum qui rabiem præſe
runt: capitum crematorum cinis ſine carnibus inſtillatus ex oleo cyprio per aurem cu
ius e parte doleant. Caninus dens ſiniſter maximus circunſcarificato eo qui doleat aut
draconis os e ſpina. Item enydridis. Eſt autem ſerpens maſculus & albus. Huius maxio
dente circunſcarificant. At in ſuperiore dolore duos ſuperiores adalligant: e diuerſo in
feriores. Huius adipe punguntur qui crocodilum captant. Dentes ſcarificãt & oſſibus
lacetæ e fronte luna plena exemptis: ita ne terram attingant. Collunt caninis dentibus
decoctis in uino ad dimidias partes. Cinis eorum pueros tarde dentiẽtes adiuuat cum
melle. Fit eodem modo & dentifricium e caninis dentibus. Cinis e murino fimo iditus
uel iecur lacertarum aridum. Anguinum cor ſi mordeatur aut alligetur efficax habe-
tur. Suntq; inter eos qui murem bis in menſe iubeant mandi: doloreſq; ita caueri. Ver
mes terreni decocti in oleo infuſiq; auriculæ: cuius e parte doleant præſtant leuamen
tum. Eorundem cinis exeſis dentibus coniectus ex facili cadere eos cogit. Integros dolẽ
tes illitus iuuat. Comburi autem oportet in teſta. Proſunt & cum mori radice ĩ aceto
ſcyllite decocti ita ut colluantur dentes. Is quoque uermiculus qui in hærba quæ ue-
neris labrum appellatur inuenitur. cauis dentium inditus mire prodeſt. Nam erucæ
braſſicæ eius contactu cadunt. Et e malua cimices infundũtur auribus cum roſaceo.
Arenulæ quæ inueniuntur in cornibus cochlearum cauis dẽtium inditæ ſtatim libe-
rant dolore. Cochlearum inanium cinis cum mura gingiuis prodeſt. Serpẽtis cum
ſale in olla exuſtæ cinis cum roſaceo in contrariam aurem infuſus. Anguinæ uerna
tionis membrana cum oleo tædæ ꝗ reſina calefacta & auri alterutri infuſa. Adiiciunt
aliquithus & roſaceum. Eademq; cauis indita ut ſine moleſtia cadant præſtat. Vanũ
eſſe arbitror canis ortu angues cauda membranam exuere: quoniam neutrum ĩ italia
uiſum eſt. Multoque minus credibile ut tepidis regionibus ĩ tã ſero exui. Hanc autem

uel inueteratam cum cæra celerrime dentes euellere tradunt. Et dens anguium al-
ligatus dolores minuit. Sunt qui & araneum animal ipſum ſiniſtra manu captum
tritumque in roſaceo: & in aurem infuſum cuius a parte doleat prodeſſe arbitrentur.
Oſſiculis gallinarum in pariete ſeruatis fiſtula ſalua adacto dente uel gingiua ſcarifica
ta proiectoque oſſiculo ſtatim dolorem abire tradunt. Item fimo corui lana adalligato
uel paſſerum cum oleo calefacto & proximæ auriculæ infuſo pruritum quidem into
lerabilem facit. Et ideo utilius eſt paſſeris pullorum ſarmentis crematorum cinerem ex
aceto infricare. Oris ſaporem emendari affirmant murino cinere cum melle ſi fricent
dentes. Admiſcent quidam marathri radices. Penna uulturis ſi ſcalpantur dentes aci-
dum halitum faciunt. Hoc idem hyſtricis penna feciſſe ad firmitatem ptinet. Linguæ
ulcera & labrorum hirundines in mulſo decoctæ ſanant. Adpes anſeris aut gallinæ ri-
mas. Eſopum cum galla araneorum telæ candidæ: & quæ intra bulbos paruæ texunt.
Si feruentia os intus exuſſerit: lacte canino ſtatim ſanabitur. Maculas in facie eſopum
cum melle corſico quod aſperimum habetur extenuat. Item ſcobem cutis in facie cum
roſaceo impoſitum uellere. Quidam & butyrum addunt. Si uero uitiligines ſint: fel ca
ninum prius acu compunctas. Liuentia & ſugillata pulmones arietum pecudumque
in tenues confecti membranas & calidi inpoſiti: uel columbinum fimum. Cutem in
facie adeps anſeris uel gallinæ cuſtodit. Lichenas & murino fimo ex aceto illinunt: &
cinere herinacei ex oleo. In hac curatione prius nitro ex aceto faciem foueri præcipiūt.
Tollit ex facie uitia & cochlearum quæ latæ & minutæ paſſim ſ ueniuntur cum mel-
le cinis. Omnium quidem cochlearum cinis ſpiſſat calfacit ſmectica ui. Et ideo cauſti
cis commiſcetur pſoriſque & lepris & lentigini illinitur. Inuenio & formicas hercula-
neas appellatas quibus tritis adiecto ſale exiguo talia uitia ſanentur. Bupreſtis animal
eſt rarum in italia: ſimillimum ſcarabeo longipedi. Fallit inter hærbas bouem maxime
unde & nomen inuenit: deuocatumque tacto felle ita inflammat: ut rumpat. Hæc cū
hircino ſeuo lichenas illita ex facie tollit ſmectica ui: ut ſupra dictum eſt. Vulturinus
ſanguis cum chameleonis albæ: quam hærbam eſſe diximus: radice & cedria tritus cō
tentuſque braſſica lepras ſanat. Item pedes locuſtarum cum ſeuo hircino triti. Varos
adeps gallinaceus cum cepa tritus & ſubactus. Vtiliſſimum & in facie ſæpe mel i quo
apes ſint emortuæ. Præcipue tamē faciem purgat atque erugat cygni adeps. Stygma
ta delentur columbino fimo ex aceto. Grauedinem iuenio finiri: ſi quis nare murinas
oſculetur. Vua & faucium dolor mitigatur fimo agnorum priuſquam hærbam guſta
uerit in umbra arefacto. Vua ſucco cochleæ acu tranſfoſſæ illita: ut cochlea ipſa in fu-
mo ſuſpendatur. Hirundinum cinere cum melle. Sic & tonſillis ſuccurritur. Tonſillas
& fauces lactis ouilli gargarizatio adiuuat. Multipeda trita. Fimum columbinum cū
paſſo gargarizatum etiam cum fico arida ac nitro impoſitum extra aſperitatem fauci-
um & diſtilationes leniunt. Cochleæ coqui debent in lacte: demptoque tantum terre-
no conteri: & in paſſo dari potui. Sunt qui aſtypaleicas efficaciſſimas putent: & in iis
ſmegma earum. Lenit & gryllus infricatus. Aut ſiquis manibus quibus cum contriue
rit: tonſillas attingat. Anginis felle anſerino cum elaterino & melle citiſſime ſuccurrit.
Cerebro noctuæ cinere hirundinis ex aqua calida poto. Huius medicinæ auctor eſt.
Ouidius poeta. Sed efficaciores ad omnia quæ ex hirundinibus monſtrantur: pulli ſil-
ueſtrium. Figura nidorum eos deprehēdit. Multo tamen efficaſſime ripariarum pulli
Ita uocant in riparum cauis nidificantes. Sunt multi qui cuiuſcunq; hirundinis pul-
lum edendum cenſcent: ut toto anno non metuatur id malum. Strangulatos cum ſā-
guine comburunt in uaſe: & cinerem cum pane aut potu dant. Quidam & muſtellæ
cineres pari modo ammiſcent. Sic & ad ſtrumæ remedia. Dant & comitialibus quoti-
die potu. In ſale quoque ſeruatæ hirundines ad anginam una drachma bibuntur. Cui
malo & nidus earum mederi dſcitur potus. Millepedam illini anginis efficaciſſimum

putant. Alii xxi. tritas in aquæ mulſæ hemina dari per harundinem: quoniam denti
bus tactis nihil proſunt. Tradunt & murem cum uerbenaca excoctum ſi bibatur
is liquor: remedio eſſe. Etc orrigiam caninam ter collo circundatam. Fimum
columbinum uino & oleo permixtum. Ceruicis neruis & opyſthotono ex milui nido
ſurculus uitis adalligatus auxiliari dicitur. Strumis exulceratis muſtellæ ſanguis.
Ipſa decocta in uino: non tamen ſectis admouetur. Aiunt & in cibo ſumptum idem
efficere. Vel cineri eius ſarmentis combuſtæ miſcetur axungia. Lacertus uiridis ad
alligatur. Poſt dies triginta oportet alium adalligari. Quidam cor eius in argenteo
uaſculo ſeruant. Ad fœminarum ſtrumas ueteres cochleæ cum teſta ſua tuſæ illinun
tur: maxime quæ frutetis adhærent. Item cinis aſpidum cum ſeuo taurino imponi-
tur. Anguinus adeps mixtus oleo. Item anguium cicis ex oleo illitus: uel cum cæ-
ra. Ediſſe quoque eos medos abſciſis utrinque extremis auribus aduerſus ſtrumas pro
deſt. Vel cinerem bibiſſe in nouo fictili ita crematorum. Efficacius multo inter du
as orbitas occiſorum. Et grillum illinire cum ſua terra defoſſum ſuadent. Item fimũ
columbarum per ſeſe: uel cum farina hordeacea: uel auenacea ex aceto. Talpæ cinere
ex melle illinire. Alii iecur eiuſdem cõtritum inter manus illinunt: & triduo non ablu
unt. Dextrum quoque pedem eius remedio eſſe ſtrumis affirmant. Alii præcidunt
caput: & cum terra a talpis excitata tuſum digerunt in paſtillos pyxide ſtagnea: & utũ
tur ad omnia quæ intumeſcunt: & quæ apoſtemata uocant: quæque in ceruice ſunt.
Veſcique ſuilla tunc uetant. Tauri uocantur ſcarabei terreſtres hircino ſimiles: nomẽ
cornicula dedere. Alii pediculos terræ uocant. Ab iis quoque terram egeſtam illinunt
ſtrumis & ſimilibus uitiis & podagris. Triduo non abluunt: Prodeſtque hæc medi
cina in annum. Omniaque is aſcribunt quæ nos in gryllis rettullimus. Quidam
& a formicis terra egeſta ſic utuntur. Alii uermes terrenos totidem quot ſunt ſtrũæ
adalligant: pariterque cum iis areſcunt. Alii uiperam circa canis ortum circuncidũt
ut diximus. Dein mediã cõburũt deide cinerẽ eũ dant bibendũ ter ſeptẽis diebus quan
tũ præhẽdit ternis digytis. Si ſtrumis medeãn. Aliqui uero circunligant eas lino: quo
præligata infra caput uipera pepẽderat: donec exanimaretur. Et mellipedis utunt ad
dica reſinæ terebinthinæ parte quarta. Quo medicamento omnia apoſtemata curari
iubent. Humeri doloribus muſtellæ cinis cum cæra medetur. Ne ſint malæ hirſutæ
formicarum oua pueris infricata præſtant. Item mangonibus ut lanugo tardior ſit
pubeſcentium ſanguiue e teſticulis agnornm qui caſtrantur. Qui euulſis pilis illitus
& contra uirus proficit. Præcordia uocamus uno nomine exta in homine: quorum
& dolore cuiuſcunque partis ſi catulus lactens admoueatur: apprimaturque iis parti
bus: tranſire in eum morbus diciturque. Idque exenterato perfuſoque uino depræhen
di uitiato uiſcere illo quod doluerit hominis: & obrui: aliis religio eſt. Eæ quoque quas
melolonthas uocamus: ſtomachi dolorem ſedant applicatæ ſæpius. Tranſireque mor
bos ægritudine eorum intelligitur: plerumque & morte. Pulmonum uitiis menden
tur & mures: maxime Africani detracta cute in oleo & ſale decocti: atque in cibo ſum
pti. Eadem res & purulentis uel cruentis excreationibus medetur. Precipue uero co
chlearum cibus ſtomacho. In aqua eas ſubferuefieri in tacto corpore earum oportet:
mox in pruna torreri nihil addito: atque ita e uino garoque ſumi: præcipue Africanas
Nuper hoc compertum plurimis prodeſſe. Id quoque obſeruant: ut numero impari
ſumant. Virus tamen earum grauitatem halitus facit. Proſunt & ſanguinem excre
antibus dempta teſta tritæ aquæ potu. Laudatiſſimæ autem ſunt Africanæ. Ex iis
olitanæ aſtypaleicæ. Siculæ modie: quoniam magnitudo duras facit: & ſucco. Baleari
cæ quas cauaticas uocant: quoniam iu ſpeluncis naſcuntur. Laudatæ & ex inſulis
caprearum. Nullæ earum autem cibis gratæ: neq; ueteres recenies. Fluuiatiles & albæ

uirtus habent: necnon ſiluestres: ſtomacho utiles: alluum ſoluunt. Item omnes minutæ
Contra marinæ ſtomacho utiliores. Efficaciſſimæ tamen in dolore ſtomachi. Laudatio
res traduntur: quæcunque uitæ cum aceto deuoratæ. Præterea ſunt quæ aceratæ uo
cantur late multifariam naſcentes: de quarum uſu ſuis dicemus locis. Gallinaceorum
uentris membrana inueterata & inſperſa potioni diſtillationes pectoris & humidam
tuſſim: uel recens toſta lenit. Cochleæ crudæ tritæ cum aquæ tepidæ cyathis tribus ſi
ſorbeantur: tuſſim ſedant. Diſtilationes ſedat & canina cutis cuilibet digyto circunda
ta. Iure perdicum ſtomachus recreatur. Iocinerum doloribus medet̃ muſtella ſilueſtris
in cibo ſumpta uel iocinere eius. Item uipera porcelli modo inaſſata. Suſpirioſis multi
pedæ ita ut ter ſeptenæ inattico melle diluantur: & per harundinem bibantur. Omne
enim uas earum nigreſcit contractu. Quidam torrentis ſextarium in patina donec cã
didæ fiant excoquunt. Tunc mel inmiſcẽt. Alii eſſe tepidam necant: & ex aqua calida
dari iubent. Cochleæ in cibos iis quos linquit animus: aut quorum alienatur mens:
aut quibus uertigines fiunt: ex paſſi cyathis tribus ſingulæ contritæ cum ſua teſta &
calefactæ in potu datæ diebus plurimum nouem. Aliqui ſingulas prima die dedere: ſe
quenti binas: tertio ternas: quarto duos qnto unã. Sic & ſuſpiria emẽdant & uomicas.
Eſſe animal locuſtæ ſimile ſine pennis: qđ tryxalis græce uocatur: latinũ nomẽ nõ ha
bet. Aliqui arbitrantur auctores nec pauciores hoc eſſe quod gryllus uocetur. Ex iis
uiginti torreri iubent: ac bibi e mulſa contra ortopnoeas: ſanguinemque expuentibus.
Eſt qui cochleis illotis quibuſdam protropum infundat: uel marinam aquam ita de
coquat: & in cibo ſumat: aut ſi tritæ cum teſtis ſuis ſumantur cum protropo. Sic & tuſ
ſi medentur ac uomicas priuatim ſanant melle in quo apes ſinr emortuæ. Sanguinem
reiicientibus pulmo uulturinus uitigineis lignis combuſtus adiecto flore mali punici
ex parte dimidia. Item cotoneorum liliorumque iiſdem portionibus potus mane atque
ueſperi e uino ſi febris abſit. Sin minus: ex aqua in qua cotonea decocta ſunt. Pecudis
lyen recens magicis præceptis ſuper dolentem lyenem extenditur: dicente eo qui me
deatur: lyeni ſe remedium facere. Poſt hæc iubent eum ĩ pariete dormitorii eius tecto
ue includi & obſignari anuo ter: nouieſque carmen dici. Caninus ſi uiuenti exprimat̃
& in cibo ſumatur: liberat eo uitio. Quidam recenti ſuperilligant. Alii duorum decẽ
catuli ex aceto ſcyllitico dant ignoranti fel: uel herinacei lyenem. Item cochlearum ci
nerem cum ſemine lini & urticæ addito melle donec perſanet. Eliberat & lacerta uiridis
eo dolore uiua inolla ante cubiculum dormitorii eius cui medetur ſuſpenſa: ut egredi
ens reuertenſque atringat manu. Cinis e capite bubonis cum unguento. Mel in quo
apes ſunt e mortuæ. Araneus & maxime qui lycos uocatur. Vpupæ cor. In lateris dolo
ribus laudatur & cochlearum cinis in ptiſana decoctarum: quæ & per ſe illinuntur.
Canis rabioſi caluariæ cinis potioni inſpergitur. Lumborum dolori ſtellio trãſmarinus
capite ablato & inteſtinus decoctus in uino cum papaueris nigri denarii pondere dimi
dio eo ſucco bibitur. Lacertæ uiridis deciſis pedibus & capite in cibo ſumunt̃. Cochleæ
tres contritæ cum teſtis ſuis atque in uino decoctæ cum piperis granis. xv. Aquilæ pe
des euellũt ĩ aduerſũ a ſuffragine: ita ut dexter dextre partis doloribus adalliget̃: ſiniſter
leuæ. Multipeda quoquoe quam oniſcon appellauimus medetur denarii pondere ex
uini cyathis duobus pota. Vermen terrenam catillo ligneo ante fiſſo & ferreo uincto
impoſitum aqua excepta perfundere & defodere unde effoderis magi iubẽt: mox aquã
bibere catilo: mire id prodeſſe iſchiadici: affirmantes. Dyſentericos recreant fœmina pe
cudum decocta cum lini ſemine aqua pota. Caſeus ouillus uetus. Seuum ouium deco
ctum in uino auſtero. Hoc & ileo medetur. Et tuſſi ueteri. Dyſentericis ſtellio tranſma
rinus ablatis inteſtinis & capite pedibuſq; ac cute decoctuſq; & ĩ cibo ſũptus. Cochleæ
due cum ouo utraq; cũ putamine cõtrita: atq; in uaſe nouo addito ſale & paſſi cyathis

duobus:aut palmarũ ſucco & aquæ cyathis tribus ſubferuefactis & in potu datis. Pro
ſunt & cõbuſtæ ut cinis earũ bibat̃ in uino addito reſinæ momẽto. Cochleæ nudæ de
quibus diximus in Africa maxime inueniunt̃:utiliſſimæ dyſentericis. Quĩe cõbuſtæ
cum denarii pondere dimidii acaciæ. Exque eo cinere dantur cochlearia bina in uino
myrtite:aut quolibet auſtero cum pari modo calidæ. Quidam omnibus Africani ita
utuntur. Alii totidẽ a Africanas:uel latas infundunt potius. Et ſi maior fluctio ſi addũt
acaciam fabæ magnitudine. Senectus anguium dyſentericæ & tenaſmis in ſtagneo ua
ſe decoquitur cum roſaceo. Vel ſi in alio cum ſtagno illinitur. Ius e gallinaceo iiſdem
medetur. Sed ueteris gallinacei uehæmentius. Salſum ius aluum cit. Membrana galli
narum toſta & data in oleo ac ſale cœliacorum dolores mulcet. Abſtinere autem fru
gibus ante & gallinam & hominem oportet. Fimum columbinum toſtum potumq;
Caro palumbi in aceto decocta dyſentericis & cœliacis medetur. Turdus inaſſatus cũ
myrthi baccis dyſentericis. Item merulæ. Item medetur mel in quo ſint immortuæ
apes decoctum. Grauiſſimum uitium apuleios appellatur. Huic reſiſti aiunt diſcrepti
ueſpertilionis ſanguine. Etiam illito uentre ſubuenire. Reſiſtit & cochlea ſicut diximus
in ſuſpirioſis temperata Item cinis earum quæ uiuæ crematæ ſint potus ex uino auſte
ro:gallinaceorũ iecur aſſũ cũ uẽtriculi mẽbrana quæ abiici ſolet inueterata ãmixto papa
ueris ſucco. Alii recẽtẽ torrẽt ex uio bibẽdã. Ius pdicũ & p ſe uẽtriculus cõtritus ex uio
nigro. Itẽ palũbus ferus & e poſca decoctis. Lyen pecudis toſtus & in fimo tritus. Fimũ
colũbinũ cum melle illitũ. Oſſifragi uẽter arefactus & potus iis q cibos ñ cõficiũt utiliſ
ſimus:uel ſi manu tantum teneant capientes cibum: Quidamque adalligant ex hac
cauſa ſed continuare non debent. Maciem enim facit. Siſtit & anatum maſcularum
ſanguinem. Inflationem diſcutit cochlearum cibus. Tormĩa ſanat lyen ouiũ toſtus:
atque e uino potus. Palumbus ferus ex poſca decoctus. At hippotidis ex uino. Cinis
ibidis ſine pennis crematæ potus. Quod præterea traditur intorminibus. Mirum eſt
ante appoſita uentri tranſire morbum:anatemque emori. Tormina & melle curantur
in quo ſunt apes immortuæ decocto. Coli uitium efficaciſſime ſanatur ab aue galerita
aſſa in cibo ſumpta. Quidam in uaſe nouo cum plumis exuri iubent:conterique in
cinerem bibique ex aqua coctum cochlearibus ternis per quatriudum. Quidam
cor eius adalligari fœmini. Alii recenſque:tepneſque adhuc deuorari. Conſularis aſpr
natum domus eſt:in qua alter e fratribus collo liberatus eſt aue hac in cibo ſumpta:&
corde eius in armilla aurea incluſo:alter ſacrificio quodam facto crudis laterculis ad
formam camini:atque ut ſacrum peractum erat obſtructo ſacello. Vnum eſt oſſifra
go inteſtinum mirabili natura omnia deuorata conficienti. Huius partem extremam
adalligatam prodeſſe contra colum conſtat. Sicut oculi interaneorum morbi de qui
bus mirum proditur. Si catuli prius quam uideant applicentur triduo ſtocacho ma
xime ac pectori:& ex ore ægri ſuctum lactis accipiant:tráſire uim morbi. Poſtremo ex
animari:diſſectiſque palam fieri ægri cauſas. Mori & humari debere eos obrutos terra.
Magi quidem ueſpertilionis ſanguine contacto uentre in totum annum caueri dolo
rem tradunt. Aut in dolore ſiquis aquam per pedes fluentem haurire ſuſtineat. Muri
no fimo cõtra calculos illinire uẽtrẽ pdeſt. Herinacei carnẽ iucundá eſſe aiũt: ſi capi
tæ percuſſo uno ictu interficiatur prius quam in ſe urinam reddat. Eos qui carnem
ederint:ſtranguriæ morbum cõtrahere minime poſſe. Hæc uero ad hũc modũ occiſa
ſtillicidia ueſicæ emendat. Item ſuffitus ex eodẽ. Quod ſi urinam in ſe reddiderint:eos
q carnẽ ederit:ſtráguriæ morbũ cõtrahere tradit̃. Iubent & uermes terrẽos bibi ex uio
aut paſſo ad cõminuẽdos calculos:uel cochleas decoctas uti ſuſpirioſis. Eaſdem exem
ptis teſtis tritiſque tres in uini cyathis bini:ſequenti die duas. Tertio die unam: ut
ſtillicidia urinæ emendent. Teſtarum uero inanium cinere ad calculos pellẽdos. Itẽ
hydri iecur bibi:uel cinerẽ ſcorpionũ aut pãe ſumi. Vel ſiquis cum locuſta edit. Lapil

los qui in gallinaceorum ueſica:aut in palumbium uentriculo inueniantur conteri
& potioni inſpergi:Item membranam e uētriculo gallinacei aridam:uel ſi recens ſit to
ſtam. Fimum quoque palumbium in faba ſumi contra calculos & alias difficultates
ueſicæ. Similiter plumarum cinerē palumbinum ferorum ex aceto mulſo. Et iteſtino
rum ex iis cinerē cochlearibus tribus e nido hirundinū. Gryllum dilutū aqua calida.
Oſſifragi uentrem arefactum: Turturis ſimum in mulſo decoctum: uel ipſius decoctæ
ius. Tudors quoqne ediſſe cum baccis myrti prodeſt urinæ. Cicadas toſtas in patellis.
Millepedam oniſcon bibiſſe. Et in ueſicæ doloribus decoctum agninorum pedū. Aluū
cit & gallinaceorum decoctum ius:& acria mollit. Cit & hiruudinum fumum adiecto
melle ſubditum. Sedis uitiis efficaciſſima ſunt œſipum. Quidam adiiciunt pompholi-
um & roſaceum. Canini capitis cinis ſenecta ſerpentis ex aceto ſi rhagades ſint. Cinis
fimi canini candidi cum roſaceo. Aiuntque inuentum Aeſculapii eſſe. Et eodem uer-
rucas efficaciſſime tolli. Murini fimi cinis. Adeps cygni. Adeps bouis. Procidentia alui
Succus cochlearum punctis euocatus irrita depellit. Attritis medetur cinis muris ſilua
tici cum melle uel herinacei uel ueſpertilionis: Et anſerinus cum cerebro & alumine &
œſipo. Fimum columbinum cum melle. Condylomatis priuatim araneus dempto ca-
pite pedibuſque infricatus. Ne acria perurant adeps anſerinus cum cæra punica cæ-
ruſa roſaceo. Adeps cygni. Hæc & hemorrhoidas ſanare dicuntur. Iſchiadicis cochleas
crudas tritas cum uino amineo & pipere potu prodeſſe dicunt. Lacertam uiridem in
cibo ablatis pedibus interaneis capite. Sic & ſtellionem adiectis huic papaueris nigri
obolis tribus. Ruptis conuulſis fel ouium cum lacte mulierum. Verendorum formica
tionibus uerruciſque medetur arietini pulmonis inaſſati ſanies. Cæteris uitiis uellerū
eius uel ſordidorum cinis ex aqua. Seuum ex omento pecudis & præcipue a renibus
ammixto cinere pumicis ex ſale. Lana ſuccida ex aqua frigida. Carnes pecudis combu
ſtæ ex aqua. Mulæ ungularum cinis. Dentis caballini contuſi farina inſperſa. Teſti-
bus uero farina ex oſſibus canini capitis ſine carne tuſis. Si decidat teſtium alter: ſpu-
mam cochlearum illitam remedio eſſe tradunt. Tetris ibi ulceribus & manantibus au-
xiliantur canini capitis recentis cineres. Cochleæ latæ paruæ cōtritæ ex aceto uel cinis
eius. Mel in quo apes ſunt emortuæ cum reſina. Cochleæ nudæ quas in africa gigni di
ximus tritæ cum thuris polline & ouorum albo. xxxq; die reſoluunt. Aliqui pro thure
bulbum ammiſcent. Hydrocelicis ſtelliones mire prodeſſe traduntur capite pedibus in
teraneiſque demptis: reliquum corpus inaſſatum. In cibo id ſæpius datur. Sicut ad uri
næ incontinentiam. Caninum adipem cum alumine ſciſſo fabæ magnitudine. Coch-
leas africanas cum ſua carne & teſta crematas poto cinere. Anſerum trium linguas in-
aſſatatas in cibo. Huius rei auctor eſt Anaxilaus. Panos aperit ſeuum pecudum cum
ſale toſto. Murinum fimum ammixto thuris polline: ſandaraca impoſita diſcutit. La-
certæ cinis:& ipſa diuiſa impoſita. Item mulltipeda contrita ammixta reſina terebinthi
na ex parte tertia. Quidam & ſinopidem ammiſcent. Cochleæ contuſæ & per ſe cinis i
anium cochlearum cæræ mixtus diſcuſſoriam uim habet. Fimum columbarum per
ſeſe: uel cum farina hordeacea: aut auenacea illitum. Cātharides mixta calce panos ſcal
pelli uice auferunt. Iuguinum tumorem cochleæ minutæ cum melle illitæ leniunt.
Varices ne naſcant̃: lacertæ ſanguine pueris crura ieiunis a ieiūo illinunt̃. Podagras
lenit œſipum cum lacte mulieris & cæruſſa. Fimū pecudum quod liquidum reddūt
Pulmones pecudum. Fel arietis cum ſeuo muris diſſeti impoſiti. Sanguis muſtellæ cū
plantagine illitus & uiuæ cōboſtæ cinis ex aceto & roſaceo ſi pēna illinat̃. Vel ſi cæra
& roſaceū ammiſceat̃ fel caninū ita ne māu attingat̃: ſed pēna illinat̃. Fimū gallinaꝶ
uermiū terrenorū cinis cū melle: ita ut tertio die ſoluant̃. Alii ex aqua illinire malunt
Alii ipſo aceto menſura cū mellis cyathis tribus pedibus ante roſaceo punctis. Coc-
hleæ latæ potæ tollere dicunt̃ pedū & articuloꝝ dolores. Bibunt̃ aiuūt binæ in uino

tritæ. Eædem illinuntur cum helſcines hærbæ ſucco. Quidam ex aceto intriuiſſe
contenti ſunt ſale. Quidam ſale cum uipera crematis ī olla noua & ſæpius ſumptis aiūt
podagri liberari. Vtile eſſe & adipe uiperino pedes perungi. Et de miluo affirmāt: ſi in-
uecerato: tritoq; quantum tres digyti capiant bibatur ex aqua. Aut ſi pedes ſanguinem
cum urtica uel pennis eorum cum primum naſcētur tritis cum urtica. Quin & ſimus
eorum articularibus doloribus illinitur. Item cinis muſtellæ aut cochlearum & cum
amylo uel tragacantho. Incuſſos articulos aranei telæ commodiſſime curant. Sunt qui
cinere earum uti malint ſicut fimi columbini cinere cum polenta & uino albo. Articu
lis luxatis præſentaneum eſt & ſeum pecudis cum cinere & capillo mulierum. Pernio
nibus quoque imponitur ſeum pecudum cum alumine. Canini capitis cinis aut fi
mum murinuū. Quod ſi putrida ſint ulcera cæra ad cicatricem perducunt: uel grillo
rum crematorum fauilla ex oleo. Item muris ſiluatici cum melle. Vermium quoque
terrenorum cum oleo uetere. Et çochleæ quæ nudæ inueniuntur. Vlcera omnia pe
dum ſana cinis earum quæ uiuæ combuſtæ ſint. Fimique gallinacei cinis exulceratio
nes columbini fimi cinis ex oleo. Attritus etiam calciamentorum ueteris ſoleæ crema-
tæ cinis. Agninus pulmo & arietis ſanant. Dentis caballini cōtuſi farina priuatim ſub
leuat. Lacertæ uiridis ſanguis ſubtritus & hominum & iumentorum pedes ſublitus ſa
nat. Clauos pedum urina muli mulæ ue cum luto ſuo illita. Fimum ouium. Iecur la-
certæ uiridis: uel ſanguiſ flocco impoſitus. Vermes terrēi ex oleo. Stellionis caput cum
uiticis pari modo tritū ex oleo. Fimum columbinum decoctum ex aceto. Verucas ue
ro omnium generum urina canis recens cū ſuo luto illita. Fimi canini cinis cū cæra.
Fimum ouium. Sanguis recens murinus illitus: uel ipſe mus diluſus. Herinacei fel. Ca
put lacertæ uel ſanguis uel cinis totius. Membrana ſenectutis anguium. Fimum gal-
linaceum cum oleo ac nitro. Cantarides cum uua taminia intritæ exedunt. Sed ita ero
ſas aliiſque ad præſentanda ulcera monſtrauimus curari oportet. Nunc autem reuer
temur ad ea quæ totis corporibus medenda ſunt. Fel canis nigri maſculi amuletum
eſſe magi dicunt domus totius. Suffitæ eo purificatæ ue contra omnia mala medica
menta. Item ſanguine canis reſperſis parietibus genitalique eius ſub liminæ ianuæ de
foſſo. Minus mirentur hæc qui ſciunt fœdiſſimum animal quantum magnificent ri-
cinum: quoniam uni nullus ſit exitus ſanguine nec finis alia quam morte: diutius in
famæ uiuenti. Septenis ita diebus duraſſe tradunt. At in ſacietate paucioribus dehiſce
re. Sunt qui hunc ex aure ſiniſtra canis omnes dolores ſedare adalligatum. Funditur
cum in augurio uitalium habent. Nam ſi æger ei reſpōdeat qui intullerit a pedibus ſtā
ti: interrogantique de morbo ſpem uitæ certam eſſe. Moriturū nihil reſpoodere. Adici-
unt ut euellatur ex aure leua canis cui non ſit alius quam niger color. Nigidius fuge-
re tota die canes conſpectum eius qui & ſue id animal euellerit ſcriptum reliquit. Rur-
ſus magi tradunt lymphatos ſanguinis talpæ aſperſura reſipicere. Eos uero qui a noc
turnis diis: fauniſque agittentur: draconis lingua & oculis & felle: inteſtiniſque in uio:
& oleo decoctis: ac ſub diuo noctu refrigeratis perūctos matutinis: ueſpertiniſque libe-
rari perfricationibus. Remedio eſſe tradit. Nicander amphiſibenam ſerpentem mortu-
am adalligatam uel pellem tantum eius Quinimo arbori quæ cædatur adalligata nō
algere cædentes: faciliuſque ſuccidere. Itaque ſola ſerpentium frigori ſe committit
prima omnium procedens & ante cuculi cantum. Aliud eſt cuculo miraculum: quo
quis loco primum audiat alitem illam ſi dexter pes circunſcribatur. Ac ueſtigium
id defodiatur: non gigni pulices ubicunque ſpargatur. Paralyſin cauentibus pin
guia glyrium decoctorum & ſoricum utiliſſima tradunt eſſe. Millepedas ut in an
ginis diximus potas. Phtyſim ſentiebtibus lacertam uiridem decoctam in uini ſextariis
tribus ad cyathum unum ſingulis cochlearibus ſumptis per dies donec conualeſcant
Cochlearum cinerem potum in uino. Cmmoitialibus morbis oeſipum cum

myrrhæ momento & uini cyathis duobus dilutū magnitudine nucis auellanæ a bal-
neo potum. Teſticulos arietinos inueteratos tritoſque dimidio denarii pondere ĩ aqua
uel lactis aſini hemina. Interdicitur uini potus quinis diebus ante & poſtea. Magnifice
laudatur & ſanguis pecudum potus. Item fel cuꝫ melle præcipue agninum. Catulus
lactens ſumptus abſciſo capite pedibuſque ex uino & myrrha. Lyen mulæ potus ĩ oxy
melite cyathis tribus. Stellionis tranſmarini cinis potus in aceto. Tunicula ſtellionis
quam eodem modo ut anguis exuit pota. Quidam & ipſum harundine exteratum ĩ
ueteratumque bibendum dedere. Alii in cibo in ligneis uerubus inaſſatum. Operepre
cium eſt quomodo præcipiatur ſcire cum exuitur membrana hyberna alias deuoran-
ti eam: quoniam nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt. Inde ſtellio-
num nomen aiunt in maledictum tranſlatum. Obſeruant cubile eius æſtatibus. Eſt
autem in locis hoſtiorum feneſtrarumque aut cameris ſepulchris ue. Ibi uere in cipiē-
te fiſſis harundinibus textas opponunt caſas: quarum anguſtiis etiam gaudet: eo facili
us exuens circundatum torporem. Sed eo derelicto nõ poteſt remeare. Nihil ei remedio
in comitialibus morbis præfertur. Prodeſt & cerebrum muſtellæ inueteratum potum
que: & iecur eius. Teſticuli: uuluæque aut uentriculus inueteratus cum coriandro: ut
diximus: item cinis. Silueſtris uero tota in cibo ſumpta. Eadem omnia prædicantur ex
uipera. Lacerta uiridis cum condimentis quæ faſtidium abſtergant: adlatis pedibus &
capite. Cochlearum cinis addito ſemine lini & urticæ cum melle inunctos ſanat. Ma-
gis placet draconis cauda in pelle dorcadis alligata ceruinis neruis. Vel lapilli e uentre
pullorum hirundinum ſiniſtro lacerto annexi. Dicuntur enim excluſo pullo lapillū
dare. Quod ſi pullus is detur incipienti in cino: quem primum peperit: cum quis pri-
mum tentatus ſit: liberatur eo malo. Poſtea medetur hirundinum ſanguis cum thure
uel cor recens deuoratum. Quin & e nido eorum lapillus impoſitus recreare dicitur
confeſtim: & adalligatus perpetuo tueri. Prædicatur & iecur milui deuoratum: & ſene
ctus ſerpentium. Iecur uulturis tritum cum ſuo ſanguine ter ſeptenis diebus potum.
Cor pulli uulturini adalligatum. Sed & ipſum uulturem in cibo dari iubent: & qui-
dem ſatiatum humano cadauere. Quidam pectus ei bibendum cenſent: & in certino
calice. Aut teſtes gallinacei ex aqua & lacte antecedente quinque dierum abſtinentia
uini ob id iueteratos. Fuere & qui.xx.unam muſcas ruffas: & quidem emortuas in po
tu darent: infirmioribus pauciores. Morbo reſiſtunt regio ſordes aurium: aut mamma
rum pecudis denari pondere cum mirrhæ momento & uini cyathis duobus. Canini
capitis cinis in mulſo. Multipeda in uini hemina. Vermes terreni in aceto mulſo cum
myrrha. Gallina ſi ſit luteis pedibus prius aqua purificatis: dein collutis uino quod bi-
batur. Cerebrum perdicis aut aquilæ in uini cyathis tribus. Cinis plumarum aut inter
aneorum palumbi ſed in mulſo ad cochlearia trita. Paſſerum cinis ſarmentis cremato-
rum cochlearibus duobus in aqua mulſa. Auis icterus uocatur a colore: quæ ſi ſpectet
ſanari id malum tradunt & auem mori. Hanc puto latine uocari galgulum. Phreneti
cis prodeſt uidetur pulmo pecudum calidus circa caput alligatus. Nam non modo
muris cerebrum dari potui ex aqua: aut cinerem muſtellæ: uerum etiam inueteratas
herinacei carnes quis poſſit furēti etiam ſi certa ſit medicina? Bubonis quidem oculoꝝ
cinerem inter ea quibus prodigioſe uitam ludificantur: acceperim. Præcipueque febri
um medicina placitis eorum renuntiat. Namque & in.xii. ſigna digeſſere eam ſole trāſ
meante: iterumque luna: quod totum abdicandum paucis exemplaribus docebo. Si-
quidem crematis tritiſque cum oleo perungi iubent ægros: cum geminos tranſit ſol
criſtis: & auribus & unguibus gallinaceorum. ¶ Si luna raſis barbis eorum. Si uir-
ginem alteruter hordei granis. Si ſagittarium ueſpertilionis alis. Si leonem luna tama
ricis fronde: & adiiciunt ſatiue. Si aquarium e buxi carbonibus tritis. Ex iſtis confeſſa
aut certe ueriſimilia ponemus: ſicut eletargum olfatoriis excitari. Inter ea fortaſſis mu-

ſtellæ teſticulis inueteratis:aut iocinere uſto. Is quoque pulmonem pecudis calidum
circa caput adalligari putant utile. In quartanis medicinæ clinice prope modum ni-
hil pollet. Qui ob rem plura eorum remedia ponemus. Primumque eum quem adalli
gari iubent puluerem:in quo ſe accipiter uolutauerit lino rutilo in linteolo. Canis ni
gri dentem longiſſimum. Pſeudoſpecen uocant ueſpam:que ſingularis uolitat. Hanc
ſiniſtra manu appræhenſam ſubnectunt. Alii uero quam quis eo anno uiderit primã
Viperæ caput abſciſum in linteolo.uel cor uiuentis exemptum. Muris roſtellum auri
culaſque ſummas roſeo panno:ipſumque dimittunt. Lacertæ uiridis dextrum oculũ
effoſſum mox cum capite ſuo deciſo in pellicula caprina. Scarabeus qui pilulas uoluit
Propter hunc ægypti magna pars ſcarabeos inter numina colit curioſa. Appionis in
terpræratione qua colligit ſolis operum ſimilitudinem huic animali eſſe ad excuſãdos
gentis ſuæ ritus. Sed & alium adalligant magi cui ſunt cornicula reflexa ſiniſtra ma
nu collectum. Tertium qui uocatur fullo albis guttis deſſectum utrique lacerto adalli
gant. Cætera ſiniſtro. Cor anguinum ſiniſtra manu exemptum uiuentibus Scorpio
nis caudæ quattuor articulos cum aculeo panno nigro ita ut nec ſcorpioné dimiſſum
nec eum qui alligauerit:uideat æger triduo. Poſt tertium circulum in condat. Eru
cam iu linteolo ter lino circundant totidem modis ad ſingulos dicentes quare faciant:
qui medebuntur. Limacem in pelliculam uel quattuor limacum capita præciſa ha
rundine. Multipedam lana inuolutam. Vermiculos ex quibus tabani fiunt: ante
quam pennas germinent. Alios e ſpinoſis frutetis lanuginoſos. Quidam ex illis qua-
ternos incluſos iuglandis nucis putamine adalligant. Cochleaſque quæ nudæ inue-
niuntur. Stellionem incluſum capſulis ſubiiciunt capiti:& ſub deceſſu febris emittũt
Deuorat autem iubent cor mergi marini ſine ferro exemptum:inueteratumque conte
ri:& in calida aqua bibi. Corda hirundinum cum melle. Alii fimum drachma una
in lactis caprini:uel ouili:uel paſſo cyathis tribus ante acceſſiones. Sunt qui rotas cen
ſeant deuorandas. Aſpidis cutem pondere ſexta parte denarii cum pipere pari modo
parthorũ gentes ĩ remedium quartanæ bibunt. Cryſippus philoſophus tradidit. phry-
ganion adalligatum remedio eſſe quartanis. Quod eſſet animal:nec ille deſcripſit:nec
nos inuenimus qui nouiſſet. Demonſtrandum tamen fuit a tam graui auctore dic-
tum:ſi cuiuſquam cura efficacior eſſet ad inquirendum. Cornicis carnes eſſe:& nidũ
illinire in longiſſimis morbis utiliſſimum putant. Et in tertianis fiat poteſtas experiẽdi:
quoniam miſeria ſpei deiecta:an ne aranei quem lycum uocant tela:ipſo ſpecu toto re
ſina cæraq; impoſita utriſq; temporibus & fronti prodeſt. Aut ipſe calamo adalligatus
qualiter & aliis febribus prodeſſe traditur. Item lacerta uiridis adalligata uiua in eo ua-
ſe quod capiat. Quo genere & reciduas frequẽter abigi affirmant. Hydropicis oeſpium
ex uino addita mirrha modice potu datur nucis auellanæ magnitudĩe. Aliqui addũt:
& anſerinum adipem & oleum myrtheum. Sordes ab uberibus ouum eundem effectũ
habent. Item carnes inueteratæ herinacei ſumptæ. Vomitus quoque canum illitus
uentri aquam trahere promittit. Igni ſacro medet oeſipũ cũ põpholonio & roſaceo. Ri
cini ſanguis. Vermes ex aceto terreni illiti. Gryllus contrit in manibus. Quo genere
præſtat: ut qui id fecerit antequam incipiat uitium:toto eo anno careat. Oportet
autem eum ferro cũ terra cauernæ ſuæ tolli. Adeps anſeris. Vipere caput aridum aſſer
uatum:& combuſtum: dein ex aceto impoſitum. Senectus ſerpentium ex aqua illita
a balneo cum bitumine & ſeuo agnino. Carbunculus fimo columbino deletur per
ſe illito. Vel cum lini ſemine ex aceto mulſo. Item apibus quæ in melle ſunt immor-
tuæ impoſitis. Polentaque impoſita inſuperſa. Si in uerendis ſit. Cæteriſque ibi
ulceribus occurit: & melle eoſipum cum plumi ſquamis. Item fimum pecu-
dum incipientibus carbunculis. Tubera: & quecumque emolliri opus ſit effi-

eacisſime anſerino adipe curantur.Idem præſtat & gruum adeps. Furunculus mede-
ri dicitur araneus ſi prius quam nominetur ſit impoſitus & tertia die ſolutus.Mus ara-
neus pendens necatus ſicut terram nec poſtea attingat:ter circundatus furunculo to
tiens expuentibus medente & cui medebitur.Ex gallinaceo fimo quod eſt ruffum ma-
xime recens illitum ex aceto.Ventriculus ciconiæ decoctus.Muſcæ impari numero in
fricatæ digyto medico.Sordes ex pecudum auriculis. Seuum ouium uetus cum cine
re e capillis mulierum.Seuum arietis cum cinere punicis & ſalis pari pondere. Ambu-
ſtis capitum canis cinis medetur. Item glirium cum oleo. Fimum ouium cum cæra
conmixtum.Murium cinis & cochlearum. Eoque ſic ut ne cicatrix quidem appareat
Item adeps uiperimus.Fimi columbini cinis ex oleo illitus cyprino. Neruorum nodis
medetur capitis uiperini cinis ex oleo cyprino illitus. Terreni uermis cinis cum melle
illitus etiam dolores tollit.Item amphiſbena mortua adalligata. Adeps uulturinus cũ
uentre arefactus contritusque cum adipe ſuillo inueterato. Cinis e capite bubonis in
mulſo potus cum lilii radice:ſi magis credimus.In contractione neruorum caro palũ-
bina in cibis prodeſſe:& inueterata.Herinacei ſpaſticis.Item muſtellæ cinis. Serpẽtium
ſenectus in pelle taurina adalligata ſpaſmos fieri prohibet. Opiſtothonicis milui iecur
aridum tribus obolis in aquæ mulſæ cyathis tribus potum.Rediuiuas & quæ in digy
tis naſcunt̃ pterygia tollunt canini capitis cinis aut uulua decocta in oleo ſuper illito
butyro ouillo cũ melle.Itẽ folliculus cuiuſlibet aĩalis fellis. Vnguiuꝫ ſcabriciam cãtha
rides cum pice tertio die ſolutæ:aut locuſtæ frictæ cum ſeuo hircino. Pecudum ſeuuꝫ
Aliqui miſcent uiſcum & proculacam:uel æris florem.Ita ut tertio die ſoluant.Sangui-
nem ſiſtit e naribus ſeuum ex omento pecudum illitum. Item coagulum ex aqua ma-
xime agninum ſubditum uel infuſum etiam ſi alia nõ proſint. Adeps anſerinus cum
butyro pari pondere paſtillis ingeſtus.Cinis cochlearum terrenarum.Sed & ipſæ extra
ctæ teſtis.E naribus fluẽtẽ ſanguinẽ ſiſtũt cochleæ cõtritæ fronti illitæ.Aranei telæ ſu
perpoſitæ.Gallinacei cerebellum:uel ſanguis profluuia a cerebro.Item columbinus ſã
guis ob id ſeruatus concretuſque.Si uero ex uulnere inmodice fluat fimi caballini cũ
putamiubus ouorum cremati cinis impoſitis mire ſiſtit.Et uulneribus medentur œſi
pum cum hordei cinere & erugine æquis partibus. Ad carcinomata ac ſerpentia quo
que ualet.Erodit & ulcerum margines.Carneſque quæ excreſcunt ad æqualitatem re
digit.Explet quoque:& ad cicatricem perducit. Magna uis & in cinere pecudum fimi
ad carcinomata addito nitro:aut cinere ex oſſibus fœminum agninorum: maxime in
iis ulceribus quæ cicatricem non trahunt.Magna & pulmonibus præcipue arietum.
Excreſcentes carnes in ulceribus ad æqualitatem efficaciſſime reducunt. Fimo quoqꝫ
ipſo ouium ſubteſta calefacto & ſubacto tumor uulnerum ſedatur. Fiſtulæ purgant̃
ſananturque.Item epinyctides.Summa uero uis in canini captis cinere. Excreſcentia
omnia ſpodii uice erodit ac perſanat.Item murino fimo eroduntur.Itemque muſtellæ
fimi cinere.Duricias etiam in alto ulcerum & carcinomata perſequitur multipeda tri
ta:admixta reſina terebinthina & ſimopide. Eademque utiliſſima ſunt in iis ulceribus
quæ uermibus periclitantur. Quin & uermium ipſorum genera mirandos uſus ha-
bet.Coſſes qui in ligno naſcuntur ſanant ulcera omnia. Nomas uero combuſti cum
pari pondere aniſi & ex oleo illiti.Vulnera recentia conglutinant terreni: adeo ut ner-
uos quoque abſciſſos illitis ſolidari infra ſeptimum diem. Democritus perſuaſerit.
Itaque in melle ſeruandos cenſet. Cinis eorum margines ulcerum duriores abſu-
mit cum pice liquida uel ſymbolo & melle. Quidam arefactis in ſole ad uulnera
ex aceto utuntur: nec ſoluunt niſi biduo intermiſſo. Eadem ratio & terrenarum
cochlearum eſt:quæ tuſæ & impoſitæ recentia uulnera conglutinant: & nomas ſiſtũt
quæ non adhærent.Herpes quoque animal a græcis uocatur:quo præcipue ſanantur

quæcunque ſerpunt. Cochleæ quoque proſunt cum teſtis ſuis tuſæ cum mirrxa quidem & thure etiam præciſos neruos ſanare dicuntur. Draconum quoque adeps ſiccatus in ſole magnopere prodeſt. Item gallinacei cerebrum recentibus plagis ſale uiperio in cibo ſumpto. Tradunt & ulcera tractabiliora fieri: & ſanari celerius. Antonius Muſa medicus cum incidiſſet inſanabilia ulcera: uiperas edendas dabat: miraque celeritate perſanabat. Trayxalidum cinis margines ulcerum duros aufert cum melle. Item fimus columbinus cum arſenico & melle ea quæ erodenda ſunt. Bubonis crebro cum adipe anſerino mire uulnera dicuntur glutinari: quæ uocantur cacoethe. Cinis etiam fœminum arietis cum lacte muliebri diligenter prius elutus linteolis ſanat. Vlula quoque auis cocta in oleo cui liquato miſcetur butyrum ouillum & mel: ad ulcera ſananda ualet. Vlcerum labra duriora apes in melle emortuæ emolliunt. Et elephantiſin ſanguis: & cinis muſtellæ. Verberum uulnera: atq; uibices pellibus ouium recentibus impoſitis oblitterantur. Articulorum fracturis cinis fœminum pecudis peculiariter medet̃. Efficacius cum cæra. Idem medicamentum fit ex maxillis ſimul uſtis: cornuq; ceruino & cæra mollita roſaceo. Oſſibus fractis caninum cerebrum linteolo illito ſuperpoſitis lanis: quæ deinde ſubfundantur fere quattuordecim diebus ſolidat. Nec tardius cinis ſiluestris muris cum melle: aut cum uermium terrenorum cinere. Qui etiam oſſa extrahit. Cicatrices ad colorem reducit pecudum pulmo præcipue ex ariete ſeuum ex nitro Lacertæ uiridis cinis. Vernatio anguium ex uino decocta. Fimum colũbinum ex melle. Item uitiligines albas ex uino. Ad uitiliginem & cantharides cum rute folioꝝ duabus partibus in ſole donec formicet cutis. Tolleradæ ſunt. Poſtea fouere: oleoq; perungere neceſſarium: iterumq; illinire: idq; diebus pluribus facere cauẽtes exulcerationem multam. Ad eaſdem uitiligines & muſcas illini iubent cum radice lappatoria. Gallinarum fimum candidum ſeruatum in oleo uetere cornea pyxide. Verſpertilioꝝ ſanguinem. Fel herinacei ex aqua. Ad ſcabiem uero bubonis cerebro cum afronitro. Sed ante omnia ſanguis caninus. Sedant pruritum cochleæ minutæ latæ contritæ illitæ. Harũdines & tella quæq; alia extrahenda ſunt corpori: euocat mus diſſectus impoſitus. Præcipue uero lacerta diſſecta: & uel caput eius tantum contuſum cum ſale impoſitum. Cochleæ ex iis quæ gregatim folia ſectantur contuſæ inpoſitæq; teſtis: & eæ quæ mandantur exemptæ teſtis. Sed cum leporis coagulo efficaciſſimæ. Oſſa anguium eũdem cum coagulo cuiuſcunq; quadrupedes intra tertium diem approbant effectum.

Ad muliebria mala medenda: & conceptus maturandos Capitulum. IIII.

Laudantur & cãtharides tritæ cum farina hordeacea. Mulieribus malis membranæ a partu ouium proficiunt: ſicut in capris rettulimus. Fimum quoque pecudum eoſdem uſus habet. Locuſtarum ſuffitu ſtranguriæ maxime mulierum iuuatur. Gallinaceorum teſtes ſubinde ſi a conceptu edat mulier: mares in utero fieri dicuntur. Partus conceptos hiſticum cinis potus contines. Maturat caninum lac epotum. Euocat membrana e canum ſecundis: ſi terram non attigerit. Lumbos parturientium potus lactis. Fimum murinum aqua pluuia dilutum mammas mulierum a partum: tumeſcentes reficit. Cinis herinaceorum cum oleo perunctarum cuſtodit partus contra abortus. Facilius emittuntur quæ fimum anſerinum cum aquæ cyathis duobus ſorbuere. Aut ex urticulo muſtellino per genitale effectus aquas. Vermes terreni illiti in ceruices: & ſcapulas. Ne nerui doleant: præſtant. Grauidis ſecundas pellunt in paſſo poti Item per ſeſe impoſiti: mammarum ſuppuratione concoquunt: & apperiunt: extrahuntque: & ad cicatricem perducunt. Lac deuocant poti cum mulſo. Inueniuntur: & in gramine uermiculi qui adalligati collo continent partum. Detrahunt autem ſub partu: alias eniti non

patiuntur. Cauendum etiam ne in terra ponantur. Coceptus quoq; omnia dantur in
potu quini aut ſepteni. Cochleæ in cibo ſumptæ: accelerant partum. Item coceptum
impoſitæ cum croco. Eædem ex amylo & tragacantho illitæ profluuia ſiſtunt. Proſűt
& purgationibus ſumptæ in cibo: & uuluam auerſam corrigunt cum medulla cerui-
na: ita ut uini cochleæ denarii pondus addatur & cypri. Inflationes quoq; uuluarum
diſcutiunt exemptæ teſtis: tritæq; cum roſaceo. Ad hoc aſtypaleicæ maxime eliguntur.
Alio modo africanæ binæ cum fœnogreco quod tribus digytis capiatur: additis mellis
cochlearibus quattuor. Illinuntur aluo prius irino ſucco perunctæ. Sunt & minutæ
longæq; candidæ cochleæ paſſim oberantes. Eæ arefactæ ſole in tegulis: tuſæq; in fari
na miſcentur lomento æquis portionibus. Candoremq; & liuorem corpori afferunt.
Scabendi deſideria tollűt minutæ & latæ cum polenta. Viperam mulier pregnas ſi tran
ſcederit: abortum faciet. Item amphiſbenam mortuam duntaxat. Nam uiuam habentes
in pyxide impune tranſeunt: etiam ſi mortua ſit. Atq; adſeruata partus faciles preſtat
uel mortua. Mirum ſi non adſeruatam tranſcenderit grauida: innoxiam fieri: ſi ꝓtinus
tranſcendat adſeruatam. Anguis inueterati ſuffitus menſtrua adiuuant. Anguium ſe
nectus adalligata lumbis faciliores partus facit: protinus a puerperio remouenda.
Dant & in uino bibendum cum thure. Aliter ſumpta abortum facit. Baculus quo an
gui rana excuſſa ſit: parturientes adiuuat. Tryxalidum cinis illitus cum melle purgati
ones. Item araneus qui filium ducit ex alto: capi debet manu caua trituſq; admoueri.
Quod ſi redeuntem prehenderit: inhibebit idem purgationes. Lapis aetites in aquilæ
repertus nido cuſtodit partus contra omnes abortum inſidias. Penna uulturina ſubie-
cta pedibus adiuuat parturientes. Quum corui grauidis cauendum conſtat: quoniã
tranſgreſſus abortus aſperos facit. Fimum accipitris in mulſo potum uidetur fœcũ-
das facere. Vuluarum duricias & collectiones adeps anſerinus aut cygni emollit. Mam-
mas apartu cuſtodit adeps anſeris cum roſaceo & araneo. Phryges & lycaoes mammis
puerperio uexatis inuenere otidum adipem utilem eſſe & iis quæ uulua ſtrangulent:
& blattas illinunt. Quorum perdicis putaminum cinis cadmiæ mixtus & ceræ ſtan-
tes mammas ſeruat. Putant & ter circundatam ouo perdicis non inclinari. Et ſi ſorbeã-
tur eadem: fœcunditatem facere: lactis quoq; copiam. Cum anſerino adipe perunctis
mammis dolores minuere. Molas uteri rumpere. Scabiem uuluarum ſedare ſi cum ci-
mice trito illinantur. Veſpertilliorum ſanguis pſilothri uim habet: ſed malis puerorum
illitus non ſatis proficit niſi erucæ uel cicutæ ſemen poſtea inducatur. Sic enim aut in
totum tolluntur pili: aut non excedunt lanuginem. Idem & cerebro eorum proficipu
tant. Eſt autem duplex: rubens utique & candidum. Aliqui ſanguiné & iecur eius am
miſcent. Quidam in tribus heminis olei diſcoquunt uiperam exemptis oſſibus & pſilo
thri uice utuntur: euulſis prius pilis: quos renaſci nollunt. Fel herinacei pſilothrű eſt
utiq; mixto cerebro ueſpertilionis & lacte caprino. Item ꝑ ſe cinis cum lacte. Canis pri-
mi partus euulſis pilis quos renaſci uolunt: uel nondum natis perunctis partibus: alii
non ſurgunt. Idem euenire traditur ſanguine ricini euulſi cani. Item hirundinino ſan
guine uel felle.

Ca. V.

Promiſcuæ medicinæ.

QVis formicarum ſupercillia denigrari cum muſcis tritis tradűt. Si uero oculi
nigri naſcentium placeant: ſoricem prægnanti edendum. Capilli ne caneſcát
uermium terrenorum cinere præſtari admixto oleo. Infantibus qui lacte con
creto uexantur præſidium eſt ãngninum coagulum ex aqua potum. Aut ſi uitiũ coa
gulato lacte acciderint: diſcutitur coagulo ex aceto dato. Ad détitionem cerebrum pe
coris utiliſſimum eſt. Oſſibus in canino fimo inuentis aduſtio infantium quæ uocat
ſiriaſis adalligatis emendatur. Ramices infantium lacertæ uirides admotæ dormienti-
bus morſu emendatur. Poſtea harundini adalligatæ ſuſpenduntur in fimo. Tradűtq;

pariter cum ea expirante ſanari infantem. Cochlearum ſaliua illita infantium oculis
palpebras corrigit:gignitque. Ramicoſis cochlearum cinis cum thure ex oui albi ſucco
illitus per dies triginta medetur. Inueniuntur in corniculis cochlearũ harenaceæ duri
ciæ. Eæ dentitionem facilem præſtant adalligatæ. Cochlearum inanũ cinis admixtus
ceræ procidentium interraneorum partes extremas prohibet. Oportet autẽ cineri mi-
ſceri ſaniem punctis emiſſam e cerebro uiperæ. Cerebrum uiperæ illigatum pelliculæ
dentitiones adiuuat. Ad idem ualent & grandiſſimi dentes ſerpentium. Fimum corui
lana adalligatum infantium tuſſi medetur. Vix eſt ſerio completi quædam non omittẽ
da tamen: qua ſunt prodita. Ramici infantium lacerta mederi iubent. Marẽ hanc præ
hendi. Id intelligi & quod ſub cauda unam cauernam habeat. Id agendum ut per aurũ
aut argentum:aut oſtrum mordeat uitium. Tum in calice nouo illigatur:& ĩ fimo po
nitur. Vrina infantium cohibetur muribus elixis in cibo datis. Scarabeorum contra
grandia denticulata adalligata in iis amuleti naturam optinent. Bouis capiti lapillum
tradunt ineſſe quem ab eo expui ſi necem timeat: inopinatis præciſo capitem exẽptũ
adalligatumque mire prodeſſe dentioni. Item cerebrum eiuſdem ad eundem uſum ad
alligari iubent. Et limacis lapillum ſiue oſſiculum quod inuenitur in dorſo. Magnifi-
ce iuuat & ouis cerebrum gingiuis illitum. Sicut aures adeps anſerinus cum ocimi
ſucco impoſitus. Sunt uermiculi in ſpinoſis hærbis aſperi:lanuginoſi. Hos adalligatos
protinus mederi tradunt infantibus:ſi quid ex cibo hæreat. Somnos allicit œſipũ cum
myrrhe momento in uini cyathis duobus dilutum uel cũ adipe anſerino & uino myr
tite. Auis cuculus leporina pelle adalligatus. Ardeolæ roſtrum in pellle aſinina fronti
adalligatum. Putant & per ſe roſtrum eiuſdem effectus eſſe uino collutum. Et diuerſo
ſomnum arcet ueſpertilionis caput aridum adalligatum. In urina uituli lacerta neca-
ta uenerem eius qui fecerit cohibet. Nam inter amatoria eſſe magi dicunt. Inhibet
& fimum cochleæ:& columbinum cum oleo & uino põtum. Pulmonis uulturini dex
tere partes uenerem concitant uiris adalligatæ gruis pelle. Item ſi lutea ex ouis quinq;
columbarum admixta adipis ſuilli denarii pondere ex melle ſorbeantur. Paſſeres in ci-
bo uel oua eorum. Gallinacei dexter teſtis arietina pelle adalligatus. Ibi cum cineres cũ
adipe anſeri & irino perunctis ſi conceptus ſit:partus continere. Contra inhibere uene
rem pugnatoris galli teſticulis anſerino adipe illitis adalligatiſque pelle arietina tradũt
Item cuiuſcunq; galli gallinacei ſi cum ſanguine gallinacei lecto ſubiiciantur. Cogũt
concipere inuitas ſetæ ex cauda mulæ ſi inunctis inter ſe colligentur in coitu. Qui in
urinam canis ſuam ingeſſerit:dicitur adu enerem pigrior fieri. Mirum & de ſtellionis
cinere (ſi uerum eſt) in linamento inuolutum in ſiniſtra manu uenerem ſtimulare. Si
transferatᷣ ĩ dextram:inhibere. Item ueſpertilionis ſanguinem collectum flocco ſuppo
ſitumque capiti mulierum libidinem mouere:aut anſeris linguam in cibo uel potione
ſumptam. Tyria uero mactato corpore pota. Et membrana ſenectutis angium triduo
inhibet. Ac ſerum exempto caſeo potum cum exiguo ſale. Caſeos ſi cerebrũ muſtellæ
coagulo addat:negãt corrumpi uetuſtate:aut a muribus attingi. Eiuſdẽque muſtellæ
cinis ſi detur in offa in gallinaceis pullis & columbinis tutos eſſe a muſtellis. Iumẽtorũ
urinæ tormina ueſpertilione adalligato finiuntur. Vermicatio ter circunlato uerendis
palumbo mirum dictu palumbus emiſſus moritᷣ:iumentumque liberatur confeſtim.
Ebrioſis oua noctuæ per triduum data in uino:tedium eius adducunt. Ebrietatem
arcet pecudum aſſus pulmo præſumptus. Hirundinis roſtri cinis cum myrrha tritus
& in uino quod bibatur inſperſus:ſecuros præſtabit a temulentia: Inueit hoc Horus
aſſyriorũ Rex. Præter hæc ſunt notabilia animalium ad hoc uolumen pertientium.
Gromphrenam auem in Sardinia narrant graui ſimilem ignotã iam etiam ſadis ut exi
ſtiīno. In eadem prouintia eſt ophion ceruis tantum pilo ſimilis: nec alibi naſcens.
Idẽ auctores nominauere ſirulugum. Quod nec quale eſſet animal:nec ubi naſceretur

tradiderunt. Fuiſſe quidem non dubito: cum & medicinæ ex eo ſint demonſtratæ. M. Cicero tradit animalia bituros uocari: qui uites in campania rodant.

De miraculis quarundam beſtiarum.

Capitulum ſextum.

Reliqua mirabilia ex iis quoque dicemus. Non latrari a cane membranam ex ſecundis canis habentem: aut leporis fimũ uel pilos tenentem. In culicum genere muliones non amplius quam uno die uiuere. Eoſque qui arborarii pici roſtrum habeát: & mella eximant: ab apibus non atingi. Porcos ſeqni eos a quibus cerebrum corui acceperint in offa. Puluerem in quo ſe mula uolutauerit corpori inſperſum mitigare ardores amoris. Sorices fugari: ſi unus caſtratus emittatur. Anguina pelle & ſale & farre cum ſerpillo contritis uno die: deiectiſque cum uino in fauces boum uua matureſcente: toto anno eos ualere. Vel ſi hirundinum pulli tres tribus offis deuorentur. Puluere e ueſtigio anguium collecto: ſparſas apes in aluearę reuerti. Arietis dextro teſte præligato oues tantum gigni. Non laſleſcere in ullo labore qui neruos ex alis & cruribus gruis habeant. Mulas non calcitrare cum uinum biberint. Vngulas tantum mnlarum repertas: neque aliam ullam materiam quæ non perroderetur a ueneno ſtygis aquæ cum id dandum Alexandrino magno Antipater mitteret memoria dignum eſt: magna Ariſtotelis infamia ex cogitatum. Nunc ad aquatilia reuertemur.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. XXXI.

PROHEMIVM.

Medicinæ ex aquatilitibus. Aquarum mirabilia.

CAPITVLVM PRMVM.

AQVATILIVM SEQVVNTVR IN MEDICINA beneficia: opifice natura ne in illis quidem ceſſante: & per undas fluctuſque ac reciprocos æſtus amniumq; rapidos curſus improbas exerente uires. Nuſquam potentia maiore ſi uerum fateri uolumus. Quippe hoc elementum cæteris omnibus imperat. Terras deuorant aquæ. Flammas necant. Scandunt in ſublime: & cælum quoque ſibi uẽdicát. Ac nubium obtentu uitalem ſpiritum ſtrangulant. Quæ cauſa fulmina edidit: ipſo ſecum diſcordante mundo. Quid eſſe mirabilius poteſt aquis in cælo ſtantibus? At illæ ceu parum ſit in tantum peruenire altitudinem rapiunt eo ſecum piſcium examina. Sæpe etiam lapides ſubeunt portantes aliena pondera. Eædẽ cadẽtes oium terra naſcentiũ cauſa fiunt: prorſus mirabili natura. Si quis uelit reputare ut fruges gignantur arbores fruticeſque uiuant in cælum migrare aquas animamque etiam herbis uitalem inde qeferre uicta confeſſione. Omnis quoque terræ uires aquarum eſſe beneficii. Quapropter ante omnia ipſarum potentiæ exempla ponemus. Cunctas enim quis mortaliũ enumerare queat?

De differentia aquarum medicinis: & obſeruationibus ·cc.lxvi.

Capitulum II.

Emicant benigne paſimque in plurimis terris alibi frigidæ: alibi calidæ: alibi iunctæ: ſicut in terebellis aquitanica gente. Exin in pyreneis montibus tenui

interuallo diſcernente. Alibi tepidæ:gelidæque auxilia morborum conferentes. Et
e cunctis animalium hominum tantum cauſa erumpentes. Augent numerum deo
rum numinibus uariis:urbeſque condumt:ſicut puteolos in campania ſtatielas in li
guria:ſeſtias in Narbonenſi prouintia. Nuſquam tamen largius quam in baiano ſinu
nec pluribus auxiliádi generibꝫ:aliæ ſulphuris aliæ alũinis:aliæ ſalis:aliæ nitri:aliæ bi
tũinis: nõnulla etiã acida ſalſa ue mixtura. Vapore puoq; ipſo aliquæ ꝓſunt. Tãtaq;
eſt uis ut balneas calefaciant:ac frigidam etiam in ſolis feruore cogant: quæ in baino
poſideanæ uocantur nomine accepto a Claudii Cæſaris liberto. Obſonia quoque per
coquunt. Vaporãt & in mari ipſo quæ Licinii Craſſi fuere. Medioſque inter fluc
tus exiſtit aliquid ualitudini ſalutare. Iam generatim neruis proſunt pedibus ue aut
coxendicibus:aliæ luxatis fractis ue. Inaniunt aluos. Sanant ulcera. Capiti auribuſque
priuatim medentur. Oculis uero ciceronianæ. Dignum memoratu uilla eſt ab auer
no lacu puteolos tendentibus impoſita littori: celebrata porticu ac nemore. Quam
& uocabat. M. Cicero academiam ab exemplo athenarum: ibi compoſitis uolumibus:
In qua & monumentum ſibi inſtatuerat. Ceu uero non & in toto terrarum orbe feciſ
ſet. Huius in parte prima exiguo poſt obitum ipſius. Antiſtio uetere poſſidente erupe
rũt fontes calidi perquam ſalubres oculis celebrari carmĩe. Laureæ Tulii qui fuit e libe
ris eius. Vt protinus noſcatur etiam miniſterium euis hauſtus ex illa maieſtate. Po
nam enim ipſum carmen dignum ubique & non ibi tantum legi.

Quod tua romanæ uindex clariſſime linguæ
¶ Salua loco melius ſurgere iuſſa uiret.
Atque academiæ celebratam nomine uillam
¶ Nunc reparat cultu ſub potiore uetus.
Hinc etiam apparent lymphæ non ante repertæ
¶ Languida quæ infuſo lumina rore leuant.
Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori
¶ Hoc dedeit:hac fontes cum patefecit ope.
Vt quoniam totum legitur ſine fine per orbem
¶ Sint plures oculis quæ medeantur aquæ

In eadem campaniæ regione ſinueſſanæ aquæ ſterilitatem fœmĩarum & uirorum in
ſaniam abolere produntur. In enaria inſula calculoſis mederi. Et quæ uocatur acidu
la ab teano ſidicino quattuor milibus paſſuũ frigida. Itẽ in ſtabiano quæ dimidia uo
catur. & in uenafrano ex fonte acidulo. Item cõtingit in uelino lacu potantibus. Item
contingit in uelino lacu potantibus. Item in Syriæ fonte iuxta taurum montem.
Auctor eſt. M. Varro. Et in phrygiæ gallo flumine Callimacus. Sed ibi in potando ne
ceſſarius modus:ne lymphatos agat. Quod in Aethiopia accidere iis qui in fonte ru
bro biberint Creſias ſcribit. Iuxta Romam albulæ aquæ uulneribus medentur. Præge
lidæ eæ. Sed ſubcutilæ in Sabinis gelidiſſimæ luctu quodam corpora inuadunt: ut
prope morſus uideri poſſit. Aptiſſime ſtomacho:neruis uniuerſo corpori. Theſpieorũ
fons conceptus mulieribus repræſentat. Item in Arcadia flumen elatum. Cuſtodit au
tem partum linus fons in eadem Arcadia abortus. fieri non patitur. E diuerſo in pyr
rhea flumen quod aphrodiſium uocatur:ſteriles facit. Lacus Amphyon uitiligines tol
lit. Varro auctor ẽ Titium quenda prætura functum marmorei ſigni faciem habuiſſe
propter id uitium. Cidnus ciliciæ amnis podagricis medetur:ſicut apparet in epiſtola
Caſſii Parmenſis ad. M. Antõium. Cõtra aquarum culpa in Troezene omnium pedes
uitia ſentiunt: Tungri ciuitas galliæ fontem habet inſignem plurimis bullis ſtillãtem:
ferruginei ſaporis quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur. Purgat hic corpora
Tertianas febres diſcutit:calculorumq; uitia. Eadem aqua igne admotu turbida fit.

Ad poſterum rubeſcit. Leücogei fontes inter puteolos & neapolim oculis & uulneri/
bus medentur. Cicero in admirandis poſuit reatinis tantum paludibus ungulas iu/
mentorum indurari. Eudicus in heſtia eutiche fontes duos tradit eſſe: ceronem: ex quo
bibentes oues nigras fieri: mellem ex quo albas: ex utroq; autem uarias. Theophraſtus
in thuriis crathin candorem facere: ſybarim nigriciam bobus ac pecoribus. Quin &
homines ſentire differentiam eam. Nam qui ſybarim bibant: nigriores eſſe: durioreſque
& criſpo capillo. Qui ex cratide candidos: mollioreſque ac porrecta coma. Item in ma
cedonia quæ uelint ſibi cãdida naſci ad haliamonem ducere. Quæ nigra aut fuſca ad
axium. Idem omnia fuſca quibuſdam in locis tradit naſci: & fruges quoq;: ſicut in meſ
ſapiis. At in leucis arcadiæ quodam fonte mures terreſtres bibere & cõuerſari. Erythris
aleos amnis pilos gignit in corporibus. In boetia ad trophonium deum iuxta flumen
erynum duo ſunt fontes: quorum alter memoriam: alter obliuionem affert: inde nomi/
nibus inuentis. In cilicia apud opidum iuſgum riuus fluit unus: ex quo bibentium
ſubtiliores ſenſus fieri. Varro tradit. In cea inſula fontem eſſe qui hebetes facit. Zamæ
in africa ex quo canoras uoces. Vinum tedio uenire iis qui ex clitorio lacu biberint. At
Eudoxus & Theopompus inebriari fontibus iis quo diximus aſſerunt. Mutianus an/
driæ fonte. Liberi patris ſtatis diebus ſeptenis eiuſdem dei uinum fluere. Si auferatur e
complectu templi ſapore in aquam tranſeunte. Polyclytus explere olei uicem iuxta ſo
los ciliciæ fontem. Theophraſtus hoc idem fieri in æthiopia eiuſdem uirtutis fonte. Ly
cos in indiæ terris fontem eſſe: cuius aqua lucernæ ardeant: Idem ecbathanis traditur.
Theoponpusin ſcottis lacum eſſe dicit: qui uulneribus medetur. Iuba in troglodytis
lacum inſanum maleficaui appellatum: ter die fieri amarum ſalſumq;: ac deinde dul/
cem: totienſque etiam noctu ſcatentem albis ſerpentibus uicenum cubitorum. Idem i
arabia quoq; fontem exilire tanta ui ut nullum non pondus impactum reſpuat. Theo
phraſtus marſyæ fontem in phrigia ad celenarum oppidum ſaxa egerere. Non procul
ab eo duo ſunt fontes cyllon & gyllon: ab effectu græcorum nominum dicti Cyzice
fons Cupidinis uocatur: ex quo potantes amorem deponere Mutianus credit. Granno
ne eſt fons calidus citra ſummum feruorem qui in uinum additus triduo calorem po
tionis cuſtodit in uaſis. Sunt & mattiaci in germania fontes calidi trans rhenum: quo
rum hauſtus triduo feruet. Circa margines uero punicem faciunt aquæ. Quod ſiquis
fide carere ex iis aliqua arbitratur: diſcat in nulla parte naturæ maiora eſſe miracula:
quanquam inter initia operis abunde multa rettulimus. Cteſias tradit ſideri uocari ſta
gnum in indis in quo nihil innatet: ſed omnia mergantur. Celius apud nos in auer/
no ait etiam folia ſubſidere. Varro aues quæ euolauerint emori. Contra in africæ lacu
apuſcidamo omnia fluitant: nihil immergitur. Item in ſiciliæ fonte phinthia: ut Appi/
on tradit. Et in medorum lacu puteoque Saturni. Neptunni fons linire tranſire ſolet i
loca uicina portendens aliquid. Mirum quoque eſt quod cum piſcibus tranſit. Reſpõ/
ſa ab iis petunt incole cibo: quem rapiunt annuentes. Si uero euentum negent: caudis
abigunt. Amnis olachas in bitynia Brietum alluit: hoc eſt & templo & deo nomen: cu/
ius gurgite periuri necantur parthi uelut flamma urente. In cantabria fontes tamari/
ci in augurio habentur. Tres ſunt octonis pedibus diſtantes. In unum alueum cohe/
iunt uaſto amne. Singulis ſiccantur duodeciens diebus: aliquando uicies citra ſuſpitio/
nem ullam aquæ: cum ſit illis uicinus fons ſine intermiſſione largus. Dirumque eſt
non profluere eos aſpicere uolentibus: ſicut proxime Lartio Licinio legato poſt prætu/
ram poſt ſeptem dies accidit. In iudæa riuus ſabbatis omnibus ſiccatur. E diuerſo mira
cula alia dira Cteſias in armẽia ſcribit eſſe fontem: ex quo nigros piſces ilico mortem af
ferre in cibis. Quod & citra danubii exortum audiui: donec ueniatur ad fõtem aluio
appoſitum: ubi finitur id genus piſcium. Ideoque ibi caput eius annis intelligit fama.

Hoc idem & in lydia in ſtagno nympharũ tradũt. In Achacia ad pheneum aqua pro fluit e ſaxis ſtyx appellata: quæ ilico necat: ut diximus. Sed eſſe piſces paruos in ea tra dit Theophraſtus lœtales & ipſos: quod non in alio genere mortiferorum fontium. Ne care aquas Theopompus in Thracia apud cychros dicit. Lycus in Leontinis tertio die ſi quiſquam biberit. Varro ad ſoracten ſcripſit eſſe fontem. cuius ſit latitudo quatuor pedum: ſole oriente eum exundare feruenti ſimilem: aueſque quæ guſtauerint: iuxta mortuas iacere. Nãque & hæc inſidioſa conditio quod quædam etiam blandiuntur aſpectu: ut ad nonacrin archadiæ. Omnino enim nulla deterrent qualitate: ſed hanc putant nimio frigore eſſe noxiam utpote cum profluens ipſa lapideſcat. Aliter circa Theſſalica tempe quoniam uiſus omnibus terrori eſt. Traduntque etiam æs ac ferum erodi illa aqua. Profluit ut indicauimus breui ſpacio. Mirumque ſiliqua ſilueſtris am plecti radicibus fontem eum dicitur ſemper florens purpura. Et quædam ſui generis hærba in labris fontis uiret. In Macedonia non procul ab Euripidis poetæ ſepulchro duo riui confluant: alter ſaluberrimi potus: alter mortiferi. In perperenis fons eſt qui quãcũque rigat lapideam facit terram. Item calidæ aquæ in Euboea. Lebeonemque al luit riuus in quo ſaxa i altitudinem creſcunt. In eurimenis deiectæ coronæ in fontem lapides fiunt. In coloſſis flumen eſt: in quo lateres coniecti lapides extrahuntur. In ſcy tetico metallo arbores quæcunque flumine alluuntur ſaxa fiunt cum ramis. Diſtillãtes quoque guttæ in lapides dureſcunt. In antris coryciis nãmioze. In Macedonia etiam pẽdetes in ipſis cameris. At in corintho cum decidere in quibuſdam ſpeluncis utro que modo columnas faciunt: ut in phauſia cherſonneſi rhodo in antro magno etiam diſcolori aſpectu. Et hactenus contenti ſimus exemplis.

De qualitate aquarum in saluberitate uel commoditate earum Ca. III.

Quæritur inter medicos cuius gineris aquæ ſint utiliſſimæ. Stagnantes: pigraſ que merito damnant: utiliores quæ profluunt exiſtimantes. Curſu enim per curſuque ipſo extenuari: atque proficere. Eoque miror ciſternarum ab aliqui bus maxime probari. Sed ii rationem afferunt quoniam leuiſſima ſit hymbrium aqua ut quæ ſubire potuerit ac pẽdere i aere. Ideoque & niues præferunt nubibus: niuibuſ que etiam glaties uelut ad infinitum coacta ſubtilitate. Leuiora enim hæc eſſe & glati em multo leuiorem aqua. Horũ ſententiam refellere intereſt uitæ. In primis enim leui tas illa depræhendi aliter quam ſenſu uix poteſt: nullo penemomento ponderis aquis inter ſe diſtantibus. Nec leuitatis in pluuia aqua argumentum eſt ſubiſſe eam in cælũ cum etiam lapides ſubire appareat: cadenſque inficiat halitu terræ. Quo fit ut pluuiæ aquæ ſordidũ ieſſe plurimũ ſentiãt: citiſſimeq; ideo calefiat pluuia aqua. Niuem quidẽ glaciemque ſubtiliſſimum elementi eius uideri minor: appoſito grandinum argumen to e quibus peſtilentiſſimum potum eſſe conuenit. Nec uero pauci inter ipſos e contra rio: ex gelu ac niuibus inſaluberrimos potus prædicant: quoniam exactum ſit inde: q̃d tenuiſſimum fuerit. Minui certe liquorem omnem cõgelatione depræhẽditur: & rore nimio ſcabiem fieri. Pruina uredinem cognatis & niuis cauſis. Pluuias quidem aquas celerrime putreſcere conuenit: minimeque durare in nauigatione. Epigenes autem aquam quæ ſepties putrefacta purgata ſit perhibet amplius nõ putreſcere. Nã ciſternas etiam medici confitentur inutiles aluo duritias facientes faucibuſque etiam limi non aliis ineſſe plus: aut animalium quæ amplium faciunt tedium confitendum habent. Nec ſtatim amnium utiliſſimas eſſe: ſicuti nec torrẽtium ullius: lacuſq; plurimos ſalu bres maxime. Quædam igitur & huius generis aptiſſimæ aliæ aibi. Parthorum reges ex coaſpe & euleo tantum bibunt. Eæ quanuis in longinqua comittantur illos. Et ho rum placere potum non quia ſint amnes apparet: quoniã nec e tigri nec euphrate nec e multis aliis bibunt. Limus aquarum uitium eſt: ſi tamen idẽ amnis anguillis ſcateat

ſalubritatis indicium habetur. Sicuti frigoris tineas in fonte gigni. Ante omnia dam-
nantur amaræ:& quæ ſcrodem ſtatim implent: quod euenit troezene. Nam nitroſas
atque ſalmacidas & fæculentas in deſertis rubrum mare petentes addita polenta utiles
intra duas horas faciunt:ipſaque ueſcuntur polenta. Damnantur ĩ primis fontes qui
cœnum faciunt: quique malum colorem bibentibus referunt:& ſi uaſa ære inficiunt:
aut ſi legumina tarde percoquunt. Si liquatæ leniter terram relinquunt: decoctæque
craſſis obducunt uaſa cruſtis. Eſt etiamnum uitium non fetide modo uerum omnino
quicquam recipientis iucundum ſit illud licet gratumque: & ut ſæpe ad uicina lactis
accendens. Aquam ſalubrem aeri quamſimilimam eſſe oportet. Vnus in toto orbe tra-
ditur fons aquæ iucunde olentis in meſapotamia cabille. Fabulæ rationem afferunt:
quoniam eo Iuno perfuſa ſit. De cætero aquarum ſalubrium ſapor odor ue nullus eſſe
debet. Quidam ſtatera iudicant de ſalubritate: fruſtrante diligentia: quando perrarum
eſt ut leuior ſit aliqua. Cercior ſubtilitas inter pares meliorem eſſe quæ calefiat refrige-
returque celerius. Quin exauſtam uaſis ne manus pendeant depoſitiſque in humum
tepeſcere affirmant. Ex quoniam ergo genere maxime probabilis contingit? Puteis ni-
mirum ut in oppidis conſtare uideo. Sed iis quibus exercitationis ratio crebro hauſtu
contingit:& illa tenuitas colante terra. Salubritati hæc ſatis ſunt. Frigori & opacitas
neceſſaria. Vtque cælum uideant ſuper omnia obſeruatio una. Eadem & ad pereuni-
tatem pertinet: ut illa uado exiliat uena non e lateribus. Nam ut tactu gelida ſit: etiam
arte contingit. Si etiam expreſſaĩ altum: aut e ſublimi deiecta uerberatu corripiat aera.
In natando quidem ſpiritum continentibus frigidor ſentitur eadem. Neronis principis
inuentum eſt decoqũere aquam: nitroque demiſſam in niues refrigerare. Ita uoluptas
frigoris contingit ſine uitiis niuis. Omnem utique decoctam utiliorem eſſe conuenit.
Item calefactam magis refrigerari ſubtiliſſimo in uento. Vitioſæ aquæ remedium eſt ſi
decoquatur ad dimidias partes. Aqua frigida iniecta ſiſtitur ſanguis. Aeſtus in balneis
arcetur ſi quis ore teneat. Quæ ſunt hauſtu frigidiſſimæ: non perinde & tactu eẽ alter-
nante hoc bono multi familiari exemplo colligunt. Clariſſima aquarum omnium toto
orbe frigoris ſalubritatiſque palma præconio urbis martia eſt: inter reliqua deum mu-
nera urbi tributa. Vocabatur hæc quondam aufeia. Fons autem ipſe piconia. Oritur
in ultimis montibus pelignorum. Tranſit marſos & fucinum lacum Romam non du-
bie petenes. Mox ſpecu merſa in tyburtina ſe aperit nouem millibus paſſuum fornici-
bus inſtructis per indutum. Primus eam in urbem ducere auſpicatus eſt Ancus Mar-
tius unus e regibus. Poſtea. Q. Martius rex in prætura. Rurſuſq; reſtituit. M. Agrip-
pa. Idem & uirgenem adduxit ab octaui lapidis diuerticulo duo milia paſſuum prene-
ſtina uia. Iuxta eſt herculaneus riuus: quem refugiens uirginis nomen optinuit. Ho-
rum amnium comparatione differentia ſupradicta deprehenditur cum quantum uir-
go tactu præſtat: tantum præſtet martia hauſtu. Quanquam utriuſque iampridem
urbi perit uoluptas ambitione auritiaque in uillas ac ſuburbana decoquentibis publi-
cam ſalutem. Nõ abre ſit quærendi aquas iunxiſſe rationem. Reperiuntur in conualli-
bus maxime:& quodam conuexitatis cardine aut montium radicibus. Multi ſepten-
trionales ubique partes aquoſas exiſtimauere. Qua in re uarietatem naturæ aperuiſſe
conuenit. In hyrcanis montibus a meridiano latere non pluit. Ideo ſiluigeri ab aquilo-
nis tantum parte ſunt. At olympus oſſa parnaſus apenninus alpes undique ueſtiunt
amnibuſque perfunduntur. Aliqui ab auſtero ſicut in creta albi montes. Nihil ergo in
iis perpetue obſeruationis indicabitur. Aquarum ſunt notæ iuncus aut harundo: aut
hærba de qua dictum eſt. Multumque alicui loco pectore incubans rana. Salix enim
erratica & alnus aut uitex aut hedera ſponte proueniunt & corriuatiõe aquæ pluuiæ
in locum humiliorem e ſuperioribus defluẽtis augurio fallaci. Certior multo nebuloſa

exhalatio eſt ante ortum ſolis longius intuentibus. Quod ex edito quidam ſpeculan
tur proni terram mento attingente. Eſt & peculiaris æſtimatio peritis tantũ nota quã
feruentiſſimo æſtu ſequuntur dieique horis ardentiſſimis: qualis ex qoque loco reper-
cuſſus ſplendeat. Nam ſi terra ſitiente humidior eſt ille: indubitata ſpes promittitur. Sed
tanta intentione oculorum opus eſt ut indoleſcãt. Quod fugientes ad alia experimẽ
ta decurrunt loco in altitudinem pedum quinque defoſſo. Olliſq; e figulino opere
crudis: aut puncta pelui ærea cooperto lucernaq; ardente concamerata frondibus: de
in terra. Si figulinum humidum ruptum ue: aut ſi i ære ſudor uel lucerna ſiue defectu
olei reſtincta: aut etiam uellus lanæ madidũ reperiatur: non dubie promittunt aquas.
Quidam & igne prius excollunt locum: tantoefficatiore uaſorum argumento. Terra
uero ipſa promittit candicantibus maculis: aut tota glauci coloris. In nigra enim ſca
turigines non fere ſunt perennes. Figularis certa ſemper adimit ſpes. Nec amplius
puteum fodiunt coria terræ obſeruantes: ut a nigra deſcẽdat ordo ſupradictus. Aqua
ſemper dulcis in argilloſa terra frigidior in tofo. Nanque & hic probatur. Dulces enim
leueſque facit: & colando continet ſordes. Sabulum exiles limoſaſque promittit. Glarea
in certas uenas: ſed boni ſaporis. Sabulum maſculinum & harena carbunculoſa certas
ſtabileſque & ſalubres. Rubra ſaxa optimas ſpeique certiſſime. Radices montium ſaxo-
ſæ: & ſilex hoc amplius rigientes. Oportet autem fodiẽtibus humidiores aſſidue reſpon
dere glebas: faciliuſque ferramenta deſcendere. Depreſſis puteis ſulphurata uel alumi-
noſa occurrentia putearios necant. Experimentum huius periculi eſt demiſſa ardens
lucerna ſi extinguatur. Tunc ſecundum puteum dextra ac ſiniſtra fodiuntur æſtua
ria: quæ grauiorem illum halitum recipiant. Fit & ſine his uitiis altitudine ipſa graui
or aer quam emẽdant aſſiduo linteorum iactatu euentilando donec ad aquam uentũ
eſt. Sine harena tofus ſurgit: ne uenæ obſtruantur. Quædam aquæ uere ſtatim incipi
ente frigidiores ſunt: quarum non in altum origo eſt: hybernis enim conſtant hymbri
bus. Quædam canis ortu ſicut in acedonia apparet. Vtrunque ante oppidũ pellam
Incipiente enim æſtate frigida eſt paluſtris: dein maximo æſtu in excelſioribus oppidi.
riget. Hoc & in chio euenit ſimili ratione portus: & oppidi. Athenis & neachronos
hyboſa æſtatefrigidioreſt. Deinde maximo æſtu qui puteusin. Iouis orto. At ille
ſiccitatibus riget.

Aquarum ſubito naſcentium aut deſinentium. Cap. IIII..

Maxima autem putei circa arcturum. Nam ipſa æſtate deficiunt omneſq; qua
triduo eo ſubſidunt. Iam uero multi hyeme tota ut circa olympum uere pri
mum aquis redeuntibus. In Sicilia quidem circa meſſanam & mylas hyeme
in totum inareſcant fontes. Aeſtate exundant amnemque faciunt. Apolloniæ in pon-
to fons iuxta mare æſtate tantum ſuperfluit: & maxime canis ortu partius ſi frigidior
ſit æſtas. Quædam terræ hymbribus ſicciores fiunt uelut in narmenſi agro quod admi
randis ſuis inſeruit. M. Cicero: ſiccitate lutum fieri prodens hymbre autem puluerem
Omnis aqua hyeme dulcior eſt. Aeſtate autem minus. Autumno minime. Minuſque
per ſiccitates. eque æqualis amnium plerunque guſtus eſt. Magna aluei differentia.
Quippe tales ſunt aquæ qualis terra per quam fluunt. Qualeſque hærbarum quas
lauant ſucci. Ergo iidem amnes parte aliqua reperiuntur inſalubres. Mutant ſaporem
& influuentes riui ut boryſthenem uictique diluuntur. Aliqui uero & hymbre mutã
tur. Ter accidit in boſphoro: ut ſalſi deciderent: necarentque frumenta. Totiens & nili
rigua pluuiæ amara fecere: magna peſtilentia Aegypti. Naſcũtur fontes deciſis plerun-
que ſiluis: quos arborum alimenta conſumebant. Sicut in hemo obſidente gallos.
Caſſandro: cum ualli gratia ſiluas cecidiſſent. Plerunque uero dãnoſi torrentes corri

uantur detracta collibus ſilua continere nymbos ac digerere conſueta. Et coli mouerii
que terram callumque ſummæ cutis ſolui aquarum in tereſt. Proditur certe in creta
expugnato oppido quod uocabatur arcadia: ceſſaſſe fontes: amneſque qui in eo ſitu
multi erant. Rurſus condito poſt ſex annos emerſiſſe uti quæque cœpiſſent partes coli

Obſeruatio hyſtorica.

Capitulum quintum.

Terræ quoq; motus ꝓfundũt ſorbẽtq; aquas: ſicut circa phenũ arcadiæ quin
quies accidiſſe conſtat. Sicut & in corico monte amnis erupit: poſteaquam
cœptus eſt coli. Illa mutatio mirabilis nulla euidente cauſa apparet: ſicut in
magneſia calidas factas frigidas alias non mutato ſapore. Et in caria ubi Neptuni tem
plum eſt amnis qui fuerat ante dulcis mutatus in ſalem. Eſt & illa miraculi plena are
thuſam ſyracuſis fimum redolere propter olympia: uerique ſimile: quõiam alpheus in
ea inſula ſub ima maria permeet. Rhodiorum fons in cheronneſo nono anno purga
menta egerit. Mutantur & colores aquarum: ſicut Babyloniæ lacus æſtate rubras ha
bet dirbus undecim. Et boryſthenes æſtatis temporibus cæruleus fertur: qunaquam
omnium aquarum tenuiſſimus. Ideoque innatans hypani. In quo & illud mirabile.
Auſtris flantibus ſuperiorem hypanim fieri. Sed tenuitatis argumentum & aliud eſt:
quod nullum halitum non modo nebulam emittit. Qui uolunt diligentes circa hoc
uideri: dicunt aquas grauiores poſt brumam fieri.

Virgl
Doris amara suã nõ intmisceat undam

Ratio aquæ ducendæ: & quomodo medicaris utendum: & quid proſit nauigatio: & medicinæ aquæ marinæ. Ca. VI.

Aeterum a fonte duci fictilibus tubis utiliſſimum eſt: craſſitudine binum
digytorum commiſſuris pyxcidatis ita ut ſuperior intret calce uiua ex oleo le
uigatis. Liberamentum aquæ in centenos pedes ſurſum elici: minimum erit
ſi uno cuniculo ueniet in binos actus: laminæ eſſe debebunt per quas ſurgere in ſubli
me opus fuerit e plumbo: ſubit altitudinem exortus fui: ut ſi lõgiore tractus ueniat ſub
eat crebra: deſcendatque libramenta ne pereant. Fiſtulas denum pedum longitudinis
eſſe legitimum eſt. Et ſi quinariæ erunt ſexagena pondo pendere. Si octonariæ cẽtena
Si denariæ centena uicena. Ac deinde ad has portiones Denaria appellatur cuius lami
næ latitudo antequam curuetur digytorum decem eſt dimidioque eius quinaria. In
omni anfractu enim collis quinariam fieri ubi dometur impetus: neceſſarium ẽ. Item
caſtella prout res exiget. Homerum calidorum fontium mentionem non feciſſe demi
ror: cum alioquin lauari calida frequenter indiceret: uidelicet quia medicina tunc nõ
erat hæc: quæ nunc aquarum ꝑfugio utitur. Eſt autem utilis ſulphurata neruis. Alu
minata paralyticis: aut ſimili morbo ſolutis. Bituminata aut nitroſa qualis cutilia uti
lis eſt bibendo: atque purgationibus. Plerique in gloria ducunt: plurimis horis perpeti
calorem earum: quod eſt inimiciſſimum. Nanq; paulo diutius quam balneis uti opor
tet. Ac poſtea frigida dulci nec ſine oleo diſcedentibus: quod uulgus alienum arbitra
tur. Idcirco non alibi corporibus magis obnoxiis. Quippe & uaſtitate odoris capita
replentur: & frigore infeſtantur ſudantia: reliqua corporum parte merſa. Similis error
quo quidam plurimo potu gloriantur. Vidique iam turgidos bibendo: in tantum ut
annuli integerentur cute: cum reddi nõ poſſet hauſta multitudo aquæ. Nec hoc ergo
fieri conuenit ſine crebro ſalis guſtu. Vtuntur & cœno fontium ipſorum utiliter: ſed
ita ſi illitum ſole inareſcat. Nec uero omnes quæ ſint calidæ: medicatis eſſe credendum
ſicut in ſegeſta ſiciliæ: lariſſa: troade: magneſcia: melo: lipars. Nec decolor ſpecies æris ar
genti ue (ut multi exiſtimauere) medicaminum argumentũ eſt. Quando nihil eorũ
in patauinis fontibus ne odoris quidẽ differentia aliqua deprehendit. Medendi modus

Itē & in marinis erit: quæ calefaciunt ad neruorum dolores ferruminata & fractutas
oſſaque contuſa. Idem ad corpora ſiccanda. Qua de cauſa & frigido mari utuntur. Præ
terea eſt alius uſus multiplex. Principalis uero nauigandi pthiſi affectis ut diximus:
aut ſanguinem egerentibus. ſicuti proxime Anneum Galleonem feciſſe poſt conſula-
tum meminimus. Neque enim Aegyptus propter ſe petitur: ſed propter longinquita
tem nauigandi. Quin & uomitiōes ipſæ inſtabili uolutatione commotæ pluribus mo
dis capi is oculorum pectoris medentur. Omnibuſque propter quæ helleborum bi-
bitur. Aquam uero maris per ſeſe efficatiorem diſcutiendis tumoribus putant medici
ſi illa decoquatur hordeacea farina ad darotidas. Emplaſtris etiam maxima albis: &
malagmatis miſcent. Prodeſt & infuſa crebro ictu. Bibitur quoque quanuis non ſine
iniuria ſtomachi ad purganda corpora: bilemque atram aut ſanguinem cōcretum red
dendum alterutra parte. Quidam & in quartanis dedere eam bibendam. Et in tenaſ
mis articularibuſque morbis aſſeruatam: & in hoc uetuſtate uirus deponentem. Ali-
qui decoctam: omnes ex alto hauſtam: nullaque dulcium mixtura corruptam. In quo
uſu præcedere uomitum uolunt. Tunc quoque acetum aut uinum aqua miſcent.
Qui puram dedere raphanos ſuper mandi ex mulſo aceto iubent: ut ad uomitiones re-
uocent. Clyſteribus quoque marinam infundunt tepefactam. Teſtium quidem
tumori fouendo non aliud præferunt. Item pernionum uitio ante ulcera. Simili
modo pruritibus: pſoris & lichenum curationi. Lendes quoque & terra capitis anima
lia hac curantur Et liuentia reducit eadem ad colorem. In quibus curationibus poſt
mariam aceto calido fouere plurimum prodeſt. Quin & ad ictus uenenatos ſalutaris
intelligitur: ut phalangiorum & ſcorpionum & phthiade aſpide reſperſis. Calida aūt in
iis aſſumitur. Suffitur eadem cum aceto capitis doloribus. Tormina quoque & cochle
tam calida infuſa clyſteribus ſedeant, Difficilius perfrigeſcunt marina calefacta. Nam
mas rigentes præcordia: maciem corporis piſcinæ maris corrigunt. Aurium dolores
capitis grauitates cum aceto feruentium uapor. Rubiginem ferro marinæ celerrime
exterunt. Pecorum quoque ſcabiem ſanant: lanaſque emolliunt. Nec ignoro hæc
mediteraneis ſuperuacanea uideri poſſe. Verum & hæc cura præuidit inuenta ratio
ne qua ſibi quiſque aqam maris faceret. Illud in ea ratione mirum ſi pluſ quam ſexta-
riis ſalis cum quattuor aquæ ſextariis mergatur: uinci aquam: ſalemque non liquari.
Cætero ſextariis ſalis cum quattuor aquæ ſextariis ſalſiſſimi maris uim & naturam im
plet. Moderatiſſimum autem putant ſupradictam aquæ menſuram octonis cyathis ſa
lis temperari: quoniam ita & neruos calefaciat: & corpus non exaſperet. Inuteratur qđ
uocatur thelaſſomeli æquis portionibus maris: mellis hymbris ex alto: & ad hūc uſum
adueunt: fictilique uaſe & picato condunt: Prodeſt ad purgationes maxime ſine ſto
machi uexatione & ſapore grato & odore. Hydromeli quoque ex hymbre puro cum
melle temperabatur quoniam: quod daretur appetentibus uinum ægris ueluti inno-
centiore potu. Damnatum iam multis annis iiſdem uitiis quibus uinum: nec iiſdem
utilitatibus. Quia ſæpe nauigantes defectu aquæ dulcis laborant. Hæc quoque ſub
ſidia demonſtrabimus. Expanſa circa nauim uellera madeſcunt acepto halitu maris
quibus humor dulcis exprimitur. Item demiſſæ reticulis in mari concauæ e cæra pile:
uel uaſa inania obturata dulcem intra ſe colligunt humorem. Nam in terra marina a
qua argilla percolata: dulceſcit. Luxata hominum corpora & puadrupedum natando
in cuiuſlibet generis aquâ facillime in artus redeunt. Eſt & in metu peregrinantiū: ut
tentēt ualitudinē aquæ ignotæ. Hæc cauēt a balneis egreſſi ſtatim frigidam ſuſpectâ
hauriendo. Muſcus qui in aqua fuerit podagris illitus prodeſt. Item oleo admixto ta-
lorum dolori: tumorique. Spumaque aquæ affrictu uerucas tollit. Necnon harena lit
torum maris: præcipue tenuis & ſolibus candens in medicina eſt ſiccandis corporibus

coopertis hydropicorum aut rheumatiſmos ſentientium. Et hactenus de aquis. Nunc
& de aquatilibus. Ordiemur autem ut in reliquis a principalibus eorum: quæ ſunt ſal
& ſpongia.

De generibus ſalis: & confecturis: & medicinis & obſeruationibus. Ca. VII.

Sal omniũ

SAlonis aut fit: aut gignitur. Vtrumque pluribus modis: ſed cauſa gemina co
acto humore uel ſiccato. Siccat̃ i lacu tarẽtino æſtiuis ſolibus: totũq; ſtagnũ
in ſalem abit modicum alioquin altitudine genua non excedens. Item in ſici
lia in lacu quí cocamicus uocatur: & alio iuxta gelam. Horum extremitates tantum
inareſcunt: ſicut in phrygia cappadocia. Aſpendi: ubi largius coquitur & uſq; ad me
dium lacum. Aliud etiam in eo mirabile: quod tantundem noctu ſubuenit: quantum
die auferas. Omnis eſt alius ſal minutus: atque non gleba eſt. Aliud genus ex aqs ma
ris ſponte gignitur ſpuma in extremis littoribus ac ſcopulis relicta. Hæc enim omnis
rore denſatur. Et eſt acrior quæ in ſcopulis inuenitur. Sunt etiamnum naturales diffe
rentiæ tres. Nanque in bactris duo lacus uaſti: alter ad ſcythas uerſus: alter ad darios ſa
le æſtuant. Sicut ad ſtytium in cypro & circa memphin extrahunt lacu dein ſole ſic
cant. Sed & ſumma fluminum denſantur in ſale: amne reliquo ueluti ſub gelu fluente
ut apud caſpias portas: quæ ſalis flumina appellantur. Item circa mardos & armenios.
Præterea apud bactros amnis ochus & xerſes ex appoſitis montibus deferunt ſalis ra
menta. Sunt & in Africa lacus & quidem turbidi ſalem ferentes. Ferunt quidem & cali
di fontes ſicut pegaſei. Et hactenus habent ſe genera ex aquis ſponte prouenientia. Sũt

Montes ſalis

& montes natiui ſalis: ut in indis oromenus: in quo lapidicinarum modo cædit̃ rena
ſcens: maiuſque regum uectigal ex eo eſt quam ex auro atque margaritis. Effoditur &
e terra: ut palam eſt humore denſato in capadocia. Ibi quidem cæditur ſpecularium la
pidum modo. Pondus magnum glebis: quas micas uulgus appellat. Carrhis arabiæ op
pido muros domoſque maſſis ſalis faciunt: aqua ferruminantes. Inuenit & iuxta pelu
ſium. Ptolemæus rex cum caſtra faceret. Quo exemplo poſtea inter ægyptum & arabi
am etiam ſqualentibus locis cœptus eſt inueniri detractis harenis. Qualiter & p Afri
cæ ſcientia uſque ad Hammonis oraculum. Is quidem creſcens cum luna noctibus.
Nam cyrenaici tractus nopilitantur hammoniaco & ipſo quia ſub harenis inueniat
appellato. Similis eſt colore alumini: quod ſchiſton uocant: longis glebis: neque perlu
cidis ingratus ſapore: ſed medicinæ utilis. Probatur quanmaxime perſpicuus rectis ſciſ
ſuris inſigne. De quo proditur: quod leuiſſimus intra ſpecus ſuos in lucem uniuerſam
prolatus: uix credibili pondere ingraueſcat. Sed cauſa euidens cuniculorum ſpiritu
madido ſic adiuuante molientes ut adiuuent aquæ. Adulteratur ſiculo: quem cocani
cum appellauimus: necnon & cyprio mire ſimili. In hiſpania quoque citerior egelæſte
cæditur glebis pene tranſlucentibus. Cui iampridem palma a pleriſque medicis inter
omnia ſalis genera perhibetur. Omnis locus in quo reperitur ſal ſterilis eſt: nihilque gi
gnit: & in totum ſponte naſcens. Inter hæc ſunt factitii uaria genera. Vulgaris pluri
muſque in ſalinis mari adfuſo: non ſine aquæ dulcis riguis: ſed hymbre maxime iuuã
te: ac ſuper omnia ſole multo: non aliter inareſcens. Africa circa uticam conſtruit
aceruos ſalis ad collium ſpeciem. Qui uero ſole lunaq; iduruere: nullo humore lique
ſcunt: uixque etiam ferro cæduntur. Fit tamen & in creta ſine riguis in ſalinas mare
infundentibus. Et circa ægyptum ipſo mari ifluente in ſolum ut crebro nilo ſuccoſũ.
Fit & e puteis in ſalinas ingeſtis. Prima denſatio babyloniæ in bitumen liquidũ cogit̃:
oleo ſimile: quo & in lucernis utuntur hoc. Detracto ſubeſt ſal. Et in capadociæ puteis
ac fonte quẽ in ſalinas ingerũt. In chaonia excuoquunt aquã ex fonte refrigerãdoq; ſa
lem faciunt ĩertẽ nec cãdidum. Galliæ Germaniæq; ardentibus lignis aquã ſallam in

fund unt. Hiſpaniæ quadam ſui parte puteis hauriunt muriam appllantes. Et il-
li quidem etiam lignum referre arbitrantur. Quercus optima ut quæ per ſe cinere ſin
cero uim ſalis reddat. Alibi corylus laudatur. Ita infuſo liquore ſalſo. Carbo etiam in ſa
lem uertitur. Quicunq; ligno conficitur ſal niger eſt. Apud Theophraſtum inuenio
imbros harūdinis & iunci cinerem decoquere aqua ſolitos. donec exigum ſupeſſet hu-
moris. Quin & e muria ſalſamentorum recoquitur: iterumque conſumpto liquore ad
naturam ſuam redit uulgo heminis iucundiſſimis. Marinorum maxime laudatur cy-
prius a ſalamine. At e ſtagnis tarentinis. Ac e riguis qui tateus uocatur. Hi duo oculis
utile. A capadocia uero qui in laterculis affertur cutis nitorem dicitur facere. Magis
tamen extendit is quem ſtytium appellauimus. Itaque a partu uētrē eo cū melanthio
illinunt. Salſiſſimus ſal qui ſicciſſimus Suauiſſimus oīum Tarētinus: atque candidiſ
ſimus. Et de cætero fragilis qui maxime candidus. Pluuia dulceſcit omnis. Suauio
rem tamen rores faciunt. Sed copioſum aquilonis flatus. Auſtro non naſcitur.
Flos uero ſalis non fit niſi aquilonibus. In igni nec crepitat: nec exilit tragaſeus: ne-
que acanthius ab oppido appellatus. Nec ullus ſpuma aut ramentum: aut tenuis.
Agrigentinus ignium patiens ex aqua exilit. Sunt & colorum differentiæ. Rubeus
memphi. Ruffus eſt circa oxum. Centuripis purpureus. Circa Geleam in eadem ſici
lia tanti ſplendoris: uti imaginem recipiat. In Capadocia croceus effoditur tranſluci-
dus & odoratiſſimus. Ad medicinæ uſus antiqui Tarentinum maxime laudabant.
Ab hoc uero quæcūque e marinis ex genere eo: præcipue ſpumeum. Iumentorum ue
ro & boum oculis trageſeum & beticum. Ad obſonium & cibum utilior quiſquis fa-
cile liqueſcit. Item humidior minorem enim amaritudinem habent: ut atticus & eu
boicus Seruandis carnibus aptior acer & ſiccus: ut megaricus. Conditur etiam odo
ribus additis: & pulmentarii uicem implet excitans auiditatem: īuitanſque ī omnibus
cibis: ita ut ſit peculiaris ex eo intellectus inter innumera condimenta. Ita eſt in man
dendo quæſitus garo. Quin & pecudes: armentaque & iumenta ſale maxime ſollici
tantur ad paſtum: multum largiores lacte: multoque gratiore etiam in caſeo dote. Er
go Hercule uita humanior ſine ſale nequit degere: adeoque neceſſarium elementum ē:
ut tranſierit intellectus ad uoluptatem. Animi quoque ſammia ſales appellantur: om
niſque uitæ lepos & ſumma hylaritas labrorumque requies non alio magis uocabulo
conſtat. Honoribus etiam militiæque interponitur ſalariis inde dictis: magna apud
antiquos auctoritate ſicut apparet ex nomine ſalariæ uiæ: quoniam illa ſal in Sabinos
portari conſuerat. Ancus Martius Rex ſalis modia ſex milia in congiario dedit popu-
lis: & ſalinas primus inſtituit. Varro etiam pulmentarii uice uſos ueteres auctor eſt.
Eſitaſſe enim ſalem cum pane & caſeo: ut prouerbio apparet. Maxime tamen ſacris in
telligitur auctoritas quando nulla conficiuntur ſine mola ſalſa. Salinarum ſynceritas
ſummam fecit ſuam differentiam. Quædam enim fauilla ſalis: quæ leuiſſima ex eo ē
& candidiſſima flos ſalis appellatur. Et flos quidem ſalis in totū diuerſa res humidioriſ
que naturæ & crocei coloris aut ruffi ueluti rubiga ſalis. Odore quoque ingrato ceu
gari diſſentiens a ſale non modo a ſpuma. In Aegypto inuenitur uideturque nilo de-
ferri. Et fontibus tamen a quibuſdam innatat. Optimum ex eo quod olei quandā pin-
guitudinem reddit. Eſt enim in ſale pinguitudo: quod miremur. Adulteratur autem
tingiturque rubrica: aut plerunque teſta trita Qui fucus aqua deprændirur diluen
te factitium colorem: cū uerus ille non niſi oleo reſoluatur: & unguentarii propter co-
lorem eo maxīe utantur. Canicia in uaſis ſumma eſt. Media uero pars humidior: ut di
ximus. Floris natura aſpera excalfactoria ſtomacho inutilis. Sudorem cit. Aluū ſoluit
uino & aqua acopicis & ſmegmaticis utilis. Detrahit & ex palpebris pilos efficaciſſime.
Fæces imæ concutiuntur ut color croci redeat. Præter hæc etiamnum appellatur i ſa-

linís ſalſugo:ab aliis ſalſilágo tota liquida marina aqua ſalſior ui diſtant. Aliud etiam-
num liquoris exquiſiti genus quod garon uocauere inteſtinis piſcium cæteriſq; quæ
abiicienda eſſent:ſale maceratis:ut ſit illa putreſcentium ſanies. Hoc olim conficeabať
ex piſce:quē græci garon uocabant. Capite eius uſto ſuffitu extrahi ſecundas morátes

¶ De ſcombro piſce & muria:& alece. Ca. VIII.

NVnc e ſcombro piſce laudatiſſimum ī finibus carthaginis ſpartarie & cetariis:
ſotiorum appellatur ſingulis milibus nummum permutantibus congios pe-
ne binos. Nec liquor ullus pene præter unguenta maiore in precio eſſe cœpit
nobilitatis etiam gentibus. Scombros quidē & mauritania beticaque & carteia ex ocea
no intrantes capiunt ad nihil aliud utiles. Laudatur & clazomene garo. Pompeiique &
Leptis. Sicut muria antipolis ac thuria. Iam uero & dalmatia. Vitium huius eſt alex im
perfacta nec colata fæx. Cœpit tamen & priuatim ex inutili piſciculo minimoque con-
fici. Aquam noſtri aphyen græci uocant:quoniam is piſciculus e pluuia naſcitur. Fo
roiulienſes piſcem ex quo faciunt lupum appellant. Tranſiit deinde in luxuriam:cre-
ueruntque genera ad infinitum: ſicuti garum ad colorem mulſi ueteris adeoque dilu
tam ſuauitatem ut bibi poſſit. Aliud uero ad caſtimoniarum ſuperſtitionem:etiam ſa-
cris iudæis dicatum:quod fit e piſcibus ſquamam carentibus. Sic alex peruēit ad oſtre
as echinos urticas cammaros mullorum iocinere. Innumeriſque generibus ad ſaporē
gulæ cœpit ſal tabeſcere. Hæc obiter indicata ſint deſideriis uitæ :& ipſa tamē nōnulli
uſus in medendo. Namque & alece ſcabies pectoris ſanatur infuſa per cutem inciſam.
Et contra canis morſus draconiſque marini prodeſt. In linteolis autem concerptis im
ponitur. Et garo ambuſta recentia ſanantur:ſi quis infundat ac non nominet garum
Contra canum quoque morſus prodeſt:maximeq; crocodili : & ulceribus quæ ſerpūt
aut ſordidis. Oris quoque & aurium ulceribus aut doloribus mirifice prodeſt. Muria
quoque ſiue illa ſalſugo ſpiſſat:mordet:extenuat:ſiccat. Dyſcentericis uitilis eſt etiam
ſi nomen inteſtina corripit. Iſchiadicis cœliacis ueteribus infunditur. Fotu quoque
apud mediterraneos aquæ marinæ uicem penſat. IX.

¶ De natura ſalis & eius medicinis. Ca.

SAlis natura eſt per ſe ignea & inimica ignibus fugiens eos : omnia erodens.
Corpora uero aſtringens:ſiccans alligans. Defuncta autem ac putreſcētia ita
uendicans ut durent ea per ſecula. In medendo uero mordens : adurens:re-
pugnans :extenuas :diſſoluens. Stomacho tantum in utilis : præterq̄ ad excitandam
auiditatem. Aduerſus ſerpentium morſu. cum origano melle hyſopo. Contra ceraſtem
cum origano & cæra aut pice aut melle. Auxiliatur contra ſcolopēdras ex aceto potus
Aduerſus ſcorpionum ictus cum quarta parte lini ſeminis:& oleo uel aceto illitus. Ad
uerſus crabrones uero uel ueſpas ſimiliaque ex aceto. Ad hecerocranas capitiſque ulce-
ra & puſtulas papulas ue & incipiente uerrucas cum ſeuo uitulino. Item oculorum re
mediis:& ad excreſcentes ibi carnes totiuſque corporis pterygia. Sed in oculis peculiari
ter. Ob id collyriis emplaſtriſque additur. Ad hoc maxime probatur etateus: aut cau
nites. Ex ictu uero ſuffuſis cruore oculis ſuggillatiſqne cum myrrhæ pari pondere ac
melle:aut cum hyſopo ex aqua calida:utque foueantur ſalſugine. Ad hæc hiſpanien-
ſis eligitur:contraque ſuffuſiones occulorum cum lacte in coticulis teritur. Priuatim
ſugillationibus in linteolo inuolutus crebroque ex aqua feruēti impoſitus. Vlceribus
oris manantibus in linteolo concerpro. Gingiuarū tumori ifricatus. Et cōtra ſcabriciē
linguæ frictus cōminutuſq; . Aiunt dentes ñ erodi neq; putreſcere ſi qs quottidie mãe
ieiunus ſalem cōtineat ſub lingua:donec liqueſcat. Lepras idem:& furunculos:& liche
nas:& pſoras emendat cum paſſa uua exempto eius ligno:& ſeuo bubulo atq; origano
ac fermento uel pane maxime thebaicus. Hic & ad pruritus eligitur. Tōſillis & uuis cū
melle prodeſt. Quicunque ad anginas. Hic amplius cum oleo & aceto. Eodē tempore

extra fauces illitus cum pice liquida. Emollit & aluum in uino mixtus. Idem noxia:&
tinearum genera pellit in uino potus. Aeſtus balnearum conualeſcentes ut tollerari
poſſint: linguæ ſubditus præſtat. Neruorum dolorem maxime uſurpanda obſeruatiõe
circa humeros & renes in ſaccis aqua feruenti crebro madefactus leuat. Colum tormi
niaque & coxarum dolores potus: & i iiſdem ſaccis impoſitus candens. Podagras cum
farina ex melle & oleo tritus ibi maxime obſeruãda uſurpatione qua quidem totis cor
poribus nihil eſſe utilius ſale & ſole dicunt: itaque cornea uidemus corpora piſcatorũ.
Sed hoc præcipuum dicatur in podagris. Tollit & clauos pedum. Itẽ perniões. Ambu
ſtis ex oleo imponitur. aut commanducatus puſtulaſque reprimit. Ignibus uero ſacris
ulceribuſque quæ ſerpũt ex aceto aut hyſopo. Carcinomatis cum uuam taminia. Pha
gedenis ulcerum tritus cum farina hordei ſuper impoſito lintheolo madente uino.
Morbo regio laborantes donec ſudent ad ignem contra pruritus quos ſentiunt ex oleo
& aceto iſricatus iuuat & fatigatos ex oleo. Multi & hydropicos ſale curauere. feruoreſq;
febrium cum oleo perũxere: & tuſſim ueterẽ linctu eius diſcuſſere. Clyſteribus ĩfunde
re iſchiadicis. Vlceribus excreſcentibus: uel putreſcentibus impoſuere. Crocodilorum
morſibus ex aceto in linteolis: ita ut battuarentur ante ictum ulcera. Bibitur
& contra oppium ex aceto mulſo. Luxatis imponitur cum farina & melle. Item extu
berationibus. Dentium dolori cum aceto totus & illitus cum reſina prodeſt. Ad om
nia autem ſpuma ſalis iucundior utiliorque. Sed quicunque ſal acopis additur ad ex
calfactiones. Item ſmegmaticis ad extendendam cutem: leuandamque. Pecorum quo
que ſcabiem & boum illitus tollit. Datuſque lingendus: & oculis iumentorum inſpui
tur. Hæc de ſale dicta ſint.

De nitri generibus: & confecturis: &
medicinis: & obſeruationibus. Ca. X

Non eſt differentia & nitri natura non multum a ſale diſtans: & eo diligentius
dicenda: quia palam eſt medicos qui de eo ſcripſere ignoraſſe naturam. Nec
quenquam Theophraſto diligentius tradidiſſe. Exiguum fit apud medos ca
neſcentibus ſiccitate conuallibus: quod uocant halmigara. Minus etiam in thracia
iuxta Philippos ſordidum terra: quod appellant agrium. Nam quercu cremata nun
quam multum factitatum eſt: & iampridem in totum omiſſum. Aquæ uero nitro
ſæ pluribus locis reperiunt̃: ſed ſine uiribus denſãdi. Optimũ: copioſũq; inclytis mace
doniæ: quod uocant caleſtricum: candidum: purumque: promixum ſali. Lacus eſt
nitroſus exiliente e medio dulci fonticulo. Ibi fit nitrum circa canis ortum nouenis die
bus: totidemque ceſſat: ac rurſus innatat: & deinde ceſſat. Quo apparet ſoli naturam
eſſe quæ gignat: quoniam compertum eſt nec ſoles proficere quicquam cũ eſſet: nec
hymbres. Mirum eſt & illud ſcatebra fonticuli ſemper emicante: lacum nec augeri:
nec effluere. Is autem diebus quibus gignitur ſi fuere hymbres: ſalſus nitrum faciunt
aquilones deterius: quia ualidius commouẽt limum. Et hic quidem naſcitur. In Aegy
pto autem conficitur multo abundantius: ſed deterius. Nam fuſcum lapidoſumque
eſt. Fit pene eodem modo quo ſal niſi quod ſalinis mare infundunt. Nihilum autem
nitrariis. Excedente nilo ſiccantur decedente madent ſucco nitri. xl. diebus continuis
non ut in Macedonia ſtatis. Si etiam hymbres affuerit: minus de flumine addunt: ſta
timque ut denſari eſt cœptum rapitur ne reſoluatur in nitrariis. Sic quoque olei na
tura interuenit. Ad ſcabiem animalium utilis. Ipſum autem conditum i aceruis du
rat. Mirum in lacu aſanio & quibuſdam circa calcida fontibus ſummas aquas dulces
eſſe: potarique: inferiore nitroſas. In nitro optimum quod tenuiſſimum & ideo ſpuma
melior. Ad aliqua tãtũ ſordidũ tanq̃ ad inficiendas purpuras tincturaſq; oẽs. Magnus
& nitro uſus qui dicetur ſuo loco. Nitrariæ egregiæ ægyptiis. Nam circa acathum &

memphin tantum ſolebant eſſe. Circa memphin deteriores. Nam & lapideſcit ibi in a
ceruis: multique ſunt tumuli ea de cauſa ſaxei. Faciunt ex iis uaſa. Necnon frequēter
liquatū cuꝫ ſulphure coquētes in carbōibus. Ad ea quoq; quæ inueterari uolūt illo ni
tro utūť. Sunt ibi nitrariæ: in quibus & ruffū exit a colore terræ. Spumā nitri quæ ma
xime laudatur: antiqui negabant fieri: niſi cum ros cecidiſſe prægnantibus nitrariis:
ſed nōdum parientibus. Itaque non fieri incitatis etiam ſi caderet. Alii operimentorum
fermento gigni exiſtimauere. Proxima ætas medicorum aphronitrum tradit in aſia col
ligi in ſpelunchis mollibus diſtillans. Specus eos colligas uocant. Dein ſiccant ſole.
Optimum putatur lydium. Probatio ut ſit minime ponderoſum & maxime friabile.
Colore pene purpureo. Hoc in paſtillis affertur. Aegyptium in uaſis picatis: ne lique
ſcat. Vaſa quoque ea ſole inareſcentia perficiuntur. Nitri probatio: ut ſit tenuiſſimum
& quammaxime ſpongioſum fiſtuloſumque. Adulterať in ægypto calce. Depræhendi
tur guſtu. Sincerum enim facile reſoluitur. Adulteratum pungit. Calce aſperſum red
dit odorem uehementer. Vritur in teſta opertum ne exiliat: alias igni non exilit nitruꝫ
nihilque gignit aut alit. Cum in ſalinis hærbæ gignantur: & in mari tot animalia: tan
tum algæ. Sed maiorem eſſe acrimoniam nitro apparet: non hoc tantum argumento:
ſed & illo quod nitrariæ calciamenta protinus conſumunt. Alias ſalubres: oculorum
que claritati utiles. In nitrariis nō lippiunt. Vlcera allata eo celerrime ſanant̃. Ibi facta
trade. Cit & ſudorem cum oleo peruncłis: corpuſque emollit. In pane ſalis uice utunt̃
caleſtrico. Ad raphanos ægyptio: teneriores eos facit. Sed obſoniis alba & deteriora: olera
uiridiora. In medicina autem calfacit: extenuat mordet: ſpiſſat: ſiccat: exulcerat. Vtile
iis quæ euocanda ſint aut diſcutienda & lenius mordenda atque extenuanda: ſicut in
papulis puſtuliſque. Quidam in hoc uſu accenſum uino auſtero reſtingunt: atque
ita trito in balneis utuntur ſine oleo. Sudores nimios inhibet cum arida iride adiecto
oleo uiridi. Extenuat & cicatrices oculorum & ſcabricias genarum cum fico illitum
aut decoctum in paſſo ad dimidias partes. Item contra argemas oculorum. Vngues de
coctum in paſſo in mali punici calice adiuuat nitrum. Claritatemque uiſus cum mel
le inunctum. Prodeſt dentium dolori ex uino ſi cum pipere colluantur. Item cum por
ro decoctum. Nigreſcentes dentes crematum dentifricio ad colorem reducit. Capitis a
nimalia & lendes necat cum ſamia terra illitū ex oleo. Auribus purulentis uino liquato
infunditur. Sordes eiuſdem partis erodit ex aceto. Sonitus & tinnitus diſcutit ſiccum
additum. Vitiligines albas cum cymolia creta æquo pondere ex aceto in ſole illitum
mendat. Furunculos admixtum reſinæ extrahit aut cum uua alba paſſa: nucleis eius
ſimul tritis. Teſtium inflammationi occurrit. Item eruptionibus pituitæ in toto cor
pore cum axungia. Contraque canis morſus addita reſina initiis cum aceto illinitur.
Sic & ſerpentium morſibus: phagedenis: & ulceribus quæ ſerpunt: aut putreſcunt cū
calce ex aceto. Hydropicis fico tuſum datur illiniturque. Diſcutit & tormina ſi deco
ctum bibatur pondere drachmæ cum ruta uel anetho uel cymino. Reficit laſſitudi
nes cum oleo ex aceto perunctorum: & contra algores horreſque prodeſt manibus pe
dibuſque confricatis cum oleo. Comprimit & pruritus ſuffuſorum felle: maxime cum
aceto datum. Succurrit & uenenis fungorum ex poſca potum. Aut ſi bupreſtis paſta
ſit ex aqua: uomitioneſque euocat. Iis qui ſanguinem tauri biberint cum laſere datur.
In facie quoque exulcerationes ſanat cum melle & lacte bubulo. Ambuſtis totum do
nec nigreſcat tritumque illinitur. Infūditur urceis & renum doloribus: aut rigori cor
porum neruorumque doloribus. Paralyxi in lingua cum pane imponitur. Suſpirioſis
in ptiſana ſumitur. Tuſſim ueterem ſanat flore mixto galbanii: reſinæ terebinthinæ
pari pondere omnium: ita ut fabæ magnitudo deuoretur. Coquitur dilutumq; poſtea
cum pice liquida ſorbendum in angina datur. Flos eius cum oleo cyprio articulorum

doloribus in ſole iucundus eſt. Regium quoque morbum in uino exterminat potum.
Et inflatiões diſcutit. Sanguinis profluuiũ ſiſtit e naribus ex feruẽti aqua uapore uari
bus rapto. Pruriginem alumine permixto tollit. Alarum uirus ex aqua quottidiano fo
tu. Vlcera expituita nata cæra permixtum. Quo genere neruis quoque prodeſt. Cœlia-
cis infunditur. Perungi ante acceſſiones frigidas nitro & oleo multi præcepere. Sic &
aduerſus lepras lentigines. Podagricis in balneis uti folia nitri prodeſt: atrophis opiſto-
thonis: tetanis. Salnitrum ſulphuri concoctum in lapidem uertitur

De ſpongiarum natura.

Capitulum undecimum.

SPongiarum genera diximus in naturis aquatilium marinorum. Quidam
eas ita diſtingunt. Alias ex iis mares exiſtimauere tenui fiſtula ſpiſſioreſque
perſorbentes: & quæ tinguntur in delitiis aliquando & purpura. Alias foe-
minas maioribus fiſtulis ac perpetuis maribus durioreſ. Alias quas appellant tragos
tenuiſſimus fiſtulis æque denſiſſimis. Candidæ cura fiunt: e molliſſimis recentes per
æſtatem tinctæ ſalis ſpuma: ad lunam & pruinas ſternuntur inuerſæ: hoc eſt qua par
te adhæſere: ut candorem bibant. Animal eſſe docuimus etiam cruore inhærente.
Aliqui narrant & auditu tegi eas: contrahique ad ſonum: exprimentes abundantiam
humoris nec auelli petris poſſe: ideo abſcindi & ſaniem emittere. Quin & eas quæ ab
aquillone ſint genitæ præferunt cæteris. Nec uſquam diutius durare ſpiritum medici
affirmat: ſic & prodeſſe corporibus: quia noſtro ſuum miſceant: & ideo magis recentes
magiſque humidas. Sed minus in calida aqua minuſque unctas: aut unctis corpori
bus impoſitas. Et ſpiſſas minus adhæreſcere. Molliſſimum genus earum penicelli
oculorum tumores leuant ex mulſo impoſiti. Item abſtergendæ lippitudini utiliſſimi.
Eam que tenuiſſima eſt molliſſimam quoque eſſe oportet. Imponuntur ſpongiæ ipſæ
epiphoris ex poſca: & ex aceto calido ad capitis dolores. Decætoro recentes diſcutiunt:
molliunt: mitigant. Veteres conglutinant uulnera. Vſus earum ad abſtergenda: fouẽ
da: operienda fotu dum aliud imponatur. Vlcera quopue humida & ſenilia impoſitæ
ſiccant Fracturæ & uulnera ſpongiis utiliſſime fouentur. Sanguis rapitur in ſecando
ut curatio perſpici poſſit. Et ipſæ uulnerum inflãmationibus impoũtur: nunc ſiccæ
nunc ex aceto inſperſæ: nunc e uino: nunc ax aqua frigida. Ex aqua uero cæleſti im
poſitæ ſiccant. Recentia non patiuntur intumeſcere. Imponuntur & integris partibus
& fluctuatione oculta laborantibus quæ diſcutienda ſunt: & iis quæ apoſtemata uo-
cant melle decocto perunctis. Item articularis alias aceto ſalſo madidæ. alias e poſca.
Si ferueat impetus ex aqua eadem e callo ſalſo madidæ. At contra ſcorpionum ictus
ex aceto. In uulnerum curatione & ſuccidæ lanæ uicem implent. Nunc ex uino &
oleo: nunc ex eadem. Differentia hæc quod lanæ emolliunt ſpongiæ coercent rapiunt
que uitia ulcerum. Circunligantur & hydropicis ſiccæ: uel ex aqua tepida poſca ue
ut cunque blandioribus opus eſt operiri ue aut ſiccare cutem. Imponuntur & iis mor
bis quos uaporari oporteat: feruenti ex aqua perfuſæ expreſſæque inter duas tabulas.
Sic & impoſitæ ſtomacho proſunt: & in febri contra nimios ardores. Sed ſpleneticis e
poſca. Ignibus ſacris ex aceto. Efficatiores quando aliud imponi oportet: ſic ut ſanas
quoque partes ſpatioſe operiant. Sanguinis profluuium ſiſtunt ex aceto aut frigida.
Liuorem ab ictu recentem ex aqua ſalſa calida ſæpius mutata. Tolluntque teſtium
tumorem doloremque ex poſca. Ad canum morſus utiliter conciſæ imponuntur: ex a
ceto aut frigida: aut melle abundæ ſubinde humectandæ. Africanæ cinis cum porri
ſectiui ſucco ſanguinem reiicientibus hauſtu ſalis ex frigida prodeſt. Item cinis cum
oleo uel aceto fronti illitus tertianas tollit. Priuatim Africanæ ex poſca tumorẽ diſcuti
unt. Omnium aũt cinis cum pice crematarꝫ ſanguinem ſiſtit uulnerꝫ: Aliq raras tãtũ
ad hoc cum pice urunt. Et oculorꝫ cauſa comburuntur ĩ cruda olla figulini opis plu

rimum proficiente eo cinere cõtra ſcabricias genarũ:excreſcenteſq; carnes &:quicqud opus ſit ibi deſtringere:ſpiſſare:explere. Vtilius in eo uſu lauare cinerem. Præſtant & ſtringilum uicem lintheorumq; effectis corporibus. Et contra ſolem apte protegunt capita. Medici inſcitia ad duo nomina eas redegere. Africanas:quarum firmius ſit robur. Rhodiacaſq; ad fouendum molliores. Nunc autem molliſſimæ circa muros antipolis urbis reperiuntur. Trogus auctor eſt:circa lyciam penicillos molliſſimos naſci in alto unde ablatæ ſint ſpongiæ. Polymbius ſuper ægrum ſuſpenſos quietiores facere noctes Nunc præuertemur ad marina animalia & aquatilia.

CAII PLNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. XXXII.

PROHEMIVM.

Medicinæ ex aquitilibus.

ENTVM eſt ad ſumma naturæ exemplorumq; per rerũ ordinem:& ipſum ſua ſponte occurrit immenſum potẽtiæ occultæ documentum: ut prorſus nec aliud ultra quæri debeat:nec par aut ſimile poſſit inueniri: ipſa ſe uincente natura:& quidem numeroſis modi declarante. Quid enim uiolentius mari uentis ue:& turbinibus ac procellis: quo maiore hominum ingenio in nulla ſui parte adiuta eſt: q̃ uelis remiſque? Addatur his & reciproci æſtus inenarrabilis uis: uerſumque totum mare in flumen.

DE echeneide piſce: & mirabili eius proprietate:& torpedine: & marino lepore:& mirabilia rubri maris. Capitulum primum.

TAmen omnia hæc pariterque eodem impelentia:unus ac paruus ad modum piſciculus echeneis appellatus in ſe tenet. Ruant uenti licet:& ſeuiant procellæ:imperat furori:uireſque tantas compeſcit:& cogit ſtare nauigia:quod non uincula ulla:non anchoræ pondere irreuocabili factæ. Inferant impetus:& domat mũdi rabiem:nullo ſuo labore:non retinendo:aut alio modo quam adhærendo. Hæc tantilla eſt ſatis contra tot impetus:ut uetet ire nauigia. Sed armatæ claſſes imponunt ſibi turrium propugnacula:ut in mari quoque pugnetur uelut e muris. Heu uanitas humana cum roſtro illa ære ferroque ad ictus armata ſemipedalis inhibere poſſit:ac tenere deuincta piſciculus. Fertur acciaco marte tenuiſſe prætoriam nauim Antonii properantis circuire & exhortari ſuos donec tranſiret in aliam. Ideoque cæſariana claſſis impetu maiore protinus uenit. Tenuit & noſtra memoria. Caii principis ab aſtura antiũ remigantis ut res eſt etiam auſpicalis piſciculus. Si quidem nouiſſime tum in urbem reuerſus ille imperator:ſuis telis confuſſus ẽ. Nec longa fuit illius moræ admiratio ſtatim cauſa intellecta:cum e tota claſſe quinque remis ſola non proficeret: & exilientibus protinus qui id quærerent circa nauim inuenere adhærentem gubernaculo:oſtenderuntque Caio indiguanti hoc fuiſſe quod ſe reuocaret:quadringentorumque remigũ obſequio contra ſe intercedere. Conſtabat peculiariter miratum quomodo adhærens tenuiſſet:nec idem polleret in nauigium receptus. Qui tunc poſteaquam uidere:eum limaci magnæ ſimilem eſſe dicunt. Nos plurimũ opiniones poſuimus in natura aquatilium:cum de eo diceremus. Nec dubitamus idem ualere ad omnia genera cum celebri & conſecrato etiam exemplo apud gnidiam Venerem conchas quoque eiuſdem potentiæ credi neceſſe ſit. E noſtris quidam latinis remoram appellauere eum. Mirumq; e græcis: alii lubricos partus atque procidẽtes cõtineri ad maturitatem alligato eo (ut

diximus) prodiderunt. Alii ſale aduerſatum adalligatum grauidis partus ſoluere: ob id alio nomine odinolyontem appellauere. Quocunque modo iſta ſe habeãt: quis ab hoc tenendi nauigia exemplo de ulla potentia naturæ: atq; effectu in remediis ſponte naſcentium rerũ dubitare debeat? Quin & ſine hoc exẽplo per ſe ſatis eſſet. Ex eodem mari torpedo etiam procul & e longinquo: uel ſi hauſta uirga ne attingatur quanuis præualidos lacertos torpeſcere: quanlibetq; ad curſum uelloces alligari pedes proditur. Quod ſi neceſſe habemus fateri hoc exemplo eſſe uim aliquam quæ odore tantum: & quadam aura ſui corporis efficiat membra: quod non de remediorum omnium momẽtis ſperandum eſt? Non ſunt minus mira quæ & lepore marino traduntunt. Venenũ eſt aliis in potu: aut in cibo datus: aliis etiam uiſus. Siquidem grauidæ ſi omnino aſpexerint fœminam ex eo genere: dũtaxat ſtatim nauſea & redundatiõe ſtomachi uitium fatentur: ac deinde abortum faciunt. Remedio eſt mas ob id ĩduratus ſale ut ĩ brachialibus habeant. Eadem res in mari & tactu quidem nocet. Veſcitur eo unum tantũ animalium: ut non intereat. Mullus piſcis: & tenereſcit tãtum: & ingratior: utiliorque fit Homines quibus in paſtu eſt: piſcem olẽt hoc primo argumento ueneficium id depræhenditur. Cætero moriuntur totidem diebus quot uexerit lepus. Incertique temporis ueneficium id eſſe: auctor eſt Licinius macer. In India affirmant non capi uiuentem. Inuicemque ibi hominem illi pro ueneno eſſe: ac uel digyto omnino in mari tactũ mori. Eſſe autem ampliorem multo ſicut reliqua animalia. Iuba in iis uoluminibus: quæ ſcripſit ad Caium Cæſarem Auguſti filium de Arabia: tradit uitulos marinos ternas heminas capere. Cetos ſexcentorum pedum longitudinis: & trecentorum ſexaginta latitudine in flumen Arabiæ intraſſe: pinguiq; eius negociatores: & omnium piſcium adipe camelos perungi in eo ſitu: ut aſilos ab iis fugient odore.

De ingeniis & manſuetudine quorundam piſcium & ubi ex manu edant: & ubi reſponſa datur ex piſcibus. Capitulum ſecundum

Mihi uidentur mira & quæ Ouidius prodidit piſcium ingenia in eo uolumine quod halie uticon inſcribitur. Scarum incluſum naſſis nõ fronte erumpere: nec infeſtis uiminibus caput inſerere: ſed auerſum caudæ ictibus crebris laxare fores atque retrorſum ita erumperet. Quem luctatum eius ſi forte alius ſcarus extrinſecus uideat: appræhẽſa mordicus cauda adiuuare nixus erumpentis. Lupum piſcem rete circundatum harenas arare cauda: atq; ita conditũ tranſire rete. Murenam maculas appetere ipſas cõſciam teretis ac lubrici tergi: tum multiplici flexu laxare donec euadat. Polypum hamos appetere: brachiiſq; cõplecti: non morſu: nec prius dimittere q̃ eſcam circunroſerit: aut harundine leuatum extra aquam. Scit & mugil eſſe in eſca hamum: inſidiaſq; nõ ignorat: auiditas tamẽ tanta eſt: ut cauda uerberãdo excutiat cibos Minus in prouidendo lupus ſolertie habet: ſed magnum robur in pœnitendo. Nam ut hæſerit in hamo: tumultuoſo diſcurſu laxat uulnera: donec excidãt inſidiæ. Murenæ amplius deuorant hamum: admouentq; dentibus lineas: atq; ita erodit. Pytheas id tradunt. Idẽ infixam hamo inuetere ſe: quoniam ſit dorſo cultellato: ſpinaq; lineam præſecare. Licinius Macer murenas tantum fœminini ſexus eſſe tradit: & cõcipere e ſerpentibus ut diximus ob id ſibillo a piſcatoribus tanquam ſerpentibus: euocari & capi pingueſcere lactatu. Fuſte non interrimi. Eaſdem ferula protinus Animam in cauda habere certum eſt: atque icta cellerrime exãimari: at capitis ictu difficulter. Nouacula & ferrum quæ piſce tacta ſunt: olent. Duriſſimum eſſe piſciũ conſtat qui orchis uocetur: rotundus eſt: & ſine ſquammis: totuſq; capite cõſtat. Miluago quotiens cernatur extra aquam uoltans: tempeſtates mutari Trebius Niger auctor eſt. Xiphiam ideſt gladium roſtro mucronato eſſe: ab hoc naues perfoſſas mergi in oceão ad locum mauritaniæ qui cotta uocetur: non procul a lyxo flumine. Idem lolligines euolare ex aqua tradit:

tanta multitudine ut nauigia demergant. Et manu ueſcuntur piſces in pluribus qui
dem Cæſaris uillis. Sed quæ ueteres prodidere in ſtagnis non piſcinis ammirati in hec
lore ſiciliæ caſtello non procul ſyracus. Item in labra Gnidii Iouis fonte anguillas. Et
eæ in aures additas gerunt. Similiter in chio iuxta ſenum delubrum. In meſopotamiæ
quoq; fonte chabura de quo diximus piſce. Nam ĩ lycia myris in fonte Apollinis: quẽ
curium appellant ter fiſtula euocati ueniunt ad augurium. Diripere eos carnes abiec-
tas lætum eſt conſultantibus: caudis abigere dirum. Hierapoli ſyriæ ĩ lacu Veneris ædi
tuorum uocibus parent uocati: exornati auro ueniunt adulantes. Scalpuntur ora hi-
antia manibus inſerendis præbent. In ſtabiano campaniæ ad Herculis petram: mela-
nuri in mari panem abiectum rapiunt. Idemque ad nullum cibum in quo hamus ſit
accedunt. Nec illa in nouiſſimis mira: amariſſimos eſſe piſces ad apellem inſulam & ad
clazomenas. Contra ad ſcopulum ſiciliæ: ac leptin Africæ & euboeam & dyrrhachiũ
Rurſus ita ſalſos: ut poſſint ſalſamenta exiſtimari. Circa cephaloniam & ampeloporon
& delipetras in portu eiuſdem inſulæ dulces. Quam differentiam pabulo conſtare non
eſt dubium. Appion maxime piſcium eſſe tradit porcum: quem lacedæmonii oſtago-
riſtum uocant. Grunire eum cum capiatur. Eſſe uero illam naturæ accidẽtiam quod
magis miremur etiam in locis quibuſdam: appoſito occurrit exemplo. Siquidem ſalſa-
menta omnium generum in italia beneuenti recentia refici conſtat. Piſces marinos in
uſu fuiſſe protinus a condita Roma: auctor eſt Caſſius Hemina: Cuius uerba de ea re
hic ſubiiciam. Numa conſtituit: ut piſces qui ſquammoſi non eſſent ni pollincerent
patrimonia ad conuentus & conuiuia publica: & priuata cœnaſque ad puluinaria fa-
cilius compararentur: ni qui ad pollinctum emerent: precio minus parcerent: eaque
præmercarentur. Quantum apud nos indicis margaritis precium eſt: de quibus ſuo
loco ſatis diximus tantum apud indos in chorallio. Nanque iſta perſuaſione gentium
conſtant. Gignitur quidem & in rubro mari: ſed nigrius. Item in perſico uocatur iace-
Laudatiſſimam in gallico ſinu: circa orchadas inſulas. Et in ſiculo circa heliam & dre-
panum. Naſcitur & apud grauiſcas: & ante neapolin campaniæ: maximeque rubens:
ſed molle: & ideo uiliſſimum erythris. Forma eſt ei fruticis: color uiridis. Baccæ eius can
didæ ſub aqua ac molles. Exemptæ confeſtim durantur & rubeſcunt: quaſi corna ſati-
ua ſpetiæ atque magnitudine. Aiunt tactu protinus lapideſcere: ſi uiuat. Itaque occu-
pari euellique retibus: aut acri ferramento præcidi. Hac de cauſa chorallium uocitatũ
interpretantur. Probatiſſimum quanmaxime rubet: & quanramoſiſſimum: nec ſcabro
ſum: aut lapideum: uel rurſus inane: aut concauum. Auctoritas baccarum eius non
minus indorum uiris quoque precioſa eſt: quam fœminis noſtris uniones indcii. Aru-
ſpices eorum uateſque in primis religioſum id geſtamen amoliendis periculis arbitran
tur. Itaque & decore & religione gaudent. Prius quam hæc noteſcerent: galli gladios:
ſcuta galeas adornabant eo. Nunc tanta penuria eſt uendibili merce: ut perquam raro
cernatur in ſuo orbe. Surculi infantiæ adalligati: tutellam habere creduntur. Cõtraq;
torminum ac ueſicæ & calculorum mala: in puluerem igne redacti: potiq; cum aqua
auxiliãtur. Simili modo ex uino poti: aut ſi febris ſit: ex aqua ſomnum afferunt. Igni-
bus diu repugnant. Sed eodem medicamine ſæpius poto tradunt lyenem quoque ab-
ſumi. Sanguinem reiicientibus excreantibus ue medentur. Cinis eorum miſcetur ocu
lorum medicamentis. Spiſſat enim: ac refrigerat. Vlcerum caua explet. Cicatrices exte-
nuat. Quod ad repugnantiam rerum attinet: quam græci antipathiam uocant: nihil
ẽ uenenatius uſquam: quam in mari paſtinaca: utpote cum radio eius arbores necari
diximus. Hanc tamen perſequitur galeos. Idem & alios quidem piſces: ſed paſtinacas
præcipue Sicut in terra ſerpentes muſtela. Tanta eſt auiditas ipſius ueneni. Percuſſis
uero ab ea medetur & hic quidem ſed & mullus ac laſſer.

¶ De his quibus in terris & in aquis uictus eſt: & de

¶ caſtoreis medicinæ.& obſeruatione. Ca. III.

SPectabilis naturæ potentia in iis quoque quibus & in terris: & ĩ aqua uictus eſt: ſicut & fibris quos caſtores uocant & caſtorea teſtes eorum amputari hos ab ipſis cum capiuntur negat Seſtius diligentiſſimus medicinæ. Quinmmo paruos eſſe ſubſtrictoſque & adhærentes ſpinæ: nec adimi ſine uita animalis poſſe. Adulterari autem renibus eiuſdem qui ſunt grãdes: cum ueri teſtes parui admodum reperiantur. Præterea ne ueſicas quidem eſſe cum ſint graminæ quot nulli animaliũ. In iis folliculis inueniri liquorem: & aſſeruari ſale. Itaque inter probatiões falſi eſſe folliculos geminos ex uino nexu dependentes: quod ipſum corrumpi fraude coniicientibus gummi cum ſale: aut hammoniacum: quoniã hammoniaci coloris eſſe debeant circũdati liquore ueluti mellis cærosi odoris grauis: guſtu amaro: & acri friabiles. Efficaciſſime e ponto galaciæ: mox Africæ. Sternutamenta olfactu mouent. Somnum conciliant cum roſaceo & peucedano perunctio capite. Et per ſe poti in aqua. Ob id phreneticis utiles. Item lethargicos odoris ſuffitu excitant. Vuluarũque exanimationes uel ſubditi: & menſes ac ſecundas ciunt duabus drachmis ex aqua cum puleo poti. Medent̃ & uertigini: opiſthotõis: trẽuls ſpaticis: neuorꝝ uitiis: hiſchiadicis: ſtõachis: paraliticis: perũctis oĩbus. Vel tritia d craſſitudiné mellis cũ ſẽie uiticis ex aceto: aut roſaceo. Sic & contra comitiáles ſumpti. Poti uero contra inflationes: tormina: uenena. Differẽtia tantum contra genera eſt mixturæ. Quippe aduerſus ſcorpiones ex uino bibuntur Aduerſus phalãga & araneos ex mulſo: ita ut uomitione reddantur. Aut ut retineant̃ cum ruta. Aduerſus cahlcidas cum myrtice. Aduerſus ceraſten & præſteras cum panace: aut ruta ex uino. Aduerſus cæteros ſerpentes cum uino. Dari binas drachmas ſatis eſt: eorumque adiiciantur ſingulas. Auxiliantur priuatim contra uiſcum ex aceto. Aduerſus aconitum ex lacte: aut aqua. Aduerſus helleborum album ex aqua mulſa nitroque. Medentur & dentibus infuſi cum oleo triti in aurem a cuius parte doleant. Aurium doloribus melius ſi cum meconio. Claritatem uiſus faciunt cum melle attico inuncti. Cohibent ſingultus ex aceto. Vrina quoque fibri reſiſtit uenenis: & ob id ĩ antidota additur. Adſeruatur autem optime in ſua ueſica: ut aliqui exiſtimant.

¶ De teſtudine & multorum piſcium medicinæ & obſeruationess Capitulum qnartum

GEminus ſimiliter uictus in aquis terraque & teſtudinum effectuſque par in honore habendo uel propter excellens in uſu pretium figuræqꝫ ueræ proprietem. Sunt ergo teſtudinum genera: terreſtres: marinæ: lutariæ: quæ in dulci aqua uiuunt. Has quidem e græcis emydas appellãt. Terreſtrium carnes ſuffitionibus proprie: magiciſque artibus refutandis: & contra uenena ſalutares produntur. Plurimæque in Africa. Hæ ibi amputato capite: pedibuſque pro antidoto dari dicunt̃ & ex iure in cibo ſumptæ. Strumas diſcutere ac lyenes tollere. Item comitiales morbos Sanguis earum claritatem uiſus facit: ſuffuſioneſqꝫ oculorum tollit. Et contra ſerpentium omnium & araneorum & ſimilium: & ranarum uenena auxiliatur. Sanguine ſeruato in farina pilulis factis: & cum opus ſit in uino datis. Felle teſtudium cum attico melle glaucomata inungi prodeſt. Et ſcorpionum plagæ inſtillari. Tegumenti cinis uino & oleo ſubactus pedum rimas ulceraque ſanat. Squammæ e ſumma parte deraſæ: & in potu datæ uentrem cohibent. Eo magis hoc mirum: quoniam totius tegumenti farina accendere traditur libidinem. Vrinam earum aliter quam in ueſica diſſectarum: inueniri poſſe non arbitror: & intra eam eſſe. Hæc quoque portentoſa magis demoſtratur aduerſus aſpidum ictus ſingulare remedium. Efficacior eſt: tamen ut aiunt cimicibus ammixitis. Oua durata illinuntur ſtrumis & ulceribus frigore: aut aduſtione factis. Sorbentur ĩ ſtomachi doloribus. Marinarum carnes ammixtæ ranarum car

nibus contra ſalamandras præclare auxiliantur : Neque eſt teſtudine aliud ſalaman
dræ aduerſius. Sanguine alopeciarum inanitas & porrigo omniaque capitis ulcera cu
rantur. Inareſcere autem eum oportet: lenteque ablui. Inſtilatur & dolori aurium cum
lacte mulierum. Aduerſus comitiales morbos manditur cum polline frumenti. Miſcet
autem ſanguis heminis tribus aceti hemina uini addita iis : & cum hordeacea farina :
aceto quoque ammixto: ut ſit quod deuoretur fabæ magnitudine. Hæc ſingula & ma
tutina & uerſpertina dantur: dein poſt aliquot dies ueſpera . Comitialibus inſtillatur
ore deductis labris iis: qui modice corripiantur. Spſmo cum caſtoreo clyſtere infundit
Quod ſi dentes per annum colluntur teſtudinum ſanguine immunes a dolore fiunt
Et anhelitus diſcutit : quaſque orthopnoeas uocant: ad has in polenta datur. Fel teſtu
dinum claritatem oculorum facit. Cicatrices extenuat. Tõſillas ſedat: & anginas & om
nia oris uitia. Priuatim nomas ibi. Item ardentium teſtium. Naribus illitum comitiales
erigit: attollitque. Idem cum uernatione anguium aceto ammixto unice purulentis au
ribus prodeſt. Quidam bubulum fel ammiſcent: decoctarumque carnium teſtudinis
ſuccum abdita æquæ uernatione anguium. Sed diu in uino teſtudine excoquũt. Ocu
lorum quoque uitia omnia fel inunctum cum melle emendat. Suffuſiones etiam mari
næ felle: uel cum fluuiatilis ſanguine & lacte mulierum. Fel & contra ſalamandras: uel
ſuccum decoctum bibiſſe: ſatis eſt. Teſtudinum eſt tertium genus i ceno & paludibus
uiuentium. Latitudo iis in dorſo pectori ſimilis: nec conuexo incurua calice : ingrata
uiſu. Ex hac quoque tñ aliqua cõtingunt auxilia. Tres nanq; i ſuccenſa ſarméta conie
ctæ & diuidentibus ſe tegumentis rapiuntur. Tum euulſæ cranes: earum coquuntur
in aquæ congio ſale modice addita. Ita decoctarum ad tertias partes ſuccus paralyſin &
articulares morbos ſentientibus bibitur. Detrahit item fel pituitas ſanguinemque ui
tiatum. Siſtitur ab eo remedio aluus aquæ frigidæ potu. Ex quarto genere teſtudinuꝫ
quæ ſunt in manibus diuulſarum pinguia cum aizoo herba tuſa ammixto unguento
& ſemine lilii ante acceſſiones perunguntur ægri: præter caput mox conuoluti: calidã
aquam bibunt: quartanis liberari dicuntur. Hac teſtudinem quintadecima luna capi
oportere: ut plus pinguium reperiatur. Verum ægrum ſextadecima luna perungi tra
dunt. Ex eodem genere teſtudinum ſanguis inſtillatus crebro capitis dolores ſedat. Lié
ſtrumas. Sunt qui teſtudinum ſanguinem cultro æreo ſupinarum capitibus præciſis
excipi nouo fictili iubeant. Ignem ſacrum cuiuſcunque generis ſanguine illini. Item
capitis ulcera manantia: & uerrucas. Idem promittunt teſtudinum omnium fimo pa
nos diſcuti. Et licet ĩcredibile dictu ſit: ut aliqui tradũt: tardius ire nauigia: teſtudinis
pedem dextrum uehentia. Hinc deinde in morbos digeremus aquatilia : nõ quia igno
remus gratiorem eſſe uniuerſitatem animalium: maioriſque miraculi . Sed hoc utilius
eſt uitæ contributa habere remedia: cum aliud alii proſit. Aliud alibi facilius inueniat
Venenatum mel diximus ubi naſceretur. Auxilio eſt piſcis aurata i cibo. Vel ſi ex mel
le ſincero faſtidium cruditas ue que ſit grauiſſima incidat. Teſtudinem circunciſcis pe
dibus: capite cauda decoctam antidotum eſſe auctor eſt Helopi Scincoq; Apelles. Qui
eſſet Scincus: diximus. Sæpius uero quantum ueneficium præſtaret menſtruis mulie
rum. Contra omnia ea auxiliatur: ut diximus: mullus. Item contra paſtinacam & ſcor
piones terreſtres marinoſque: & dracones & phalangia illitus ſumptus ue in cibo. Eiuſ
dem recentis e capite cinis contra omnia uenena: priuatim contra fungos. Mala medi
camenta inferri negant poſſe: aut certe nocere ſtella marina uulpino ſanguine illita: &
affixa limini ſuperiori: aut clauo æreo ianuæ . Draconis marini ſcorpionumque ictus
carnibus earum impoſitus. Item araneorum morſus ſanantur. In ſumma cõtra omnia
uenena: uel potu: uel ictu: uel morſu noxia. Succus earum ex iure decoctarum efficaſ
ciſſimus habetur. Sunt & ſeruatis piſcibus medicinæ. Salſamentorumque cibus pro
deſt a ſerpente percuſſis & contra beſtiarum ictus mero ſubinde hauſto : ita ut ad ueſ

peram cibus uomitione reddatur. Peculiariter a chalcide ceraſte: aut quas ſepas uocãt:
aut helope dipſade ue percuſſis. Contra ſcorpiones largius ſumi. Sed non euomi ſalſa
menta prodeſt: ita ut ſitis toleretur: & imponere ea plagis conuenit. Contra crocodiloꝝ
quidem morſus non aliud præſentius habetur. Priuatim contra præſteris morſum ſar
da prodeſt. Imponuntur ſalſameuta & contra morſum canis rabioſi: uel ſi non ſi uon
ferro uſtæ plagæ corporaque clyſtribus exinanita. Hæc per ſe ſufficit. Et contra dra
conem marinum ex aceto imponitur: Iidem & ex cybio profectus. Draco enim mari
nus ad ſpinæ ſuæ qua ferit uenenum ipſe ĩpoſitus: uel crebro toto prodeſt. Ranarum
marinarum ex uino & aceto decoctarum: ſuccus contra uenena bibitur: & contra rãæ
rubetæ uenenum: & contra ſalamãdras. Fluuiatiles ſi carnes edantur ius ue decoctaꝝ
ſorbeatur: proſunt & contra leporem marinum: & contra ſerpentes ſupradictas. Con
tra ſcorpiones ex uino. Democritus quidem tradit: ſiquis extrahat ranæ uiuẽti linguã Magicũ
nulla alia corporis parte adhærente: ipſaque dimiſſa in aqua imponat ſupra cordis
palpitationem mulieri dormienti: quæcunque interrogauerit: uera reſponſuram. Ad-
dunt etiam nunc alia magi: quæ ſi uera ſunt: multo utiliores uitæ exiſtimantur ranæ
quam leges. Nanque harundine tranſfixa natura per os: ſi ſucurculus in menſtruis
defigatur a marito adulterorum tedium fieri. Carnibus earum uel hamo additis præci
pue purpuras certum eſt allici. Iecur ranæ geminum eſſe dicunt: obiicique formicis
oportere eam partem quam appetant: contra omnia uenena eſſe pro antidoto. Sunt
quæ in uepribus tantum uiuunt: ob id rubetarum nomine ut diximus: quas græci
phrynos uocant: grandiſſime cunctarum: geminis ueluti cornibus plenæ ueneficio
rum. Mira de his certatim tradunt auctores. Illatis in populum ſileſtrium fieri. Oſſi
culo quod ſit in dextro latere in aquam feruẽtem deiecto refrigerari uas: nec poſtea fer
uere niſi exempto. Extemplo id inueniri. Nam obiecta rana formicis: canibuſque ero-
ſis ſingula in oleum addi. Et aliud eſſe in ſiniſtro latere: quo deiecto feruere uideatur:
apocynon uocari. Canum impetus eo cohiberi. Amorem concitari: & iurgia addito in
potionem. Venerem adalligatum ſtimulare. Rurſus a dextro latere refrigerari feruẽtia.
Hoc & quartanas ſanari illigato ĩ pelicula agnina recenti: aliaſque febres. Amorem in
hiberi eo. Item ex iis ranis lyen contra uenena quæ fiant ex ipſis auxiliatur. Cor uero
etiam efficacius eſt. Coluber eſt in aqua uiuens: huius adipem & fel habentes qui cro-
codilos uenentur mire adiuuari produntur: nihil contra belua audente. Efficacius eti
amnum ſi hærba potamogeton miſceatur. Cancri fluuiales triti: potique ex aqua recen
tes ſeu cinere adſeruato: contra ueneno omnia proſunt: priuatim contra ſcorpionum
ictus cum lacte aſinino: uel ſi non aſſit: caprino uel quocunque. Addi & uinum opor
tet. Necant eos triti cum ocimo admoti. Eadem uis contra uenẽatorum omnium mor
ſus: priuatim ſcytalem: & angues: & contra leporem marinum: ac ranarum rube
tam. Cuius eorum ſeruatus prodeſt pauori. Prodeſt periclitantibus ex canis rabioſi
morſibus. Quidam adiiciunt gentianam: & dant in uino. Nam ſi iam pauor occupa
uerit: paſtillos uino ſubactos deuorandos ita præcipiunt. Decem uero cancris cum
ocimi manipulo adalligatis: omnes qui ibi ſunt ſcorpiones ad eum locum coituros ma
gi dicunt. Et cum ocimo ipſos cinerem ue eorum percuſſis imponunt. Minus in om
nibus iis marini proſunt: ut Traſillus auctor eſt. Nihil autuem æque aduerſari ſerpen-
tibus quã cãcros. Sueſq; ꝑcuſſas hoc pabulo ſibi mederi. Cũ ſole ſit ĩ cãcro torqueri ſer
pentes. Ictibus ſcorpionũ carne fluuiatiũ cochlearũ reſiſtunt crudæ uel coctæ. Qui
dam ob id ſalſas quoque adſeruant. Impõunt & ipſis plagis. Coracini piſces nilo quidẽ
peculiares ſunt. Sed nos hæc omnibus terris demoſtramus. Carnes eorũ aduerſus ſcor-
piones ualent impoſitæ. Inter uenena ſunt piſcium porci marini ſpinæ in dorſo cru
ciatu magno læſorum: remedium eſt limus ex reliquo piſcium eorum corpore: Canis

rabidi morſu potum ex paueſcētibus faciē perungunt adipe uituli marini. Efficacius
ſi medulla lyene & oleum e lentiſco & cæra miſceatur . Murenæ morſus ipſarum capi
tis cinere ſanantur. Et paſtinaca contra ſuum ictum remedio eſt cinere ſuo ex aceto il
lito: uel alterius. Cibi cauſa extrahi debet e dorſo eius quicquid ſimile eſt croco: caputq;
totum. Et hanc autem & omnia teſtacea modice collui i cibis: quia ſaporis gratia perit
Leporis marini ueneficium reſtinguunt poti hippocampi . Contra dorycium echini
maxime proſunt. Et iis qui ſuccum carphati biberint: præcipue eius iure ſumpto . Et
cancri marini decocti ius contra dorycnium efficax habetur. Peculiariter uero contra
leporis marini uenena & oſtrea aduerſant̃ . Idem uidetur : nec poteſt uideri ſatis dictū
eſſe de iis: cum palma menſarum diu iam tribuatur illis. Gaudent dulcibus aquis : &
ubi plurimi inflnunt amnes. Ideo pelagia parua & rara ſunt. Gignuntur tamen in pe
trorſis: carentibuſque aquarum dulcium aduentu : ſicut circa grymum & mur:am.
Grandeſcunt ſyderis quidem ratione maxime: ut in natura aquatilium diximus . Sed
priuatim circa initia æſtatis multo lacte prægnantia : atque ubi ſol penetret in uada.
Hæc uidetur cauſa quare minora in aliis locis reperiuntur. Opacitas enim prohiber in
crementum: & triſticia minus appetunt cibos. Variant coloribus . Ruffa in hiſpania.
Fuſca in illyrico. Nigra & carne & teſta circeis . Præcipua uero habentur in quacunq;
gente ſpiſſa nec ſaliua ſua lubrica. Craſſitudine potius ſpectanda quam latitudine . Ne
que in luto capta: neque in harenoſis . Sed ſolido uado ſpondylo breui atque non car
noſo: nec fibris lacinioſo: ac tota in aluo. Addunt peritiores notam: ambiēte purpureo
crine fibras: eoque argumento generoſa interpretantur callidia parata appellātes. Gau
dent & peregrinatione transferique in ignotas aquas. Sic brunduſina in auerno. Con
tra iſta & ſuum retinere ſuccum: & a Lucrinio adoptare creduntur. Hæc ſint dicta de
corpore. Dicemus & de nationibus: ne fraudentur gloria ſua littora. Sed dicemus aliēa
lingua digna quæque. Peritiſſima huius cenſura i noſtro æuo fuit. Sunt ergo Mutia
ni uerbaquæ ſubiiciam. Cyzizena maiora lucrinis: dulciora britannicis: ſuauiriora edu
lis: acriora lepticis: pleniora lucenſibus: ſicciora coryphatenis teniora iſtricis: cādidiora
circeienſibus. Sed iis neque dulciora: neque teneriora eſſe ulla compertū ē. Indico mari
Alexandri rerum auctores pedalia inueniri prodidere. Necnon inter nos nepotis cuiuſ
dam nomenculator tridacna appellauit : tantæ amplitudinis intelligi cupiens ut ter
mordenda eſſent. Eorum dos in medicina hoc in loco tota dicetur. Stomachum unice
reficiunt. Faſtidiis medentur. Addidit que luxuria frigus obrutis niue : ſumma montiu;
& maris iam miſcens. Molliunt aluum leniter. Eadem cocta cum mulſo tenaſmo: qui
ſine exulceratione ſit: liberant . Veſicarum ulcera quoque repurgant . In conchis ſuis
cocta ſiue uti clauſa uenerint: mire diſtilationibus proſunt . Teſtæ oſtreorū cinis uuā
ſedat & tonſillas ammixto melle. Eodem modo parotidas: panos: mammarumque duri
tias: capitum ulcera ex aqua: cutemque mullierum extendit. Inſpergitur & ambuſtis.
Et detifricio placet. Pruritibus quoque & eruptionibus pituitæ ex aceto medetur. Cru
dæ ſi tondantur ſtrumas ſanant & perniones pedum. Purpuræ quoque contra uene
na proſunt. Et algam maris theriacen eſſe Nicander tradit. Plura eius genera: uti dixi
mus. Lōgo folio & latiore: rubente: alia ue criſpo. Laudatiſſima quæ in creta iſula iux
ta terrā in petris naſcit̃. Tingendis etiam lanis ita colorem alligans : ut elui poſtea non
poſſit. E uino iubet eam dari Alopecias replet hippocampinus cinis nitro & adipe ſuil
lo mixtus: aut ſincerus ex aceto. Præparant cutem ſæpiarum cruſtæ farina medicamē
tis. Cutem replet & muris marini cinis cum oleo. Item echini cum carnibus ſuis crema
ti cinis. Fel ſcorpionis marini . Ranarum quoque trium ſi uiuæ in oleo crementur ci
nis cum melle. Melius cum pice liquida. Capillum denigrant ſanguiſugæ: quæ in ui
no nigro diebus. xl. computruere. Alii in aceti ſaxtariis duobus ſanguiſugarū ſextariū

in uaſe plũbeo iubent putreſcere totidem diebus:mox illini in ſole. Sornatius tantam
uim habere tradit:ut niſi oleum ore contineant qui tingunt: dentes quoq; eorum de/
nigrari dicat. Capitis ulceribus muricum uel purpurarum teſtæ cinis cum melle utili
ter illinitur cõchyliorum:uel ſi non urantur farina ex aqua doloribus. Caſtoreum cũ
peucedano & roſaceo. Omniũ piſcium fluuiatiliũ:marinorumque adeps liquefactus
oleo ammixto melle oculorum claritati plurimum confert. Item caſtoreum cum melle
Callionymi fel cicatrices ſanat:& carnes oculorum ſuperuacuas conſumit. Nulli hoc
piſcium copioſius:ut exiſtimauit Menander:quoq; in comœdiis. Idem piſcis & uranoſ
copos uocatur ab oculo quem in capite habet. Et coracini fel excitat uiſum. Et marini
ſcorpionis ruffi cum oleo uetere:aut melle attico incipiẽtes ſuffuſiones diſcutit. Inungi
ter oportet intermiſſis diebus. Eadẽ ratio albugines oculorũ tollit. Mullorũ cibo aciem
oculorũ hebetari tradũt. Lepus marinus ipſe quidem uenenatus eſt:ſed cinis eius in pal
pebris pilos inutiles euulſus cohibet. Et ad hũc uſum utiliſſimi minimi. Item pectũculi
ſalſi triti cũ cædria. Ranæ quas dipthitas & calamitas uocant:ſanguis earum cũ lachry
ma uitis ſi euulſo pilo palpebris illatur. Oculorũ tumorem:ruboremque ſepiæ cortex
cum lacte mulieris illitus ſedat: & per ſe ſcabricias emendat. Inuertunt itaque genas
id agentes: & medicamentum auferunt poſt palum: roſaceoque inungunt: & pane
impoſito mitigant nocte. Eadem cortice & nyctilopes curantur in farina trita: ex ace/
to illita. Extrahit & ſquammas eius cinis. Cicatrices oculorum cũ melle ſanat pterygia
cũ ſale:& cadmia ſiugulis drachmis. Emẽdt & albugies oculorũ iumentorum. Adiici
unt & oſſiculis eius genas ſi terrantur ſanari. Echini ex aceto epinyctidas ſanant. Eun
dem comburi cum uiperinis pellibus:raniſque:& cinerem aſpergi potioni iubent ma
gi:claritatem uiſus promittentes. Ichthyocolla appellatur piſcis:cui glutinoſum eſt co
rium. Idemque nomen glutino eius. Hic epinyctidas tollit. Quidam ex uenere non ex
corio fieri dicunt. Ichthyocolla ut glutinum taurinum laudatur. Pontica candida: &
carnes uenis:ſquammiſque:& quæ celerrime liqueſcit. Madeſcere autem conciſa in
aqua aut aceto nocte ac die. Mox tumidi marinis lapidibus:ut facilius liqueſcat. Vti
lem eam in capitis doloribus affirmant. & teráicis. Ranæ dexter oculus dextro:ſiniſtro
leuus ſuſpenſi e collo natiui coloris panno lippitudines ſanant: Quod ſi per coitum
ranæ eru âtur albuginem quoque. Alligati ſimiliter in putamine oui. Reliquæ carnes
impoſitæ ſuggillationem rapiunt. Cancri etiam oculos adalligatos collo mederi lippi/
tudini dicunt. Eſt parua rana in arundinetis & hærbss maxime uiuens muta:ac ſine
uoce uirids ſi forte hauriatur:uentres bouum diſtendens huius corporis humorem pe
nicillis deraſum claritatem oculis inunctis narrant afferre. Ipſaſque carnes doloribus
oculorum ſuperponunt. Ranas etiam quindecim coniectas in fictili nouo iuncis con
figunt quidam: ſuccum earum qui ita effuxerit admiſcent lachrymæ: quæ ex alba
uitæ emanat: atque ita palpebras emendant inutilibus pilis exemptis acu inſtillantes
hunc ſuccum i ueſtigia euulſorum. Meges pſilothrum palpebrarum faciebat in aceio
enecans putreſcentes:& hoc utebatur in multis:uariiſque per aquationes autumni na
ſcentibus. Idem præſtare ſanguiſugarum cinis ex aceto illitus putatur. Comburi eas
oportet nouo uaſe. Idem cheni iecur ſiccatum pondere quattuordecim cum oleo cæ/
drino perunctis pilis nouem menſibus. Auribus utiliſſimum bactiæ piſcis uel recens:
ſed inueteratum uino. Item bacci quem quidam myzen uocant. Item callionymi cum
roſaceo infuſum. Vel caſtoreum cum papaueris ſucco. Vocant & in mari pediculos
eoq; tritos inſtillari ex aceto auribus iubent. Et per ſe conchylio infecta lana mognope
re prodeſt. Quidam eceto & nitro madefaciuutrSuntque qui præcipue contra omnia
aurium uitia laudent gari excellentis ſuccum cyathum mellis dimidio amplius aceti
cyathum in calice nouo lenta pruna decoquere. Deinde ſpuma pennis deterſa:& poſt/

quam deſierit ſpumare tepidum infundere.Si tumeant aures coriandri ſucco prius miti
tigandas iidem præcipiunt.Ranarum adeps inſtillatus ſtatim dolores tollit. Cancrorum
fluuiatalium ſuccus cum farina hordeacea aurium uulneribus efficaciſſime prodeſt.
Parotides muricum teſtæ cinere cum melle : uel conchyliorum ex mulſo curantur.
Dentium dolores ſedantur oſſibus draconis marini ſcarificatis gingiuis.Cerebro cani
culæ in oleo decocto adſeruatoque:ut ex eo dentes ſemen anno colluantur.Paſtinacæ
quoque radio ſcarificare gingiuas:& in dolore utiliſſimum.Conteriturque iis:& cum
helleboro albo illitus dentes ſine uexatione extrahit . Salſamentorum etiam fictili uaſe
combuſtorum cinis:addita farina marmoris inter remedia eſt. Et cyria uetere eluta no
uo uaſe:& inde trita proſunt doloribus. Atque prodeſſe dicuntur omnium ſalſamen
torum ſpinæ combuſtæ tritæque & illitæ. Decoquuntur & ranæ ſingulæ in aceti he
minis:ut dentes ita colluantur:contineanturque in ore ſuccus . Si faſtidium obſtaret
ſuſpẽdebat pedibus poſterioribus eas Saluſtius Dionyſius: ut ex ore uirus deflueret:in
acetũ feruẽs idq; e pluribus ranis.Fortioribus ſtomachis ex iure edendas dabat.Maxila
reſq; ita ſanari dẽtes præcipue putãt . Mobiles uero ſupradicto aceto ſtabiliri.Ad hoc q
dẽ ranarũ corpora binarum præciſis pedibus in uini hemina macerant:& ita collui dẽ
tes labentes iubent. Aliqui totas adalligant maxilis . Alii denas in aceti ſextariis tribus
decoxere ad tertias partes:ut mobiles dentium ſtabilirent.Necnon.xxxvi.ranarum cor
da in olei ueteris ſextario ſub ærea teſta diſcoxere : ut infunderent per aurem dolentis
maxillæ.Aliæ iecur ranæ decoctum & tritum cum melle impoſuere dentibus. Omnia
ſupraſcripta ex marina rana efficaciora.Si carioſi & fetidi ſunt centum in furno areſie
ri per noctem præcipiunt.Poſtea tantundem ſalis addi atque fricari. Enydris uocant a
græcis coluber in aqua uiuens.Huius quattuor dentium ſuperioribus in dolore ſupi
orum gingiuas ſcarificant:inferiorum inferioribus. Aliqui canino tantum earum cõ
tenti ſunt.Vtuntur & cancrorum cinere:nam muricum cinis dẽtifricium eſt.Liche
nas & lepras tollit adeps uituli marini . Murenarum cinis cum mellis obolis ternis. Ie
cur paſtinacæ in oleo decoctum.Hippocampi & delphini cinis ex aqua illitus. Exulce
rationem ſequi debet curatio:quæ perducit ad cicatricem . Quidam delphini iecur in
fictili torrenti:donec pinguitudo ſimilitudine olei fluat:ac perungunt . Muricum uel
conchyliorum teſtæ cinis maculas in facie mulierum purgat cum melle illitus:cutem
que erugat:extenditque ſeptenis diebus illitus:ita ut octauo candido ouorum fouean
tur.Muricum generis ſunt quæ uocant græci colytia :alii corythia : turbinata æque.
Sed minora multo:efficaciora etiam & oris halitum cuſtodientia:Ichtyocolla erugat cu
tem:extenditque:in aqua decocta horis quattuor: dein contuſa:colluta : & ſubacta ad
liquorem uſque mellis . Ita præparata in uaſe nouo conditur:& in uſu quattuor dra
chmis eius binæ ſulphuris:& anchuſæ totidem:octo ſpumæ argenteæ adduntur:aſper
ſaque aqua teruntur una.Sic illita facies poſt quattuor horas abluitur . V.

Promiſcue medicinæ. Ca.

Medentur & lentigini cæteriſque uitiis ex oſſibus ſepiarum cinis.Idem & canes
excreſcentes tollit:& humida ulcera.Pſoras tollit rana decocta in heminis qui
que aquæ marinæ.Excoqui debet:donec ſit craſſitudo mellis. Fit & mari hal
cyoneum appellatum ex nidis (ut aliqui exiſtimant) halcyonum & cæicum : ut alii e
ſordibus ſpumarum craſſeſcentibus.Alii e limo:uel quadam maris lanugine . Quat
tuor eius genera . Cinereum ſpiſſum odoris aſperi.Alterum melle lenius odore fere al
gæ.Tertium candidioris uermiculi. Quartum pumicoſius:ſpongiæque putri ſimile
pene purpureum.Quod optimum:id & mileſium uocatur.Quo candidius autẽ hoc
minus ꝓbabile eſt.Vis eorũ:ut exulcerent:purgent.Vſus toſtis & ſine oleo mire:lepras
lichenas:lentigines tollunt cũ lupino:& ſulphuris duobus obolis.Halcyoneo utuntur

& ad oculorum cicatrices. Andrias ad lepras cancri cinere cum oleo uſus eſt. Attalus
thynni recentioris adipe ulcera. Menarum muria & capitum cinis cum melle ſanat
ſtrumas. Pungi piſcis eius qui rana ĩ mari appellatur: oſſiculo de cauda: ita ut nõ uul-
neret: prodeſt. Id faciendum quottidie donec procurentur. Eadem uis & paſtinacæ ra-
dio & lepore marino impoſito: ita ut celeriter remoueatur. Echyni teſtis contuſis & ex
aceto illitis. Item ſcolopendræ marinæ e melle. Cancro fluuiatilii contrito: uel combu-
ſto ex melle. Mirifice proſunt: & ſepiæ oſſa cum axungia uetere contuſa & illita. Sic &
ad parotidas utuntur: & ſcauri piſcis marini iocineribus. Quin & teſtis cadi ſalſamẽ-
tarii tuſis cum axungia uetere: muricumque cinere ex oleo ad parotidas: ſtrumaſque.
Rigor ceruicis mollitur cũ marinis. qui pediculi uocãt drachma pota. Caſtoreo poto
cum pipere ex mulſo mixto rãis decoctis ex oleo & ſale: ut ſorbeatur ſuccus. Sic & opi-
ſthoton medentur: & tetano: ſpaticis pipere adiecto. Anginas menarum ſalſarum ex ca-
pitibus cinis ex melle illitur abolet. Ranarumque decoctarum ex aceto. Succus hic &
contra tonſilas prodeſt: Cancri fluuiatiles triti ſinguli in hemiam aquæ: anginis medẽ-
tur gargarizati aut e uino: aut calida aqua poti. Vuæ medetur garũ cochlearibus ſub-
ditum. Vocem ſiluri recentes ſalſi ue in cibo ſumpti adiuuant. Vomitiones nulli inue-
terati: tritique in portione concitant. Suſpirioſis caſtoreo cũ hãmoniaci exigua por-
tione ex aceto mulſo ieiunis utiliſſime pota. Eadẽ potio ſpaſmos ſtomachi ſedat ex ace-
to mulſo calido. Tuſſim ſanare dicũtur piſcium modo e iure decocto ĩ patinis ranæ.
Suſpenſæ aũt pedibus cum diſtillauerit in patina ſaliua earum exenterari iubentur:
abiectiſq; interaneis condiri. Eſt rana parua arborem ſcandens & ex ea uociſerans. In
huius hos ſiquis expuat ipſamq; dimittat: tuſſim liberare dicuntur. Præcipiunt & co-
chleæ crudæ carnẽ tritã bibere ex aqua calida ĩ tuſſi cruenta. Iocineris doloribus ſcor-
pio marinus in uino necat᷑: ut inde bibat᷑. Conchæ longæ carnes ex mulſo potæ cum
aqua pari mõ: aut ſi febres ſint: ex aqua mulſa. Lateris dploribus leniunt hippocampi
toſti ſũpti. Thetæaq; ſimiles oſtreæ in cibo ſumptæ. Iſchiadicorum muria ſiluri clyſtere
infuſa. Dantur autem conchæ ternis obolis dilutæ in uini ſextariis duobus per dies
quindecim. Aluum emollit ſilurus e iure & torpedo in cibo. Et olus marinum ſimile
ſatiuo ſtomacho inimicum aluum facillime purgat: Sed propter acrimõiam cum pin-
gui carne coquitur. Et omnium piſcium ius. Idem & urinas cit e uino maxime. Opti-
mum e ſcorpionibus & duride: & ſaxatilibus: nec uirus recipientibus. Ecqui debent cũ
anetho: apio: corriandro: porro additis oleo & ſale. Fugant & cybia uetera: priuatimque
cruditates pituitas bilem trahunt. Purgant & myes quorum natura tota in hoc loco di-
cetur. Aceruantur muricum modo: uiuuntque in algoſis: gratiſſimi autumno: & ubi
multa dulcis aqua miſcetur mari: ob id ĩ Aegypto laudatiſſimi. Procedẽte hyeme ama-
ritudinem trahunt: coloremque rubeum. Horum ius traditur aluum & ueſicas exina-
nire. Interanea diſtiguere. Oia adaperire. Renes purgare Sanguinẽ: adipem q; minue-
re. Itaq; utiliſſimi ſunt hydropicis: mulierũ purgationibus: morbo regio: articulari: iſfla-
tionibus. Itẽ prodeſſe felli pituitæq; pulmonis: iocineris ſplenis uitiis: rheumatiſmis.
Fauces tantum uexant: uoceſq; obtũdũt. Vlceraq; quæ ſerpãt: aut ſint purgãdas ſanãt.
Item carcinomata cremati aũt ut murices & morſus canũ: hominumq; cũ melle: lepras
lentigines. Cinis eorum potus emendat caligines. Gengiuarum & dentium uitia: eru-
ptiones pituitæ: & contra dorycnium: aut opocartum antidoti uicem optinent. Dege-
nerant in duas ſpeties in mitulos: qui ſalem: uiruſque recipiunt: muſcaſque. Quæ ro-
tunditate differunt: minores aliquanto: atque hyrtæ tenuioribus teſtis: carne duriores
Mituli quoque ut murices ciere cauſticam uim habent: & ad lepras: lentigines: macu-
las. Lauantur quoque plombi modo ad gingiuarum craſſitudines: & oculorum al-
bugines: caligineſque. Atque in aliis partibus ſordida ulcera. capitiſque puſtulas.
Carnes uero eorum ad cãis morſus imponuntur. Et pelorides emolliunt aluum. Item

caſtorea ex aqua mulſa: drachmis binis. Qui uehementius uolunt uti:addunt cucu-
meris ſatiui radicis ſiccæ drachmam:& afronitri duas. Theteæ torminibus & inflationi
bus ſuccurrunt. In ueniuntur hæc in foliis marinis ſuggẽtis:fungorum uerius quam
piſcium. Hædem & tenaſmum diſſoluunt:renumque uitia. Naſcitur & in mari abſin-
thium:quod aliqui ſeriphum uocant:circa taposyrin maxime ægipti :exilius tereſtri.
Aluum ſoluit:& noxiis animalibus inteſtina liberat. Soluunt & ſepiæ. In cibo dantur
cum oleo & ſale:& farina decoctæ. Menæ ſalſæ cum felle taurino illitæ unbilico:aluũ
ſoluunt. Ius piſcium in patina coctorum cum lactucis tenaſmum diſcutit. Cãcri fluuia-
tiles triti ex aqua poti:aluum ſiſtunt. Vrinam ciunt. In uino aluum. Ademptis brãchiis
calculos pellunt tribus obolis cum myrhæ tritæ ſingularibus eorum drachmis. Ileos & ĩ
flationes caſtoreum cum dauci ſemine & petroſelini quantum ternis digytis ſumatur
ex mulſi calidi cyathis quatuor. Tormina uero cum aceto uino mixto. Erythini in cibo
ſumpti ſiſtunt aluum. Dyſentericis medentur rana cum ſcylla decoctæ:ita ut paſtilli fi
ant. Fel ſiue cor earum cum melle tritum:ut tradit Niceratus. Morbo regio ſalſamen-
tum cuꝫ pipere:ita ut reliqua carne abſtineatur. Lyeni medetur ſolea piſcis impoſitus
Item torpedo. Item rhombus uiuus:dein remittitur ĩ mare. Scorpius marinus necatus
in uino:ueſicæ uitia & calculos ſanat. Lapis qui inuenitur ĩ ſcorpionis marini cauda
pondere oboli potus. Enhydri iecur. Blendiorum cinis cum ruta. Inueniunt & in brã-
chia piſcis uel capite ceu lapilli. Hi poti ex aqua calculoſis præclare medentur. Aiunt-
que & urticam marinam in uino potam prodeſſe. Item pulmonem marinum decoctũ
in aqua. Qua ſepiæ urinam mouent:renumque pituitas extrahunt. Rupta conuulſa
cancri fluuiatiles triti in aſinino lacte maxime ſanant. Echini uero cum ſpinis ſuis cõ
tuſi:& uino poti calculos. Modus ſingulis hemina bibitur:donec proſit: & alias ĩ cibis
ad hoc proficiunt. Pũrgatur ueſica & pectinum cibo. Ex iis mares dorchas uocant: fœ-
minas onychias. Vrinam mares mouẽt. Dulciores fœmine ſunt unicolores. Sepiæ quo
que oua urinam mouent renes purgant. Enterocelæ lepus illinitur tritus cum melle.
Iecur quoque aquatici colubri. Item hydri tritum potumque calculoſis prodeſt. Iſchia
dicos autem liberant ſalſamenta ex ſiluro infuſa clyſtere euacuata prius aluo. Sedis at-
tritus cinis e capite mugillum mulorumque. Comburuntur autem in fictili uaſe. Illi-
ni cum melle debent. Item capitis menarum cinis ad rhagadas:& ad condylomata uti-
lis:ſicut pelamidum ſalſarum capitum cinis:uel cybiorum cum melle. Torpedo appo-
ſita procidentis interanei morbum ibi cohercet. Cancrorum fluuiatilium cinis ex oleo
& cæra:rimas in eadem parte emendat. Item & marini cancri polline. Panos ſalſamenta
coracina diſcutiunt. Sanant interanea & ſquammæ combuſtæ. Scorpio in uino deco-
ctus:ita ut foueantur ex illo. At echinorum teſtæ contuſæ & ex aqua illitæ incipienti-
bus panis reſiſtunt. Muricum uel purpurarum cinis utroq; modo:ſiue diſcutere opus
ſit incipientes:ſiue concoctos emittere. Quidam ita componunt medicamentum cæræ
& thuris drachmas.xx. Spumæ argenti.xl. Cineris muricum.x. Olei ueteris heminam
Proſunt per ſe ſalſamenta cocta. Cancri fluuiatiles triti uerendorum puſtulas diſcuti-
unt. Cinis ex capite menarum. Item carnes decoctæ & impoſitæ. Similiter percæ ſalſæ
e capite cinis melle adito. Pelamidum capitis cinis aut ſquatinæ picis cutis combuſta.
Hæc eſt qua diximus lignum poliri:quia & e mari fabriles uſus exeũt. Proſunt & ſma
rides illitæ. Item muricum:uel purpurarũ teſtæ cinis cum melle. Efficacius cremataꝑ
cum carnibus ſuis. Carbunculos uerendorum priuatim ſalſamẽta cocta cũ melle reſtin
gunt. At teſtẽ ſi deſcenderit:cochlearum ſpuma illini uolũt. Vrinæ incõtinentiã hip
pocampi toſti:& ĩ cibo ſepius ſumpti emẽdãt. Itẽ ophidiõ piſciculus ſcõbro ſimilis cũ
lilii radice. Piſciculi minuti ex uẽtre eius quos deuorauerit:exempti & cremati:ita ut ci
nis eoꝝ bibat̃ ex aqua. Iubẽt & cochleas africanas cũ ſua carne cõburi:cierꝫq; ex uino

ſigno dari. Podagris articularibuſque morbis utile eſt oleū i quo decocta eſt rana: & ip
ſarum inteſtina & rubetæ cinis cum adipe uetere. Quidam & hordei cinerem adiiciūt
trium rerum æquo pondere. Iubent & lepore marino recenti podagram fricari. Fibris
quoque pellibus calciari maxime pōtici fibri. Itē uituli marini. Cuius & adeps prodeſt
Item & bryon de quo diximus lactucæ ſimile: rugoſioribus foliis ſine caule. Natura eſt
ei ſtiptica. Impoſitum lenit impetus podagræ. Item alga: de qua ſupra dictum eſt. Ob-
ſeruaturque in ea: ne arida imponatur. Perniones emendant pulmo marinus. Cancri
que marini cinis ex oleo. Item fluuiatiles triti ſicq; cinere & oleo ſubacti & ſiluri adeps.
Et in articulis morborum impetus ſedant ranæ ſub inde recentes impoſitæ: quas qui-
dam diſſectas iubent imponi. Morbos abigit ius mitulorum: & concharum comitiales
& ut diximus: coagulum uituli marini bibunt cum lacte eqno aſinino ue aut cum pu
nici ſucco. Quidam ex aceto mulſo. Necnon aliqui per ſe pilulas deuorant. Caſtoreum
in aceti mulſci cyathis tribus ieiunis datur. Is uero qui ſæpius corripiuntur: clyſtere in
fuſum mirifice prodeſt. Caſtorei drachmæ duæ eſſe debebūt: mellis & olei ſextarius: &
aquæ tantundem. Ad præſens uero correptis olfactu ſubuenit cum aceto. Datur: &
muſtellæ marinæ iecur. Item muris uel teſtudinum ſanguis.

¶ Ad febres omnium generum & contra diuerſas infirmitates. Ca. VI.

Febrium circuitus tollit iecur delphini guttatum ante acceſſiones. Hippocam
pi necantur in roſaceo: ut perungantur ægri in frigidis febribus. Et ipſi adal
ligatur ægris. Item ex aſello piſce lapilli qui plena luna inueniuntur: in capi-
te alligantur in linteolo. Pagri fluuiatilis longiſſimus dēs capillo adalligatus: ita ut qn
que diebus eum qui alligauerit: nō cernat æger. Ranæ uero in triuio decoctæ oleo ab
iectis carnibus perunctos liberant quartanis. Sunt qui ſtrangulatas in oleo ipſas clam
adalligent: oleoque eo perungant Cor earum adalligatum frigora febrium minuit. Et
oleum in quo inteſtina decocta ſint. Maxime autem quartanis liberant ablatis ungui-
bus ranæ & adalligatæ & rubetæ. Iecur eius: uel cor adalligatur in panno leucopho.
Cancri fluuiatiles triti in oleo: & aqua perunctis ante acceſſiones in febribus proſunt
Aliqui & piper addunt. Alii decoctos ad quartas in uino e balneo egreſſis bibere ſuadēt
in quartanis. Aliqui uero ſiniſtrum oculum deuorari iubent. Magi quoque oculis ea-
rum ante ſolis ortum adalligatis ægro ita ut cæcas dimittant in aquam tertianas abigi
promittunt. Eoſdemque oculos cum carnibus luſciniæ i pelle ceruina adalligatos præ
ſtare uigiliam: ſomno fugato tradunt. Aliqui ſanguinem teſtudinum: & lethargum-
que uergentibus coagulo balneæ. aut uituli marini ad olfactum utuntur. Aliqui ſan-
guinem teſtudinum: & lethargicis illinunt. Tertianis mederi dicitur: & ſpondylus per-
cæ adalligatus. Quartāis cochleæ fluuiatiles i cibo recentes. Quidā ob id aſeruant ſale:
ut dent tritas in potu. Strombi in aceto putrefacti lethargicos excitant odore. Proſunt
& in cardiacis. Cachecticis quorum corpus macie conficitur. Tetheæ utiles ſunt
cum ruta ac melle. Hydropicis medetur adeps delphini liquatus: & cum uino potus.
Grauitatis ſaporis occurritur tactis naribus unguento: aut odoribus: uel quoquo mō
obturatis. Strōbi quoq; carnes tritæ: & i mulſi tribus héinis pari mō aquæ. aut ſi febres
ſint: ex aqua mulſa datæ ꝓficiunt. Succus cancrorum fluuiatiliū cum melle. Ranæ quo
que aquaticæ in uino uetere & farre decoctæ: ac pro cibo ſumptæ: ita ut bibat̃ ex eodē
uaſe. Vel teſtudo deciſis pedibus capite cauda & iteſtinis exmptis: reliqua carne ita cō-
dita ut citra faſtidium ſumi poſſit. Cancri fluuiatiles ex iure ſumpti & pthiſicis prodeſ
ſe traduntur. Aduſta ſanantur cancri marini: uel fluuiatilis cinere. Et ea quæ feruen
ti aqua combuſta ſint. Hæc curatio etiam pilos reſtituit cum cancrorum fluuiati-
lium cinere. Putantque utendum cum cæra & adipe urſino. Prodeſt & febri ranarum
fellis cinis. Ignes ſacros reſtingunt ranarum uiuentium uentres impoſiti: pedibuſque

poſterioribus pronas adalligari iubent :ut crebriore anhelitū proſint . Vtuntur & ſilu-
rorum capitum cinere ſalſamentorum ex aceto. Pruritum ſcabiemque nō hominum
modo:ſed & quadrupedum afficaciſſime ſedat iecur paſtinacæ decoctum in oleo. Ner-
uos præciſos purpurarum callum quo ſe operiunt tuſam glutinat . Lethargicos coa-
gulum uituli adiuuat in uino potum oboli pondere. Item ichthyocollæ. Tremulos iu-
uat caſtoreum ſi ex oleo perungantur . Mullos in cibo inutiles neruis inuenio fieri.
Sanguinem piſcium putant cibo ſiſti polipo tuſo illitoque . De quo & hæc traduntur
muriam ipſum ex ſeſe emittere:& ideo non debere addi. In coquendo ſecari harundine
ferro eminente:in uitiumque trahere natura deferente. Ad ſanguinem ſiſtendum & ra
narum illinunt cinerem uel ſanguinem arefactum . Quidam ex ea rana quam græci
calamiten uocant:quoniam inter harundines fruticeſque iuuant:minima omnium &
uiridiſſima cinerem fieri iubent . Aliqui & naſcentium ranarum in aqua quibus ad
huc cauda eſt:in calice nouo combuſtarum cinerem ſi per nares fluat inficiendum.
Diuerſus hirudinum quas ſanguiſugas uocant ad extrahendum ſanguinem uſus ē
Quippe eadem ratio earum quæ cucurbitarum medicinalium ad corpora leuanda ſā
guine ſpiramenta laxanda iudicantur. Sed uitium quod admiſſæ ſemel deſiderium fa
ciunt circa eadem tempora anni ſemper eiuſdem medicinæ . Multi podagris quoque
admittenda cenſuere. Dicitur ſatietate & pondere ipſo ſanguinis detractæ aut ſale aſp-
ſæ. Aliquando tamen adfixa relinquunt capita que cauſa uulnera inſanabilia facit :&
multos interimit:ſicut Meſſalinum e conſularibus patriciis cum ad genua admiſiſſet.
Inueniunt uirus remedio uerſo:maximeque ruffæ ita formidantur. Ergo ſuggētia ora
forficibus præcidunt:ac ueluti ſiphonibus defluit ſanguis :paulatimque morientium
capita ſe contrahunt:nec relinquunt. Natura earum aduerſatur cimicibus:& ſuffitu ne
cat eos. Fibrinarum pellium cum pice liquida combuſtarum cinis narium profluuia
ſiſtit ſucco porri mollitus. Extrahit tæla corpori inhærentia . Sepiarum teſtæ ex aqua
ſalſamentorum carnes. Cancri fluuiatiles triti. Siluri fluuiatilis qui & alibi quam in ni
lo naſcitur carnes impoſitæ recentes ſiue ſalſæ. Eiuſdem cinis extrahit & adeps:& cinis
ſpinæ eius uicem ſpodii præbet. Vlcera quæ ſerpunt & quæ ex iis excreſcunt ex capite
menarum cinis uel ſiluri coercet. Carcinomata per earum capita ſalſarum : efficacius
ſi cineri earum miſceatur ſal & cunila capitata:oleoque ſubigantur. Cancri marini ci-
nis uſti cum plumbo carcinomata compeſcit. Ad hoc & fluuiatilis ſufficit cum melle:
lineaque lanugine. Sed aliqui malunt alumen melque miſcere cineri. Phagedenæ ſilu
ro inueterato:& cum ſandaraca trito . Cachoetæ & nomæ & putreſcentia cybo uetere
ſanantur. Vermes uero innati ranarum felle tolluntur. Fiſtulæ aperiuntur :ſiccantur
que ſalſamentis cum lintheolo immiſſis. Intraque alteram diem callum omnem aufe-
runt & putreſcentia ulcerum quæque ſerpūt emplaſtri modo ſubacta & illita. Et halpe
expurgat ulcera in linteolis concerptis . Item echinorum teſtæ cinis. Carbunculos cora
cinorum ſalſamenta illita diſcutiunt. Item mullorum ſalſamenti cinis. Quidam capi
te tantum utuntur cum melle:uel coracinorum carne. Muricum cinis cum oleo tu-
mores tollit. Cicatrices fel ſcorpionis marini? Verrucas tollit glauci iecur illitum. Capi
tis menarum cinis cum alio tritus ad tymia crudis utuntur fel ſcorpionis marini ruffi
Smarides tritæ illitæ. Hallex deferuefacta unguium ſcabriciam cinіſque e capite mena
rum extenuat. Mulieribus lactis copiam facit glaucus e iure ſumptus:& ſmarides cū
ptiſana ſumptæ:uel cum fœniculo decoctæ. Mammas ipſas muricum uel purpuræ te
ſtarum cinis cum melle efficaciter ſanat. Cancri fluuitiatiles illiti uel marini pilos ī mā
ma:uel muricum carnes appoſitæ tollunt. Squatinæ illitæ creſcere mammas non pati
untur . Delphini adipe linamenta accenſa excitant uuluæ ſtrangulatu oppreſſas.
Itē ſcombri in aceto putrefacti. Percarū uel menarū capitis cinis ammixto ſale & cunila

oleoq̃ue uuluæ medetur. Suffitione quoque ſecundas extrahit. Item uituli marini
adeps inſtillatur igni naribus intermortuarum uuluæ uitio: & cum coagulo eiuſdem
in uellere impoſitus. Pulmõis marini cinis adalligatuse gregie praſluuia purgat. Echi
ni uiuuentes tuſi & ĩ uino dulci poti. Siſtunt & cancri fluuiatiles triti in uino potiq;
Item ſiluri ſuffitu præcipue africi faciliores partus fieri dicuntur. Cancri ex aqua po-
ti profluuia ſiſtere. Ex hyſopo purgare. Et ſi partusſtrangulet: ſimiliter poti auxiliant͂.
Eoſdem recentesuel aridos bibunt ad partus continendos. Hippocrate ad purgationes
mortuoſque partus utitur illis cum quinis lappati radicibus cum ruta & fuligine tri
tis: & in mulſo datis potui. Item in iure cocti cum lappato & appio mẽſtruas purgatio
nes expediũt. Lactiſque ubertatem faciunt. Item ĩ febri quæ ſit cum capitis doloribus
& oculorum palpitatione. Mulieribus in uino auſtero poti prodeſſe dicuntur. Caſto
reum ex mulſo potum purgationibus prodeſt. Conrraque uulua olfatum cum a
ceto & pice: aut ſubditum paſtilus. Ad ſecundas eriam uti eodem prodeſt cum panace
in quattuor cyathis uini. Et a frigore laborantibus ternis obolis. Sed ſi caſtoreũ fibꝛę
ue ſupergrediatur grauida: aborum facere dicitur: & periclitari partus ſi ſuperferatur.
Mirum & quod de torpedine inuenio Si capiatur cum luna in libra fuerit: triduoque
aſſeruetur ſub diuo: faciles partus facere: poſtea quotiẽs inferatur adiuuare. Et paſti-
nacæ radius adalligatus umbilico exiſtimatur idem facere ſi uiuẽti ablatus ſit: ipſaque
denuo in mare dimiſſa. Inuenio apud quoſdam oſtreatium uocari: quod aliqui ony-
chen uocant: hoc ſuffitum uuluæ pœnis mire reſiſtere. Odorem eſſe caſtorei: meliuſ
que cum eo uſtum proficere. Vetera quoque ulcera & cachoete eiuſdem cinere ſana
ri. Nam carbunculos & carcinomata in mulierum parte præſentiſſimo remedio ſa-
nari tradunt cancro fœmina cum ſalis flore contuſo poſt plenam lunam: & ex aqua il-
lita: Pſylotrum eſt tymni ſanguis: fel iecur ſiue recentia ſiue ſeruata. Iecur etiam tri
tum mixtaque cædro plumbea pyxide aſſeruatum. Ita pueros pubeſcere negauit.
Magno ſalpe obſtetrix. Eadem uis eſt pulmonis marini. Leporis marini ſanguine
& felle: uel ſi in oleo lepus hic necetur. Cancri ſcolopendræ marini cinis cum oleo.
Vrtica marina trita ex aceto ſcyllito. Torpedinis cerebrum cum alumine illitum. xvi.
luna: Ranæ paruæ quá in oculoꝝ curatiõe deſcripſimns ſanies efficaciſſime pſiiothꝛę
eſt: ſi recens illinatur: & ipſa arefacta ac tuſa: mox decocta tribus heminis ad tertia uel
in oleo decocta in æreis uaſis. Eadem menſura alii ex quindecim ranis conficiunt. Pſy
lotrum: ſicut in oculis diximus. Sanguiſugæ quoque toſtæ in uaſe fictili: & ex aceto
illitæ eundem contra pilos habent effectum. Et ſuffitus urentium eas necat cimices
inuectas caſtoreo quoque cum melle pro pſylothro uſi pluribus diebus reperiuntur.
In omni autem pſylothro uellendi prius ſunt pili. Infantium gingiuis dentitionibuſ
que multum confert delphini cum melle dentium cinis: & ſi ipſo dente gingiuæ tan-
gantur. Adalligatuſque idem pauores repentinos tollit. Idem effectus & caniculæ
dentis. Vlcera uero quæ in auribus aut ulla corporis parte fiant cancrorum fiuuati
lium ſuccus cum farina hordeacea ſanat. Et ad reliquos morbus triti in oleo perun-
ctis proſunt. Siriaſiſque infantium ſpongia frigida cerebro humefacto rana inuerſa
adalligata efficaciſſime ſanat quam aridam inueniri affirmant. Mullus in uino neca
tus: uel piſcis rubellio uel angillæ duæ. Itẽ uua marina ĩ uino putrefacta iis q̃ inde bi
berit tediũ uini affert. Venerem inhibet: & cinis hippopotami frontis e ſiniſtra parte
pellis in lintheolo adalligata. Fel ue torpedinis uiuæ genitalibus illitum. Concitant
cochlearum fluuiatilium carnes ſale adſeruatæ: & in potu ex uinino datæ. Erythi-
ni i cibo ſumpti. Iecur ranæ dyropheres: & calamites in pellicula gruis alligatum:
uel dens crochodilii maxilaris annexus brachio: uel hippocampus: uel nerui rubethæ
dextro lacerto addalligati. Amorem finit in pecoris recenti corio rubetha alligata.

Equorum ſcabiem ranæ decoctæ in qua extenuant : donec illini poſſit . Aiuntque:
ita curatos non repeti poſtea. Et ſalpe negat canes latrare: quibus in offa rana uiua da/
ta ſit. Inter aquatilia dici debet: & calamochnus latine adarcha appellata . Naſcitur cir/
ca harundines tenues ſpuma aquæ dulcis ac marinæ: ubi ſe miſcent. Vim habet cau/
ſticam. Ideo acopis additur contra perfrictionum uitia. Tollit & mulierum lentigines
i n facie. Et calami ſimul dici debent. Phraxmatis radix recens tuſa luxatis medetur : &
ſpinæ doloribus ex aceto illita. Cypri uero qui & donax uocatur cortex alopeciis mede
tur uſtus: & ulceribus ueterat s. Fo'ia extrahunt quæ infixa ſunt corpori & igni ſacro
Paniculæ flos ſi aures intrauerit exurdat. Sepiæ atramento tanta uis eſt: ut in lucerna
addito æthiopas uideri ablato priore lumine Amaxilaus tradat . Rubeta decocta & in
aqua potu data ſuum morbis medetur: uel cuiuſcunque ranæ cinis. Pulmone mariu. o
ſi confricetur lignum: ardere uidetur: adeo ut faculam ita præluceat.

¶ Animalium omnium in mari uiuentium. VII.
clxxvii. genera eſſe. Ca.

PEracta aquatilium dote non alienum uidetur indicare per tot maria tam ua
ſta & tot milibus paſſuum terræ infuſa : extraque circundata menſura pene
ipſius mundi quæ intelligantur animalia centum ſeptuaginta ſeptem omni
um generum eſſe: eaque nominatim compleri . Quod in terreſtibus uolucribuſque
fieri non quit . Neque enim omnis indiæ æthiopiæque aut ſcythiæ deſertorum ue no/
uimus feras aut uolucres cum hominum ipſorũ multo plurimæ ſint differẽtiæ quas
inuenire potuimus. Accedat his taprobane inſulæque aliæ occeani fabuloſe narratæ .
Profecto conueniet: non poſſe omnia genera in contemplationem uniuerſam uocari.
At hercule in tanto mari oceano quæcunque naſcuntur certa ſunt : notioraque quod
miremur quæ profundo natura merſit. Vt a beluis ordiamur: arbores phyſethres: bale
næ: piſtrices: tritones : nereides : elephanti: homines qui marini uocantur: rotæ: orcæ:
arietes: muſculi & alii piſcium forma arietes delphini: cel breſque Homero uitili. Luxu
riæ uero teſtudines: & medecis fibri: quorum gnera nuſquam mari accepimus mergi:
tantum marina dicentes: Iam caniculæ· drynones: cornutæ: gladii: ſerræ: communeſq;
mari terræ amni hippopotami: crocodili. Et amni tantum ac mari thynni: thynnides:
ſiluri: coracini: percæ. Peculiaris autem maris accipenſer: aurata: aſellus: acarne : aphia:
alopeca: anguilla: arãeus: box: batia: bachus: batrachus : belonæ: quos aculeatos uocãus
balanus: coruus: citharus. Rhomborum genera chalcis gobio . Collurus aſellorum ge/
neris ni minor eſſet colla. Siue parianus ſiue ſaxetanus a patria betica: lacertorum mi/
nima: abyſmon: eleſſe: cybium. Ita uocatur conciſa pelamis: quæ poſt. xl. dies a ponto i
mæotim reuertitur . Cordula & hæc pelamis puſilla : cum in pontum e mæotide exit
hoc nomen habet: cantharus: callyonimus: ſiue uranoſcapus: cinædi: ſoleæ: phiſcinulæ
cnidæ : quam nos urticam uocamus. Cancrorum genera chameciſſite: chameleos: cha
mepotorides: generis uarietate diſtantes & rotunditate: chameglycia: menides : quæ ſũt
maiores quam pelorides: glycia ſiue corophia. Concharum genera inter quæ & marga/
ritiferæ cochleæ: quarum generis pentadactylides: melicem: bales: echinophoræ: dicun
tur quibus cantant. Extra has ſunt rotundæ ĩ oleario uſu cochleæ: cucumis: cynopos
camymarus: cynoſdexia: draco. Quidam aliud uolunt eſſe dracunculum . Eſt autem
graculæ ſimili . Aculeos in branchiis habet ad caudam ſpactantis. Sic & ſcorpio lædit
dum manu tollitur : erythinus: echene s: echinus . Elephanti locuſtarũ generis nigri
pedibus quaternis: biſeulis. Præterea brachia duo: binis articulis: ſinguliſque forficulis
denticulatis. Fabri ſiue zægau ciſci: glaneus: conger: gyres: galeos: garus hippus: hippu
ros hirundo: ale: pleumõ: hippocampos: heparcotinos. Sũt lacertorũ genera lolligo uoli
tans: locuſtæ: lucernæ: liparis: lamyrus: lepus: leones: quorũ brachia cancris ſimilia ſũt.
Reliq pars locuſtæ: mullus: merula iter ſaxatiles laudata: mugil: melãurus: mẽa: meus:

murena:miſmylus:miſcus:murex:oculata:ophidion:oſtria:eotia:orcinon.Hic eſt pela
midum generis maximus.Neq; redit in mæotin:ſimilis tritoni.uetuſtate melior: Or
phus orthagoriſcus:phager:picus:ſaxatiliumque pelamis.Earum generis maxima apo
lectus uocatur.Durius triton:phorcus:phitarus:paſſer paſtinaca. Polyporum genere
pectines:maximi & nigerrimi æſtate. Laudatiſſimi autem mitylenis rhyas : tyndarides
ſalonis:altimatia in Inſula Alexâdriæ.In Aegypto pectunculi:purpuræ:pegrides:pina
pinnotheræ:rhina:quem ſquatinam uocamus.Rumbus :ſcarus principalis hodie. So
lea:ſargus:ſcylla:ſarda:Ita uocatur pelamis longa ex oceano ueniens. Scomber:ſalpa:
horus:ſcorpena:ſcorpios:ſcyaſcia:ſciena:ſcolopendra:myrus: ægypta:ſtrombus : ſolen
ſiue aulos:ſiue donas:ſiue onix:ſiue dactylus ſpodylus:mariſtella:ſpongia. Turdus in-
ter ſaxatiles nobilis. Tynnus:tranus:quem alii Xiphiam uocât.Staſſa:torpedo:t erhea:
triphonon. Pelamidum generis magni ex eo ſerena cymbiam fiunt . Veneri : Euax
xyphii .His adiiciemus apud Ouidium poſita nomina:quæ apud neminem alium re-
periuntur Sed fortaſſis in ponto naſcuntur:ubi in uolumê ſupremis ſuis têporibus
incohauit.Bopyrum in ſcopulis uiuentem.Orphum rubentem:rhacinumque pullũ
pictas mormyras:aureique coloris chryſon.Præterea parum teragum:& placêtem cau
da labrum. Epodas lati generis . Præter hæc inſignia piſcium tradit channen ex ſe
ipſa concipere. Glaucum æſtate nunquam apparere. Pompium qui ſemper comi
tetur nauigiorum curſus.Chromin qui nidificet in aquis.Heleopen quoque dicit eſſe
noſtris incognitum undis. Ex quo apparet falli eos qui eundem accipenſerem exiſti
mauerunt. Helopi palmam ſaporis inter piſces multi dedere.Sunt preterea a nullo au
ctore nomiati.ſudis latinæ appellata: a græcis phyren oſtreæ ſimilis nomine magnitu
dine inter ampliſſimos rarus:ſed tamen non degener:& pernæ concharum generis cir
ca pontias inſulas frequentiſſimæ.Stant uelut ſuillo crure longo in harena defixæ hiâ
teſque qua limpitudo eſt:pedali non minus ſpatio.Cibum uenantur.Dentes in circui
tu marginum habent pectinatim ſpiſſatos.Intus pro ſpondyli grandis caro eſt.Et hye-
nam piſcem uidi in oenaria inſula captum caput exerentem.Præter hæc purgamen-
ta aliqua relatu indigna:& algis potius annumeranda quam animalibus.

¶ CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TRIGESIMVS TERTIVS.

PROEMIVM.

¶ Metallorum naturæ

METALLA NVNC IPSAEQVE OPES ET RERVM
precia dicentur:tellurem intus exquirente cura multiplici
Modo quippe alibi diutius foditur quærente uita auꝝ ar-
gentum æs electrum. Alibi deliciis gemmas:& parietum di
gytorumque pigmenta.Alibi temeritati ferrum auro etiam
gratius inter bella cedeſque . Perſequimur omnes eius fi-
bras:uidemuſque ſuper excauatos môtes mirantes dehiſce-
re aliquando:aut intermiſcere illam . Ceu uero non hoc
etiam exemplum indignationis ſacræ parentis exprimi poſ
ſit.Imus in uiſcera eius & in ſede manium opes quærimus
tâquâ paꝝ bêigna fertiliq; qua ſecetur. Inter hæc nimiũ re
medioꝝ gratia ſcrutâur.Cui.n.fodiêdi câ medicia ê.Quanq̃ & hæc & ſũma ſui pte tri

buia ut minime parca: faciliſq; ĩ omnibus quæ ꝓſunt. Illa nos premunt: illa nos ad in
feros agunt quæ occultauit atq; demerſis. Illa quæ nõ naſcunť: ut repẽte mens ad ina
ne euolans reputet quis deinde futuris finis eſt: ſæculis omnibus exhauriẽdi eam quo
uſque penetret auaritia? Quam innocens quam beata: immo uero & delicata eſſet uita
ſi nihil aliud de ea niſi quod ſupra terras concupiſceret: haberetq; non niſi quod ſecũ
eſt? Eruitur quidem aurum & chryſocolla iuxta: ut precioſior uideatur nomen ex au
ro cuſtodiens. Parum enim erat naturæ unam inueniſſe uitæ peſtem: niſi ĩ precio etiã
eſſet ſanies auri. Quærebat argentum auaritia. Boni conſuluit interim inueniſſe mini
um: rubentiſq; terre excogitauit uſum. Heu prodigioſa ingenia quot modis auximus
precia rerum? Acceſſit ars picturæ: & aurum argentumq; cælando carius fecimus. Di
dicit homo naturam prouocare. Auxere & artem uitiorum irritamenta. In poculis libi
dines cælare iuuit: ac per obſcenitates bibere. Abiecta ſunt deinde hæc: & ſordere cœpe
re: & auri argentiq; minium fuit. Murina & cryſtallina ex eadem terra effodimus: qui
bus precium faceret ipſa fragilitas hoc argumentum opum: hæc uera luxuriæ æſtima
ta eſt gloria: habere quod poſſet ſtatim totum perire. Nec hoc fuit ſatis: turba gemma
rum potamus: & ſmaragdis teximus calices: ac temulentæ cauſa tenere indiã iuuat: &
aurum iam acceſſu eius.

Quæ prima commendatio metallorum auri: & de origine annulorũ aureorũ: & Ca. I.
modo auri apud antiquos: & equeſtri ordine: & d̃ iure annulorũ aureoꝝ.

Utinam poſſet e uita in totum abdicari aurum ſacra fames: ut celeberrimi au
ctores dixere: proſciſſum conuitiis ab optimis quibuſq;: & ad perniciem uitæ
repertum. Quantum fœliciore æuo cum res ipſæ permutabantur inter ſe:
ſicut & troianis temporibus factitatum Homero credi cõuenit. Ita enim (ut opinior)
commertia uictus gratia inuenta: alios coriis boum: alios ferro captiuiſq; rebus empti
taſſe tradit: quanquam & ipſe miratus aurum æſtimationes rerum ita fecit: ut centũ
boum arma aurea permutaſſe Glaucum diceret cum Diomedis armis nouem boum.
Ex qua cõſuetudine multa legum antiquarum pecore conſtat etiam Romæ. Peſſimũ
uitæ ſcelus fecit: qui annulum primus induit digytis. Nec hoc quis fecerit traditur.
Nam de Prometheo omnia fabuloſa arbitror: quanquam illi quoq; fereum annulum
dederit antiquitas: uinculumq; id non geſtamen intelligi uoluerit. Midæ quidam an
nullum quo circumacto habentem nemo cerneret: quis non etiam fabuloſiorem fatea
tur: Manus & prorſus ſiniſtræ maximam auctoritatem conciliauere auro: non quidẽ
Romani quorum more ferendum erat bellicæ uirtutis inſigne. De regibus Romanis
non facile dixerim. Nullũ habet Romuli in capitolio ſtatua: nec præter Numæ Seruiq;
Tullii alia. Nec. L. quidem Bruti. Hoc ĩ Tarquiniis maxime miror: quorũ egregia fuit
origo: unde hic anulorum uſu uenit: quanquam nunc lacedæmone ferreo utantur.
Sed a Priſco Tarquinio omnium primo filium cum in prætextræ annis occidiſſet ho
ſtem bulla aurea donatum conſtat: unde mos bullæ durauit: ut eorum qui equo me
ruiſſent filii id inſigne haberent: cæteri lorum. Et ideo miror Tarquinii eius ſtatuam
ſine annullo eſſe. Quanquam & de nomine ipſo ambigitur. Id græci a digytis appella
uere. Apud nos priſci ungulum uocabant. Poſtea & græci & noſtri ſcymbolum. Lon
go certo tempore ne ſenatum quidem Romanum habuiſſe aureos: manifeſtum eſt. Si
quidem iis tantum qui legati ad exteras gentes ituri eſſent: annuli publice dabantur
credo: quoniam ita exterorum honoratiſſimi intelligebantur. Neq; aliis uti mos fuit: ꝗ
qui ex ea cauſa publice accepiſſent: uulgoq; ſic triumphabant. Et cum corõa ex auro
etruſca ſuſtineretur a tergo: annullus tamen in digyto ferreus erat: a qua fortuna triũ
phantis & ſerui coronam ſuſtinentis. Sic triumphauit de Iugurta. C. Marius. Aureũ
non ante tertium conſulatũ ſumpſiſſe traditur. Ii quoq; qui ob legationem acceperant
aureo in publico tantũ utebantur: intra domos uero ferreis. Quo argumento etiã nũc

ſponſæ annulus fereus mittitur. Iſque ſine gemma. Nec illiacis temporibus ullos fuiſſe
annulos uideo: nuſq̃ certe Home. dicit: cũ & codicillos miſſitatos epiſtolaꝝ gratia indi
cet: & conditas arte ueſtes: ac uaſa aurea argenteaq;: & ea colligata nodi non annuli no
ta. Sortiri quoq; contra prouocationem duces non annulis tradit. Fabricæ etiam deum
fibulas: & aliam muliebris cultus: ſicut in aures in primordio factitaſſe ſine mentione
annulorum. Et qui primus inſtituit contanter id fecit: leuiſq; manibus ac latentibus in
duit cum ſi honos ſecutus fuiſſet: dextra fuerit oſtentandus. Quod ſi impedimentum
potuit in ea aliquod intelligi: etiam inſertorii uſu argumentum eſt: maius ĩ leua fuiſſe
qua ſcutum rapitur. Eſt quidem apud eundem Homeꝝ uiroꝝ crinibus aurum imple
xum. Ideo neſcio an prior uſus a fœminis cœperit Romæ quidem non fuit aurũ: niſi
ad modum exiguo lõgo tempore. Certe cũ a Gallis capta urbe pax emeretur: nõ pluſq̃
mille pondo effici potuere. Nec ignoro. M. Craſſum duo milia pondo auri rapuiſſe ſuo:
& Pompeii tertio cõſulatu e Capitolini Iouis ſolio a Camillo ibi condita: & ideo a pleriſ
que exiſtimari duo milia pondo collata. Sed quod acceſſit: ex Gallorum præda fuit: de
tratumq; ab his in parte captæ urbis delubris. Gallos autem cum auro pugnare ſolitos
Torquatus indicio eſt. Apparet ergo Galloꝝ: templorumq; tantumdem nec amplius
fuiſſe. Quod quidem ĩ augurio intellectum eſt: cum Capitolinus duplum reddidiſſet
Illud quoq; obiter indicari conuenit: quoniam de annulis ſermonem repetimus: æditũ
cuſtodiæ eius depræhenſum fracta in ore annuli gemma ſtatim exſpiraſſe: & indiciũ
ita extinctũ. Ergo & maxime duo tantũ milia pondo cum capta eſt Roma anno trecen
teſimo. lxiiii. fuere: cum iam capitũ liberoꝝ cẽſa eſſent. c. lii. milia quĩgẽti. lxxxiii. Eadẽ
poſt annos. ccc. vii. quod ex Capitolinæ ædis incendio: cæteriſq; omnibus delubris. C.
Marius filius præneſte detulerat tredecim milia pondo: ſub eo titulo in triumpho trãſ
tulit Sylla. Et argenti. vii. milia. Idem ex reliqua omni uictoria pridie tranſtulerat auri
põdo qndecim milia argẽti pondo. c. xv. milia. Frequẽtior aũt uſus aunuloꝝ nõ ante.
Cn. Flauiũ Anii filium dephendit. Hic nanq; publicatis diebus faſtis: quos populus a
paucis Principũ quottidie potebat: tantã gratiã Plebis adeptus ẽ: alioqn Libertino par
te genitus: & ipſe Apii Cæci ſcriba: cuius hortatu excepat eos dies conſultando aſſidue
ſagaci ingenio promulgaueratq;: ut ædilis curulis crearetur cũ. Q. Anitio preneſtino
qui paucis ante ãnis hoſtis fuerat: præteritis. C. Petilio & Domitio: quoꝝ partes con ſ.
fuerãt. Additũ Flauio ut ſimul Tribunus Plebis eſſet. Quo facto tãta Senatus indigna
tione exarſit: ut annulos ab eo abiectos fuiſſe in antiquiſſimis reperiat annalibus. Fal
lit pleroſq; q tũ & equeſtrẽ ordiuem id feciſſe arbitrant: Etenim adiectum hoc quoque
Sed & phalera poſita ꝑpter quæ nomen equitum adiectum eſt. Annulos quoq; depoſi
tos a notabile in annales relatum eſt: nõ a Senatu uniuerſo. Hoc actum. P. Sempronio
Longo. L. Sulpitio conſ. Flauius uouit ædem concordiæ: ſi populo reconciliaſſet ordĩes
Et cum ad id pecunia publica non decerneretur: ex mulctaticia fœneratoribus condẽa
tis ædiculam æream fecit in græcoſtaſi: quæ tunc ſupra comitum erat. Inciditq; in ta
bula ærea eam ædẽ. ccc. iiii. annis poſt Capitolinã dedicatam. Ita quadringentis. xlviii.
a condita urbe geſtum eſt: & primum annuloꝝ ueſtigium extat. Promiſcui aũt uſus
alterum ſecundo punico bello. Neq; enim aliter potuiſſent trimodia illa annuloꝝ Car
thaginem ab Hannibale mitti. Inter Scipionem quoq; & Druſum ex annulo in auctio
ne nauali inimicitiæ cœpere. Vnde origo ſotialis belli: & exitia rerum. Ne tum quidem
omnes Senatores habuerunt: utpote cum memoria auorum multi prætura functi in
ferreo cõnſueuerint: ſicut Calphurnium & Manilium: qui legatus. C. Marii fuerat iu
gurtino bello. Feneſtella tradit. Et multi. L. Fufidium illum quem Scaurus in uita ſua
ſcribit. In Quintiorum uero familia aurum ne fœminas quidẽ habere mos fuerit. Nul
loſque omnino annulos maior pars gentium hominumque etiam qui ſub imperio no
ſtro degunt hodie habeat. Non ſignet oriens aut Aegyptus etiam nunc litteris contẽta

ſolis. Multis hoc modis ut cætera omnia luxuria uariauit: gemmas addendo exquiſiti
fulgoris: cenſuq; opimo digytos onerando: ſicut dicemus in gemmarũ uolumine. Mox
& effigies uarias cælãdo: ut alibi ars alibi materia eẽt in precio. Aalias deinde gẽmas uio
lari nefas putauit: ac ne qs ſignandi caã in annulis eẽ intelligere: ſolidas induit. Quaſ
dam uero neq; ab ea parte quæ digyto occultat̃: auro cluſit aurumq; milibus lapillorũ
uilius fecit. Cõtra uero multi nullas admittunt gemmas: auroq; ipſo ſignant: ut Clau
dii Cæſaris principatu repertum. Necnon & ſeruitia iam ferrum auro cingunt: alia per
ſeſe meroauro decorant: cuius licentiæ origo nomine ipſo in ſamothracia id inſtitutũ
declarat. Singulis primo digytis gerere mos fuerat: qui ſũt minimis proximi. Sic in Nũ
mæ & Seruii Tulii ſtatuis uidemus. Poſtea pollici proximo induere etiam deorũ ſimu
lacris. Dein iuuit & minimo dare Galliæ britaniæq; in medio dicunt̃ tuſæ. Hic nunc
ſolus excipit̃: cæteri omnes onerantur: atq; etiam priuatim articuli minoribus alis. Sũt
qui tres uni minimo cõgerant. Alii uero & huic unũ tantum: quo ſignanda ſignent.
Cõditurq; ille ut res rara & ad iniuriæ uſus indigna: uelut e ſacrario promit̃. Et unũ i
minimo digyto habuiſſe precioſioris eſt in recondito ſuppellectilis oſtentatio. Iam alii
pondera eorũ oſtentant. Aliis plures q̃ unum geſtare labor eſt. Alii bratteas inſerunt le
uiore materia: & propter caſum gemmarũ totam ſollicitudinẽ putant. Alii ſub gemmis
uenena cludunt: ſicut Demoſthenes ſummus oratorũ græciæ: annuloſq; mortis gra
tia habet. Demũq; ut plurimũ opum ita ſcelera annulis fuit. Quæ fiunt illa priſcorũ
uita: qualis innocentia in aqua nihil ſignabat̃? At nunc quoq; cibi ac potus uindicã
tur annulo a rapina. Hoc profecere mancipioꝝ legiones: & ĩ domo turba externa acta
Seruorũ quoq; cauſa nomenculator adhibẽdus. Sed aliter apud antiquos. Singuli mar
cipores lociferes ue dominorũ gentiles omnem uictũ in promiſcuo habebant: nec ulla
domi cuſtodia a domeſticis opus erat. Nunc rapiendæ comparant̃ epulæ: pariterque
qui rapiant eas. Sed & claues quoq; ipſas ſignare nõ eſt ſatis: grauatis ſomno: aut moriẽ
tibus annuli detrahunt̃: maiorq; uitæ ratio circa hoc inſtrumentũ eſſe cœpit: incertũ
a quo tempore. Videmur tamẽ poſſe in externis auctoritatẽ eius rei intelligere circa Po
lycratẽ ſami tyrannũ: cui dilectus ille annulus in mare abiectus capto relatus ẽ piſce
ipſo circiter ducenteſimũ. xxx. annũ urbis noſtræ interfecto. Celebratiorẽ quidẽ uſum
cum fœnore cœpiſſe argumento eſt cõſuetudo ulgi ad ſponſiones etiamnũ annulo exi
liente: ab eo tempore quo nondũ erat arra uelocior: ut plane affirmare poſſimus num
mos ante apud nos cœpiſſe: mox annulos. Denũmis paulopoſt dicetur. Annuli diſtin
xere alterũ ordinem a plebe: ut ſemel cœperant eſſe celebres: ſicut tunica ab annulis ſe
natum tantũ: q̃quam ex hoc ſero: uulgoq; purpura latiore tunica uſos inuenimus etiã
præcones: ſicut patrem. L. Flii Stellionis Præconini ob id cognominati. Sed annuli pla
ne mediũ ordinẽ tertiumq; plebi & patribus inſeruere. Ac qđ antea militares equi no
men dederant: hoc nunc pecuniæ iudices tribuunt. Nec pridẽ id factũ. Diuo Auguſto
decurias ordinãte: maior pars iudicũ ĩ ferreo annulo fuit. Iiq; nõ equites: ſed iudices uo
cabãt̃. Equitũ nomẽ ſubſiſtebat in turmis equoꝝ publicoꝝ. Iudiciũ quoq; ñ niſi quat
tuor decuriæ fuere primo. Vixq; milia ſingula in decuriis ĩuenta ſunt: nõdum ꝓuin
ciis ad hoc munus admiſſis. Seruatumq; in hodiernum diem ẽ: ne quis e nouis ciuibus
in iis iudicaret.

De decuriis iudicium: & quotiẽs nomina equeſtris ordĩ
nis imutata: & donis militaribus & quando primum corona aurea Ca. II.

DEcuriæ quoq; ipſæ pluribus diſcrete nominibus fuere Tribonoꝝ æris: & Sele
ctorum & iudicium. Propter hoc etiãnum Nõgenti uocabant̃ ex omnibus.
Selecti ad cuſtodiẽda ſuffragiorum ſcita ĩ comitiis. Et diuiſus hic quoq; ordo
erat ſupba uſurpatione nominum: cum alius ſe Nongẽtum alius Selectum: alius Tri
bunum appellaret. Tyberii demum principatus nono anno in unitatẽ uenit equeſter
ordo annuloꝝq; auctoritati forma cõſtituta ẽ. C. Aſinio Pollione. C. Antiſtito Veteres

conſ.anno urbis cõditæ.dcc.ſeptuagerimo quinto.Quod miremur futili pene de cau
ſa:cum.C.Sulpi.Galba iuuenalẽ famã apđ pricipẽ popinaꝝ poenis aucuparet̃:occu-
patuſq; in hiis eẽt quæſtus ĩ Senatu uulgo inſtitore: eius culpæ defendi annulis. Hac
de cauſa cõſtitutum ne cui ius eius eẽt:niſi cui ingẽuo ipſi patri:auoq; paterno ſeſt er
tia.cccc.cẽſus fuiſſent & lege iulia theatrali ĩ.xiiii.ordinibus ſedẽdi. Poſtea gregatimin
ſigne id appeti coeptum.Proterq; hæc diſcria C.princeps decuriã quintã adiecit:tãtũ-
que natum ẽ faſtis:ut quæ ſub D. Augu.ipleri nõ potuerant decuriæ nõ capiãt eum
ordinẽ:paſſimq; ad ornamẽta ea ẽt ſeruitute liberati tranſiliãt:qđ ante nunquã erat fa
ctum:quoniã in fereo annulo equites:iudiceſq; intelligebantur:adeoq; promiſcum id
eẽ coepit:ut apđ. Cl.Cæſarẽ ĩ cẽſura eius unus ex equitibꝫ Flauius proclus.cccc.ex ea
cauſa reos poſtularet.Ita dum ſeparat̃ ordo ab ingẽuis cõmunicatus ẽ cum ſeruitiis.
Iudicum ãt appellatiõe ſeparari eum ordinẽ primi oĩum inſtituere.Grachi diſcordi po
pularitate in cõtumeliã Senatus mox ea debellata:auctoritas nois uario ſeditionũ euẽ-
tu circa publicanos ſubſiſtit:& aliquãdiu tertiæ uires publicani fuere M.Cicero demũ
ſtabiliuit equeſtre nomẽ ĩ cõſulatu ſuo ei Senatum cõcilãs:ex eo ſe ordine prouectum
eſſe celebrãs:& eius uires peculiari popularitate quærens.Ab illo tẽpore plane hoc ter
tium corpus ĩ re.pu.factum ẽ.Coepitq; adiici Seatui populoq; ro.equeſter ordo .Qua
de cã & nunc poſt populum ſcribit̃:quia nouiſſime coeptus ẽ adiici . Quin etiã ipſũ
equitũ nomẽ ſæpe uariatum ẽ in iis quoq; qui ad equitatum trahebant̃ . Celeres ſub
Romulo:regibuſq; appellati ſunt.Deinde flexumines.Poſtea troſſuli: cũm opidũ ithu
ſcis citra uolſcinios hoc nomi nepaſſuum.ix.milia ſine ullo adiumẽto peditũ cœpiſſẽt
Eius uocabuli uis durauit ultra.C.Gracchũ:Iunius certe qui ab amicitia eius Graccha
nus appellatus eſt ſcriptum reliquit iis uerbis.Quod ad equeſtrem ordinẽ pertinet an
tea troſſulos uocabant:nunc equites uocant.Ideoq; quia nõ ĩtelligunt troſſulus nomẽ
quid ualeat:multos puder eo nomĩe appellari:& cauſam quæ ſupra dicta eſt :exponit.
Inuitoſq; etiãnum tamen toſſulos uocari.Sunt adhuc aliquæ non omittendæ in auro
differentiæ. Auxiliares quippe externos torquibus aureis donauere:at ciuices non niſi
argenteis.Præterq; armillas ciuibus decere:quas non habent externi. Idẽ qđ magis mĩ
remur coronas ex auro dedere ciuibus.Quis primus donatus ſit ea non inueni.Sed qs
primum donauerit a.L.Piſone traditur. A Poſtumius Dictator apud lacum regillum
caſtris Latinoꝝ expugnatis ei cuius maxime opa capta eſſent:hanc coronam ex præ-
da dedit.Item L.Lentulus Conſul Seruilio Cornelio merende ſamnitum oppido capto
Sed quinq; libraꝝ corona Piſo frugi filium ex priuata pecunia donauit:eamq; coronã
teſtamento reipublicæ legauit ¶ De reliquo uſu auri ĩ uiris & mulieribus : & de
nũmo aureo:& quãdo primũ ſignatum ẽ æs argẽtum & auꝝ:& ante q̃ ſignaret̃ q mos
ĩ ære:& quæ maxĩa pecũia prĩo cẽſu:& quotiẽs & quibꝫ tpibꝫ auctoritatis auri C. III.

Dd Eoꝝ uero honori ĩ ſacris nihil aliud excogitatũ ẽ q̃ ut auratis cornibꝫ hoſtiæ ma
ioris dũtaxat ĩmolarẽt̃ : ſed ĩ militia ĩ quoq; tãtũ adoleuit hæc luxuria:ut M.Bru
ĩ philippicis cãpis epiſtolæ repiant̃ fremẽtes fibulas tribunicias ex auro geri. At
Hercules idẽ tu Brute mulieꝝ pedibꝫ auꝝ geſtari tacuſti. Quis ſceleris nos coarguius
illũ primum qui auro dignitatẽ p ãnulos fecit:ut habeãt ĩ lacertis iã quidẽ & uiri qđ e
dardanis uẽit:itaq; & dardanum uocabat̃. Viriolæ celticæ dicunt̃. Viriles celubericæ.
Habeãt fœmĩæ ĩ armillis digytiſq; totis collo auribus . Per has diſcurrant catenæ circa
latera :& ĩſerta margaritaꝝ põdera e collo domiaꝝ auro pẽdeãt:ut ĩ ſõno quoq; unio-
num cõſciẽtia adſit.Etiãnum pedibus induit̃:atq; inter ſtolã: plebẽq; hunc medium
fœmiaꝝ equeſtrẽ ordinẽ facit.Hõeſtius uiri pedagogis id dãus balneaſq; diues pueroꝝ
forma cõuertit.Iã uero ẽt Harpocratẽ ſtatuaſq; ægyptioꝝ numinũ ĩ digitis uiri quoq;
portare incipiunt.Fuit & alia. Clau.pricipatu differẽtia in ſolẽs iis quibus admiſſionẽ
liberti eius dediſſẽt:imaginẽ principis in ãnulo ex auro gerẽdi magna criminum occa

ſione. Quæ oĩa ſalutaris exortus Veſpaſiani prĩcipis aboleuĩt: æqualiter publicãdo prin
cipẽ. De annulis aureis eorumque uſu hactenus dictum ſit. Proximũ ſcelus fecit: qui
primus ex auro denarium ſignauit: quod & ipſum latet auctore incerto. Populus Ro-
manus ne quidem argento ſignato ante Pyrrhum regem deuictum uſus eſt. Libralis
unde etiam nunc libella dicitur: & diſpondius appendebatur aſſis. Quare æris gra-
uis pœna dicta. Et adhuc expenſa in orationibus dicuntur. Item intendia & pondera.
Quin & militum ſtipendiorum: hoc eſt ſtipis ponderandæ penſatores libripendes dicũ
tur. Qua conſuetudine in iis emptionibus quæ mancupi ſunt: etiam nunc libra inter
ponitur. Seruius rex primus ſignauit æs. Antea rudi uſos Romæ. Timeus tradit. Signa
tum eſt nota pecudum: unde & pecunia appellata. Maximus cenſus. c.x. milia aſſium
fuit illo reges. Et ideo hæc prima claſſis. Argentum ſignatum eſt anno urbis quingen-
teſimooctogeſimoquinto. Q. Fabio conſule quinque annis ante primum bellum pu
nicum. Et placuit denarius pro decem libris æris: quinarius pro quinque ſeſtertium
pro dipondio ac ſemiſſe. Libræ autem pondus æris inmunitum bello punico primo
cum impenſis reſpublica non ſufficeret. Conſtitutumque ut aſſes ſextantario pondere
ferientur. Ita quinta parte facta lucri diſſolutum æs alienum. Nota æris fuit ex altera
parte Ianus geminus: ex altera roſtrum nauis. In triẽte uero & quadrante æs quadrãs
antea triuncis uocatus atribus unciis. Pſtea Hannibale urgente. Q. Fabio Maximo
dictatore aſſes unciales facti. Placuitque denarium. xvi. aſſibus permutari: quinarium
octonis: ſeſtertium quaternis. Ita reſpub. dimidium lucrata eſt. In militari tamen ſtipẽ-
dio ſemper denarius prodecem aſſibus datus. Nota argẽti fuere bigæ: atque quadrigæ
& inde bigati quadrigatique dicti. Mox lege papyriana ſemuntiales aſſes facti. Liuius
Druſus in tribunatu plebis: octauam partem æris argento miſcuit. Qui nunc uictoria
tus appellatur: lege clodia percuſſus eſt. Antea enim hic nummus ex illirico aduectus
mercis loco habebatur. Eſt autem ſignatus uictoria: & inde nomen. Aureus nummus
poſt annum. lxii. percuſſus eſt quam argenteus: ita ut ſcrupulum ualeret ſeſtertiis uice
nis: quod efficit in libras ratione ſeſtertii: qui tunc erant ſeſtertios nongentos. Poſt hæc
placuit. xl. milia ſigna ex auri libris: paulatimque principes imminuere pondus: minu
tiſſimus uero ad. xlv. milia. Sed a nummo prima eſt origo auaritiæ excogitata fœnore
quæſtuoſa ſegnitia. Hæc paulatim exarſit rabie quadam non iam auaritia: ſed fames au
ri: utpote cum Sepius Claudius. C. Grachi familiaris auro repenſum caput eius excisũ
ad Opimium tulerit: plumboque in os addito paricidio ſuo rempu. etiam circumſcrip
ſerit. Nec iam quiritium aliquo: ſed uniuerſo nomine Romano infami rex Mithridates
Aquilio duci capto aurum in os infundit. Hæc parit habendi cupido. Pudet intuen-
tem tantum omnia iſta quæ ſubinde noua græco ſermone excogitantur expreſſo argẽ
teis uaſis auro aut incluſo: quibus deliciis ueneunt tam aurea quam aurata: cum ſcia-
mus interdixiſſe caſtris ſuis Spartacum ne quis aurum haberet: aut argentum. Tanto
fuit plus animi fugitiuis noſtris. Meſſala orator prodidit Antonium triumuirum au-
reis uſũ uaſis ĩ omnibus obſcenis deſideriis: pudendo etiã crimine Cleopatræ. Summæ
apud exteros licentiæ fuerat poculoaureo puluino ſubdito Philippum regem dormire
ſolitum. Agomencelum Alexandri Magni præfectum aureis clauis ſuffigere crepidas.
Antonius Sopus in contumeliam naturæ uilitatem auro fecit opus proſcriptione di-
gnum. Sed præter alia equidem miror populum Ro. uictis gentibus ĩ tributo ſemper
argentum imperaſſe: non aurum ſicut carthagini cum Hannibale uictæ argenti põdo
annua in qnquaginta annos nihil auri. Nec poteſt uideri pẽuria mũdi id ueniſſe. Nã
Mida: ſed & Crœſus: infinitũ poſſederant. Iam Cyrus deuicta aſia põdo. xxxiiii. milia in
uenerat: præter uaſa aurea aurumque factum: & in eo folia ac platanum uitemque.
Qua uictoria argenti quingenta milia talentorum reportauit: & craterem Semirami-
dis: cuius pondus. xv. talentorum colligebat. Talentum autem ægyptium pondo. lxxx.

patere Varro tradit.Iam regnauerat in colchis Salauces & Esubopes qui terram uirgi-
nem nactus plurimũ argenti:auriq; eruiſſe dicitur ĩ ſuanorum gente: & alioquin uel
leribus aureis inclyto regno.Sed & illius aureæ cameræ:& argẽteæ trabes narãt & colũ
næ:atque paraſtate.uicto Soſoſtræ Aegypti rege tam ſuperbo:aut prodatur annis qui-
buſque ſortes reges ſingulos e ſubiectis iũgere ad currum ſolitus: ſicque triumphare.
Et nos fecimus quæ poſteri fabuloſa arbitrent̃ Cæſar qui poſtea dictator fuit primus
in ædilitate numere patris funebri omni apparatu harenæ argenteo uſus eſt: feraſque
argenteis uaſis inceſſere tum primum uiſum. Mox qđ etiam in mũicipiis emulantur
C. Antonius ludos ſcoena argentea fecit.Item.L.Murena:& C.priceps in cyrco pecma
duxit.In quo fuere argenti pondo.c.xxiiii. Claudius ſucceſſor eius:cum de Britannia
triumpharet inter coronas aureas unam.vii.pondo habuit.quam contuliſſet Hiſpania
citerior:alteram.ix.quam Gallia cõata ſicut titulus indicauit. Huius deinde ſucceſſor
Nero Pompeii theatrꝝ operui auro in unum diem quo Tyridati Regi Armeniæ oſten-
derat.Et quota pars ea apparatus fuit aureæ domus ambientis urbem. Auri in ærario
populi Romani fuere.Sexto Iulio.L.Aurelio conſules ſeptem annis anre bellum cuni
cum tertium pondo.dcc.xxvi.argenti nonagintaduo milia & extra numerum ccc.&.
lxxv.milia.Item Sex.Iulio.L.Martio conſ.hoc eſt belli ſotialis initio:octingẽta .xlvi.au
ri pondo.Cæſar primo introitu urbis ĩ ciuili bello ſuo ex ærario protulit laterũ aureoꝝ
ad hominum ſtatuas:atque imagines multis modis. Antiqui pingebant eas
bitumine quo magis mirum eſt:placuiſſe auro integer. Hoc neſcio an Romanum fue-
rit inuentum. Certe etiam Romæ nõ habet uetuſtatem. Effigies hominum non ſolebãt
exprimi niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium:& primo ſacrorum certa-
minum uictoria maximeq; olympie ubi omnium qui uiciſſent:ſtatuas dicari mos erat
Eorum uero qui ter ibi ſuperauiſſent:ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa quas
iconas uocant. Athenienſes neſcio an primi omnium Harmodio Aryſtogitoni. tyran-
nicidis publice poſuerint ſtatuas. Hoc actum eſt eodem anno:quo & reges Romæ pul-
ſi. Excepta deinde res eſt a toto orbe terrarum humaniſſima ambitione. Et iá omnium
municipiorum & fori ſtatutæ ornamentum eſſe cœpere. Prorogariq; memoria hoĩnũ
& honores legi æuo & baſibus inſcribi:ne in ſepulchris tantum legerent. Mox forum
& in domibus priuatis factũ:atque in atriis. Honos cliẽtiũ iſtituit ſic colere patronos.

¶ De ſtatuis & quibuſdam aliis:& quibus primum in columa:& quando
roſtra:& quãdo primum publice:& que primũ ſtatuæ Romæ Ca. V.

Togata effigie antiquitus ſtatuæ dicebantur. Placuere & nudæ tenentes haſtã
ab epheborum gymnicis exemplaribus:quas achilleas uocantr. Græca res eſt
nihil uelare. At e contra Romana ac melitaris thorachas addere. Cæſar quidẽ
Dictator loricatam ſibi dicari in foro ſuo paſſus eſt. Nam lupercorum habitu factæ tã
nouiciæ ſunt quam quæ nuper prodidere penulis indute. Mancinus eodem habitu ſi
bi inſtituit quo deditus eſt. Notatum ab auctoribus & L. Actium poetam in camœna-
rum æde maxima forma ſtatuam ſibi poſuiſſe:cum breuis admodum fuiſſe. Equæſtres
uero ſtatuæ modo Romam celebrationem habent:orto ſine dubio a græcis exemplo.
Sed illi cælatas tantum dicabant in ſacris uictores. Poſtea uero & qui bigis uel quadri-
gis uiciſſent. Vnde & noſtri currus nati in iis qui triumphauiſſent. Serum hoc & in iis
non niſi a Diuo Auguſto ſeiuges:ſicut & elephanti. Nõ uetus & bigarum celebatio in
iis qui prætura functi curru uecti eſſent per cyrcum. Antiquior columnarum ſicut.

C.Menio qui deuicerat priſcos latinos: quibus ex fœdere tertias prædæ Populus Ro.
preſtabat. Eodéq; in conſolatu in ſuggeſtu roſtra deuictis antiatibus fixerat anno urbis
cccc.xvi. Ité: C. Duilio qui primus naualem triumphũ egit de pœnis: quæ é etiá nunc
in foro. Item. P. Minutio prefecto annonæ extra portá trigeminam unciaria ſtipe col
lata. Neſcio an primo honor talis a populo. Antea enim a ſenatu erat preclara res: niſi
friuolis cœpiſſet initiis. Nanq; & acti Naui ſtatua fuit ante curiam: cuius baſis cõflagra
uit curia incenſa. P. Clodii funere. Fuit & Hermodori epheſii in comitio legum: quas
decem uiri ſcribebant: interpretis publice dicata. Ali cauſa & alia auctoritas maior in
Oratii. Coclitis ſtatua: quæ durat hodieq;: cum hoſtes a ponte ſublicio ſolus arcuiſſet.
Equidem & Sybillæ tres iuxta roſtra ſunt minores ſint licet. Vna quá Pacuuius Tau
rus ædilis plebis inſtituit. Duæ quas. M. Meſſalla. Primas putarem has & Atti Naui po
ſita ætate Traquinii Priſci: niſi regum antecedentium eſſent in capitolio.

De ſtatuis ſine tunicis & quibuſdá aliis: & quæ prima Romæ ſtatua eque
ſtris: & quando omnes ſtatuæ priuatim & publicæ ſublate: & quibus Ro
me mulieribus: & quæ primæ ab exteris publice poſitæ. Ca. VI.

EX iis Romuli eſt ſine tunica: ſicut & Camilli in roſtris: & ante ædem Caſtorũ
fuit. M. Tremellii equeſtris togata: qui ſanites bis deuicerat. Captaq; anagnia
populũ ſtipendio liberauerat. Inter antiquiſſimas ſũt &. Tullii Celii. L. Roſcii
Et Sp. Matici Fulcini in roſtris a fidennatibus in legatione interfectorum. Hoc a Ro
mano Populo tribui ſolebat iniuria cæſis: ſicut. P. Iunio &. T. Coruncanio: qui ab Teu
ſa illiricorum regina interfecti erant. Non omittendum quod annotauere annales tri
pedanes iis ſtatuas in foro ſtatutas. Hæc uidelicet menſura honorata tunc erat. Nõ præ
teribo. C. Octauium ob unum uerbum quo regem Antiochum dilaturũ ſe reſponſũ
dicentẽ uirga quam tenebat forte circunſcripſit: & priuſq̃ egrederet̃ circulo illo: reſpõ
ſum dare coegit: In qua legatione interfecto ſenatus ſtatuam poni iuſſit quá oculatiſſi
mo loco in roſtris. Inuenitur & ſtatua decreta & Thraciæ Caiæ ſiue Suffeciæ uirgini
ueſtali: ut poneretur ubi uellet: quod adiectũ non minus honoris habet: quam q̃d fœ
minæ eſt decreta. Miretum eius ipſis ponam annaliũ uerbis. Quod camptũ tyberinũ
gratificata ea eſſet populo Inuenio & Pythagoræ & Alcibiadi in cornibus comitii poſi
ta cũ bello ſannitico Apollo pythius fortiſſimo grecoꝝ gẽtis iuſſiſſet & alteri ſapientiſſi
mo ſimulacra celebri loco dicari: donec Sylla dictator ibi curiam faceret. Mirumq; eſt
illos patres. Socrati cunctis ab eodem deo ſapientia prælato Pythagorá prætuliſſe: aut
tot aliis uirtute Alcibiadem: aut quanquá utroq; Themiſtocli. Columnarũ ratio erat:
attolli ſupra cæteros mortales: q̃d & arcus ſignificant nouitio inuento. Primus tamen
honos cœpit a græcis. Nulliq; arbitror plures ſtatuas dicatas quá Phalerio Demetrio at
henis. Si quidem. ccc. lx. ſtatuere: quas mox lacerauerunt: nondum anno hunc nume
rum dierum excedente. Statuerant Romæ etiam in omnibus uicis. C. Mario Gratidiáo
tribus ut diximus: eademq; ſubuertere Syllæ introitu. Pedeſtres ſine dubio Romæ fue
re in auctoritate longo tempore. Equeſtriũ tamẽ origo ꝑquam uetus é cum fœminis
etiam honore cõmunicato. Cochliæ enim ſtatuta eſt equeſtris: ceu parum eſſet toga eá
cingi: cum nec Lucretiæ: nec Bruto qui expulerant reges: ꝑ quos Cochlia iter obſides
fuerat: decernerent̃. Hanc primam & Oratii Coclitis publice dicta crediderim. Ante .n.
ſibi ac Sibyllæ Tarquiniũ & reges ipſos poſuiſſe uerſimile eſt: niſi Cochliæ poſitá quoq;
Piſo traderet ab iis qui una obſides fuerant redditis a Porſenna. Honorem eius habuit
e diuerſo Annius fæcialis. Equeſtrem ſtatuam contra Iouis Statoris ædem in ueſtibulo
ſuperiore domus ualeriæ fuiſſe Publicæ conſulis filiæ: eamq; ſolam fugiſſe. Tyberimq;
tranſnatauiſſe: cæteris obſidibus qui Porſennæ mittebantur: interemptis Tarquinii in
ſidiis. L. Piſo prodidit. Idem auctor eſt. M. Aemilio. C. Pompeio. ii. conſules a cẽſoribus

P.Cornelio Scipione &.M.Popilio ſtatuas circa forum eorum qui magiſtratus geſſerāt
ſublatas omnes:præter eas quæ populi aut Senatus ſententia ſtatuæ eſſent. Eam uero
quam apud ædem.Telluris ſtatuiſſet ſibi.Sp. Caſſius qui regnum affectauerat:etiā cō
flatam a cenſoribus.Nimirum in ea quoque re ambitioni prouidebant illi uiri. Extant
Catonis in cenſura uociferationes:mulieribus Romanis in prouintiis ſtatuas poni.
Nec tamen potuit inhibere:quo minus Romæ ponerentur ſicuti Corneliæ Graccho
rum matri quæ fuit Africani prioris filia Sedens enim huic poſita:ſoleiſque ſine amen
to inſignis in Metelli publica porticu.Quæ ſtatua nunc eſt in Octauiæ operibus.
Publice autem ab exteris poſita eſt Romæ a.C.Elio tribuno Plebi.lege perlata in Sen-
nium Statilium Lucanum:qui thurinos bis infeſtauerat.Et ob id Elium thurini ſta-
tua & corona aurea donatur. Idem poſtea Fabritium donauere ſtatua liberati obſidio
ne.Paſſimque ſtatuæ in clientela ſunt receptæ. Et adeo diſcrimen omne ſublatum:ut
Hannibalis etiam ſtatuæ tribus locis uiſantur in ea urbe:intra cuius muros ſolus ho-
ſtium emiſit haſtam.

De antiqui ſtatuariis & precii ſignorum immodicis:& coloſſis in
urbe celeberrimis. Capitulum VII.

FViſſe autem ſtatuariam artem familiarem italiæ quoque & uetuſtā inducant
Hercules ab Euandro ſacratus ut produnt in foro boario:qui triumphalis uo
catur:atque per triumphos ueſtitur habitu triumphali. Præterea Ianus gemi
nus a Numma rege dicatus:qui paucis:belliquee argumento colitur. Digytis ita figura
tis:ut trecentorum quinquagintaquinque dierum nota per ſignificationem anni tem
poris & æui ſedum indicet.Signa quoque tuſcanica per terras diſperſa:quæ in etruria
factitata non eſt dubium. Deorum tantum putarem eſſe:in Metrodorus Septius cui
cognomen Romani nominis Odioſo inditum eſt:Vulſinios pulſatos propter centum
& decem ſtatuarum ſigna obiecerit. Mirumque mihi uidetur cum ſtatuarum in italia
tam uetus origo ſit:potius lignea aut fictilia deorum ſimulachra in delubris dicata uſ-
que ad deuictam aſiam:unde irrepſit & luxuria.Similitudines exprimendi quæ prima
fuerit origo :in ea quam plaſticem græci uocant dici conuenientius erit. Etenim pri
or quam ſtatuaria fuit.Sed hæc ad infinitum effloruit multorum uoluminum opere
ſi quis plures perſequi uelit. Omnia eni quis poſſit?In.M.Scauri ædilitate tria milia ſi
gnorum in Scæna tantum fuere temporario theatro.Mummius deuicta Achaia reple
uit urbem.Ipſe æ exceſſet uō relicturus filiæ dotem. Cur.n.nō cum excuſatione ponâ
tur?Multa & Lucilii iuuexere.Rhodi etiamnum.lxxiii.milia ſignorum eſſe.Mutianus
ter conſul prodidit:nec pauciora athenis & olymphiæ.Delphis ſupereſſe creduntur.
Quis iſta mortalium perſequi poſſit:aut quis uſus noſcendi intelligantur.Inſignia ta-
mē maxime & aliqua de cauſa notata:uoluptarium ſit attigiſſe:artificeſque celebratos
nominauiſſe ſingulorum quoque in explicabili multitudine cum Lyſippus ad ſexcen
tena .x.opere feciſſe tradatur.Ante omnia ut arti claritatem poſſent dare uel ſingula.
Numerum apparuiſſe defuncto eo cum theſaurum effregiſſet hæres ſolitū enim ex ina
ni precio cuiuſque ſigni denarios ſe ponere aureos ſingulos.Euecta ſupra humanam fi
dem ars eſt ſucceſſu:mox etiam audatia. In argumentum ſucceſſus unum exemplum
afferam:nec deorum nec hominum ſimilitudinis expreſſe. Aetas noſtra uidit in Capi-
tolio:priuſquam id nouiſſime conflagraret a Vitellianis inceſſum in cella Iunonis ca-
nem ex ære uulnus ſuum lambentem.Cuius eximium miraculum & in diſcreta uerſi
militudo non ex eo ſolum itelligitur:quod ibi dicatus fuerat:uerum & noua ſatiſdatio
ne : nam ſummi nulla par uidebatur : capite tutellarios cauere pro eo inſtituti publi
ci fuit. Audaciæ.Innumera ſunt exmpla. Moles quippe excogitatas uidemus ſtatua
um quas coloſſos uocant turribus pares.Talis eſt in Capitolio Apollo trāſlatus a Lu-

cullo ex apollonia ponti urbe.xxx.cubitorum.c.l.talentis factus. Talis in campo martio Iuppiter. A. Claudio Cæſare dicatis: qui ideo uocatur pompeianus a uicinate theatri. Talis & tarenti factus a Lyſippo.xl.cubitorum. Mirum in eo qđ manus ferunt moles ea ratione libramenti: ut nullis conuellatur procellis. Id quidē prouidiſſe & artifex dicitur: modico interuallo. Vnde maxime opus erat flatum frangi oppoſita columna. Itaq; ꝑpter magnitudinem difficultatemq; moliendi: nō attigit eum Fabianus uerrucoſus: cum Herculē qui eſt in capitolio: inde tranſferret. Ante omnes autem in ammiratione fuit Solis coloſſus rhodi quē fecerat Chares Lyndius Lyſippi ſupradicti diſcipulus. Septuaginta cubitorum altitudinis fuit. Hoc ſimulachrum poſt quinquageſimū ſextum annum terremotu proſtratum. Sed iacens quoq; miraculo eſt. Pauci pollicem eius amplectunt̄. Maiores ſunt digyti quā pleræq; ſtatuæ. Vaſti ſpecus hiant d̄fractis membris. Spectantur intus magnæ molis ſaxa: quorum pondere illud ſtabiliuerat conſtituens. Duodecim annis tradunt effectum.ccc.talentis: quæ cōtulerant ex apparatu regis Demetrii relicta mora & tedio obſeſſa rhodo. Sunt alii minores hoc in eadem urbe coloſſi centum numero. Sed ubicunq; ſinguli fuiſſent nobilitaturi locum. Præterq; hos deorum quinq; quos fecit Bryxis. Factitauit coloſſo & italia. Videmuſq; certe Apollinem in bibliotheca templi Auguſti thuſcanicum. l. pedum a pollice: dubiū ære mirabiliorē an pulchritudine. Fecit & Sp. Caruilius Iouē q eſt in capitolio uictis ſamnitibus ſacrata lege pugnantibus e pectoralibus eorum ocreiſq; & galeis. Amplitudo tanta eſt: ut conſpiciatur a Latiario Ioue. Reliquiſque limæ ſuam ſtatuam eam fecit: quæ eſt ante pedes ſimulachri eius. Habent in eodem capitolio ammirationē & capita duo: quæ. P. Lentulus conſul dicauit. Alterum a Charete ſupradicto factum. Alterum fecit Decius comparatione in tantū uictus: ut artificium minime probabilis artificis uideatur. Verum omnem amplitudinē eius generis ſtatuarum uicit ætate noſtra Zenodorus Mercurio facto in ciuitate galliæ aruernis per annos.x.pedum. cccc. in magno prætio. Is poſtq̄ ſatis ibi artem approbauerat: Romam accitus eſt a Nerone: ubi deſtinatum illius principis ſimulachrum coloſſum fecit centū. x. pedum longitudine: qui dicatus Solis uenerationi eſt damnatis ſceleribus illius principis. Mirabantur in officiū non mō ex argilla ſimilitudinem inſignem: uerū & de paruis admodum ſurculis quod primū operis inſtaurati fuit. Ea ſtatua indicauit interiſſe fundendi æris ſcientiā: cū & Nero largiri aurum agentumq; paratus eſſet: & zenodorus ſcientia fingendi cælandiq; nulli ueterum poſtponeretur. Statuam aruernorum cum faceret prouinciæ Vibio. Auito præſidente duo pocula Calamidis manu cælata: quæ Caſſio Syllano auunculo eius præceptori ſuo Germanicus Cæſar adamata donauerat æmulatus eſt: ut uix ulla differentia eſſet artis. Quantoq; maior in zenodoro præſtantia fuit: tanto magis deprehendi æris oblitteratio poteſt.

¶ Nobilitatis ex ære operum & artificum.ccc.lxvi. Ca. VIII

Signis quæ uocant corinthia pleriq; in tantum capiuntur: ut ſuccum circunferant: ſicut Hortenſius orator ſphingem Verri reo ablatā. Propter quam Cicero illo iudicio in altercatione neganti ei ſe enigmata intelligere: reſpondit debere: quoniā ſpingem domi haberet. Circuntulit & Nero princeps amazonē: de qua dicemus. Et paulo ante. C. Ceſtius cōſularis ſignum qđ ſecum etiam in prœlio habuit Martis ultoris ædem dicatæ ſunt: todinē ante regiam. Minoribus ſimulachris ſigniſq; innumerē prope artificum multitudo nobilita eſt. Ante omnes tamē Phidias athenienſis Ioue olympiæ facto ex ebore quidem. Sed & ex ære ſigna fecit. Floruit autē olympiade octogeſima tertia circiter.ccc. noſtræ urbis āno. Quo eodē tempore æmuli eius fuere Alcamenes: Critias. Neſtocles: Hegleas. Et deinde olympiade octogeſima ſeptima. Agelades. Callon: Polycletus: Phradmō: Gorgias: Lacor: Mycō: Pythagoras: Scopas: Perelius

Ex iis Polycletus diſcipulos habuit Argium: Arſopodrum: Alexin: Ariſtidem : Prynoẽ
Dinem : Athenodorum: Demeam: Clitorium Myronem Lycium. Noangeſima quin
ta olympiade floruere Naucides: Dinomedes: Chanacus Latroclus. Centeſima ſecunda
Polycles: Cephiſiodotus: Leuiares: Hypatodorus. Centeſima quarta Praxiteles Euphra
nor. Centeſima ſeptima Echion: Termachus. Centeſima quartadecima Lyſippus fuit
& cum eo Alexander magnus. Item Lyſiſtratus & frater eius Stenius: Euphronides.
Soſtratus Ion: & Syllanion. In hoc mirabile. quod nullo doctore nobilis fuit ipſe. Diſci-
puloſque habuit Theuſin & Iadem. Centeſima uigeſima. Eutyclides: Euticrates: Lahip
pus: Cephiſiorotus. Timarcus. Pyromacus. Ceſſauit deide ars: ac rurſus olympiade cen
teſima quinquageſimaquinta reuixit: cum fuere longe quidem infra prædictos proba-
ti tamen Anteus: Calliſtratus: Policles: Athenu s: Callixenus: Pytocles: Pythias Tymo
les. Ita diſtinctis celeberrimorum ætatibus: raptim tranſcurram reliquam multitudi
nem & paſſim diſperſam. Venere autem & in certamẽ laudatiſſimi quanquam diuer
ſis ætatibus geniti: quoniã fecerant: amazonas: quæ cum in templo Epheſiæ Dianæ di
carentur. placuit eligi probatiſſimam: ipſorum aurificum qui præſentes erant iudicio
cum apparuit eam eſſe: quam omnes ſecundam ſua quiſque iudicaſſent. Hæc eſt Po
lycleti. Proxima ab ea Phydiæ. Tertia Chreſſillæ. Quarta Ciclonis. Quinta Phradmo-
nis. Phidias præter Iouem olympiade quem nemo emulatur: fecit & ex ebore æque Mi
neruam athenis: quæ eſt in parthenonia ſtans. Ex ære uero præter amazonem ſupradi
ctam Mineruam tam eximie pulchritudinis ut a forma cognoman acceperit. Fecit: &
clydicum & aliam Mineruam: quam Romæ ad ædem Fortunæ Aemilius paulus de-
dicauit. Item duo ſigna quæ Catulus in eadem æde poſuit: palliata. Et alterum coloſſi-
con nudum. Primuſque artem torreuticem aperuiſſe atque demoſtraſſe merito iudica
tur. Polycletus ſicyonius Ageladis diſcipulus Diadumenum fecit molliter inuicem
centum talentis nobilitatum. Item & Doriphorum uiriliter puerum. Fecit & quem ca
nona artifices uocant: liniamenta artis ex eo petentes uelut a lege quadam: ſoluſque ho
minum artem ipſe feciſſe artis opere iudicatur. Fecit & diſtringentem ſe. Et nudum
talo inceſſentem. Duoſque pueros. Item talis nudos ludentes qui uocantur aſtragali-
zontes. Et ſunt in Titi imperatoris atrio quo opere nullum abſolutius plerique iudi-
cant. Item Mercurium qui fuit lyſimachiæ. Herculem qui Romæ Antheum a terra ſu
ſtinentem. Artemona qui phænaporretos appellatus eſt. Hic conſumaſſe hanc ſcien
tiam iudicatur: & toreuticen ſic erudiſſe: ut Phydias aperuiſſe proprium eiuſdem: ut
uno crure inſiſterent ſigna excogitaſſe: ut ait Varro: & pene ad unum exemplum My-
ronem eleuteris natum. & ipſum Ageladis diſcipulum bucula maxime nobilitauit ce-
lebratis uerſibus laudata: quoniam alieno plerique ingenio magis quam ſuo commen-
dantur. Fecit & canem: & diſcobolon: & Perſea: & criſtes: & ſatirum admirantem tibias
& Mineruam delphicos pẽtathlos. Pancraciaſtas. Herculem etiam qui ẽ apud circum
maximum in æde Pomperi magni. Fecit & cicadæ monumentum & locuſtæ: ſicut car
minibus ſuis Erina ſignificat. Fecit & Apollinem quem a triumuiro Antonio ſublatũ
reſtituit epheſiis Dius Auguſtus ammonitus inquiete. Primus hic multiplcaſſe uarieta
tem uidet: numeroſior in arte quam Polycletus: & ſimetria diligentior. Et ipſe tamen
corporum tenus curioſus: animi ſenſus nou expreſſe: Capillum quoque & pubem nõ
emendatius feciſſe quam rudis antiquitas inſtituiſſet. Vicit eum pythagoras ex italia
Reginus Pancraciaſte delphis poſito. Eundem uicit & Leontius cũ fecit haſtadiæ dro
monſtilon: qui olimpiæ oſtenduntur. Et lolpis puerum tenentem tabellas eodem loco
& mala ferentem nudum. Siracuſis autem claudicantem cuius ulceris dolorem ſentire
etiam ſpectantes uidentur. Item Apollinem citharedum: ſerpentemq; eius confici ſagit
tis: qui Dirceus appellatus eſt: quoniam cum thebæ ab Alexandro caperentur: aurum

a fugiente conditum ſinu eius cælatum eſſet. Hic primus neruos & uenas expreſſit ca
pillum diligentius. Fuit & alius Pythagoras ſamius initio pictor: cuius ſigna ad ædem
fortunæ huiuſce deæ ſunt ſeminuda: unde & laudata ſunt. Hic ſupradicto facie quoq;
indiſcreta ſimilis fuiſſe tradit̃. Regini autem diſcipulus & filius ſororis fuiſſe traditur.
Soſtratii Lyſippus Sicyonius. Duris negat. Tullius fuiſſe diſcipulum affirmat. Sed pri
mo ærarium fabarum. Audendi ratioñe cœpiſſe pictoris Eupompi reſponſo. Eũ enim
interrogatum quem ſequeretur antecedentiũ: dixiſſe demonſtrata hominum multitu
dine: naturá ipſam imitanda eſſe: non artificem. Plurima ex omnibus ſigna fecit: & ut
diximus fœcũdiſſimæ artis: inter quæ diſtringente ſe quẽ. M. Arippa ante thermas ſu
as dicauit. mire gratũ. Tyberio principi: qui non quiuit temperare ſibi in eo: q̃quá im
perioſus ſui inter initia principatus tranſtulitq; in cubiculũ: alio ibi ſigno ſubſtituto.
Cũ quidẽ tãta Populi Ro. cõtumacia fuit: ut magis theathri clamoribus repoĩ Apoxyo
menon cõflagitauerit: principeſq; quanquá adamatum repoſuerit. Nobilitat̃ Lyſippus
& temulenta tibicina & canibus ac uenatione. In primis uero quadriga cũ ſole rhodio
rum. Fecit & Alexandrum magnum multis operibus: a pueritia eius orſus. Quam ſta
tuam inaurari iuſſit Nero princeps delectatui admodum illa. Dein cum precio periſſe
gratia artis: detractum eſt aurum precioſiorq; talis exiſtimatur etiam cicatricibus opis
atq; conſciſſuris: i quibus aurum hæſerat remanentibus. Idem fecit Ephestionem Ale
xandri magni amicum: quẽ quidam Polycleto aſcribunt: cum iis centum prope annis
ante fuerit. Idem Alexandri uenationem quæ delphis ſacrata eſt: Athenis ſatyrorum
turmam. Alexandrum amicorum que eius imagines ſumma, omniũ ſimilitudine
expreſſit. Has Metellus macedonia ſubacta tranſtulit Romam. Fecit & quadrigas mul
torum generum. Statuariæ arti plurimũ traditur contuliſſe capillum experimẽdo Ca
pita minora faciendo quá antiqui. Corpora graciliora ſiccioraq;: ꝑ quæ ꝓceritas ſigno
rum maior uideretur. Non habet latinum nomẽ ſymmetria: quam diligentiſſime cu
ſtodiuit noua intactaq; ratione quadratas ueterum ſtaturas ꝑmutando: uulguq; dice
bat: ab illis factos quales eſſent homines a ſe quales uiderentur eſſe. Huius proprie uidẽ
tur eſſe argutiæ operum cuſtoditæ in minimis quoq; rebus. Filios & diſcipulos reliquit
laudatos artifices Lahippum & Bedam: ſed ante omnes Eutychratẽ: quanquam is con
ſtantiam patris portus æmulatus quam elegantiam auſtero maluit genere quá iucun
do placere. Itaq; optime expreſſit Herculẽ delphis & alexandrum Theſpin uenatorem &
theſpiadum prœlium equeſtre. Simulacrum trophonii ad oraculũ. Quadrigas Medeæ
complures. Equum cum fiſcinis. Canes uenantium. Huius quoq; diſcipulus fuit Thy
ſicrates & ipſe Sicyonius: ſed Lyſippi ſectæ proprior ut uis diſcernantur cõplura ſigna
ceu Senex Thebanus Demetrius rex. Feuceſtes Alexandri magni ſeruator. Digni tanta
gloria artifices. Qui compoſitis uoluminibus condidere hæc miris laudibus celebrát
& Thelaphanem Pœceum ignotum alias: quoniá in theſſalia ubi habitauerit: latuerint
opera eius alioquin ſuffragiis ipſorum æquat̃ Polycleto: Myroni: Pythagoræ. Laudát
eius Lariſſam: & Spinarum. Pentathlon: & Apollinem. Alii nõ hanc ignobilitatis fuiſ
ſe cauſam ſed quoniam ſe regum Xerxis & Darii officinis dediderint exiſtimant. Praxi
teles quoq; marmore fœlicior: ideo clarior fuit Fecit tamen ex ære pulcherrima opera.
Proſerpinæ raptum. Item Cataglyſam & ebrietatẽ & liberum patrem: nobilemq; una ſa
tyrum: quem græci Periboeoton cognominant. Signa etiam quæ ante fœlicitatis ædẽ
fuere. Veneremq; quæ cũ ipſa æde incendio cremata eſt Claudii principatu: marmore
nulli ſup terras inclyto parem. Item ſtephuſam. Spelumẽ: Oenophorum: Harmodium
& Ariſtogytonẽ tyrannicidas: quos a Xerſe perſarum rege captos uicta pſide athenien
ſibus remiſit Magnus Alexander. Fecit & puberẽ Apollinẽ ſubrepẽte lacertæ cõminus
ſagitta inſidiantem: quẽ Saurotonon uocant. Spectantur & duo ſigna eius diuerſos af

ſectus exprimentia flentis matronæ & meretricis gaudentis. Hanc putant prynen fuiſſe depræhenduntq; in ea amorem artificis. & mercedem in uultu meretricis. Habet ſimulachrum benignitas eius. Calamidis eni quadrigiæ aurigam ſuum impoſuit. Et ne melior in equorum effigie homiem deuiciſſe crederetur ipſa calamis & alias quadrigas bigaſque fecit: equis ſemper ſine emulo expreſſis. Sed ne uideatur in hominum effie inferior: Achamene nullius eſt nobilior. Achamenes phidiæ diſcipulus & marmorea fecit & æreum petallum qui uocatur encrinomenos. At polycleti diſcipulus Ariſtides quadrigas & bigas. Et Iphicratis leæna laudatur. Scortum hæc lyræ cãtu familiaris Harmodio & ariſtogytoni conſilia eorum de tirannicidio uſq; ad mortẽ excruciata a tirannis non prodidi t. Quamobrem athẽienſes eam honore habere uolentes: ne tamen ſcortum celebraſſe uiderent: animal nominis eius fecere. Atq; ut intelligeretur cauſa honoris in opere linguam addi ab artifice uetuerunt. Bryxiaſis Aeſculapium & Seleucũ fecit. Bedas adorantem Batton Apollinem & Iunonem: qui ſunt Romæ in templo Cõcordiæ. Creſilas uulneratum deficientem: in poſuit intelligi quantum reſtat animæ. Et olympium periclem dignum cognomine. Mirumq; i hac arte eſt: qđ nobiles uiros nobiliores fecit. Cephiſidorus Mineruam mirabilem in portu Athenienſium: Et arã ad tẽplum Iouis ſeruatoris in eodem portu cui pauca comparantur. Canachus Apollinẽ nudũ qui Phileſius cognominantur in Dydi meo egmetici æris tẽperatum. Ceruũq; una ita ueſtigiis ſuſpendit: ut linum ſubter pedes trahatur alterno morſu digytis calceque retinentibus ſolum: ita uertebrato dente utriſq; in partibus: ut arepulſu per uices reſiliat. Idem celetizontas pueros fecit. Chereas Alexandrũ magnũ. Et Philippũ patrem eius fecit. Cteſilaus Dorophoron: & amozonẽ uulneratã. Demetrius Lyſimachen: quæ ſacerdos Mineruæ fuit annis. lxiiii. Idẽ & mineruam quæ muſica appellat: quoniã dracones in gorgone eius adictus citharæ tinnitu reſonant. Idẽ equitem Sarmenem: qui primus de equitatu ſcripſit. Dedalus & ipſe inter fictores laudatus pueros duos diſtringentes ſe fecit. Dynomenes Proteſilaum & Pythodemũ luctatorẽ. Euphranoris Alexãder paris eſt: in quo laudat: qđ omnia ſimul intelligãtur. Iudex dearũ: amator Helenæ & tamen Achillis interfector. Huius eſt minernua Romæ: quæ dicitur Catuleana infra Capitolium a. Q. Luctatio Catulo dicata. Et ſimulachri boni euentus dextra paterã: ſiniſtra ſpicã ac pauper tenens. Itẽ latona puerpera Apollinem & Dianam infantes ſuſtinens in æde concordiæ. Fecit quadrigas: bigaſq;. Et Cliticon eximia forma. Et uirtutẽ egregiam: utraſq; coloſtreas. Mulierẽ miniſtrantẽ & adorantem. Itẽ Alexandrũ & Philippum in quadrigis. Eutyclides eurotan fecit in qua artẽ ipſam liquidiorẽ plurimi dixere. Hegiæ Minerua Pirrhuſq; Rex laudatur. Et celetizontes pueri. Et caſtor ac Pollux ante ædem Iouis tonantis. Ageſiæ in pario Colõia Hercules Iſidori. Butyreus Lycius Myronis diſcipulus fuit: qui fecit dignum præceptore puerum ſufflantẽ languidos ignes & argonautas. Leocras: aquilam ſentientem quid rapiat i Ganymede: & quid erat: parcentem unguibus etiam per ueſtem. Puerum Antolycum Pãcratio uictorem Propter quem Xenophon ſympoſium ſcripſit: Iouemque illum tonantem i Capitolio ante cuncta laudabilem. Item Apollinem diadematum. Luciſcus Langonem puerum ſubdole ac fucatæ uernilitatis. Lycius & ipſe puerum ſuffitorem. Menechini uitulus genu præmitur: replicata ceruice. Ipſeque Menechinus ſcripſit de ſua arte Naucides Mercurio & diſcobolo immolante arietem cenſetur. Naucerus luctatorem anhelantem fecit. Niceratur Aeſculapium & Hygiam qui ſunt in cõcordiæ templo Romæ. Phyromachi quadriga regitur ab Alcibiade. Polycles Hermaphroditum nobilẽ fecit Pirrhus Higiam & Mineruam Phœnix Liſippi diſcipulus Epidirſam. Sypax Cyprius uno celebrat ſigno Spnachonrte. Periclis Olimpii uernula. Hic fuit exta torrens: ignẽ oris pleni ſpiritu accedens. Syllanion Apollodorum fecit fictorem & ipſum: ſed inter cunctos

diligentiſſimum artis:& inimicum ſui iudicem crebro perfecta ſigna frangentem dum
ſatiare cupiditatem nequit artis:& ideo inſanum cognominatum. Hoc in eo expreſſit.
Nec hominem ex ære facit:ſed iracundiam: Et Achillem robilem. Item Epiſtatem exer-
centem ahletas. Strongilion amazonem:quam ab excelentia crurum Eucnemon ap-
pellant. Ob id in comitatu Neronis principis circumlatam. Item fecit puerum:quem
amando Brutus philippenſis cognomine ſuo illuſtrauit: Theodorus qui labyrinthum
fecit ſami:ipſe ſe ex ære fundit præter ſimilitudinem nobilē:fama magnæ ſubtilitatis
celebratus. Dextra limam tenet:leua tribus digytis quadrigulam tenuit translatam pre-
neſte:tantæ:paruitatis:ut totam eam currumq; & aurigam integeret alis ſimul facta
muſca. Xenocrates Tiſicratis diſcipulus:aut ut alii Eutycratis:uicit utroq; copia ſigno-
rum:& de ſua arte compoſuit uolumina. Plures artifices fecere. Attali & eumēis aduer-
ſus gallos prœlia. Iſigonus: Phyromachus: Stratonicus: Antigonus:qui condidit uolu-
mina de ſua arte: Boeti quanquā argento melior infans eximie anſerem ſtrangulat. At-
que ex omnibus quæ retтuli clariſſima quæq; ī urbe iam ſūt dicata a Veſpaſiano prin-
cipe in templo pacis:aliiſq; eius operibus uiolentia Neronis in urbem conuecta:& ī ſel-
lariis domus aureæ diſpoſita. Præterea ſunt æqualitate celebrati artifices:ſed nullis ope-
rū ſuoꝝ præcipui. Ariſtō q & argentum cælares ſolitus eſt. Callaſes: Deſias: Cantharus
Sicyonius: Dionyſiodorus Critiæ diſcipulus Deliades: Euphorion: Eunicus & Hecatæ-
us. Argenti cælatores: Leſblocles: Prodorus Pythodicus: Polygnotus Idem pictores no-
biliſſimi. Item ex cælatoribus: Stratonicus: Sinus qui fuit Critiæ diſcipulus. Nunc per-
cenſebo eos:qui eiuſdem generis opera fecerunt:ut Apollodorus: Androbolus: Aſclepio-
dorus: Aleuas phuns: Apellas:& adorantes fœminas Antigonus. Et luctatores Peryo-
xyomenon. Tyrannicidaſq; ſupradictos. Antimachus: Athenodorus. Fœminas nobiles
Ariſtodemus:& luctatores bigaſq; cum auriga. Philoſophus Annus Seleucum regem.
Habet quoq; huius gratiam Doryphorus. Cephiſodori duo fuere. E priore eſt Mercuri-
us Liberum patrem in fantiam nutriens. Fecit & concionantem manu elata. Perſona
in incerto eſt. Sequens phūs fecit Coelites qui cum Phidia Iouem olympium fecerat.
Philoſophus item Cleon & Cenchranus & Cephis & Calcoſchenes & comœdos & athle-
tas: Dahippus Pella: Iomenon Daiphron:& Democritus:& Dæmon. Philoſophus Epi-
genon omnia fere prædicta imitatus præceſſit in tubicine & matrem īterfectam:& in-
fantem miſerabiliter blandientem: Eubolides digytis computans. Mycon athletis ſpecta-
tur. Menogenes quadrigis. Nec minus Niceratus omnia quæ cæteri aggreſſus: repræ-
ſentauit Alcibiadem: lampadeque accenſa matrem eius Demareten ſacrifricant-
tem. Tiſicrates bigæ Piſto mulierem impoſuit. Idemqne fecit: Martem & mercu-
rium qui ſunt in Concordiæ templo Romæ. Per illum nemo laudat ſæuiorem phala-
Phalarid. ride tyranno:cui taurum fecit mugitus hominis pollicitus igne ſubdito:& primus eū
expertus eſt cruciatum iuſtiore ſæuitia. In hoc a ſimulachris deum hominūq; deuora-
uerat humaniſſimam artem. Ideo ne tot conditores eius elaborauerant:ut ex ea tormē-
ta fierent. Itaq; unà de cauſa ſeruantur opera eius:ut quiſquis illa uideat:oderit manus
Stéeius Cererem: Iouem: Mineruam fecit:qui ſunt Romæ in Concordiæ templo. Idem
flentes matronas & adorantes: ſacrificanteſque. Simon canem & ſagitarium fecit.
Stratonicus cælator ille phūs. Scopas utraque. Athletas autem & armatos & uena-
tores:ſacrificanteſque Batton. Eunichir: Claucides: Heliodorus: Hycanus: Lophon:
Lyſon: Leon: Menodorus: Myagarus: Polycrates: Polydus: Pythocritus: Protogenes.
Idemque pictura clariſſimi:ut dicemus. Patrochles: Phyllis: Phyſidonius qui & argen-
tum cælauit nobiliter natione epheſius. prriclimenus: pgylon: Simenus: Thimo-
theus: Theomneſtus: Thimarchides: Thimon: Thyſias: Traſon. Ex omnibus
autem maxime cognomine inſignis eſt Callimachus ſemper calūniator ſui:nec finem

habens diligentiæ ob id Cacizotechnos appellatus. Memorabilis exemplo adhibendæ curæ modum Huius ſunt ſaltantes Lacænæ emendatum opus. Sed in quo gratiam omne diligentia abſtulerit. Quem quidem & pictorē fuiſſe tradunt. Non ære captus nec arte unam ſolummodo Zenonis Cypriam ſtatua in expeditione non uēdidit Cato. Sed quia philoſophi erat. Vt obiter hoc quoque noſcatur tam inane exemplum in mentione ſtatuarum. Eſt & una nō prætereūda: licet auctoris incerti iuxta roſtra Herculis tunicati. Eleo habitu Rōæ: torua facie ſentienteq; ſuprema in tunica. In hac tres ſunt tituli. Vnus. L. Luculli imperatoris de manubiis. Alter qui pupillum Luculli filium ex S. C. dedicaſſe Tertius qui. T. Septimum Sabinum ædilem currulem ex priuato i publicum reſtituiſſe. Tot certaminum tantæque dignationis ſimulachrum id fuit nunc reuertemur ad differentias æris & mixturas. In Cyprio corōarium & regulae eſt: utrunque ductile. Coronarium tenuatur in laminas: taurorumque felle tinctum ſpeciem auri i coronis hiſtrionum præbet. Idemque in uncias additis auri ſcrupulis ſenis prætenui pyropi brattea igneſcit. Regulare & in aliis fit metallis. Itemque chaldariorū differentia: quod chaldarium funditur tantū malleis fragile: quibus regulare obſequitur: ab aliis ductile appellatum: quale omne Cypriū eſt. Sed & in cæteris metallis cura diſtat a chaldario. Omne enim purgatis diligentius igni uitiis excoctiſque regulare eſt In reliquis generibus palma campano. Simile in multis partibus italiæ prouinciiſque Sed octonas plumbi libras addunt: & bene recoquunt propter inopiam ligni. Quātum ea res differentiæ afferat: in Gallia maxime ſentitur: ubi inter lapides candefactos funditur. Exurente enim coctura nigrum atque fragile conficitur. Præterea ſemel recoquunt quod ſæpius feciſſe bonitati plurimum confert. Id quod notaſſe: non ab re eſt.

¶ Differentiæ æris & mixturæ: & de ſeruando ære. Capitulum. IX.

Æs omne frigore magno melius fundi. Sequenſque temperatura ſtatuaria eſt. Eademque tabularis hoc modo. Maſſa proflatur in primis: mox i proflatum additur tertia portio æris collectanei: hoc eſt ex uſu coempti. Peculareque in eo condimentum attritu domiti & conſuetudine nitoris ueluti manſuefacti. Miſcentur & plumbi argentarii pondo duodena: ac ſelibra e centenis proflata. Appellatur etiā nunc & formalis temperatura æris tenerrimi: quoniam nigri plūbi decima portio additur: & argentarii uigeſima: maximeque ita colorem bibit: quem græcanicum uocant. Nouiſſima eſt quæ uocatur ollaria: uaſe nomen hoc dante. Ternis aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas æris additis. Cyprio ſi addatur plumbum: colos purpuræ fit in ſtatuarum prætextis. Aera exterſa rubiginem cellerius trahunt: q̄ neglecta niſi oleo perungantur. Seruari ea optime in liquida pice tradunt. Vſus æris ad perpetuitatem monumentorum iampridem tranſlatus eſt. Tabulis æreis in quibus publicæ conſtitutiones incidantur.

¶ De cadmia medicinæ. Capitulum Decimum

Metalla æris multis mōis inſtruunt medicinā: utpote cum ulcera omnia ibi ociſſime ſanenť. Maxime tamen ꝑdeſt cadmia. Fit ſine dubio hæc & i argēti fornacibus candidior ac minus poteſt deroſa. ſed nequaquā cōparanda æraiæ. Plura āt genera ſunt. Nanq; ipſe lapis ex quo fit æs cadmia uocatur fuſuris neceſſarius: medicinæ inutilis. Sic rurſus in fornacibus exiſtit. aliamq; noīs ſui originē recipit. Fit āt egeſta flammis: atq; flatu tenuiſſima parte materiæ: & cameris lateribus ue fornaciū pro quātitate leuitatis applicata. Tenuiſſima eſt in ipſo fornaciū ore qua flammæ eluctanť: appellata capnitis. exuſta. & nimia leuitate ſimilis fauillæ. Interior optima: cameris dependēs. & ab eo argumēto botriſentos cognomiata pōderoſior hæc priore. Leuior porro ſe-

cuturis. Duo eius colores: Deterior cinereus. puniceus melior: fabrilis: oculorumq; me
dicamentis utiliſſima. Tertia eſt in lateribus fornacium: quæ propter grauitatem ad ca
meras peruenire non potuit. Hæc dicitur placitis: & ipſe ab argumẽto cruſta ueriuſq;
pumex intus: uarias ad pſoras utilior: & ad cicatrices trahendas. Fluunt ex ea duo alia
genera. Onychitis extra pene cærula: intus onychiti maculis ſimilis. Oſtracitis toga ni
gra & cæterarum fortiſſima: uulneribus maxime utilis. Omnis autẽ cadmia in cypri
fornacibus optima. Iterum a medicis coquitur carbone puros atq; ubi ĩ cinerem rediit
extinguitur uino amineo: quæ ad emplaſtra preparatˀ: quæ uero ad pſoras aceto. Qui
dam in oleis fictilibus tuſam urunt: ac lauant in mortariis: poſtea ſiccant. Nymphodo
rus lapidẽ ipſum quam grauiſſimũ ſpiſſumq; urit pruna: & exuſtum chio uino reſtin
guit: tunditq;: mox linteo cribrat: atq; in mortario terit: mox aqua pluuia macerat: ite
rumq; terit quod ſubſedit: donec ceruſæ ſimilis fiat: nulla dentiũ offenſa. Eadẽ Lolliæ
actio: ſed quã puriſſimũ lapidem eligit. Cadmiæ effectus: ſiccare: ſanare: ſiſtere fluctiões:
pterygia: ſordes oculorum purgare: ſcabriciẽ extẽuare: & quicquid ĩ plumbi effectu di
cemus. Et æs ipſũ ad omnia eadem uritur: præter q̃ albugines oculorum & cicatrices.
Vlcera quoq; oculorum cum lacte ſanat. Idq; ægyptii colyrii modo terunt in coticu
lis. Facit & uomitiones e melle ſumptum. Vritur autem cyprium in fictilibus crudis
cum ſulphuris pari pondere; uaſe circumlito ſpiramento in caminis: donec uaſa ipſa p
coquantur. Quidam & ſalem addunt. Alii alumen pro ſulphure. Alii nihil ſed aceto
tantum aſpergunt. Vſtum teritur mortario thebaico: aqua pluuia lauatur: minor effe
ctu: iterumq; adiecta largiore teritur: & dum conſidat relinquitur: hoc ſæpius: donec
ad ſpeciem minii redeat. Tunc ſiccatum in ſole: in ærea pyxide ſeruatur.

De ſcoria & flore & ſquama æris & ſtomace & erugine & hyeratio. Ca. XI.

ET ſcoria æris ſimili modo lauatur: minor effectu quam æs ipſum. Sed & æris
flos medicinæ utilis eſt. Fit ære fuſo: & in alias fornaces tranſlato: ibi flatu cre
briore excutiuntur uelut milii ſquammæ: quas uocant lepidas: & ſic adulteratur flos:
ut ſquamma ueneat pro eo. Eſt autem ſquamma æris decuſſa in clauis: in quos panes
ærei ferruminantur. In cypriis maxime officinis omnia. Differentia hæc eſt: q̃d ſquam
ma excutitur ictibus iiſdem panibus. Flos cadit ſponte. Squammæ eſt alterum genus
ſubtilius ex ſumma ſcilicet lanugine decuſſum: q̃d uocãt ſtomoma. Atq; hæc omnia
medici (q̃d pace eorum dixiſſe liceat) ignorant. Pars maior & omnia: in tantum a con
ficiendis iis medicaminibus abſunt: quod eſſe proprium medicinæ ſolebat. Nanc quo
tiens incidere in libellos: componere ex iis uolentes aliqua: hoc eſt impendio miſerorũ
experiri commentaria: credunt ſemplaciæ ea omnibus quidem fraudibus corrumpen
ti: factaq; iampridem emplaſtra & collyria mercãtur: tabeſq; mercium: fraus ſemplaciæ
ſic exteritur. Et ſquamma autem & flos uruntur in patinis fictilibus aut æreis deinde
lauantur ut ſupra ad eoſdem uſus. Et amplius narium carnoſa uitia. Itemq; ſedit: &
grauitates aurium: per fiſtulas in eas flatu impulſã. Et ulcera oris farina admota. Tollit
& tonſillas cum melle. Fit & candido ære ſquamma cypria longe inefficatior. Necnon
urina pueri prius macerant clauos paneſque. Quidam uero excuſſam ſquammam
terrunt: & aqua pluuia lauant. Dant & hydropicis duabus drachmis in mulſi hemina
& illinunt cum polline. Aeruginis quoq; magnus uſus. Sed pluribus fit ea modis. Nãq;
& e lapide ex quo coquitur æs deraditˀ & ære: cãdido perforato: atq; in cadis ſuperacetũ
ſuſpenſo æreo: obturatumq; operculo: multo ꝓbatiore quam ſi hoc idem ſquãmis fiat.
Quidã uaſa ipſa cãdidi æris fictilibus cõdũt ĩ aceto radũtq;. x. die. Alii uiuaceis cõtegũt
totidẽq; poſt die radunt. Alii delimatã æris ſcobẽ aceto ſpargũt: uerſãtq; ſpatis ſepius die
dõec abſumatˀ. Eãdẽq; ſcobẽ alii terere ĩ mortariis æreis ex aceto malũt. ociſſime uero cõ

trahit coronarium eruginē reciſamentis in acetum additis. Adulterant marmore trito
maxime rhodiam eruginem. Alii pumice aut gummi. Præcipue autem fallit atramen
to ſutorio adulterata. Cætera enim dente depræhenduntur: ſtridentia in frendendo.
Experimentum in batillo fereo. Nam quæ ſincera eſt ſuum colorem retinet: quæ mix-
ta atramento rubeſcit. Depræhenditur & papyro galla prius macerato. Nigreſcit enim
ſtatim erugine illita. Depræhenditur & uiſu maligne uirens. Sed ſiue ſincerā ſiue adul
teram aptiſſimum eſt eius ſiccatam ī patina noua uiri & uerſari: donec ut fauillia fiat.
Poſtea territur: & reconditur. Aliqui in crudis fictilibus urunt donec figilinum perco
quuatur. Nōnulli & thus maſculum ammiſcent. Lauatur autem erugo ſicut cadmia
Vis eius collyriis oculorum aptiſſima: & de lachrymationibus mordendo proficiens.
Sed ablui neceſſarium penicullis calidis donec rodere deſinat. Hieratium uocatur col-
lyrium quod ita maxime conſtat. Temperatur autem idem hammoniaci uncis quat-
tuor: eruginis cypriæ duabus: atramenti ſutorii: quod chalcantum uocant: totidem.
Myſi uero una croci. vi. Hæc omnia trita aceto thaſio colliguntur in pillulas: excellētis
remedii contra glaucomatum initia & ſuffuſionum. Contra caliginem & ſcabricias: &
albugines ac genarum uitia. Cruda autem erugo: uulnerariis emplaſtris miſcetur.
Oris etiam gingiuarumque exulceratiohe mirifice emendat: & labiorum ulcera cum
oleo. Quod & ſi cæra addatur purgat & ad cicatricem perducit. Erugo & callum fiſtu
larum erodit: uitiorumque quæ circa ſedem: ſiue per ſe: ſiue cum ammoniaco illita: uel
collyrii modo ī fiſtulas adacta. Eadēq; cū reſinæ trebintinæ tertia pte ſubacta leps tollit

De ſcolecia & calcitti & ſoro & calcanto. Ca. XII.

Est & alterum genus eruginis: quam uocant ſcoletiam in cyprio ære. Hoc trito
alumine & ſale aut nitro pari pondere cum aceto albo q̄acerrimo. Nō fit hoc
niſi æſtuoſiſſimis diebus circa canis ortum. Teritur autem donec uiride fiat:
contrahatq; ſe in uermiculorum ſpeciem: unde & nomen. Quod uitium ut emēdetur
duæ partes quam fuere aceti miſcentur urina pueri impubis. Idē autem ī medicamen
tis & ſententia efficit qua diximus aurum ferruminari. Vſuſq;: utriuſq; qui eruginis.
Scolecia fit & per ſe raſa ab ærario lapide de quo nunc dicemus. Calcitin uocant lapidē
ex quo & ipſum æs coquuitur. Diſtat a cadmia: quod illa ſuper terram ex ſubdialibus
petris cæditur: hæc ex obrutis. Item quod chalcitis friat ſe ſtatī mollis natura: ut uidea
tur lanugo concreta. Eſt & alia diſtinctio qđ chalcitis tria genera continet æris & my
ſios & ſorios: de quibus ſingulis dicemus ſuis locis. Habet autem æris uenas oblongas
Probatur mellei coloris gracili uenarum diſcurſu friabilis: nec lapidoſa. Putant & recē
tem utiliorem eſſe: quoniam iuueterata ſori fiat. Vis eius ad excreſcentia in ulceribus
ſanguinem ſiſtere gingiuas uuam tonſillas farinam compeſcere. Vuluæ quoque uitiis
inuellere imponitur. Cum ſucco uero porri uerrendorum additur emplaſtris. Macera
tur autem in fictili ex aceto circunlito fimo diebus. lx. Et colorem croci trahit. Tunc
ammiyto cadmiæ pari pondere medicamentum efficit ſoricon dictum. Quod ſi duæ
partes chalcitidis tertiæ cadmiæ tēperent̄ acrius hoc idem fiet. Acrius etiānū & uehæ-
mentius factū ſi aceto q̄ uino tēperent̄. Toſta uero efficacior fit ad eadem omnia. Sori
ægiptium maxime laudatur: multū ſuperato ciprio Hiſpanienſi & Africo: quāquā ocu
lorum quoq; curationi quidam utilius Cipriū putant. Sed ī quacunq; natiōe optimū
cui maximū uirus olfactu. trituq; pinguiter nigreſcens: & ſpongioſum. Stōacho res cō
traria in tantū ut quibuſdā olfactu modo uomitiones moueat. Et ægiptiū qdē tale. Al
terius nationis contratium ſplendeſcit. Et myſi eſt lapidoſius. Prodeſt āt & dētiū dolori
ſi contineat̄: atq; colluat. Et oris ulceribus grauibus quæq; ſerpūt. Vritur carbonibus
ut chalcitis. Myſi aliqui tradiderūt fieri exuſto lapide ī ſcrobibus flore eius luteo miſcēte
ſe ligni piea fauilla. Re uera āt e ſupradicto fit lapide cōcretū natura diſcretūq; & opti

mum in cypriorum officinis : cuius notæ ſunt friati aureæ ſcintillæ : & cum teratur
harẽoſa natura ſiue terra chalcitidi ſimilis. Hoc autẽ miſcent: qui aurũ purgãt. Vtilitas
autem eius infuſi cum roſaceo auribus purulentis : & lana impoſiti capitis ulceribus.
Ex tenuat etiam ſcabricias oculorum inueteratas. Præcipue utile tonſillis: contraq; an
ginas & ſuppurata . Ratio ut. xvi. drachmæ in hemina aceti coquantur addito melle:
donec lenteſcat. Sic ad ſupradicta utile eſt. Q uotiens opus ſit molliri uim eius: mel aſ
pergitur . Erodit & callum fiſtularum ex aceto fouentium: & colliriis additur. Siſtit &
ſanguinẽ: ulceraq; quæ ſerpant quæ ue putreſcant. Abſumit & excreſcentes carnes. Pe
culiariter uirilitatis uitiis utile: & fœminarum profluuiũ ſiſtit. Græci cognationẽ æris
fecerunt nomine & atramento ſutorio. Appellant enim chalcantum. Nec ullius æque
mira natura eſt. Fit & ĩ hiſpania e puteis ſtagnis ue habẽtibus id gẽus aquæ. Decoqui
tur ea ammixta dulci pari menſura: & in piſcinas ligneas funditur. Immobilibus ſuper
has tranſtris dependentes reſtes lapillis extentæ : quibus ad hæreſcens limus: uitreis aci
nis imaginem quandam uuæ reddit. Exemptum ita ſiccatur diebus. xxx. Color eſt cæ
ruleus: per q̃ ſpectabili nitori: uitrumq; eſſe creditur Diluendo fit atramentũ tinguen
dis coriis. Fit & pluribus modis genere eo in ſcrobe cauato. Quarum elateribus diſtilã
tes hyberno gelu ſtyrias ſtalagmiam uocant: neq; eſt purius aliud. Sed ex eo candidum
cololorem ſentientẽ uiolam leucanthon appellant. Fit & in ſaxorũ catinis pluuia aqua
corriuato limo gelante. Fit & ſalis modo flagrantiſſimo ſole admiſſas dulces aquas cogẽ
te. Ideo duplici quidam differentia foſſille aut facticium appellãt. Hoc pallidius: & quã
tum colore tantum bonitate deterius. Probant maxime cyprium in medicinæ uſu. Su
mitur ad depellanda uentris animalia drachme pondere cum melle . Purgat & caput
dilutum: ac naribus ĩſtillatum. Item ſtomachum cum melle aut aqua mulſa ſumptũ
Medetur & oculorum ſcabriciei doloriq;: necnon & caligini & oris ulceribus . Siſtit &
ſanguinem narium. Item hemorrhoidum. Extrahit oſſa fracta cum ſemine hyoſcyami
Suſpendit epihoras penicillo fronti impoſitum . Efficax & in emplaſtris ad purganda
uulnera: & excreſcentia ulcerum. Tollit & uuas uel ſi decocto tangant̃. Cum lini quo
que ſemine ſuperponitur emplaſtris ad dolores tollendos. Quodq; ex eo candicat in eo
uſu præfertur uiolaceis. Et grauitati aurium per fiſtulas inſpirat̃ . Vulnera etiam per
ſe illitum ſanat: ſed tinguit cicatrices. Nuperq; inuentum urſorum in harena & leonũ
ora aſpergere illo: tantaq; eſt uis in ſtringendo: ut non queat mordere .

Do pompholyge & ſpodio & antiſpondio & diphry
ge & triente ſeruilo. Ca. XIII.

ETiam nunc in ærariis reperiuntur quæ uocant pompholygem & ſpondion.
Differentia: quod ponpholyx lotura paratur. Spodios illota ẽ. Aliqui id quod
ſit candidum leuiſſimumque pompholygen dixere : & eſſe æris & cadmiæ fa
uillam. Spodion nigriorem ponderoſioremque eſſe deraſam pariẽtibus fornacium mix
tis ſcintillis aliquando & carbonibus. Hæc aceto accepto odorem æris præſtat: & ſi tan
gatur lingua ſaporem horridum . Conuenitque oculorũ medicamentis quibuſcunq;
currens uitiis: & ad omnia quæ ſpodion. Hoc ſolum diſtat q̃d huius elutior uis eſt. Ad
dit̃ & in empla ſtra: quibus lenis quæritur refrigeratio & ſiccato. Vltior ad omnia quæ
uino lota eſt. Spodios cypria optima. Fit autem liqueſcentibus cadmia & ærario lapide
Leuiſſime hæc efflatur & ocius: euolatque e fornacibus: & tectis adhæreſcit. A fuligine
diſtans candore. Q uod minus candidum ex ea: immatueræ fornacis argumentum ẽ.
Hoc quidã pompholygen uocant . Quod uero rubicundius ex iis ĩuenit̃: acriorẽ uim
h; : exulceratq; adeo: ut cũ lauat̃ ſi oculos attigat excæcet. Eſt & mellei coloris ſpodios ĩ
aqua plurimũ æris ĩtelligit̃. Sed quodcũq; genus lauãdo fit utilio. Purgat̃ añ pina: din
craſſiore lotura digitis ſcabriciẽ exterũt media uis eius ẽ q̃ uĩo lauat & aliq̃ ĩ gẽere uini

differentia. Leni enim lota collyriis oculorum nimium uigiliis fatigatorum apta putat
Eadem efficacior ulceribus quæ manant:uel oris:quæ madent:& omnibus medcamē
tis quæ parantur contra grangrenas. Fit & in argenti fornacibus ſpodios:quam uocāt
lauriotin. Vtiliſſima autē oculis confirmatur quæ fit in aurariis. Nec in alia parte ma
gis eſt uitæ ingenia mirari. Quippe ne inquirenda eſſent metalla uiliſſimis rebus:
utilitates eadem excogitauit. Antiſpodion uocant cinerem fici arboris uel caprifici
uel myrthi foliorum cum tenerrimis ramorum partibus: uel oleaſtri uel cyto nima
li uel lentiſci. Item ex moris immaturis: ideſt candidis in ſole arefacti: uel e buxi co
ma uel pſeudo cyperi: aut rubi: aut terebinthi uel oenantis. Taurini quoque glu
tinis:aut linteorum cinere ſimiliter pollere inuentum eſt. Vruntur omnia ea crudo fi
ctili i forna cibus:dorc figulina percoquuatur. In æraris officinis & ſmegma fit:iam li
quato ære:atque percocto:additis etiamnum carbonibus: paulatique accenſis:ac repē
te uehementiori flatu expuitur æris palam quædam. Solum eo quo excipiatur:ſtratū
eſſe debet: Maxili ab ea diſernitur aqua in iiſden officinis. Dyphrigia uocant græci ab
eo quod bis torreatur. Cuius origo triplex. Fieri enim traditur ex lapide pyrithe crema
to in caminis:donec excoquuatur in rubricam. Fit & in Cypro ex luto cuiuſdam ſpe
cus arefacto prius. mox paulatim circundatis ſarmentis. Tertio fit modo i fornacibus
æris fece ſubſidente. Differentia eſt quidem:quod æs ipſum in catino defluit:ſcoria ex
tra fornaces:flos ſupernatat. Diphryges remanet. Quidam tradunt in fornacibus glo-
bos lapidis qui coquuantur:ferruminari:circa hunc æs fauere. Ipſum uero nō perco-
qui niſi tranſlatum in alias fornaces:& eſſe nodum quēdam materiæ. Id quod excocto
ſuperſit diphryga uocant. Ratio eius in medicina ſimilis ſupradictis. Siccare & excre-
ſcentia conſumere:& perpurgare. Probatur lingua ut eam ſiccet tactu ſtatim:ſaporem
que æris reddat. Vnum etiamnum æris miraculum non omittemus. Seruilia familia
illuſtris in faſtis trientem æreum paſcit auro & argento conſumentemque utrunque
Origo:atque natura eius incomperata eſt mihi. Verba ipſa de ea re Meſſallæ ſenis po
nam. Seruiliorum familia habet trientem ſacrum:cum ſumma cum cura magnificen
tiaque ſacra quotannis faciunt. quem ferunt alias creuiſſe alias decreuiſſe uideri: & ex
eo aut diminutionem:aut honorem familia ſignificari.

De ferro & ferreis metallis & differentia ferri Ca. XIIII.

Proxime indicari debēt metalla ferri:optimo uitæ peſſimoq; iſtrumēto. Siqui
dē hoc tellurē ſcindimus:ſerimus arbuſta:pōimus pomaria:uites ſqualore de
ciſo annis oībus cogimus iuueneſcere. Hoc exſtruius tecta:cædius ſaxa:oēſq;
ad alios uſus ferro utimur. Sed eodē ad bella cædes latrocinia nō cōminus ſolū ſed etiā
miſſili:uolucriq;:nūc tormentis excuſſo nūc lacertis:nūc uero pennato quā ſcelratiſſi
mam humani ingenii fraudē arbitror. Siquidē ut ocius mors perueniret ad hominem
alitem illā fecimus:pēnaſq; ferro dedius. Quā ob rē culpa eius nō natura fiat accepta.
Aliquot expimentis ꝓbatū eſt poſſe innocens eſſe ferrum. In fœdere quod expulſis regi
bus Populo Ro. dedit Porſenna:nominatim compræhenſum inuenimus:ne ferro niſi
in agricultura uteref. Et cū ſtillo ſcribere ītutū:ut uetuſtiſſimi auctores ꝓdiderūt. Ma
gni Pōpeii i. iii. cōſulatu extat editū:i tumultu necis clodianæ ꝓhibētis ullū telū eē in
urbe. Et tamen uita ipſa non defuit honorem initio habere ferro quoque. Ariſtonidas
artifex cum exprimere uellet Athamantis furorem Chlearchum filiū præcipitare uolē
tis & in præcipitato illo reſidentis penitentiam:ferrum & æs miſcuit:ut rubigine eius
per nitorem æris relucente:exprimeretur uerecundiæ rubor. Hoc ſignum extat hodier
no die. Eſt in eadem urbe & ferreus Hercules:quem feit Halicon laborum Dei patientia
inductus. Videmus & Romæ ſcyphos e ferro dicatos in templo Martis Vltoris. Obſti
tit eadem naturæ benignitas exigentis a ferro ipſo pœnas rubigine: eademque proui

dentia nihil in rebus mortalibus faciente quam quod infeſtiſſimum mortalitati. Ferri metalla ubiq; prope modum reperiuntur. Quippe inſula etiam italiæ ilua gignente: minimaq; difficultate cognoſcunt ipſo colore terræ manifeſto. Sed ratio eadẽ excoquẽdis uenenis. In capadocia tantum quæſtio eſt aquæ an terræ fiat acceptum: quoniam pfuſa certo fluuio terra neq; aliter ferrum e fornacibus reddit. Differentia ferri numeroſa. Prima ingenere terræ cæli ue. Alias enim mole tantũ plumboq; uicinius ſubminiſtrant. Alias fragile & eroſum rotarumq; uſibus: & clauis maxime fugiendũ: cui prior rõ conuenit. Aliud breuitate ſola placet: clauiſq; caligariis. Aliud rubiginẽ celerius ſentit Stricturæq; uocant̃ eæ omnes: quod nõ in aliis metallis a ſtringẽda acie uocabulo impoſito: ex fornacium maxima differentia eſt. In iis quidẽ nucleus ferri coquitur ad indurandam aciem. Aliquæ mõ ſunt ad denſandas incudes malleorũ ue roſtra. Summa aũt differentia in aqua eſt: cui ſubinde candens immergitur. Hæc aqua alibi atq; alibi utilior nobilitauit loca gloria ferri: ſiccuti bilbilin in hiſpania & turiaſſonẽ. Comum in italia cum ferraria metalla in iis locis nõ ſint. Ex omnibus aũt generibus palma ſerico ferro eſt. Seres hoc cum ueſtibus ſuis pellibuſq; mittunt. Secunda parthico: neq; alia genera ferri eximia acie temperant̃: cæteris enim admiſcentur. Mollior complexus in noſtro orbe. Aliubi uena bonitatẽ hanc præſtat: ut in noricis. Aliubi factura: ut ſulmone aqua uti diximus. Quippe cum inexacuẽdo oleares cotes: & aquariæ æque differãt oleo delicatior fiat acies. Mirumq; cũ excoquatur uena: aqua mõ liquari ferrum: poſtea in ſpongias frangi. Tenuiora ferramenta oleo reſtingui mos eſt: ne aqua in fragilitatẽ durentur. A ferro ſanguis humanus ſe ulciſcit̃. Cõtactum nanq; eo celerius ſubinde rubiginem trahit. De magnete lapide ſuo loco dicemus: concordiaq; quam cum ferro habet. Sola hæc materia uirus ab eo lapide accipit: retinetq; lõgo tempore. Aliud appræhendens ferrum: ut annullorum cathena ſpetetur interdũ. Quod imperitum uulgus appellat ferrum uiuũ: uulneraq; ex tali aſperiora fiant. Lapis hic & in cantabria naſcitur: nõ ille magnes uerus caute cõtinua: ſed ſparſa bubbatione ita appellãt: neſcio an ultro fundendo perinde utilis: nondum enim expertus eſt quiſq̃: ferri utiq; inficit aciẽ ut magnes. De magnete lapide. Dinocrates architectus Alexandri. Arſiones templum cõcamerare inchoauerat: ut in eo ſimulachrum eius e ferro pendere in aere uideretur. Interceſſit mors & ipſius & Ptolemæi: qui id ſorori ſuæ iuſſerat ferri. Metallorũ omniũ uena ferri largiſſima eſt. Cantabriæ maritimæ parte: quam oceanus alluit: mons prærupte altus: incredibile dictu: totus ex ea materiæ eſt: ut in ambitu oceani diximus.

De temperatura ferri: & medicinæ ex ferro: & ex erugine: & rubegine & ſquamma ferri: & hygremplaſtro. Ca XV.

Ferrum accenſum igni: niſi duretur ictibus: corrumpitur. Subens nõ eſt habile tundendo: neq; anteq̃ albeſcere incipiat. Aceto & alumine illitum fit æri ſimile. Arubigine uindicatur cæruſſa & gypſo & liquida pice. Hæc eſt temperatura a græcis anthipatia dicta. Ferunt quidam & religione quadam id fieri. Et extare ferream cathenã apud euphratẽ amnẽ in urbe quæ zeugma appellat̃: qua. Alexander magnus ibi uinxerit põtem: cuius annulos q refecti ſunt rubigine ifeſtari: carentibus e prioribus. Medicina e ferro eſt: & alia quã ſecandi. Nanq; circumſcribi circulo ter uel circumlato mucrone & adultis & infantibus ꝓdeſt cõtra noxia medicamenta: & præfixos in limine e ſepulchro euulſos clauos aduerſus nocturnas lymphationes. Pungiq; leuiter mucrone quo percuſſus homo ſit: contra dolores laterum pectorumq; ſubitos q ponctionem afferant. Quædam uſtione ſanantur. Priuatim uero canis rabidi morſus. Quippe etiam præualent morbo expauenteſque potum uſta plago illico liberantur. Caleſit etiam ferro candente aqua in multis uitiis: priuatimque dyſentericis. Eſt & rubigo ipſa in remediis: & ſic Telephũ proditur ſanaſſe Achilles ſiue id ærea ſiue fer-

nea cuſpide fecit. Ita certe depingitur ex ea decutiens gladio. Sed rubigo ferri deraditur
humido ferro clauis ueteribus. Vis eius ligare: ſiccare: reſtringere. Emendat alopecias
illita. Vtuntur & ad ſcabricias genarum puſtulaſque totius corporis cum cæra & oleo
myrteo. Ad ignes uero ſacros ex aceto. Item ad ſcabiem. Paronychia digytorum & pte-
rygia in linteolis. Siſtit & fœminarum profluuia impoſita uelleribus. Plagis quoque re-
centibus uino diluta & cum myrrha ſubacta. Et condilomatis ex aceto prodeſt. Poda
gras quoque illita lenit. Squamma quoque ferri in uſu eſt ex acie aut mucronibus ma
xime ſimili: ſed acriore ui quam rubigo. Quam ob rem & contra Epiphoras oculorum
aſſumitur. Sanguinemque ſiſtit: cum uulnera maxime ferro fiant. Siſtit & fœminarū
profluuia. Imponitur & contra lyenum uitia Hemoroydas compeſcit ulcerqmque ſer-
pentia. Et genis prodeſt farinæ modo aſperſa paulliſper. Præcipua tamen cmmendatio
eius in irge emplaſtro ad purganda uulnera fiſtulaſque: & omnem callum erodendū:
& raſis oſſibus carnes recreandas. Componitur hoc modo. Obolis ex cimolia creta duo
bus: drachmis ſex ære: totidem & ſquamma ferri: totidem cæræ: ex oleo ſextarius. His
adiicitur cum ſunt repurganda uulnera aut replenda cæratum.

¶ De plumbi metallis: & albo plumbo & nigro. Ca XVI

Equitur natura plumbi. Cuius duo genera: nigrum: atque cādidum: præcio
ſiſſimum candidū: a græcis appellatum caſſiterium: fabuloſeque narratū in
inſulas atlantici maris peti: uitilibuſque nauigii circunſutis corio aduehi.
Nunc certum eſt in luſitania gigni & in Gallicia ſumma tellure harenoſa & coloris ni
gri. Pondere tantum ea depræhenditur. Interueniunt & minuti calculi: maxime torrē
tibus ſiccatis. Lauant eas harenas metallici: & quod ſubſedit coquunt in fornacibus.
Inuenitur & in aurariis metallis quæ alutia uocant. Aqua immiſſa eluunt calculos ni
gros paulum candore uariatos: quibus eadem grauitas quæ auro: Et ideo incolatis in
quibus aurum colligitur remaneat cum eo: poſtea caminis ſeparantur. Conflatique
in album plumbum reſoluuntur. Non fit in Gallicia nigrum: cum uicina canabria ni
gro tantum abundet. Nec ex albo argentum cum fiat ex nigro. Iungi inter ſe plumbū
nigrum ſine albo non poteſt. Nec hoc ei ſine oleo. Ac ne album quidem ſecum ſine ni-
gro. Album habuit auctoritatem & iliacis temporibus teſte Homero criſſiritū ab eo dic
tum. Plūbi nigri origo duplex eſt. Aut .n. ſua prouenit uena: nec quicquam aliud ex
ſe parit: aut cū argento naſcitur: mixtiſque uenis conflatur. Eius qui primus fluit in
fornacibus liquor ſtagnum appellatur. Qui ſecundus argentum. Qui remanſit in for
nacibus: galena quæ portio eſt tertia addita uenæ. Hæc rurſus cōctata dat nigꝝ plum
bū deductis ptibus duabus. ¶ De ſtagno & plūbo argētario: & qbuſdā aliis. Ca. XVII

Tagum illitum æris uaſis ſaporem gratiorē facit: & cōpeſcit eruginis uirus:
mirꝫque pondus non auget. Specula quoque ex eo laudatiſſima (ut diximu)
brunduſii tēperabantur: donec argenteiſ uti cœpere & ancillæ. Nunc adulte
ratur ſtagnum addita æris tertia potione candidi in plumbum albū & alio modo: mix
tis albi plumbi nigrique libris. Hoc nunc aliqui argentarium appellant· Idem & tertia
rum uocant: in quo duæ nigri portiones ſunt & tertia albi. Precium eius in libras xxx.
Et hoc fiſtulæ. ſolidantur. Improbiores ad tertiarum additis æquis partibus albi argen
tarium uocant. & eo quæ uolunt incoquunt. Precia huius faciunt in pondo. c. xxx. In
libras albo per ſincero precia ſunt xxx. nigro. xvii. Alibi natura plus aridi habet. Contra
que nigri tota humida eſt. Ideo album nulli rei ſine mixtura utile eſt. Neq; argentum
ex eo plumbat̄: quoniā prius liqueſcit argentum. Confirmantq; ſi minus albo nigri q̄
ſatis ſit miſceat̄: erodi ab eo argētū. Album īcoqt æris opibus galliaꝝ īuēto ita ut uix di
ſcernit queat ab argēto eaq; īcoctilia uocāt. Deide & argētū īcoquere ſimili mō cœpere
equoꝝ maxīe ornamentis iumētorumq; iugis. In alexia oppido reliqua gloria biturigū

fuit. Cœpere deinde & eſſeda baculis & petorita exornare. Similiq; modo ad aurea quo
que & argentea uehicula inanis luxuria peruenit : quæq; in ſcyphis cerni prodigum
erat:hæc in uehiculi atteri cultus uocatur. Plumbi albi ꝑmixtum ĩ charta eſt:ut lique
factum pondere uideatur non calore rupiſſe. India neq; æs neq; plumbum habet:gem
miſq; ſuis ac margaritis hæc permutat. Nigro plumbo ad fiſtulas laminaſq; utuntur
laborioſius in hiſpania eruto:totaſq; ꝑ gallias. Sed in britannia ſummo terræ corio adeo
large:ut lex ultro dicatur:ne plus certo modo fiat. Nigri generibus hæc ſunt nomina
Iouetanum:caprarienſe:oleaſtrenſe. Nec differentia ulla ſcoriæ modo ſit excocta diligẽ
ter. Mirumq; in his ſolis metallis quod derelicta fertilius reuiuiſcunt. Hoc uidetur face
re relaxatis ſpiramentis ad ſatietatem infuſus aer:æque ut fœminis quaſdam fœcundio
res abortus facere. Nuper id compertum in betica ſantarenſi metallo quod locari ſoli
tum.x.libris ꝑ ducentos ante annos:poſtq̃ obliteratum erat.lxv.locatum ẽ. Simili mõ
antonianũ. In eadẽ ꝓuincia pari locatione ꝓuenit ad pondo.cccc. uectigalis. Et mirũ
aqua addita non liqueſcere uaſa e plumbo conſtat. Eadem in aqua calculus æreus ue
quadrans ſi addatur uas peruri.

¶ Medicinæ de plumbo & ſcoria plumbi:de molibdena ſiue galena:de pſymythio:& ſandaraca. Ca VXIII.

IN medicina ꝑ ſe plumbi uſus eſt cicatrices reprimere : adalligatiſq; lumboꝝ
& renum parti laminis frigore natura ĩhibere impetus ueneris. Viſaq; ĩ quie
te ueneria ſponte naturæ erumpentia uſq; ĩ morbi genus his laminis. Caluus
orator cohibuiſſe traditur:uireſq; corporis ſtudiorum labore cuſtodiſſe. Nero quoniam
ita diis placuit:princeps lamina pectori impoſita ſub ea cantica exclamans alendis uo
cibus demonſtrauit rationem. Coquitur ad medicinæ uſus patinis fictilibus ſubſtra
to ſulphure minuto laminis impoſitis tenuibus opertiſq; ſulphure & ferro mixtis. Cũ
coquitur munienda in eo opere foramina ſpiritus cõuenit:alioquin plumbi e forna
cibus halitur noxius ſentitur & peſtilens:& canibus ociſſime. Omnium uero metalloꝝ
muſcis & culicibus. Quam ob rem nõ ſunt ea tædia in metallis. Quidã in coquendo
ſcobem plumbi lima quæſitam ſulphuri miſcent. Alii cæruſſã potius q̃ ſulphur. Fit &
lotura. Plumbi uſus in medicina:cum ſe ipſo teritur in mortariis plũbeis: addita aqua
cæleſti.donec craſſeſcat. Poſtea ſupernatans aqua tollitur ſpongiis:qđ craſſiſſimũ fuit
ſiccatum diuiditur in paſtillos. Quidã limatum plumbũ ſic terunt. Quidam etiã plũ
baginem ammiſcent. Alii uero acetum:alii uinum:alii adipem:alii roſam. Quidam in
mortario lapideo & maxime thebaico plumbeo piſtillo terrere malunt. Candidiuſq; fit
ita medicamãtum. Id autem qđ uſtum ẽ plumbum lauatur & ſtibiis & cadmiæ poteſt
aſtringere:ſiſtere:contrahere cicatrices. Vſus enim ex eodem & in oculorum medica
mentis:& maxime contra procidentiam eorum inanitatẽ & ulcerum excreſcẽtia:rimaſ
que ſedis aut hemorrhoidas & cõdylomata. Ad hæc maxime lotura plumbi facit. Cinis
autem uſti ad ulcera ſerpentia aut ſordida. Eademq; quæ chartis nõ profectus. Vritur
autem ĩ patinis perlaminas minutas cum ſulphure uerſatum rudibus ferreis aut feru
l[illegible]ceis:donec liquor mutetur in cinerem. Dein refrigeratum teritur in farinam. Alii cli
matam ſcobem in fictili cado coquunt in caminis:donec percoquatur figlinũ. Aliqui
cæruſſam miſcent pari menſura:aut hordeum:teruntq; ut in crudo dictum ẽ:& præ
ferunt ſic tritum plumbi ſpodio cyprio. Scoria quoq; plumbi in uſu eſt. Optimaque
quæ ad luteum maxime colorem accedit ſine plumbi reliquiis: aut ſulphuris ſpetie &
terra carens. Lauatur hec in mortariis minutim fracta:donec aqua luteum colorem tra
hat:& tranſfunditur in uas:purum:idque ſæpius:uſq; dum ſubſidat : qđ utiliſſimum
eſt. Eoſdemq; effectus habet quos plumbum:ſed acriores. Mirari ſuccurrit experimen
tiam uitæ:ne fæce quidem neu rerum excrementorumq; fœditate in tenta tot modis.
Fit & ſpodium ex plumbo eodem quo ex cyprio ære diximus. Lauatur in linteis raris

in aqua cæleſti: ſeparaturque terrenum tranſfuſione: cribatumq; teritur. Quidam pul
uerem cum pennis detergere malunt: ac terere in uino odorato. Eſt & molibdena quã
alibi galenam uocauimus: plũbi & argenti uena communis. Melior hæc: quanto ma
gis aurei coloris: quantoque minus plumboſa friabilis & modice grauius. Cocta cum
oleo iocineris colorem trahit. Adhæreſcit & auri & argenti fornacibus. Et hanc metalli-
câ uocant. Laudatiſſima quæ ĩ zephirio fiat probantur minime terrenæ: minimeque
Lapidoſæ. Coquuntur: lauanturque ſcoriæ modo. Vſus in lippara ad lenienda: refrige
randaque ulcera. Emplaſtriſque quæ non alligantur ſed illita ad cicatricem perducũt
in teneris corpibus: molliſſimiſq; ptibus. Cõpoſitio eius ẽ libris trib9 & cæræ libra una
olei tribus hemis. Quod ĩ ſẽili corpe cũ amurca addit᷑. Tẽperat᷑ & cũ ſpuma argenti &
ſcoria plumbi: ad dyſenteriam & tenaſmum fouendo calida. Pſymmithium quoq; hoc
eſt cæruſam plũbariæ dant officinæ. Laudatiſſimum in rhodo : Fit autem ramentis
plũbi tenuiſſimis ſuper uas aceti aſperrimi impoſitis: atque ita diſtillãtibus. Quod ex
eo cecidit in ipſum acetum arefactum molitur & cribratur. Iterumq; aceto mixto ĩ pa
ſtillos diuiditur & in ſole ſiccatur æſtate. Fit & alio modo addito in urceos aceti plum-
bo obturatos per dies decem: deraſoq; ceu ſitu ac rurſus deiecto donec deficiat materia
Quod deraſum eſt teritur & cribratur: & coquitur in patinis: miſceurque rudiculi: do
nec ruffeſcat: & ſimile ſandaracæ fiat. Dein lauat᷑ dulci qua: donec nubeculæ omnes
uluantur: ſiccatur ſimiliter poſtea & in paſtillos diuiditur. Vis eius eadem quæ ſupra-
dictis. Leuiſſima tantum ex omnibus præter quæ ad candorem fœminarum adhibetur
Eſt autem letalis potus: ſicut ſpuma argenti. Poſtea cæruſſa ipſa ſi coquatur ruffeſcit.
Sandarace quoque propemodum dicta natura eſt. Inuenit᷑ autem & in aurariis: & in
argentariis: metallis. melior quo magis ruffa: quoq; magis uirus redolens: ac pura fria
biliſque. Valet purgare: ſiſtere: excalfacere: perrodere. Summa eius dos ſtiptica. Explet
alopecias ex aceto illita. Additur oculorum medicamẽtis. Fauces purgat cũ melle ſum-
pta. Vocem lympidam ac canoram facit. Suſpirioſis tuſſientibuſque iucunde mede-
tur cũ reſina terebinthina in cibo ſumpta. Suffita quoq; cũ cedro: ipſo nidore eius me-
detur. Et arſenicũ ex eadem eſt materia. Quod optimum coloris etiam in aure excellen
tius. Quod uero pallidius aut ſandaracæ ſimilius eſt: deterius exiſtimatur. Eſt & terti-
tium genus quo miſcetur aureus color ſandaracæ. Vtraque hæc ſquammoſa. Illud ue
ro ſiccum purumque gracili uenarum diſcurſu fiſſilẽ. Vis eadem quæ ſupra: ſed acri
or. Itaque & cauſticis additur & pſilotris. Tollit & pterigya digytorum carneſque nari-
um: & condylomata: & quicquid excreſcit. Torretur: ut ualidius proſit in noua teſta:
donec mutet colorem.

CAII PLINII SECVNDI MATVRALIS HISTORIAE LIBER XXXIIIII

PROHEMIVM.

Honos picturæ & imaginum

METALLORVM QVIPVS OPES CONSTANT AD
naſentium quoque eis natura indcata propemodum eſt
ita connexis rebus ut immenſa medicinæ ſilua: & officina-
rum tenebræ & moroſa cælandi pingendique ac tingendi
ſubtilitas ſimul dicerentur: Reſtãt terræ ipſius genera lapi-
dumque: uel numeroſiores ærariæ plurimis ſingula a græ-
cis præcipue uoluminibus tractata. Nos in iis breuitatem
ſequemur utilem inſtituti modo nihil neceſſarium aut na
turale ommittentes.

Honos picturæ. Ca. I.

PRimumq; dicemus quæ reſtat de pictura arte quondam nobili: tunc cum ex
peteretur a regibus populiſq; :& alios nobilitate quo eſſet digrata poſteris tra
dere. Nunc uero in totũ marmoribus pulſa tum quidẽ & auro: nec tantum
ut parietes toti operiant̃: uernm & interraſo marmore: uermiculatiſq; ad effigies reru
& animaliũ cruſtis. Non placent iam abaci: nec ſpatia montis in cubiculo dilatantia.
Cœpimus & lapidẽ pingere. Hoc Claudi principatu ĩuentũ. Nerõis uero maculas quæ
non eſſent in cruſtis inſerendo unitatẽ uariare: ut ouatus eſſet. Numidicus: ut purpu
ra diſtingueretur Sinnadicus inuenit: qualiter illos naſci optaſſent deliciæ: montium
hæc ſubſidia deficientium. Nec ceſſat luxuria id agere ut q̃plurimũ incendii perdat.

Honos imaginum. Ca. II.

IMaginũ quidẽ pictura q̃maxime ſimiles in æuum propagabant̃ figuræ: ꝙ
in totum exoleuit. Aereiq; ponunt̃ clipei: argentea facies: ſurdo figurarũ di
crimine ſtatuaꝝ capita permutant̃. Vulgatis iampridẽ ſalibus etiã carminũ
adeo materiã malunt conſpici omnes quã ſe noſci. Et inter hæc pinaothecas ueteribus
tabulis cõſuunt: alienaſq; effigies colunt: ipſi honorem nõ niſi in precio ducentes: ut
frangat hæres: furis detrahat laqueus. Itaq; nullius effigie uiuente: imagines pecuniæ
non ſuas relinquunt. Idem palæſtras athletarũ imaginibus: & ceromata ſua exornant:
& uulcus: Epicuri per cubicula geſtant: ac circũferunt ſecũ. Natali eius uigeſima luna
ſacrificant: feriaſq; omni menſe cuſtodiunt: quas ichadas uocant: ii maxime qui ſe ne
uiuentes quidẽ noſci uolunt. Ita eſt ꝑfecto: artes deſidia pdidit: & quoniã animoꝝ ima
gines nõ ſunt: negligunt̃ etiam corporũ. Aliter apud maiores in atris hæ erant: quæ
ſpectarent̃: non ſigna externorum artificũ: nec æra aut marmora. Expreſſi cæra uultus
ſingulis diſponebant̃ armariis: ut eſſent imagines: quæ comitarẽtur gentilicia funera.
Semperq; defuncto aliquo: totus aderat familiæ eius qui unquã fuerat populus. Stem
mata uero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Tabulina codicibus implebantur &
monumentis rerum in magiſtratu geſtarũ. Aliæ in foribus & circa limina animorum
ĩgentiũ imagines erat: affixis hoſtiũ ſpoliis quæ nec emptori refringere liceret: quæ etiã
dominis mutatis: domus ornamenta erant. Eratq; hæc ſtimulatio ſumma & ingens ex
probantibus tectis quottidie imbellem dominũ intrare in alienũ triunphũ. Extat Meſ
ſalæ oratoris indignatio: quæ prohibuit inſeri genti ſuæ bleuinorũ alienam imaginem
Similis cauſa Meſſalæ ſeni expreſſit uolumina illa quæ de familiis cõdidit: cum Scipio
nis. Pomponiani tranſiſſe atriũ: uidiſſetq; adoptione teſtamẽtaria. Salutonis: hoc enim
ei fuerat cognomen. Africanorũ dedecore notam irrepentẽ Scipionum nomini. Sed pa
ce Meſſallorum dixiſſe liceat etiã mentiri clarorũ imagines: erat aliquis uirtutum amor
multoq; honeſtius quã mereri: ne quis ſuas expeteret: Non eſt pretereundũ & nouitiũ
inuentum. Siquidẽ non ſolũ ex auro argento ue aut certe ex ære in bibliothecis dican
tur illi: quorum ĩmortales animæ in iiſdem locis ibi loquunt̃: quinimmo etiam quæ
nõ ſunt finguntur: pariuntq; deſideria non traditi uultus: ſicut i Homero euenit: quo
maius (ut equidẽ arbitor) nullum eſt fœlicitatis ſpeciẽ: quã ſemper omne ſcire cupere
qualis fuerit aliquis. Aſinii Pollionis hoc Romæ inuentũ: qui primus bibliothecã dicã
do: ingenia hominũ rempublicam fecit. An priores cœperint alexandræ & pgami reges
qui bibliothecas magno certamine in ſtituere: nõ facile dixerim. Imaginum amore fla
graſſe quodã teſtes ſunt: & Atticus ille Ciceronis: edito de iis uolumine: &. M. Varro be
nigniſſimo inuento inſeritis uoluminũ ſuorum fœcunditati nõ nominibus tantum
ſeptingẽtoꝝ illuſtrum: ſed & aliquo mõ imaginibus nõ paſſus intercidere figuras: aut
uetuſtatẽ æui cõtra homines ualere inuentioni muneris. Etiam diis inuidioſis: quãdo
ĩmortalitatẽ nõ ſolũ dedit: ueꝝ ẽt in oẽs terras miſit: ut pñtes eẽ ubiq; & claudi poſſent

Quando primũ clipei imaginũ publice:quãdo in domibus poſiti:& de picturæ ini tiis:& monochromaton & primis pictoribus & antiquitate picturaꝝ ĩ italia. Ca. III.

ET hoc quidẽ alienis ille præſtitit. Suoꝝ clipeos in ſacro uel publico priuatim dicare primus inſtituit (ut reperio) Ap. Claudius qui conſol cũ Seruilio fuit anno urbis.cc.lix. Poſuit.n.in bellone æde maiores ſuos: placuitq; in excelſo ſpectari & titulos honoꝝ legi. Decora res utiq; ſi liberoꝝ turbæ puulis imaginibus ceu nidũ aliquẽ ſobolis pariter oſtendãt. Quales clipeos nemo non gaudens: fauenſq; aſpi cit. Poſt eum. M: Aemilius collega in conſulatu. Q . Luctacii non in baſilica mõ æmi lia ueꝝ & domi ſuæ poſuit:id quoq; marttio exemplo. Scutis.n. qualibus apud Troiã pugnatum ẽ:continebantur imagines. Vnde & nomen habuere clipeoꝝ non ut puer ſa grãmaticoꝝ ſubtilitas uoluit a lucendo. Origo plenã uirtutis faciem reddi in ſcuto cuiuſq; qui fuerit uſus illo. Poeni ex auro factitauere & clipeos & imagines: ſecumque in caſtris tulere. Certe captis eis talem Aſdrubalis inuenit. Q . Martius Scipionum in Hiſpania ultor. Iſq; clipeus ſupra fores Capitolinæ ædis uſq; ad incendium primũ fuit. Maioꝝ quidem noſtroꝝ tanta ſecuritas in ea re annotatur ut. L. Mãlio. Q . Fuluio cõ ſules anno urbi quinquageſimo.lxxv. M. Aufidus tutelæ Captolii redemptor docuerit patres argenteos eſſe clipeos:q pro æreis p aliquot iam luſtra aſſignabantur. De pictu ræ initiis incerta nec inſtituti operis quæſtio eſt. Aegyptii ſex milibus annorum apud ipſos inuentã priuſquam in Græciam tranſiret:affirmant. Vana prædicatione ut palã eſt. Græci aũt alii apud ſicyonem:alii apud corinthios repertã omnes ab umbra homĩs lineis circunducta. Itaq; talem primam fuiſſe Secundam ſingulis coloribus & mono chromaton dictam :poſtquã operioſior inuenta erat:duratq; talis etiãnum. Inuentam linearem dicunt a Phylocle Aegyptio uel Cleante corinthio: Primi exercuere Ardices corinthius & Telephanes ſicyonius ſine ullo etiã nunc colore. Iam tamen ſpargentes li neas intus. Ideo & quos pingerent aſcribere inſtitutum. Primus euẽit eos colores: teſte ut ferunt Arato: Cleophantus corinthius. Hunc aũt eodem nomĩe alium fuiſſe quem tradit Cornelius Nepos ſecutum in italia Demaratũ Tarquinii Priſci Romani Regis patrem fugientẽ a corintho iniurias Cypſeli tyranni:ut mox docebimus. Iam .n.abſo luta erat pictura etiam in italia. Extant certe:hodieq; antiquiores urbe picturæ ardeæ in ædilibus ſacris:quibus equidẽ nullas æque miror tam longo æuo durantes in orbita te tecti ueluti recentes. Similiter lanuuii ubi atlanta & Helena cõminus pictæ ſunt nu dæ:ab eodem artifice:utraq; excellentiſſima forma:ſed altera ut uirgo:ne ruinis quidẽ templi concuſſæ Pontius legatus Caii principis eas tollere conatus eſt libidine accen ſus:ſi tecti natura permiſiſſet. Durauere & cæteræ antiquiores & ipſæ. Fatebiturq; quiſ quis eas diligenter eſtimauerit:nullam artium celerius conſumatam: cum illiacis tem poribus non fuiſſe eam appareat.

De pictoribus Romanis:& quando primũ dignitas picturæ: & qui uictorias ſuas pictura ꝓpoſuerũt:& quãdo externis picturis dignitas Romæ. Ca .IIII

APud Romanos quoq; honos maturæ huic artĩ contigit. Siquidem cognomĩa ta ex ea pictorum traxeruut Fabii clariſſime gentis:princepſq; eius cognomi nis ipſe ædem. Salutis pinxit anno urbis cõditæ.cccc l. quæ pictura durauit ad noſtram memoriam:æde Claudii prĩcipatu exuſta. Proxime celebrata ẽ in foro boa rio æde Herculis Pacũii poetæ:pictura. Ennii ſorore gẽitus hic fuit:clarioreq; eam artẽ Romæ fecit gloria ſcenæ. poſtea nõ ẽ ſpectata honeſtis mãibus niſi forte quis Turpili um equitem Romanum e Venetia noſtræ ætatis belle referat hodieq; pulchris eius opi bus Veronæ extantibus. Leua is manu pinxit qđ de nullo ante memorat̃. paruis glo riabatur tabellis: extinctus nuper in longa ſenecta. Aterius Labeo prætorius etiã procõ ſulatu prouintiæ Narbonenſis functus. Sed ad res in riſu & iam contumelia erat. Fut

& principum uirorum non omittendum de pictura celebre conſilium. Q. pedius ne-
pos. Q. pedii conſularis triumphaliſq; a Cæſare dictatore coheredis Auguſto dati cũ
natura mutus eſſet: cum Meſſalla orator: ex cuius familia pueri auia erat: picturam do
cendum cenſuit. Idq; etiam diuus Auguſtus comprobauit. puer magni profectus in
ea arte obiit. Dignatio autem præcipua Romæ increuit (ut exiſtimo: a. M. Vario Ma
ximo cõſule: cum Meſſalla princeps tabulam picturæ prœlii: quo cartaginẽſes & Hie
ronẽ ĩ ſicilia deuicerat propoſuit ĩ latere curiæ hoſtle anno ab urbe condita quadringẽ
teſimononaceſimo. Fit hoc quidem & L. Scipio: Tabulamq; uictoriæ ſuæ aſiaticæ in
capitolio poſuit. Idq; ægre tuliſſe fratrem. Africanum tradunt iratum haud immerito:
quoniam filius eius in illo prœlio captus fuerat. Nõ diſſimilem offenſionem & Aemilia
ni ſubit. L. Hoſtilius mancinus qui primus carthaginem irruperat: ſitum eis expugna
tionemq; depictas proponendo in foro: & ipſe aſſiſtens populo ſpectanti ſingula enar-
rando Qua comitate proximis comitiis conſulatum adeptus eſt. Habuit ſcæna ludis
Claudii Pulchrii magnam ammirationem picturæ: cum ad tegularum ſimilitudinẽ
corui decepti imagine aduolarent. Tabulis autem externis auctoritatẽ Romæ fecit pri-
mus omnium. L. Mummius: cui cognomen Achaici uictoria dedit. Nam cum in præ
da uendenda res diſtraxiſſet: & rex Attalus ſex milibus ſetertium emiſſet Ariſtidis tabu-
lam Liberum patrem continentem: præcium miratus ſuſpicatus aliquid ĩ ea uirtutis
quod ipſe neſciret: reuocauit tabulam Attalo multum querente: & in cæreris delubro
poſuit. Quam primum arbitror picturam externam Romæ publicatã. Deinde uideo
& in foro poſitas uulgo. Hinc enim Craſſii oratoris ille lepos argẽtis: cui cum reus ſub
ueteribus cõtexit compellatus inſtaret: die ergo Craſſe qualem me reris? Talem inquit:
oſtendens in tabula pictum infacetiſſime gallum exerentẽ linguam. In foro fuit & illa
paſtori ſenis cum bacullo: de qua teutonorum legatus interrogatus quanti eum æſti-
maret: reſpondit ſibi donari nolle talẽ uiuum uerũq;. Sed præcipuam auctoritatem fe-
cit publice tabulis Cæſar dictator Aiace & Medea ante Veneris genitricis ædẽ dicatis
Poſt eum. M. Agrippa uir ruſticati q̃ deliciis propior. Extat certe eius oratio magnifica
& maxĩo ciuiũ digna de tabulis omnibus ſigniſq; publicãdis. Quod fieri ſatius fuiſſet
q̃ in uillarũ exilia pelli. Verum eadẽ illa toruitas tabulas duas Aiacis & Veneris merca-
ta eſt a cizicenis: xiii. milia pondo. In thermaꝝ quoq; calidiſſima parte marmoribus in-
cluſerat paruas tabellas: pauloante cũ reſtringerent ſublatas. Sup omnes diuus Augu
ſtus in foro ſuo in celeberrima parte poſuit duas tabulas: q̇ belli pictam faciẽ habẽt &
triunphũ. Idem Caſtores ac uictoriã poſuit: & quas dicemus ſub artificũ mẽtionem in
templo Cæſaris patris. Idem in curia quoq;: quã in comitio cõſecrabat duas tabulas im
preſſit parieti. Nemeã ſedentem ſupra leonem. Palmigerã ipſam aſtante cũ baculo ſene.
Cuius ſupra caput tabula bige dependet: quã Nicias ſcripſit ſe iuſſiſſe: tali enim uſus
eſt uerbo. Alterius tabule admiratio eſt puberẽ filium ſeni patri ſimilẽ eẽ: ſalua ætatis
differentia: ſupuolante aquila dracone complexa. Philochares hoc ſuum opus eẽ teſta-
tus eſt. Immenſã uel unam ſiquis tantũ hanc tabulã æſtimet. potentiã artis: cũ ꝓpter
Philocharẽ ignobiliſſimos alioquin Claucõẽ filiumq; eius Ariſtippũ ſenatus Popu-
luſq; Ro. tot ſæculis ſpectent. Poſuit & Tyberius Cæſar minime comis ĩperator in tem
plo ipſius Auguſti quas mox indicauimus.

V. Ca.

Ratio pingendi de pigmentis.

hActẽus dictũ ſit de dignitatis artis moriẽtis. Quibus coloribus ſingulis primi
pinxiſſẽt: dixius cũ de pigmentis traderẽus ĩ metallis. Qui monochromatea
genera picturæ uocauerint: qui ĩnde & quæ & quibus tẽporibus iueneriut
dicemus in mentione artificum: quoniã indicare naturas colorũ cauſa inſtituti operis
prior eſt. Tandem ſe ars ipſa diſtinxit: & inuenit lumen atq; umbras differentia colorũ

alterna uice ſeſe excitante. Deinde adiectũs eſt ſplendor:aliũs hic quã lumẽ quem quia inter hoc & umbrã ẽt appellauerũt tonõ. Comiſſuras uero coloꝝ & tranſitus armogen

De coloribus natiuis & factitiis. Ca. VI.

SVnt aũt colores auſteri aut floridi. Vtrunque natura aut mixtura euenit. Floridi ſunt quos dominus fingenti præſtat:minium : armeniun: cynabaris : cryſocolla:indicum:purpuriſſum. Cæteri au æeri. Ex omnibus alii naſcũtur. Alii fiunt. Naſcuntur ſinopis:rubrica:parethonium:melinum:eretria:auripigmẽtum Cæteri finguntur:Primumq; quos ĩ metallis diximus. Præterea e uilioribus ochra : cæruſſa uſta:ſandaraca:ſandix:ſyricum:attramentum:. Sinopis inuenta eſt primũ in põto. Inde nomen a Sinope urbe. Naſcit̃ & in Aegypto:balearibus africa:ſed optima ĩ lemno & in Capadocia. Efoſſa & in ſpeluncis. Quæ ſaxis adhæſit:excellit. Glebis ſuus colos extra maculoſus. Hacq; uſi ſunt ueteres ad ſplendorem. Species ſinopidis tres:rubra: & minus rubens:& inter has meda. Precium optime in libras.xiii.denariis. Vſus ad penicillum:aut ſi lignum colorare libeat. Eius quæ ex Africa uenit:octoni aſſes:cicerculũ appellant. Quæ magis cæteris rubet:utilior abacis. Idem preciũ eius:quæ præſſior uocatur:& eſt maxime fuſca. Vſus eius ab baſes abacoꝝ. In medicina uero blandus emplaſtriſq; & malagmatis ſiue ſicca compoſitione eius ſiue liquida. Facilis contra ulcera in humore ſita:uelut oris ſedis. Aluum ſiſtit infuſa. Fœmanaꝝ profluuia pota denarii pondere. Eadem aduſta:ſiccat ſcabricias oculoꝝ:uino maxime. Rubricæ genus in ea uoluere intelligi quidam ſecundæ auctoritatis. Palmam eni ſemine dabant:minio proximam. Hæc ẽ antiquis multum celebrata cũ inſula in qua naſcit̃. Nec niſ ſignata uenundabat:unde & ſphragidẽ appellauere. Hac minium ſublinunt:adulterantq;. In medicina præclara res habet̃. Epiphoras.n.oculorum mitigat & dolores circunlita. Egilopias manare ꝑhibet. Sanguinẽ reiicientibus ex aceto datur bibenda. Bibit̃ & contra lyenum renumq; uitia & purgationes fœminarum. Item & contra uenena & ſerpentium ictus terreſtrium marinorumq;. Omnibus ideo antidotis familiaris. Ex reliquis rubricæ generibus fabris utiliſſima ægyptia & Africana quoniam maxime ſcabẽt̃. Picturis aũt apta naſcit̃:& in ferrariis metallis. Ex ea fit ochra:exuſta rubrica in ollis nouis luto circunlitis. Quo magis arſit in caminis hoc melior. Omnis aũt rubrica ſiccat. Ideo & emplaſtris conuenit igni ẽt ſacro. Sinopidis põticæ ſelibra ſilis lucidi libris.x. & melini græcienſis duabus mixtis:tritiſq; una ꝑ dies.xii.eucophoꝝ fit : hoc eſt glutinum auri cum inducit̃ ligno. Parethonion nomen loci habet ex ægypto:ſpumam maris eſſe dicunt ſolidatam cum limo:& ideo conchæ minutæ inueniuntur in eo. Fit in creta ĩſula atq; cyrenis. Adulterat̃ Romæ creta cimolia decocta conſpiſſataq;. Precium optimo in pondo ſex librarum e cãdidis coloribus pinguiſſimum:& tectoris tenaciſſimũ propter liuorem. Melinum candidum & ipſum eſt. Optimum in melo inſula. In ſamo quoque naſcitur. Sed eo non utuntur pictores propter nimiam pinguedinem. Accubãtes effodiunt ibi inter ſaxa uenas ſcrutantes. In medicina eundem uſum habet quem eretria creta. Præterea linguam tactu ſiccat. Pilos detrahit & mitigat. Preciũ in libra ſeſtertiis ſingulis. Eſt & colos tertius e candidis cæruſſæ:cuius rationem in plumbi metallis diximus. Fuit & terra per ſe in Theodoti fundo ĩuenta ſmyrnæ:qua ueteres ad nauim picturas utebantur. Nunc omnis ex plumbo & aceto fit:ut diximus. Vſta caſu reperta in incendio pyrræ cæruſſa in hortis cremata. Hac prius uſus eſt. Nicias ſupradicta. Optima nunc aſiatica habetur.quæ & purpurea appellatur. Precium eius ĩ libris æris v. Fit & Romæ cremato ſile marmoroſo & reſtincto aceto. Sine uſta non fiunt umbræ Eretria terræ ſuæ habet nomen. Hac Nicomachus & Parrhaſius uſi. Refrigerat:emollitque. Explet uulnra ſi coquatur. Ad ſiccanda præcipue utilis & capitis doloribus : & ad depræhendenda pura. Subeſſe.n.ea intelligitur:ſi ex aqua illita non areſcat. Sandara

cam & ochram Iuba tradit in inſula rubri maris topazono naſci. Sed inde nõ peruehũ
tur ad nos. Sandaraca quo modo fieret: diximus . Fit adulterina & cæruſſa in fornace
cocta. Colos eẽ debet flãmeus. Preciũ ĩ libras aſſes quini. Hæc ſi torreaẽ: æqua pte rubri
ca ãmixta ſandycẽ facit. Quãq̃ ãimaduerto Virgiliũ exiſtimaſſe herba id eẽ illo uerſu.
Sponte ſua ſandix paſcentes ueſtient agnos.
Precium ĩ libras dimidium eius qđ ſandaracæ. Nec ſunt alii colores maioris ponderis
Inter facticios eſt & ſyricũ: quo minium ſublini diximus . Fit autem ſinodide & ſãdyce
mixtis. Atramentum quoqꝫ inter facticios erit: quanq̃ ẽ & terra geminæ originis. Aut
ſalſuginis modo emanat: aut terra ipſa ſulphurei coloris ad hoc probatur . Inuenti ſũt
pictores qui e ſepulchris carbones infectos effoderent . Sed importuna hæc omnia ac
nouitia: Fit enim & fulgine pluribus modis: reſina uel pice exuſtis. Propter qđ officinas
etiam ædificauere : fumum eum nõ emittẽtes. Laudatiſſimum eodem modo fit e tædis
Adulteratur fornacium balnearumqꝫ fuligine: quo ad uolumina ſcribenda utuntur.
Sunt & qui uini fecen ſiccatam excoquant: affirmantqꝫ ſi ex bono uino fex fuerit: indi
ci ſpeciem id atramentum præbere Polygnotus & Mycon celeberimi pictura athenis e
uinaceis fecere: ſtigmon appellant . Apelles commentus eſt ex ebore combuſto facere:
qđ elephantium uocant. Apportatur & in dicum ex india: inexploratæ adhuc inuen-
tionis mihi. Fit etiam apud infectores ex flore nigro: qui adhæreſcit æreis cortinis. Fit
& e tædis ligno combuſto tritiqꝫ in mortario carbonibus. Mira in hoc ſepiarum natu-
ra: ſed ex iis nõ fit. Omne autẽ atramentum ſole perficitur. Librarium & tectoriũ gluti-
no ammixto. Quod autẽ aceto liquefactum eſt: ægre eluiẽ . E reliquis coloribus quos
a dominis dari diximus propter magnitudinem precii ante omnes eſt purpuriſſum e
creta argentaria cum purpuris pariter tinguitur : bibitqꝫ eum colorem celerius lanis.
Præcipuum eſt primum: feruenti aheno rudibus medicamentis inebriatum. Proximũ
egeſto eo addita creta in ius idem. Et quotiens id factum eſt: leuaẽ bonitas pro numero
dilutiore ſanie. Quare puteolanũ potius laudatur quã tyrium aut getulicũ uel laconi
cum: unde precioſiſſimæ purpuræ. Cauſa eſt qđ id genus maxime inficitur: rubiãque
cogitur ſorbere. Vtiliſſimũ a canuſio. Preciũ huic a ſingulis denariis in libras ad. xxx.
Pingentes ſandyce ſublita mox ouo inducentes purpuriſſũ fulgorem minii faciũt . Si
purpurã facere malunt: cæruleũ ſublinũt: mox purpuriſſũ ex ouo inducunt. Ad hoc
maxima auctoritatis indico. Ex india uenit arundinũ ſpumæ adhæreſcentes limo cum
teritur nigrum. At in diluendo mixturã purpuræ cæruleiqꝫ mirabilem reddit. Alteruꝫ
genus eius eſt in purpurrariis officinis innatans cortinis & ẽ purpuræ ſpuma. Qui ad
ulterant uero indico tingunt ſtercora calumbina aut cretã ſilenuſiam uel annulariã
ultro inficiunt. probaẽ carbone. Reddit enim qđ ſinceꝝ eſt flammã excellentis purpu
ræ: & dum fumat odorem maris olet. Ob id quidã e ſcopulis id colligi putant. precium
indico denarii. xx. in libras. In medicina indicũ rigores & impetus ſedat. Siccat oris ulce
ra. Armenia mittit qđ eius nomine appellant. Lapis eſt hic quoqꝫ chryſocollæ mõ infe
ctus. Optimũqꝫ eſt qđ maxime uiride eſt: cõmunicato colore cũ cæruleo. Solebãt libræ
eius tricenis nũmis taxari. Inuenta ꝑ hiſpanias harena eſt ſimilẽ curã recipiens . Itaqꝫ
ad denarios ſenos uilitas redit. Diſtat a cæruleo candore modico: qui teneriorẽ hunc ef
ficit colorẽ. Vſum in medicina ad pilos tantũ alendos habet: maximeqꝫ ĩ palpebris. Sũt
etiãnum nouitii duo colores e uiliſſimis uirid qđ appianũ uocaẽ & q̃ chryſocollã lotũ
mentiẽ. Ceu paꝝ multa ſint medicina eius . Fit ex creta uiridi æſtimatum ſerſtertiis in
libras. Annulare qđ uocant candidum eſt: quo. muliebres picturæ illuminantur. Fit &
ipſum ex creta ammixtis uitreis gemmis ex uulgi annulis : unde & annulare dictum.

Qui colores udo nõ inducantur: & quibus coloribus antiqui pinxerunt
& quãdo primũ gladiatorum pugnæ propoſitæ ſunt. Ca. VII

EX omnibus coloribus cretulam amare:udoq; illini recuſant purpuriſſimum
indicum cæruleum mellinum auripigmentum apianum. Ceruſa cæræ tin
guntur iiſdem coloribus ad eas picturas quæ inuruntur alieno parietibus ge
nere:ſed claſſibus familiari. Iam uero & onerariis nauibus quoniam & pericula expin
gimus:ne quis mirentur & rogos pingi. Iuuatque pugnaturos ad mortẽ aut certe cæ-
dem ſpecioſe uehi. Qua contemplatione tot colorum tanta uarietate ſubit antiquita
tem mirari. Quattuor coloribus ſolis i nmortalia opera illã fecere:ex albis melino:ex ſi-
laceis attico:ex rubris ſinopide pontica:ex nigris atramento. Apelles Echion Melanchi
us Nicomacus clariſſimi pictores:cum tabulæ eorum ſingulæ oppidorum uenirent
opibus. Nunc & purpuris in parietes migrantibus & in india conferente fluminũ ſuo-
rum limum & draconum:& elephatorum ſaniem nulla nobilis pictura eſt. Omnia er
go meliora tunc fuere:cum minor copia. Ita eſt: quoniam (ut ſupra diximus) rerum
non animi preciis excubatur. Et noſtræ ætatis inſaniam ex pictura non omittã. Nero
princeps iuſſerat coloſſeum pingi.c.xx.pedum in linteo incognitum ad hoc tempus.
Ea pictura cum peracta eſſet in lamianis hortis: accenſa fulmine cum optima hor-
torum parte conflagrauit. Libertus eis cum daturus eſſet. Antii munus: gladiatorum
publicas portus occupauit pictura ut conſtat gladiatorum miniſtrorũque omnium
ueris immaginibus redditis. Hic multis iam ſeculis ſummus animus in pictura. Pingi
autem gladiatoriam munera:atque in publico exponi cœpta a. C. Terentio Lucano. Iſ
que auo ſuo a quo adoptatus fuerat.xxx.paria in foro per triduum dedit. Tabulamq;
pictam in nemore Dianæ poſuit.

De ætate picturæ operum & artificum indicatura nobilitates.cccv. Ca. VIII.

NUnc celebres in ea arte quãma imma breuitate percurram:neque enim iſtitu-
ti operis eſt talis execucio. Itaque & quoſdam uelut in tranſcurſu & in aliorũ
mentione obiter nominaſſe ſatis erit:exceptis operũ claritatibus:& ipſa conue
niet attingi:ſiue extant:ſiue intercidere. Non conſtat ſibi in hac parte græcorum diligẽ
tia quam multas poſt olypiadas celebrãdo pictores quam ſtatuarios auctores. Primum
que olympiade nonageſima:cum & phidiam ipſum initio pictorem fuiſſe tradat̃:clipe
umque athenis ab eo pictum. Præterea in confeſſo fit octogeſima tertia fuiſſe. Pãeum
fratrem eius:qui clipeum intus pinxit elide Mineruæ quam fecerat. Colotes Phidiæ di
ſcipulus:& in faciendo Ioue olympio adiutor. Quid? ꝙ in confeſſo pinde eſt Bularchi
pictoris tabula:in qua erat magnetũ prœlium a Candaule Rege Lydiæ hæraclidarũ
nouiſſimo:qui & Myrſilus uocatus eſt:repenſam auro. Tanta iã dignatio picturæ erat
Id circa ætatem Romuli acciderit neceſſe eſt. Duo.n.deuiceſima olympiade interiit.
Candaules:aut ut quidam tradunt eodem anno:quo Romulus niſi fallor. Manifeſta
iam cum claritate artis adeo abſolutiore. Quod ſi præcipitur:neceſſe eſt ſimul appare-
at multo uetuſtiora principia eſſe:eoſque qui monochomata pinxerũt: quoꝝ ætas nõ
traditur. Aliquanto ergo ante fuiſſe Hygiemõem Monochromadã:qui primus ĩ pictu
ra marem fœminamque diſcreuerit. Eumarum Athẽienſem figuras omnes imitari au
ſũ. Quiq; inuenta eis excoluerit Cimonẽ Cleõeũ. Hic Cataglypha iuẽit:hoc ẽ obliquas
imagines & uarie formare uultus reſpicientes ſuſpicienteſue:& deſpicientes. Articulis
etiam membra diſtinxit. Venas protulit:præterque in ueſte rugas & ſinus inuenit. Pa
neus quidem frater Phidiæ etiam prœlium Athenienſium aduerſus perſas apud Mara
thonem factum pinxit. Adeo iam colorum uſus increbruerat:adeo ars perfecta erat ut
in eo prœlio iconicos duces pinxiſſe tradatur Athenienſium Miliciadem:Callimacum
Cynegyrum Barbarorum:Darium:Thyſſaphernem.

Primum picturæ certamen & qui primi
pecicello pinxerunt. Ca. IV.

QVinimmo certamen picturæ etiam florẽte eo inſtitutnm eſt corinthi ac del-
phis. Primuſq; omnium certauit cum Timagora chalcidenſe: ſuperatuſq; eſt
ab eo Pythis: quod & ipſius Timagoræ carmine uetuſto apparet: chronicorũ
errore non dubio. Alii quoque poſt hoc clari fuere nonageſima olympiade: ſicut Poli-
gnotus Thaſius: qui primus mulieres lucida ueſte pinxit: capita earum mitis uerſico-
loribus operuit: plurimumque picturæ primus contulit. Siquidem inſtituit os adape-
rire: dentes oſtẽdere: uulttt ab antiquo rigore uariare. Huius ẽ tabula ĩ porticu. Põpeii:
quæ ante curiã eius fuerat. In qua dubitat̃ aſcendentẽ cũ clipeo pinxerit an d̃ſcendẽte
Hic delphis ædẽ pĩxit. Hic & athenis porticũ quæ poetile uocat̃ gratuito: cũ partẽ eius
Mycõ mercede pingeret. Vnde maior huic auctoritas. Siquidem amphictyones: quod
eſt publicum græciæ concilium hoſpitia ei gratuita decreuere. Fuit alius Mycon: qui
minoris cognomine diſtinguit̃: cuius filiã Timarete & ipſa pinxit. Nonaceſima autẽ
olympiade fuere Aglaophon Cephiſodorus Phrylus Euenor pater Parrhaſii & præcep-
tor Maximi pictoris: de quo ſuis annis dicemus. Omnes hi iam illuſtres: non tamen in
quibus hæreret expoſitio debeat feſtinans ad lumina artis: in quibus primus refulſit
Apolodorus athenienſis nonaceſimatertia olympiade. Hic primus ſpecies exprimere in-
ſtituit: primuſq; gloriẽ penicillo iure cõtulit. Eius ẽ ſacerdos: adorãs & Aiax fulmine ĩ-
cenſus qui pergami ſpectatur hodie. Neq; ante eũ tabula ullius oſtenditur: quæ tenae
oculos. Ab hoc artis fortes apertas Zeuſis heracleotes ĩtrauit olympiadis nonaceſimæ
quintæ anno quarto: audẽtemque iam aliquid pencillum (de hoc enim adhuc loqui-
mur) ad magnam gloriam perduxit. A quibuſdam falſo in Lxxxviiii. nona olympia-
de poſitus: cum fuiſſe neceſſe eſt Demophilum hymereum: & Neſeam thaſium. Quo-
niam utrius eorum diſcipulus fuerit: ambigitur. In eum Apollodorus ſupradictus uer-
ſus fecit. Artem ipſis ablatam zeus ferre ſecum. Opes quoque tantas acquiſiuit: ut in
oſtentatione earum olympiæ aureis litteris im palliorum teſſeris intextum nomen ſu-
um oſtentaret. Poſtea donare opera ſua inſtituit: quod ea nullo ſatis digno precio poſſe
diceret: ſicuti Alcmenam agrigentinis: Pana Archelao. Fecit & Penelopen: in qua mo-
res pinxiſſe uidetur: & Athletam. Adeoque ſibi in illo placuit: ut uerſum ſubſcriberet ce-
lebrem ex eo inuiſurum aliquem facilius quam imitaturum. Magnificus eſt Iupiter
eius in throno aſtantibus diis. Et Hercules infans dracones ſtrangulans Alcmena ma-
tre coram pauente: & Amphitryon. Deprehenditur tamen zeuſis grandior ĩ capitibus
articuliſque. Alioquin tantus diligentia: ut agrigentinis facturus tabulam: quam in
templo Iunonis laciniæ publice dicarent inſpexerit uirgines eorum nudas: & quinque
elegerit: ut quod in quaque laudatiſſimum eſſet: pictura redderet. Pinxit & mono-
chromata ex albo. ¶ Aequales eius & æmuli fuere Timanthes: Androgydes Eupom-
pus. Parraſius

¶ De auibus per picturam deceptis: &
quid difficilimum in pictura.
Capitulum decimum.

DEſcendiſſe hic cum zeuſide in certamen traditur. Et cum ille detuliſſet uuas
pictas tanto ſucceſſu ut in ſcœnam aues aduolarent: ipſe detuliſſe linteum
pictum traditur: ita ueritate repreſcentata: ut zeuſis alitum iudicio tumens flagitaret
tandem remoto linteo oſtendit picturã: atque intellecto errore concederet palmam in-
gẽuo pudore: quoniam ipſe aues fefelliſſet: Parrhaſius autẽ ſe artificẽ. Fertur & poſtea
zeuſis pinxiſſe puerꝝ uuas ferentẽ: ad quas cũ aduolarẽt aues: eadẽ ĩgenuitate proceſſit
iratus operi: & dixit: uuas melius pinxi q̃ puerꝝ. Nã & ſi hoc cõſumaſſẽ: aues timere de-
buerãt. Fecit & figlina opa: q̃ ſola in ãbracia relicta ſũt: cũ ide muſas Puluius nobilior

Romá trãſferret.; euſidis mãu Romæ Helena ẽ in Philippi porticibus. Et in Cõcordiæ
delubro Marſyas religatus. Parrhaſius epheſi natus:& ipſe multa conſtituit. Primus &
ſymmetriam picturæ dedit. Primus argutias uultus:& ellegãtiã capilli: uenuſtatẽ oris
confeſſione artificum in lineis extremis palmam adeptus. Hæc eſt pictura ſumma ſub
tilitas. Corpora enim pingere & media rerum eſt: quidem magni operis: ſed ĩ quo mul
ti gloriam tulerint. Extrema corporum facere:& deſinentis picturæ modum includere
rarum in ſucceſſu artis inuenitur. Ambire enim debet ſe extremitas ipſa:& ſic deſine
re:ut promittat alia poſſe:oſtendatque etiam que oc[u]ltat. Hanc ei gloriam conceſſere
Antigonus & Xenocrates: qui de picturis ſcripſere: prædicantes quoq; nõ ſolum con
fitentes alia multa. Graphidis ueſtigia extant in tabulis ac membranis:ex quibus profi
cere dicuntur artifices. Minor tanen uidetur ſibi cumparatus in mediis corporibus ex
primendis. Pinxit & dæmonem athenienſium argumento quoque ingenioſo. Volebat
nanque uarium:iracundum:iniuſtum:inconſtantem. Eundem uero exorabilem:cle
mentem:miſericordem:excelſum:glorioſum humilem:ferocem:fugacemque: & omĩa
pariter oſtendere. Idem pinxit & Theſiam qui Romæ in Capitolio fuit. Et Nauachrũ
torachatum. Et in una tabula quæ eſt Rhodi: Meleagrum: Herculem: Perſea. Hæc ibi
ter fulmine ambuſta:neque oblitterata hoc ipſo miraculum auger. Pinxit & Archigal
lum:quam picturam amauit Tiberius princes:autque ut auctor eſt Decius Epulo. lx.
ſeſtertiis æſtimatam cubiculo ſuo incluſit. Pinxit & Creſſam nutricem:infantẽque in
manibus eius. Et Philiſcum & liberũ patrẽ aſtante uirtute:& pueros duos: in quibus
ſpectatur ſecuritas & ſimplicitas ætatis. Item ſacerdotem aſtante puero cum acerra: &
corona. Sunt & duæ picturæ eius nobiliſſimæ hoplitides. Alter in certamine ita decur
rens:ut ſudare uideatur. Alter arma depõens ut anhelare ſentiatur. Laudatur & Aene
as caſtorq; ac pollux in eadẽ tabula. Itẽ Thelephus: Achilles: Agãennõ: Vlyxes facũdus
artifex. Sed quo nemo inſolentius & arrogantius ſit uſus gloria artis. Nam & cognomi
na uſurpauit abrodientum ſe apellando:aliiſque uerbis pricipem artis & eam ab ſe cõ
ſumatum. Super omnia Apollinis ſe radice ortum:& Herculem quem lyndi fecerat ta
lem a ſe pictum:qualẽ ſæpe in quiete uidiſſet. Ergo magnis ſuffragiis ſuperatus a Ti
manthe eſt ſami in Aiace:armorum quoque iudicio Herois nomine. Et ſe moleſte ferre
dicebat quod iterum ab indigno uictus eſſet. Pinxit & in minoribus tabellis libidines
eo genere & petulantibus iocis ſe reficiens: Nam Timanthi uel plurimum affuit ingẽii
Eius enim eſt Iphigenia oratorum laudibus celebrata. Qua ſtante ad aras peritura cũ Iphigenia
mœſtos pinxiſſet omnes: præcipue patrum: cum triſticiæ omne imaginẽ conſumpſiſ
ſet patris ipſius uultum uelauit:quem dignæ non poterat oſtendere. Sunt & alia inge
nia eius exemplaria ueluti Cyclops dormiens in paruula tabula. Cuius & ſic magnitu
dinem exprimere cupiens pinxit iuxta ſatyros thryſo pollicem eius mentientes : atque
in omnibus eius operibus intelligitur plus ſemper q̃ pingitur. Et cum ars ſumma ſit:
ingenium tamen ultra artem eſt. Pinxit & heroa abſolutiſſimi operis:arte ipſa comple
xus uires pingendi:quod opus nunc Romæ in templo Pacis eſt. Euxinidas hac æta
te docuit Ariſtidem præclarum artificem. Eupompus Pamphilum Apellis præceptorẽ
Eſt Eupompi uictor certamine gymnico palmam tenens. Ipſius auctoritas tanta fue
rit:ut diuiſerit picturam in genera tria quæ ante eum duo fuere helladicum & aſſiati
cum. Aſſiaticum appellabant propter hunc qui erat ſcytionius. Diuiſo helladico trita
facta ſunt: Ioniũ: ſycioniũ: atticũ. Pãphili pictura ẽ cognatio & prœliũ ad philũtẽ & ui
ctoria Athenienſium. Item Vlyxes in rate. Ipſe macedo natiõe: ſed prius ĩ pictura oĩbꝫ
litteris eruditus præcipue arthimetice:& geometriæ ſine q̃bus negabat artẽ ꝑfici poſſe.
Docuit neminẽ mĩoris talento ãnis. x. quã mercedẽ & Apelles & Melãtius ei dedere. Et

huius aũctoritate effectum eſt ſicyone primum:deinde & in tota græcia:ut pueri inge
nui ante omnia anthigraphicen:hoc eſt picturam in ludo docerentur: reciperet urque
ars ea in primum gradum liberalium . Semper quidem honos ei fuit:ut ingenii eam
exercerent:mox ut honeſtis perpetuo interdicto:ne ſeruitia docerentur . Ideo neque in
hac neque in toreutice ullius qui ſeruirit opera celebrantur. Clari etiam centeſima ſep
tima olympiade extitere. Echion & Therimachus. Echionis ſunt nobiles picturæ Liber
pater:item tragœdia & comedia. Semiramis ex ancilla adipiſcens regnum:anus lampa
das præferens:& noua nupta uerecumdia notabilis. Verum & omnes prius genitos fu
turoſque poſtea ſuperauit Apelles eouſque olympiade centeſima.xii.in pictura proue
ctus:ut plura ſolus prope quam cæteri omnes contulerit :uoluminibus editis quæ do
ctrinam eam cõtinent. Præcipua eius in arte neuuſtas fuit:cum eadem ætate maximi
pictores eſſent:quorum opera cum ammiraretur:collaudatis omnibus:adeſſe iis unam
illam uenerem dicebat:quam græci charita uocant. Cætera omnia contigiſſe. Sed hæc
ſoli ſibi neminem parem . Et aliã gloriã uſurpauit:cũ Prothogenis opus ĩmenſi laboris
ac curæ ſupra modum anxie miraretur. Dixit enim omnia ſibi cum illo paria eſſe:aut
illi meliora:ſed uno ſę præſtare:quod manum ille de tabula neſciret tollere:memorabi
li præcepto:nocere ſæpe nimiam diligentiam . Fuit autem non minoris ſimplicitatis
quam artis. Nec decebat Amphioni de diſpoſitione :nec Aſclepiodoro de menſuris:hoc
eſt quanto quid a quo diſtare deberet. Scitum eſt inter Prothogenem & eum quod ac
cidit. Ille rhodi uiuebat. Quo cum Apelles annauigaſſet : auidus cognoſcẽdi opera eius
fama tantum ſibi cogniti :continuo officinam petit . Aberat ipſe ſed tabulam magnæ
amplitudinis in machriam aptatam picturæ anus una cuſtodiebat. Hæc Prothogenẽ
fortis eſſe reſpondit:interrogauitque a quo quæſitum diceret. Ab hoc inquit Apelles ar
reptoque peniculo lineam ex colore duxit ſummæ tenuitatis per tabulam . Reuerſo
Prothogeni quæ geſta erant anus indicauit. Ferunt artificem protinus contemplatum
ſubtilitatem dixiſſe: Apellem ueniſſe. Non enim cadere in alium tam abſolutum opus.
Ipſũ tunc alio colore tenuiorẽ lineã in ipſa illa duxiſſe præcepiſſeq; abeuntẽ ſi rediſſet
ille:oſtenderet:adiiceretque hunc eſſe quẽ quærerent:atque ita euenit . Reuertitur enĩ
Apelles:ſed uinci erubeſcens:tertio colore lineas ſecuit:nullum relinquẽs amplius ſub
tilitati locum. At Prothogenes uictum ſe confeſſus in portum deuolauit : hoſpitẽ quæ
rens. Placuitque ſic eam tabulam poſteris tradi:omnium quidem:ſed artifici præcipue
miraculo. Conſumptam eam conſtat priore incẽdio domus Cæſaris in palatio. Auide
ante a nobis ſpectatam ſpatioſiore amplitudine : nihil aliud continentem quam lineas
uiſum effugientes. Inter egregia multorum opera inani ſimilem & eo ipſo allicientem
omnique opere nobiliorem. Apelli fuit alioquin perpetua conſuetudo nunquam tam
occupatam diem agendi:ut non lineam ducendo exerceret artem : quod ab eo in pro
uerbium uenit. Idem perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus. Atque poſt
ipſam tabulam latens:uitia quæ notarentur auſcultabat: uulgum diligentiorem iudi
cem quam ſe præferens. Feruntque a ſutore reprehenſum quod in crepidis una intus
pautiores feciſſet anſas . Eodem poſtero die ſuperbe emendationem priſtinæ ammoni
tionis cauillante circa crus indignatum proſpexiſſe : denuntiãtem ne ſupra crepidam
ſutor iudicaret:quod & ipſum in prouerbium uenit. Fuit enim & comitas illi:propter
quam & gratior Alexandruo magno erat : frequenter in officinam uentitanti : Vnde
ut iam diximus :ab alia pingi ſe uetuit inueterato edictos. Sed & ĩ officina ĩperite mul
ta diſſerenti ſilẽtiũ comiter ſuadebat:rideri cũ dicenr a pueris q colores tererẽt. Tãtum
auctoritatis & iuris erat ei in regẽ alioqn iracundũ. Quanq̃ Alexãder & honorẽ clariſſi
mo præbuit exẽplo. Nanq; cũ dilectæ ſibi ex pallaciis ſuis præcipue nomine Cãpaſpen
nudã pigi ob ammirationẽ formæ ab Apelle iuſſiſſet eũq; cũ pari captũ amore ſenſiſſet

dono dedit eam. Magnus animo maior imperio ſui: nec minor hoc facto q̃ uictoria ali
qua. Quippe ſe uicit: nec thorum tantum ſuum: ſed etiam affectum donauit artifici:
ne dilectæ quidem reſpectu motus ut quæ modo regis fuiſſet modo pictoris eſſet. Sũt
qui Venerem Dionæam illo pictam exemplari putant. Apelles & in æmulis benignus
Prothogeni dignationem primus rhodi conſtituit. Sordebat ille ſuis ut plerumque do-
meſtica. Percontantique quanti licitaretur opera effecta: paruum neſcio quod dixerat
At ille quinquagenis talentis popoſcit: famamque diſperſit ſe emere: ut pro ſuis uende-
ret. Et res concitauit rhodios ad intelligendum artificem: nec niſi augẽtibus precium
ceſſit. Imaginum ille ſimilitudines adeo indiſcrete pinxit: ut ĩcredibile dictu Appion
grãmaticus ſcriptum reliquerit: quendam ex facie hominum addiuinantem. quos Me
topus uocant ex iis dixiſſe aut futuræ mortis anos aut præteritæ. Non fuerat ei gratia
In comitatu Alexandri cum Ptolemæo: quo regnante Alexandriam ui tempeſtatis ex-
pulſus ſubornato fraude æmulorum Plano regio inuitatus ad regis cœnam uenit. In-
dignantiq; Ptolemæo: & uocatores ſuos oſtendenti: ut diceret a quo eorum inuitatus
eſſet: arrepto carbone extincto e foculo: imaginem in pariete deliniauit: agnoſcente uul
tum Plani Rege ex incohato protinus. Pinxit & in Antigõi regis imaginẽ altero lumi
ne orbam primus excogitata ratione uitia condendi: obliquam nanque fecit ut qđ cor
pori deerat picturæ potius deeſſe uideretur. Tantumq; ea in parte a facie oſtendit quã
totã poterat oſtendere. Sunt ĩter opera eius expirantiũ imagines. Quæ aũt nobiliſſima
ſint nõ eſt facile dictu. Venerem exeuntẽ e mari D. Auguſtus dicauit ĩ delubro patris
Cæſaris: quæ anadyomene uocat̃: uerſibus græcis tali opere dũ laudat̃: ſed illuſtrata.
Huius .n. inferiorẽ partẽ corruptã qui reficeret: nõ poterat ĩuẽiri. Verũ ipſa iniuria ceſ
ſit in gloriã artificis. Conſenuit hæc tabula cariæ: aliamq; pro ea Nero ĩ principatu ſub
ſtituit ſuo Dorothei manu. Apelles incoauerat aliam Venerẽ coiis: ſupaturus ẽt ſuam
illã priorẽ. Inuidit mors peracta pte: nec qui ſuccederet opi ad præſcripta liniamẽta in
uentus ẽ. Pinxit & Alexandrũ. M. fulmẽ tenentẽ in tẽplo epheſiæ Dianæ. xx. talentis
auri. Digyti eminere uident̃: & fulmẽ extra tabulã eſſe. Sed legentes meminerint oĩa ea
cõſtare quattuor coloribus. Immane tabulæ precium accepit aureos menſura nõ nu-
mero. Pinxit & Megalyſſi ſacerdotis Dianæ epheſiæ põpã. Clytũ equo ad bellũ feſtinã-
tem: & ei galeã poſcenti armigerũ porrigentẽ. Alexandrũ & Philippum quotiens pinxe-
rit: enumerare ſuperuacnum ẽ. Mirant̃ eius Abronẽ ſamii. Et Menandrũ Regẽ cariæ
rhodi. Item Anceum. Alexandriæ Gorgonas tenentem tragœdum. Romæ Caſtorem &
Pollucem cum uictoria & Alexandro magno. Itẽ. belli imeginẽ reſtrictis a tergo mani-
bus Alexandro in curru triumphãte Quas utraſq; tabulas D. Auguſtus ĩ fori ſui pti-
bus celeberrimis dicauerat ſiplcitate moderata. Diuus Claudius pluribus æſtimauit
Li utriſque exciſa facie Alexandri Diui Auguſti imagines dedere. Eiuſdem arbitrant̃
manu eſſe & ĩ Antoniæ tẽplo Herculẽ auerſum ut qđ ẽ difficillimũ faciẽ eius oſtendat
uerius pictura q̃ qromittat: pinxit & Heroa nudum ad quã picturam natura eum pro
uocauit. Eſt equus eius ſiue fuit pictus in certamĩe quod iudicium ad mutas quadru-
pedes prouocauit ab hominibus. Nanque ambitu æmulos præualere ſentiens ſingulo-
rum picturas inductis equis oſtendit. Apellis tantũ equs adhinniuere: idq; poſtea ſem
per illius experimentum artis oſtentatur: Fecit & Neptolemũ ex equo aduerſus perſas.
Archelaum cum uxore & filia. Antigonũ thoracatum cũ equo incẽdentẽ: peritiores ar
tis præferũt oĩbus eius opibꝰ eũdẽ regẽ ſedẽtẽ ĩ equo. Dianã ſacrificãtiũ uirginũ coho
ro mixtã qbꝰ mixuiciſſe Homeri uerſus uidet̃ idipſũ ſcribẽtis: pĩxit & pĩgi nõ poſſũt
tõitrua: fulgetra: fulgurq;: brõtẽ: aſtrapẽ: ceraunobolõ appellãt. Inuẽta eius & cæteris
eius pfuere ĩ arte. Vnũ imitari nẽo potuit. qđ abſoluta opa atramẽto illinebat ita tẽui

ut idipſũ repcuſſu claritates oculoꝝ excitaret: cuſtodiretq; a puluere & ſordibus: ad ma
nũ ituendi demũ appareret. Sed & cũ rõne magna: ne colorẽ claritas oculoꝝ aciẽ offẽ
deret ueluti per lapidẽ ſpecularem intuentibus e longinquo. Et eadem res nimis flori
Ariſtides
bus coloribus auſteritatem occulte daret. Aequalis eius fuit Ariſtides thebanus. Is om
nium primus animum pinxit & ſenſus omnes expreſſit: quos uocant græci ethe. Item
perturbationes: durior paulo in coloribus. Huius pictura: oppido capto ad matris mori
entis ex uulnere mammam adrepens infans. Intelligiturq; ſentire matre: & timere ne e
mortuo lacte ſanguinem infans lambat. Quam tabulam. Alexander magnus tranſtu
lerat pellam in patriam ſuam. Idem pinxerat proelium cum perſis centum homines ea
tabula complexus pactuſq; in ſingulos mnas denas a tyranno e latenſium Mnaſone.
Pinxit & currentes quadrigas. Et ſupplicantem pene cum uoce. Et uẽatores cum cap
tura. Et Leontionem pictorem. Et Anapauomenon propter fatris amorem morientem
Item Liberum patrem & Ariadnen ſpectatos Romæ ĩ æde Cæreris Tragœdum & pue
rum Apollinis. Cuius tabulæ gratia interit pictoris inſicia: cui tergendam eam manda
uerat. M. Iunius prætor ſub die ludorum apollinarium. Specta eſt & in æde Fidei in
capitolio imago ſenis cum lyra puernm docentis. Pinxit & egrum ſine fine laudatum
Qua in arte tantum ualuit: ut Attalus rex unam tabulam eius centũ talentis emiſſet
tradat. Simul ut dictũ ẽ & Protogenes floruit patria phicaunus gẽtis rhodiis ſubiectæ
Sũma eius paupertas initio: artiſq; ſumma intentio. & ideo minor fertilitas. Quis eũ
docuerit: non putant conſtare. Quidam & naues pinxiſſe uſq; ad annum quinquage
ſimum. Argumentum eſſe quod cum athenis celeberimo loco Mineruæ delubro Popy
leon pingeret ubi fecit nobilem Paralum &. Hammoniadam: quam quidam nauſicã
uocant: adiecerit paruulas naues longas in iis: quæ pictores peraga appellant: ut appa
reret a quibus initiis ad arcem oſtentationis opera ſua perueniſſent. Palmam habent ta
bularum eius Ialyſus: qui eſt uſq; hodie Romæ dicatus in templo Pacis: quem cũ pin
geret traditur madidis lupinis uixiſſe: quoniam ſimul famem ſubſtinerent & ſitim: ne
ſenſus nimia dulcedine obſtruere. Huic picturæ quater colorem induxit contra ſubſi
dia iniuriæ & uetuſtatis: ut decedente ſuperiore inferior ſuccederet. Eſt in ea canis mi
re factus: ut quem pariter caſus & ars pinxerit. Non iudicabat ſe ex primere ĩ eo ſpumã
anhelantis cum re ſi qua omni parte quod difficillimum erat ſibi ipſe ſatiſfeciſſet. Di
ſplicebat autem ars ipſa: nec minui poterat: & uidebatur nimia ac lõgius a ueritate di
ſcedere: ſpumaq; illa pingi non naſci ex ore anxio animi cruciatu cum in pictura ueꝝ
eſſe non ueriſimile uellet: abſterſerat ſæpius: mutaueratq; penicillum: nullo modo ſibi
aprobans. Poſtremo iratus arti qđ intelligeret: ſpongiã impegit inuiſo loco tabulæ ex
illaq; repoſuit ablatos colores: qualiter cura optauerat: fecitq; in pictura fortũa naturã
Hoc exẽplo ſimilis & Nealtẽ ſucceſſus ĩ ſpuma equi ſimiliter ſpongia impacta ſecutus
dicitur cum pingeret Popizonta retinẽtes pane. Cum ita Prothogenes modo ſtrauit &
fortuna. Propter hunc Ialyſum ne cremaret tabultas Demetrius rex: cum ab ea parte
ſola poſſet rhodum capere: non incendit: parcentemque picturæ fugit ocaſio uictoriæ.
Erat tunc Prothogenes in ſuburbano hortulo ſuo: hoc eſt Demetrii caſtris. Neque in
terpellatus prœliis inchoata opera intermiſit omnino: ſed accitus a rege interrogatuſq;
quam fiducia extra muros ageret: reſpondit: ſcire ſe illi cum rhodiis bellum eſſe non
cum artibus. Diſpoſuit ergo rex in tutellam eius ſtationes gaudẽs: quod poſſet manus
ſeruare quibus iam pepercerat: & ne ſæpius auocaret: ultro ad eũ uenit hoſtis. Relictiſq;
uictoriæ ſuæ uotis iter arma & murorũ ictus ſpectauit artificem: Sequit tabulã eius tẽ
poris hæc fama: q eã Prothogenes ſub gladio pixerit. Satyrius hic ẽ: quẽ Anapauome
nõ uocãt: ne qđ deſit tẽporis eius ſecuritati tibias tenens. Fecit & Cydippẽ Triptolemũ:
Cyliſcũ ragœdiaꝝ ſcriptorẽ mediantẽ & athletã: & Antigonum regẽ: & imaginẽ matris

Ariſtotelis philoſophi qui ei etiam ſuadebit & Alexandri magni opera pingeret: ꝓpter
æternitatem rex · Impetus animi & libido in hæc quædam artis eum potius tulere. No
uiſſime pinxit Alexandrum ac pana. Fecit. & ſigna ex ære ut dixius. Eadē ætate Aſcle
piodorus fuit: quē ī ſymmetria mirabať. Apeles huic᷒ Mnaſon tyrannus pro.xii.diis de
dit in ſingulos mnas tricenas. Idemq; Theōneſtro ī ſingulos eroas mnas centenas. His
annumerari debet Nicomachus Ariſtodemi filius ac diſcipulus: pixit hic raptum pro-
ſerpinæ. Quæ tabula fuit in Capitolio in Mineruæ delubro ſupra ædiculam luuenta
tis. Et in eodem Capitolio alia quam planctus impator poſuerat uictoria quadrigam
in ſublime rapiens. Hic primus Vlyxi addidit pileum: pingit & apollinem & Diamam
Deumque Marem in leone ſedentem. Et item nobiles uaccas arreptantibus ſatyri ſcyl
lamque quæ nunc eſt Romæ in templo pacis. Nec fuit alius in ea arte uelocior. Tra
dunt nanque conductum eum ab Ariſtrato ſycioniorum tyranno ad pingendum qd'
is faciebat Teleſti poetæ monumentum: profinito die intra quē perageretur: nec mul-
to ante ueniſſe accenſo in pœnam tyranno: pauciſque diebus abſoluiſſe celeritate & ar
te mira. Diſcipulos habuit Ariſtidem fratrē & Ariſtoclem filium & Philoxenon eretri
um. Cuius tabula uuluis poſtferenda Caſſandro Regi picta. Continuit Alexādri prœ-
lium cum Dario. Item pinxit & laſciuiam in qua tres Sileni cōmeſantur. Hic celerita-
tem præceptoris ſecutus breuiores etiamnum quaſdam picturæ uias & compendiarias
inuenit. Annumeratur his & Nicophanes elegans & cōcinus: ita ut uetuſta opera pin
geret proter æternitatem rerum impetuoſi animi: & cui pauci cōparentur. Coturnus
ei & grauitas artis. Multū a Zeuſide & Apelle abeſt Apellis diſcipulus Perſeus: ad quē
de hac arte ſcripſit: qui huius fuit ætatis. Ariſtidis thebani diſcipuli fuerunt & filii Ni-
ceros & Ariſtippus: cuius eſt ſatyrus cum ſypho coronatus. Diſcipuli eius fuerunt An
torides & Euphranor: de quibus mox dicemus. Nanque ſubtexi par eſt minoris pictu-
ræ celebres in penicillo e quibus fuit Pyreicus arte paucis poſtferendus. Propoſito ne-
ſcio an deſtruxerit ſe: quoniam humilia quidem ſecutus humilitatis tamē ſumma ade
ptus eſt gloriam. Tonſtrinas: ſutrinaſque pinxit & aſellos & obſonia ac ſimilia: ob hoc
cognominatus Rhyparograuos. In iis conſumatæ uoluptatis. Quibpe eæ pluris ueni-
re q̄ maxime multorum. E diuerſo mediana ut inquit Varro omnia operiebat Serapio-
nis tabula fub ueteribus. Hic ſcænas optime pinxit: ob ed hominem pingere non. Con
tra Dyoniſius nihil aliud quam homines pinxit hoc Antrophraphus cognomina-
tus. Parua & Calicles fecit. Item Caleces comicis tabellis. Vtraque Antiphlius. Nam &
Heſionam nobilem pinxit: & Alexandrum ac Philippum cum Minerua qui ſunt ī ſco
la in Octauiæ porticibus & Philippi. Liberum patrem: Alexandrum puerum: Hyppo-
litum tanto emiſſo expaueſcentem. In Pompeia uero Cadmum & Europem. Idemque
iocoſo nomine & gryllum ridiculi habitus pinxit. Vnde hoc genus picturæ gryllus uo
catur. Ipſe in ægypto natus didicit a Cteſidemo. Decet non ſileri & ardeatis templi pic
torem præſertim ciuitate donatum. Ibi carmine quod eſt in ipſa pictura his uerſibus.

Dignis digna loco picturis condecorauit:
Reginæ Iunonis ſupremæ coniugis templum
Marcus ludius elotas ætolia orundus:
Quem nunc & poſt ſemper artem hanc ardea laudat.

¶ Ea ſunt ſcripta antiquis litteris latinis non fraudando & Ludio. D. Au. ætate: qui
primus inſtituit amœniſſimam parietum picturam uillas & porticus: ac topiaria opera
lucos: nemora: colles: piſcinas: euripos: annes: littora: qualia: quis optaret: uarias ibi ob
ambulantiū ſpecie: aut nauigantiū: terraque uillas adeūtiū aſellis aut uheiculis. Iā piſcā
tes: aucupanteſq;: aut uenantes. aut etiā uindemiātes. Sunt ī eis exēplaribus nobiles palu
ſtri acceſſu uillæ: ſub collium ſponſione mulieres labentes trepidæq; ferunť plurimæ.

Præterea faciles argutiæ:facetiſſimi ſales. Idem ſubdialibus maritimis urbes pingere in
ſtituit blandiſſimo aſpectu minimoq; ĩpendio. Sed nulla gloria artificum eſt :niſi eorũ
qui tabulas pinxere eoq; uenerabilior apparet antiquitas. Nõ enim pietes excolebant do
minis tantũ nec domos uno in loco manſuras:quæ ex incẽdiis rapi nõ poſſet. Caſula
Prothogenes cõtentus erat in hortulo ſuo. Nulla in Apellis tectoris pictura erat. Non
dum libebat pietes totas pingere. Omnis eorũ ars urbibus excubabat: pictorq; res cõis
terrarũ erat. Fuit & Arellius Romæ celebris pauloante Diuũ Auguſtũ:niſi flagitio iſi
gni corrupiſſet artẽ ſemp alicuius amore fœminæ flagrans:& ob id eas pingens:ſed di
lectaꝝ imagine. Itaq; ĩ pictura eius ſcorta numerabant̃. Fuit & nup grauis ac ſeuerus
idẽq; floribus humilis rei pictor Amulius. Huius erat Minerua ſpectantẽ aſpectãs quã
cunq; aſpiceret̃. Paucis diei horis pingebat:id quoq; cũ grauitate:qđ ſemp togatus quã
quã in machinis. Carcer eius artis domus aurea fuit: & ideo nõ extant exẽpla alia ma
gnope. Poſt eum fuere in auctoritate Cornelius pinus & Actius priſcus : qui Honoris
& uirtutis ædes imperatori Veſpeſiano Auguſto reſtituenti pinxerunt. Sed priſcus
antiquis ſimilior.

De auiũ cantu cõpeſcendo:& qui encauſto & penicillo primus lacunaria & cameras pinxerit:ſparſimq; precia mirabilia picturarũ. Ca. XI

NOn eſt omittẽda in picturæ mẽtione celebris circa Lepidũ fabula. Siquidẽ in
triumuiratu quoda loco deductus a magiſtratibus in nemoroſũ hoſpitũ mi
naciter cum iis poſtero die ex poſtulauit ſõnum adẽptum ſibi uolucꝝ cõcen
tu. At illi draconẽ in lõgiſſima mẽbrana depictũ circundedere loco. Eoq; terrore aues
tunc ſiluiſſe narant̃ :& poſtea cognitũ eſt ita poſſe cõpeſci. Cæris pingere ac picturam
inuenere quis primus excogitauerit:nõ cõſtat. Quidã Ariſtidis inuẽtum putãt:poſtea
cõſumatã a Praxitele. Sed aliq̃to ueteſtiore encauſticæ picturæ extitere:ut Polignoti &
Nicanoris & Mareſilai pariorum. Lyſippus quoq; eginæ picturæ ſuæ inſcripſit Enetẽ:
qđ pfecto nõ feciſſet:niſi encauſtica inuẽta. Pãphilus quoq; Apellis preceptor nõ pin
xiſſe tãtum encauſtica:ſed etiã docuiſſe tradit̃ Pauſiã ſicyonium primum ĩ hoc genere
nobilẽ. Brietis filius hic fuit :eiuſdẽq; primo dieſcipulus. Pinxit & ipſe penicillo pietes
thebis cum reficerent̃ quondã a Polygnoto picti:multumq; cõparatione ſupatus exi
ſtimabat̃ quoniã nõ ſuo genere certaſſet. Idẽ & lacunaria primus pingere ĩſtituit. Nec
cameras ante eum taliter adornari mos fuit Paruas pingebat tabellas maximeq; pueros
Hoc æmuli eum interpretabant̃ facere:quoniã tarda picturæ ratio eẽt illa. Quã ob rẽ
daturus celeritatis famã abſoluit uno die tabellã quæ uocata ẽ hemereſios puero picto
Amauit in iuuẽta Glycerã municipẽ ſuã inuetericem coronarum:certãdoq; imitatiõe
eius ad numeroſiſſimã florum uarietatẽ pduxit artemillã. Poſtremo pinxit illã ſedentẽ
cum corona. Quæ nobiliſſima tabula appellata eſt ſtephanoplocos:ab aliis ſtephanopo
lis :quoniam Glycera coronas uenditando ſuſtinuerat paurpertatem. Huius tabulæ
exemplar quod apographon uocant. Lucius. Lucullus duobus talentis emit athenis.
pauxias autem fecit & grandes tabulas: ſicut ſpectatam in pompeii porticibus boum
immolationem. Eam enim picturam primus inuenit:quam poſtea imitati ſunt multi
æquauit aũt nemo. Ante omnia cum longitudinẽ bouis oſtendere uelet:aduerſũ eum
pinxit:nõ trãſuerſum. Vnde & abunde ĩtelligit̃ amplitudo. Dein cum omnesquæ uo
lunt eminentia uideri:candicãtia faciant:colorẽq; cõdiant nigro. Hic totum bouẽ atri
coloris fecit:umbreq; corpus ex ipſo dedit. Magna prorſus arte in quo extãtia obſtẽdẽs
& in cõfracto ſolida oĩa. Sicyone & hic uitã egit:diuq; fuit illa patria picturæ. Tabulas
inde omnes expublico propter æs alienum ciuitatis additas. Scauri ædilitas Romam
tranſtulit. Poſt eum eminuit longe ante omnes. Euphranor iſthmius olympiade ſcili
Euphranor cet centeſima quarta. Is eſt qui inter fictores dictus eſt a nobis. Fecit & coloſſos & mar

mora :ac ſcyphos ſculpſit. Docilis & laborioſu: ante omnes:& in quocũque genere ex-
cellens ac ſibi æqualis. Hic primus uidetur & expræſiſſe dignitates inſignia heroum &
uſurpaſſe ſymmetriam. Sed fuit in uniuerſitate corporum exilior: capitibus: articuliſq;
grandior. Volumina quoque compoſuit de ſyemmetria & coloribus. Opera eius ſunt
equeſtre prœlium. xii. dii. Theſeus: in quo dixit eundem apud parrhaſium roſa paſtum
eſſe: ſuum uero carne: Nobilis eius eſt tabula epheſi. Vlyxes ſimulata uaſania bouem
cum equo iungens. Palamedes dux Faſce gladium cõdens. Eodem tempore fuit & Cy
clias: cuius tabulam argonautas talentis. clxiiii.. Hortenſius Orator mercatus eſt: eique
ædem fecit in tuſculano ſuo. Euphranoris autem diſcipulus fuit antidotus. Huius eſt
clipeo dimicans athenis & luctator: tibicenque inter pauca laudatus. Ipſe diligentior
q̃ numeroſior: & in coloribus ſeuerus. Maxime inclaruit diſcipulo Nicia Athẽienſi qui
diligentiſſime mulieres pinxit. Lumen & umbras cuſtodiuit. atque ut eminerent e ta-
buls picturæ maxime curauit. Opera eius nemea aduecta ex aſia Romam a Syllano:
quam in curia diximus poſitam. Item liber pater in æde Concordiæ. Hiacynthus quẽ
Cæſar Auguſtus delectatus eo ſecum deportauit Alexandria capta. Et ob id Tyberius
Cæſar in templo eius dicauit hanc tabulam. Dianæ. Epheſi uero eſt Megalyſſi ſacerdo
tis epheſie Dianæ ſepulchrum. Athenis necromantia Homeri hanc uendere uoluit At
talo regi talentis. lx: potiuſque patriæ ſuæ donauit: abundans opibus. Fecit & grandes
picturas in quibus ſunt Calypſo & Io: & Andromeda. Alexander quoque in Pompeii
porticibus præcellens: & Calypſo ſedens. Huic quidem aſcribuntur quadrupedes. Pro
ſperrimæ canes expreſſit. Hic eſt Nicias: de quo dicebat. Praxiteles ĩterrogatus: quæ ma
xime opera ſua probaret in marmoribus: quibus Nicias manum admouiſſet. Tantũ cir
cuitioni eius tribuebat. Non ſatis diſcernitur alius eodem nomine. Ad hunc eundem
quidã faciunt olympiade centeſimaduodecima. Niciæ comparatur. & aliquanto præ-
fertur Athenion Maronites Glautionis corinthi diſcipulusi& auſterior colore: & in au
ſteritate iucundior: ut in ipſa pictura eruditio eluceat. Pinxit in templo Eluſinæ Phi-
larchum. Athenis frequentiam quam uocauere polygenneton. Item Achillem uirgi
nis habitu occultatum. Vlixe depræhendente. Et in una tabula quaque maxime ĩcla
ruit agaſonem cum equo. Quod niſi iuuenta obiſſet: nemo ei compararetur. Eſt & no
men Heraclidi macedoni: initio naues pinxit. Captoque rege Perſeo athenas cõmigra-
uit: ubi eodem tempore erat Metredorus pictor. Idemque phũs magnæ ĩ utraque ſciẽ Metrodorus phus
tia auctoritatis. Itaque cum. L. Paulus deuicto Perſeo petiſſet ab athenienſibus ut q̃pro
batiſſimum phũm mitterent ſibi ad erudiendos liberos itemque pictorem ad triũphũ
excolendum: athenienſes Metrodorum elegerunt: profeſſi eundem ĩ utroque deſiderio
præſtantiſſimum: qđ edito quoq; Paulus indicauit. Timomachus bizãtinus Cæſaris
dictatoris ætate aiacem ei pĩxit & Medeã ab eo in ueneris genitricis æde poſitas: octogi
ta talẽtis uenũdatas. Talẽtũ ãt atticũ ut ait Varro. xvi. ſextertiis taxat̃. Timõachi æque
laudant̃ Oreſtes. Iphigenia ĩ tauris & Lecithiõ agilitatis exercitator: cognatio nobiliũ
palliati: quos dicturos pinxit: alterum ſtantem alteꝝ ſedẽtẽ. Præcipue tamen ars ei fa
uiſſe in Gorgone uiſa eſt. Pauſiæ filius & diſcipulus Ariſtolaus e ſeueriſſimis pictoribus
fuit cuius ſunt Epaminundas: Pericles. Medea Virtus: Theſeus. Imago attice Plebis.
Boum immolatio. Sunt quibus & Mechlopanes eiuſdem. Pauſiæ diſcipulus placeat
diligentia: quam intelligant ſoli artifices: Alias durus in coloribus: ſed & multus. Nam
Socrates iure omnibus placeat. Taleſque ſunt eius picturæ. Cum æſculapio filiæ Higia
Aegle: Pane: Calaſus: & Piger qui appellatur Ocnos ſpartum torquens quod aſellus ar
rodit. Hactenus indicatis in genere utroq; proceribus: non ſilebuntur & primis proxi-
mi. Ariſtoclides: qui pinxit ædem: Apollinis delphis. Anthiphilus puero ignem conflã-
te laudatur: ac pulchre alias domo ſplendeſcente: ipſiuſq; pueri ore. Itẽ lanificio: in quo
properant omnium mulierum penſa: Ptolemæo uenante. Sed & nobiliſſimo ſatyro cũ

pelle pantherina:quẽm apocoptõta appellant. Ariſtophon Anchalo uulnerato ab apro
cum ſocia doloris Aſtipale. Numeroſaq; tabula:in aqua ſunt priamus: Heleua: Credu
litas: Vlixes: Deiphebus: Dolus. Androbius pinxit Scyllam ancoras perſidæ claſſis præ
cidentẽ. Artemon Damne mirantibus eam prædonibus. Reginam Stratonicem: Hercu
lem & Deinaram. Nobiliſſimas autẽ quæ ſunt in porticibus Octauiæ operibus. Hercu
lem ab oeta monte exuſta mortalitate conſenſu deorum in cælum euntem. Laomedon
tis circa Herculem & Neptunnum hiſtoriam. Alcimacus Dioxippum : qui Pancratio
olympiæ circa pulueris iactum:qđ uocant aconiti:uicit. Cœũs ſtemmata. Cteſilochus
Apellis diſcipulus petulanti pictura innotuit Ioue Liberum parturiente depicto mitra
to & muliebriter ingemiſcente ĩter obſtetrices & dearum clamorẽ. Teſtidemus oecaliæ
expugnatione & Laodamia. Cleſides reginæ Stratonices iniuria:nullo enim honore ex
ceptus ab ea:pinxit uoluptatem cum piſcatore:quem reginam amare ſermo erat. Eam
que tabulam in portu epheſi propoſuit:ipſe uelis raptus eſt. Regia tolli uetuit utriuſq;
ſimilitudine mire expreſſa Cratinus comœdus athenis Pompeiũ pinxit. Euchides bigã
regis cum uictoria. Eodorus ſcæna ſpectatur. Idem & ex ære ſigna fecit. Iphis Neptun
no & Victoria. Habron amicitiam & concordiam pinxit:& deorum ſimulachra Leõtiſ
cus Aratum uictorem cum tropheo pſalthriam. Leon Sapho. Nicæarchus Venerem in
ter Gratias & cupidinem. Herculem triſtem inſaniæ poenitentia. Neanes Venerẽ ſolers
in arte ingẽioſo operi ſuperpinxit. Siquidem cum proelium nauale ægyptiorũ & perſa
rum pinxiſſet:qđ in nilo cuius aqua eſt mari ſimilis:factum uolebat intelligi. Argumẽ
toq; declarauit:qđ arte non poterat. Aſellum enim in littore bibentẽ pinxit:& croco
dillum inſidiantem ei. Oenias Syngenicon Philiſcus officinam pictoris:ignem cõflan
te puero. Phalerion Scyllam. Simõides Agatharthum & Mnemoſinem. Simus iuuenẽ
requieſcentem officinam fullonis quinquatriis celebrantẽ. Idemq; Nemeſin egregiam.
Theodorus uero emungentẽ. Idem ab Oreſte:matrem & Aegiſtũ interfici. Bellumq;
iliacum pluribus tabulis:quod eſt Romæ in philippi porticibus: & Caſſandram quæ
eſt in Concordiæ delubro. Leontinus Epicurium cogitantẽ Demetrium regem Theõ
Oreſtis inſaniam Thamyram cytharedum. Tauriſcus Diſcobolum : Clytemneſtram:
Paniſcum:polynicem regnum repetentem:& Capanea. Nõ omittetur ĩter hos ĩſigne ex
plum. Nanq; Erigonus tritor colorum Nealce pictoris in tantum ipſe profecit:ut ce
lebrem etiam diſcipulum ipſe reliquerit Paſiam fratrẽ Egenitæ fictoris. Illud uero perq̃
rarum ac memoria dignum etiã ſuprema opera artificum imperfectaſq; tabulas : ſicut
Irin Ariſtidis: Tindaridas Nicomachi: Medeam Thimomachi:& quam diximus Vene
rem Appellis in maiori ammiratione eſſe quã perfecta. Quippe in iis liniamẽta reliqua
ipſeq; cogitationes artificum ſpectantur:atq; in lenocinio cõmendationis dolor ẽ. Ma
nus cum id agerent extinctæ deſiderantur. Sunt etiamnum non ignobiles quidem in
tranſcurſu tamen dicendi: Ariſtonides: Anaxander: Ariſtobolus ſyrus: arceſilas Tiſicra
tis filius: Coribas Nicomachi diſcipulus: Carmanides Euphranoris: Dionyſiodorus co
lophonius: Diogenes qui cum Demetrito rege uixit. Eutymedes : Heraclides macedo:
Mydon ſolus philomachi ſtatuarii diſcipulus: Mnaſitheus ſicyonius: Mnaſidemns Ari
ſtonidis filius & diſcipulus: Neſſus Habronis filius: Polemon alexandrinus. Theodorus
ſamius:& Tadius Nicoſthenis diſicipuli. Xenon Neoclis diſcipulus ſicyonius. Pinxere
& mulieres. Timarete Myconis filia Dianam in tabula:quæ epheſi eſt in antiquiſſimis
picture Irene Cratini pictoris filia & diſcipula puellam quæ eſt eleſinæ. Calypſo ſenem
& præſtigiatorẽ Theodorum Alciſthene ſaltatorẽ. Ariſtarete Nearchi filia & diſcipula
Aeſculapium. Lala cicizena perpetua uirgo Martia. M. Varrõis inuenta Romæ & peni
cillo pinxit:& ceſiro in ebore imagines mulierum maxime: & Neapolitanum in grãdi
tabula. Suam quoque imaginem ad ſpeculum. Nec ullius in pictura uellocior manus

fuit. Artis uero tantum ut multum immanitate precii antecederet celebarrimos eadẽ
ætate imaginum pictores. Sopylon & Dionyſium quoq; tabulæ ponacothecas implẽt.
Pinxit & quædam olympias: de qua hoc ſolum memoratur: diſcipulum eius fuiſſe An
tobolum. In encauſtice pingendi duo fuiſſe antiquitus genera cõſtat: cæra & ebore ce‑
ſtro ideſt uiriculo: donec claſſes pingi cœpere. Hoc tertium acceſſit: reſolutis igni cæris
penicillo utendi: quæ pictura in nauibus nec ſole nec ſale uentiſque corrumpitur.
Pingunt & ueſtes ĩ ægypto inter pauca mirabili genere. Candida uela poſtquam attri‑
uere llinentes non coloribus: ſed colorem ſordentibus medicamentis. Hoc cum fecere
non apparet in uelis: ſed in cortina pingi. In feruentes aquas merſa poſt momentum
extrahuntur picta. Mirumque cum ſit unus in cortina colos: ex illo alius atque alius
fit in ueſte accipientis medicaminis qualitate mutatus. Nec poſtea ablui poteſt: ita cor‑
tina non dubie confuſura colores ſi pictos acciperet. Degerit eos ax uino: pingitq; dũ
coquir. Et aduſtæ ueſtes firmiores fiunt: quam ſi non urerentur.

¶ Plaſtices primi inuentores de ſimulachris & uaſis
fictilibus: & precio eorum Ca. XII

DE pictura ſatis ſuperque. Contexiſſe his plaſticem conueniat: eiuſdem opere
terræ fingere ex argilla ſimilitudines. Dibutades ſicyonius figulus primus in
uenit corinthi filiæ opera: quæ capta amore iuuenis: illo abeunte peregre um
bram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circunſcripſit. Quibus pater eius im‑
preſſa argilla typum fecit: & cum cæteris fictilibus induratum igni propoſuit: eũque
ſeruatum in nympheo donec corinthum Mummis euerteret: tradunt. Sunt qui in ſa‑
mo primos omnium plaſticen iueniſſe Ideochum Rhetum & Theodoꝝ tradant mul‑
to ante Battiadas corintho pulſos. Demaratum uero ex eadem urbe profugum: qui in
Etruria Tarquinum Priſcum Regem Populi Romani genuit: comitatos fictores Eu‑
cirapum & Eugrammum. Ab iis italiæ traditam plaſticen. Dibutadis inuentum ẽ ru
bricam addere: aut ex rubia cretam fingere. Primuſque perſonas tegularum extremis
imbricibus impoſuit: quæ inter initia protypa uocauit. Poſtea idem ectypa fecit. Hic
& faſtigia templorum orta proter hunc plaſte appellata. Hominis autem imaginẽ gip
ſo e facie ipſa primus omnium expreſſit: cæraque in eam formam gypſi infuſa emẽda‑
re inſtituit. Lyſiſtratus ſicyonius frater Lyſippi: de quo dixius. Hic & ſimilitudinẽ red
dere iſtituit. Ante eum q̃pulcherrimas facere ſtudebatur. Idẽ & de ſignis effigiẽ expri
mere inuenit. Creuitque res in tantum: ut milia ſigna ſtatuæ ue ſine argilla fierent:
Quo apparet antiquiorem hanc fuiſſe ſcientiam quam fundendi æris. Plaſtæ laudatiſ
ſimi fuere Dimophilus & Gorgaſus. Idemqne pictores qui cæteris ædem Romæ ad cir
cum maximum utroqne genere artis ſuæ excoluerunt: uerſibus inſcriptis græce: qui
bus ſignificarunt a dextro opera. Dimophili eſſe a parte leua Gorgaſi. Ante hanc ædẽ
Tuſcania omnia in ædibus fuiſſe auctor eſt. M. Varro. Ex hac cum reficerentur. cru
ſtas parietum exciſas tabulis marginatis incluſas eſſeItem ſigna ex faſtigiis diſperſa.
Fecit & Calcoſthenes cruda opera athenis: qui locus ab officina eius ceramicos appella
tur. M. V. teadit ſibi cognitum Romæ poſſunium nomine: a quo factas Romæ tubas.
Item piſces: quos aſpectu diſcernere a ueris uix poſſes. Idem magnificat arceſilaum. L.
Luculi familiarem: cuius pro plaſticem pluris uenite ſolitam ab attiſicibus ipſis quam
aliorum opera. Ad hoc factam Venerem genitricem in foro Cæſaris: & priuſquam ob‑
ſolueretur: feſtinatione dedicandi poſitam. Deinde ei a Lucullo ſeſtertiis ſeſaginta
ſignum fœlicitatis locum: cui mors utriuſque inuiderit. Octauio equiti Romano cra‑
tera facere uolenti exemplar e gypſo factum talento. Laudat & Phraxitelem qui plaſti
cem matrem ſtatuariæ ſculpturæque & cælaturæ eſſe dixit: & cum eſſet in omnibus
his ſummus: nihil unquam fecit ante quam finxit. Præterea elaboratam hanc artem

italiæ & maxime etruriæ. Turianumque a fregellis accitum: cui locaret. Tarquinius
Priſcus Iouis effigiem in capitolio dicandam. Fictilem eam fuiſſe: & ideo mirari ſolere.
Fictiles in faſtigio templi eius quadrigæ: de quibus ſæpe diximus. Ab hoc eodem fac-
tum Herculẽ: qui hodieq; materie nomen in urbe retinet. Hæ enim tum effigies deum
erant laudatiſſimæ. Nec pœnitet nos illorum qui tales coluere. Aurum & argentũ ne
diis quidem cõficiebant. Durant etiamnũ pleriq; in locis talia ſimulachra. Faſtigia qui
dem templorum etiã in urbe crebra & mũicipiis mira cælatura & arte firmitateq; æui
certiore auro certe innocentiore. In ſacris quidem etiã inter has opes non murinis cry-
ſtallinis ue: ſed fictilibus prolibatur ſympulis innocentius. Inenarrabilia terræ benigni
tate: ſi quis ſingula æſtiment: etiã ut omittant̃ in frugũ uini pomorum herbaꝝ fructi
cum medicamentorum metallorum generibus beneficia eius: quæq; adhuc dimus: uel
quæ aſſiduitate faciant. Figlinarum opera: imbricibus tabulis teguliſq; ad balneas mã-
matis: uel ad tecta coctilibus laterculis fundamentiſq;: aut quæ rota fiunt etiam fictili
bus doliis ad uina excogitatis: & ad aquas. Propter quæ numma rex ſeptimũ collegiũ
figulorum ĩſtituit. Quin & defunctos ſeſe multi fictilibus ſoliis condi maluere ſicut
M. Varro pythagorico mõ in myrti & oleæ atq; nigre populi foliis. Maior quoque pars
hominum terrenis utitur uaſis. Samia etiamnũ in æſculentis laudantur. Retinet hanc
nobilitatem & Arretinũ in italia & calieum tantum ſurrentum: aſta pollentia in hiſpa
nia & ſaguntum: in aſia pgamum. Habent & trallis opera ſua: & utina in italia: quoniã
& ſic gentes nobilitantur. Et hæc per maria terraſq; ultro citroq; portãtur. Inſignibus
rotæ officinis erythris. Hodieq; in templo monſtrantur duæ amphoræ propter tenuita
tem cõſecratæ diſcipuli magiſtriq; certamine uter tenuiuiorẽ humum circundiceret.
Cois laus maxima: hadrianis firmitas. Nonnullis circa hoc ſeueritatis quoq; exemplis.
Q. Coponium inuenimus ambitus damnatũ: quia uini amphoram dediſſet dono ei:
cuius ſuffragii latio erat. Atq; ut luxu aliqua quoq; auctoritas cõtingat figlinis: tripa-
tinum inquit Feneſtella appellabatur ſumma cœnarum lauticia. Una erat murenarũ
altera luporum: tertia myxonis piſcis. Inclinatis iam ſilicet moribus ut tamen eos præ
ferre græciæ etiã philoſophis poſſimus. Siquidẽ in Ariſtotelis hæredem auctione. lxx.
patinas ueniſſe traditur. Nam nos cum unam Æſopi tragœdiarũ hiſtrionis in natura
auium diceremus ſeſtertiis ſexcentum ſtetiſſe: non dubito indignatus legentes. At Her-
cules Vitellinus in principatu ſuo. cc. ſeſtertiis condidit patinã. Cui faciendæ fornax
in campis is ædificata erat: quoniam eo puenit luxuria: ut etiam fictilia plura conſtẽt
quam murina. Propter hanc Mutianus altero conſulatu ſuo in conquæſtione expro-
bauit patinarum paludes Vitellio. Memoria non illa fœdiore: cuius ueneno Aſpernati
reo Caſſius Seuerus accuſator obiiciebat interiſſe. c. xxx. conuiuas. Nobilitantur iis op-
pida quoq;: ut regium: & cumæ Samia teſta matris deum ſacerdotes: qui galli uocant̃:
uirilitatem amputant. Nec aliter circa perniciem: ſi. M. Celio credamus qui linguam ſic
amputandam obiecit graui probro: tanq̃ & ipſe iam tunc eidem Vitello malediceret.
Quid non excogitauit ars? fractis etiam teſtis utendo ſic ut firmius durent tuſis calce
addita: quæ uocant ſignia. Quo genere etiam pauimenta excogitauit.

Terræ uarietates: & de puluere puteolano: & aliis terræ generibus quæ in lapidem uertuntur. Ca. XII.

VErũ & ipſius terræ ſunt alia ſegmenta. Quis enim ſatis miretur peſſimã eius
patrem medioq; puluerem appellatũ in puteolanis collibus opponi maris flu
ctibus: merſũq; protinus fieri lapide unum inexpugnabilẽ undis: & fortiorẽ
quottidie: utiq; ſi cumano miſceatur cemento. Eadẽ eſt terræ natura in cyzicena regio
ne: ſed ibi nõ puluis: uerum ipſa terra qualibet magnitudine exciſa demerſa in mare la
pidea extrahit̃. Hoc idem circa caſſandreã produnt fieri. Et in fonte gnidio dulci intra

octo menſes terram lapideſcere: Ab otopo quidem aulidem uſq; quicquid terræ attin/gitur mari mutatur in ſaxa: non multū puluere puteolano diſtat e nilo harena tenuiſſima ſui parte non ad ſuſtinenda maria fluctuſque frangendos: ſed ad debellanda cor/pora palæſtræ ſtudiis. Inde certe Patrobio Neronis pincipis liberto aduehebatur. Quin & Leonato: & Cratero: ac Meleagro Alexandri Magni ducibus ſabulum hoc portari cū reliqs militaribus cōmertiis repio. Plura de hac pte nō ſū dicturus: nō Hercules ma/gis q̃ de terræ uſu i cærōatis: qbꝫ exercēdo iuuētus noſtra corpa uires aīoꝝ pdidit.

¶ De parietibus fornaceis. & lateritiis & eorum ratione. Ca. XIIII

Quid? non & in Africa: Hiſpaniaque ex terra parietes: quo appellant fornaceos quoniam fornacum modo circundati utrinque duabus tabulis infarciūtur uerius quam inſtruuntur: æuis durant incorrupti hymbribus uēto: ignibus omnique cemento firmiores. Spectat etiam nunc ſpeculas Hannibalis Hiſpania: terre/naſque turris iugis montium impoſitas. Hinc & ceſpitum natura caſtrorum uallis ac/commodata contra fluminum impetus aggeribus. Illini quidem crates parietum luto & lateribus crudis extrui quis ignorat. Lateres non ſunt e ſabuloſo: neque harenoſo: multoque minus calculoſo ducendi ſolo. ſed e cretoſo & albicante: aut ex rubrica. Vel ſi iam ex ſabulo e maſculo certe. Finguntur optime uere. Nam ſolſtitio rimoſi fiūt: quos ædificiis non idoneos probant. Quin & intritum ipſum eorum prius quam fin/gantur: macerari oportet. Genera eorum trita. Lidoron quo utimur: longum ſeſquipe/de: latum pede. Alterum tetrodoron. Tertium pētadoron. Græci enim antiqui doron palmum uocabant: & ideo dota munera: quia manu darent̃. Ergo a quattuor & quinque palmis prout ſunt: nominantur. Eadem eſt latitudo. Minore in priuatis operibus: maiore in publicis utūtur. In Græcia pithacne. In Aſia & in ulterioris Heſpaniæ ciuitatibus maſſilia & calento fiunt lateres: qui ſiccati non merguntur in aqua. Sunt enim e terra punicoſa: cum ſubigi poteſt utiliſſima. Græci propter quam ubi e ſilice fieri poterat ſtructura parietes latericios prætulere. Sunt enim æterni: ſi ad perpendiculum fiat. Ideo & ad publica opera & regias domos adduntur. Sic extruxere murum athēis: qui ad mōtem hymetum ſpectat. Sic patris ædes Iouis & Herculis quāuis lapides colūnas & epiſtylia circūdarēt. Domū regiā Attali trallibus. Itē ſadibus. Crœſi: qnā geruſia fecere. Halicarnaſi mauſolea: quæ etiam nunc durant. Lacedæmone quidem exciſum latericiis parietibus opus tectorium propter excellentiam picturæ ligneis formis incluſum Romam deportauere in ædilitate ad comitium exornandum Murena & Varro. Quod opus cum per ſe mirum eſſet tranſlatum tamen magis mirabatur. In italia quoque latericiis murus acreti & meuaniæ eſt. Romæ non fiunt talia ædificia: qiua ſequi/pedalis paries: non pluſquam unam contignationem tolerat. Cautumque eſt: ne com/munis craſſior fiat: nec intergerinorum ratio patitur.

¶ De ſulphure: alumine: & generibus eorum: & medicinæ. Ca. XIIIII

Haec ſint dicta de lateribus. In terræ aūt reliquis generibus uel maxime natura mira ē ſulphuris: quo plurima domant̃. Naſcit̃ in inſulis æolus inter ſiciliam & italiā: quas ardere diximus. Sed nobiliſſimū ī melo inſula. In italia quoq; iuenit̃ in Neapolitano Cāpanoq; agro collibus: qui uocant̃ leucogabi: qđ e cūiculis effoſſum pficit̃ igni. Genera quattuor. Viuū: qđ græci apyron uocant: naſcit̃ ſolidū: hoc gleboſum. Eo ſolo ex omnibus generibus medici utunt̃. Cætera.n. liquore conſtant & conficiunt̃ oleo incocta. Viuū aūt effodit̃: tranſlucetq;: & uiret. Alterꝫ genus appellāt glebam fullonū tantū officiis familiare. Tertio quoq; generi unus tantū eſt uſus ad ſuffiendas lanas quoniā candorē tantū mollicięmq; cōfert. Egula uocat̃ hoc genus. Quarto aūt ad lychnia maxīe conficienda. Cætero tanta uis eſt: ut morbos comitiales depræhendat nidore: impoſitum igni. Luſit & Anaxilaus eo candens in calice nouo: prunaq;

ſubdita circunferens:ex ardeſcentis repercuſſu pallorem dirum uelut defunctorum ef/
fundente conuiuiis.Natura eius excalfacit:concoquit.Sed & diſcutit collectiones cor/
porum:ab hoc tabulis emplaſtris malagmatibuſq; miſcet̃. Renibus quoq; & lumbis in
dolore cnm adipe mire prodeſt impoſitũ. Aufert & lichenas a facie cum terebinthi reſi
na:& lepras.Harpaticon uocat̃ a celeritate auellẽdi:auelli enim ſubinde debet. Prodeſt
& ſuſpirioſis linctũ.Purulenta quoq; extuſſientibus:& cõtra ſcorpionum ictus.Vitili/
gines uiuo nitro mixtum:atq; ex aceto tritũ & illitum tollit. Item lendes in palpebris:
aceto ſandaracato ammixto.Habet & in religionibus locũ ad expiandas ſuffitu domos
Sentitur uis eius & in aquis feruentibus.Neq; alia res facilius accendit̃: quo apparet:
ignium uim magnã etiam ei ineſſe.Fulmina & fulgura quoq; ſulphuris odorẽ habẽt
ac lux ipſa eorum ſulphurea eſt.Et bituminis uicina eſt natura:alibi limus:alibi terra
Limus a iudeæ lacu ut diximus emergens. Terra in ſyria circa ſidonem oppidũ mariti
mum.Spiſſant̃ hæc utraq;:& in denſitatẽ cœunt. Eſt uero liquidum bitumẽ ſicut za
cynthium & qđ a babylone inuehit̃.Ibi quidem & candidum gignitur.Liquidũ eſt &
apolloniaticũ:quæ omnia græci piſſaſphalton appellant ex argumẽto picis & bitumi
nis.Gignitur & pingue liquoriſq; oleacei in ſicilia:agragantino fonte inficiens riuum
Incole id arundinũ panniculis colligunt citiſſime ſic adhæreſcens. Vtunt̃q; eo ad lu/
cernarum lumina olei uice.Itẽ ad ſcabiẽ iumentoꝝ. Sunt qui & naphthen de qua in
ſecundo diximus uolumine: bituminis generi aſcribunt. Verũ ardens eius uis igniũ
naturæ cognata procul abeſt ab omni uſu. Bituminis ꝑbatio ut q̃maxime ſplendeat:
ſitq; ponderoſũ ac graue.Leue aũt modice:quoniã adulterat̃ pice. Vis bituminis quæ
ſulphuris:ſiſtit:diſcutit:attrahit:glutinat.Serpentes nidore furat accenſum.Adſuffuſi
ones oculoꝝ & albugines babyloniũ efficax traditur. Item ad lepras lichenas pruritus
que corporum.Illinit̃ & podagris. Omnia autẽ eius genera ĩcõmodos oculorum pilos
replicant.Dentium doloribus medent̃ ſimul cum nitro illita. Tuſſim ueterẽ & anheli/
tus cum uino potum emẽdat.Dyſentericis etiã datur eodẽ mõ.Siſtitq; aluũ.Cum ace/
to uero potum diſcutit cõcretum ſanguinẽ:& detrahit.Mitigat lumborum dolores:itẽ
articulorum.Cum farina hordeacea ĩpoſitum:emplaſtrum peculiare facit ſui nominis
ſanguinẽ ſiſtit.Vulnera colligat.Glutinat neruos.Vtunt̃ etiã ad quartanas bituminis
drachma & hedyoſmi pari põdere cum myrrhæ obolo ſubacti.Comitiales morbos uſtũ
deprehendit.Vuluaꝝ ſtrangulationes olfactum diſcutit cum uino & caſtoreo.Procidẽ
tia ſedis ſuffitu reprimit. Purgationes fœminaꝝ in uino potum elicit. In reliquo uſu
eramentis illinit̃:firmatq; ea cõtra ignes.Diximus & tingi ſolitas ex eo ſtatuas & illini.
Calcis quoq; uſũ præbuit:ita ferruminatis babylonis muris. Placet in ferraris fabroꝝ
officinis tingẽdo ferro:clauoꝝq; capitis:& multis aliis uſibus.Nec minor aut ab eo diſſi
milis eſt aluminis opa:qđ intelligit̃ ſalſugo terræ.Plura & eius genera.In cypro candi
dum & nigrum:exigua coloris differentia:cum ſit uſus magni quoniã ĩficiendis claro
colore lanis candidũ liquidũq; utiliſſimũ ẽ.Cõtraq; fuſcis aut obſcuris nigrum.Et au
rum nigro purgat̃.Fit autẽ omne ex aqua limoq;:hoc eſt terræ exudãtis natura.Cor/
riuatum hyeme æſtiuis ſolibus maturat̃.Quod fuerit ex eo præcox:candidum fit. Gi/
gnit̃ autẽ in hiſpania:ægypto:armenia:macedonia:ponto:africa.Inſulis ſardinia melo
lipara:ſtrongyle.Laudatiſſimum ægypto:ꝑximum in melo.Huius quoq; duæ ſpecies:
liquidum:ſpiſſumq;.Liquidi probatio:ut ſit lympidum lacteũq; ſine offenſis fricandi
cum quodã igniculo caloris.Hoc phorimon uocant.An ſit adulteratum:deprehendit̃
que ſucco punici mali.Sinceꝝ enim mixtura ex nigreſcit.Alteꝝ genus ẽ pallidæ & ſca
bræ naturæ & qđ inficit̃ galla.Ideoq; hoc uocant paraphorõ.Vis liq̃di aluminis aſtrin
gere:ĩdurare:roder.Melle ammixto ſanat oris ulcera:papulas:pruritusq;.Hæc curatio
fit in balneis duabus mellis ꝑtibus:tertia aluminis.Virus alaꝝ ſudoreſq; ſedat. Sumit̃

pylulis contra lyenis uitia: Pellendumq; pruritum ac per urinam ſanguinem. Emen-
dat & ſcabiem nitro ac melanthio admixtis. Concreti aluminis unum genus ſchiſton
appellant græci in capillamenta quædam caneſcentia dehiſcens. Vnde quidam trichi
tin potius appellauere. Hoc quoque fit ex lapide ex quo & in chalcitin uocant: ut ſit
ſudor quidam eius lapidis in ſpumam coagulati. Hoc genus aluminis ſiccat: minuſq;
ſiſtit humorem iutilem corporibus. Sed auribus magnopere prodeſt infuſum uel illi
tum: uel oris ulceribus: dentibuſque: ſi ſaliua cum eo contineatur. Et oculorum medi-
camentis inſeritur apte: uerendiſque: utriuſque ſexus. Coquitur ĩ patinis: donec liqua-
ri deſinat. Interioris eſt & alterum genus quod ſtrigilin uocant. Duæ eius ſpecies: fun-
goſum: atque omnium ore dilui facile: quod ĩ totum damnatur. Melius pumicoſum
& foramium fiſtulis ſpongiæ ſimile: rotandumq; natura: candido proprius cum qua
dam pinguedine ſine harẽis friabile: nec inficiens nigritia. Hoc coquitur per ſe carbo
nibus puris: dõec cinis fiat. Optimum ex omnibus quod melinum uocant: ab inſula
melo: ut diximus. Nulli uis maior neque aſtringendi: neque denigrandi: neque indu-
randi. Nullum ſpiſius. Oculorum ſcabritias extenuat. Combuſtum utilius epiphoris
inhibendis. Sic & ad pruritus corporis. Sãguinem quoque ſiſtit in totum foris illitum
Vulſis pilis ex aceto illitum: renaſcentem mollit lanuginem ſummam. Omnium gene
rum uis in aſtringendo. Vnde nomen a græcis. Ob id oculorum ditiis aptiſſima ſunt.
Sauguinis fluctiones inhibent cum adipe. Sic & infantium ulcera. Putreſcentia ulceꝝ
compeſcit cum adipe. Et hydropicorum eruptiones ſiccat. Et aurium uitia cum ſucco
punici mali. Et unguium ſcabricias: cicatricumque duritias: & pterygia: ac perniones.
Phagedenas ulcerum ex aceto: aut cum galla pari pondere cremata. Lepras cum ſucco
oleorum. Cum ſalis uero duabus partibus uitia quæ ſerpũt. Lẽdes & alia capillorum
animalia pmixtũ aquæ. Sic & ambuſtis pdeſt: & furfuribus corpoꝝ cum pice. Infũdit
& dyſentericis. Vuã quoq; in ore comprimit: ac tonſillas. Ad omnia quæ ĩ cæteris gene
ribus diximus efficatius intelligitur ex melo aduectum. Nam ad reliquos uſus uitæ in
coriis: laniſque perficiendis: quanti ſit momenti: ſignificatum eſt. Ab his per ſe omnia
ad medicinas pertinentia terræ genera tractabimus.

De terra & eretria & chia & ſelinuſia & phiniti
& appelliti medicinæ. Ca. XVI.

SAmiæ duæ ſunt: quæ ſyropicon: & quæ aſter appellantur. Prioris laus: ut re
cens ſit: & lenis: linguæque glutinoſa. Altera globoſior candida. Vtraque uri
tur: ac lauatur. Sunt qui præferant priorem. Proſunt ſanguinem expuẽtibus.
Emplaſtriſqne quæ ſiccandi cauſa componuntur. Oculorum quoque medicamentis
miſcentur. Eretria totidem differentias habet. Nanq; & alba eſt: & cinerea: quæ præfert
in medicina. probatur mollice: & quod ſi ære producatur: uiolaceum reddit colorem.
Vis & ratio eius in medendo dicta eſt inter pigmenta. Lauatur omnis terra. In hoc enĩ
loco dicemus: perfuſa aqua ſiccatq; ſolibus: iterum ex aqua trita ac repoſita: donec con
ſidat: & digeri poſſit in paſtillos: Coquitur in calicibus crebro concuſſu. Eſt in medica
minibus & chia terra candicans. Effectus eius qui ſamiæ. Vſus ad mulierum maxime
cutem. Idem & ſelinuſiæ. Lactei coloris eſt hæc: & aqua dilui celerrima. Eademque lacte
diluta. & tectoriorum albaria interpolantur. Phinitis eretriæ ſimillima eſt: grandioribus
tantum glebis & glutinoſa: cui effectus idem qui cimoliæ: infiamior tãtum. Bitumini
ſimilia eſt appelitis. Expimẽtum eius ſi in cæra accepta olei mõ liqueſcat. Et ſi nigre
ſcans colos maneat toſtæ. Vſus ad molliendum: diſcutiendumque. Ad hæc medicamẽ
tis additur: præcipue in calliblepharis & inficiendis capillis.

Cretæ genera ad ueſtiũ uſus cimolia: ſarda: umbrica: ſaxũ argẽtaria. Ca. XVI.

QErtæ plura genera. Ex iis cimoliæ duo ad medicos ptinẽtia. Cãdidũ & ad pur
puriſſum inclinans. Vis utriq; ad diſcutiendos tumores: & ſiſtendas fluctiões

aceto aſſumpto. Panos quoq; & parotidas cohibet. Et lichenas illita: puſtulaſq;. Si uero
amphronitrum & cyprium admiſceatur & acetum pedum :tumores ſanat : ita ut in
ſole curatio hæc fiat:& poſt ſex horas aqua ſalſa abluatur. Teſtium uero tumoribus cy
pria cæra addita prodeſt. Et refrigerandi quoq; natura cretæ eſt. Sudoreſq; imodicos ſi
ſtit illita. Atq; ita papulas cohibet ex uino ſumpta i balneis. Laudat maxime theſſalica
Naſcitur & lycia creta circa bubonē. Eſt & alius cimoliæ uſus in ueſtibus. Nam ſarda
quæ affertur de ſardania: candidis tantū aſſumit. Inutilis uerſicoloribus. Eſt & utiliſſi
ma omniū cimoliæ generum: pretioſior umbrica. & quā uocant ſaxum. Proprietaſque
ſaxi: qđ creſcit in macerando: atq; pondere emit: illa menſura. Vmbrica nō niſi polien
dis ueſtibusi aſſumit. Neq; enim pigebit hanc quoq; partem attingere: cum lex metalla
extet fullonibus dicta: quā. C. Flāminius & L. Aemilius cenſores dedere ad populū fe
rendā. Adeo omnia maioribus curæ fuere. Ergo ordo hic eſt. Primū abluitur ueſtis ſar
da: dein ſulphure ſuffitur: mox deſquammat cimolia: quæ eſt coloris ueri. Fucat eniꝫ
deprehendit: nigreſcitq;: & efundit ſulphure. Veros aūt & precioſior colores emollit ci
mollia: & quodā nitore exhilarat cōtriſtatos ſulphure candidis ueſtibus ſaxū utilius a
ſulphure. Inimicū coloribus. Græcia pro cimolia tymparico utitur gypſo. Alia creta ar
gentaria appellant: nitorē argenteū reddens. Eſt & utiliſſima qua circū prædu cere ad
uictoriæ notā pedeſq; uenaliū trans mare aduectoꝝ denotare iſtitu erunt maiores. Ta
lemq; Polociū minimæ ſcœnæ cōditorē & aſtrologiæ cōſobrinū eius Manliū antiocū
item grammaticæ Staberium Erotem eadem naue aduectos uidere proaui. XVII.

Qui & quorum liberti præpoſiti. Ca.

SEd quid hos refero aliquo litterarū honore cōmendatos? Talē in cataſta uide
re Chriſogonū: Syllæ: Amphionē. Q. Catuli interfectorē: Heronē. L. Luculi:
Demetriū Pompeii: Augemq; Demetrii: q̄quam & ipſa Pompeii credita eſt.
Et Hiparchū. M. Antonii Menā & Menecratē Sex. Pompeii: alioſq; deinceps: quos enu
merare iam nō eſt: e ſanguine quiritū & proſcriptionū licentia ditatos. Hoc eſt inſigne
uenaliciis gregibus: opprobriūq; inſolētis fortunæ: quā & nos adeo potiri reꝝ uidimus
ut prætoria quoq; ornamenta decerni a ſenatu iubente Agrippina Claudi Cæſaris ui
derimus libertis. Tantōq; nō cum laureatis faſcibus remitti illo unde cretantis pedibus
adueniſſent. Terra galata: terra clupea: terra balearica: terra ebuſitana. Ca. XVIII

PRæterea ſunt genera terræ proprietatis ſuæ de qbus iam diximus. Sed & hoc
loco reddenda natura. Ex galata inſula & circa clupeam africæ ſcorpiones ne
cat: balearis & ebuſana ſerpentes.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER XXXVI.

PROHEMIVM.

Naturæ lapidum ac marmorum luxuria. Ca. I

LAPIDVM natura reſtat: Hoc eſt præcipua morū inſania:
etiā ut gemmæ cum ſuccinis atq; criſtalli cū murrinis ſileā
tur. Omnia nanq; quæ uſq; ad hoc uolumen tractauimus
homini aliqua ex cā genita uideri hoc poſſunt. Montes na
tura ſibi fecerat ad quaſdā compages telluris uiſceribus den
ſandis: ſimul ad impetus fluminū domandos: fluctuſq; frā
gendos: ac minime quietas partes coercendas duriſſima ſui
materia. Cædimus hos: trahimuſq; nulla alia quā deliciarū
cā: quos tranſcendiſſe quoq; mirū fuit. In portēto ꝑpe habuere maiores alpes ab Hāni
bale exuperatas: & poſtea a cimbris. Nunc ipſæ cedunt in mille genera marmorū. Pro

montoria aperiūtur mari:& rerum natura agitur in planum. Euehimus ea quæ ſepa
randis gentibus pro terminis conſtituta erant:naueſq; marmorum cauſa fiunt:ac pro
fluctus ſcæuiſſimam rerum naturæ partem:huc:illucq; portantur iuga mōtium :ma
iore etiamnum ueſania:quam cum ad frigidos potus uas petitur in nubila. Cæloque
proxie rupes cauant̃:ut bibant̃ gallatiæ. Secū quiſque cogitet quæ precia hoꝝ audiat
quas uehi trahique moles uideat. Sed & q̃ ſine his multoꝝ fuerit beatior uita:ad quâq;
multorum neces ſit neceſſe iſta facere:immo uerius pati mortales quos ad uſus:quaſq;
ad uoluptates alias niſi ut īter maculas lapidum iaceant:ceu uero nō tenebris noctiū
dimidiæ parti uitæ cuiuſq; gaudia hæc auferētibus. Ingens iſta reputantē ſubit etiā
antiquitatis rubor. Extant cenſoriæ leges glādia in cœnis glireſque & alia dictu mino-
ra apponi uetantes. Marmora inuehi:& maria huius rei cauſa tranſiri:quæ uetaret
lex nulla lata eſt

¶ Quis primus in publicis operibus oſtēderit. Ca. II.

d
Icat fortaſſis aliquis non.n.inuehebant̃. Id quidem falſo.ccc.lx.columas. M.
Scauri ædilitate ad ſcœnam theatri temporarii & uix uno menſe futuri ī uſu
uiderūt portari ſilētio legū. Sed publicis nimiꝝ indulgētes uoluptatibus. Id
ipſum cur?aut quam magis uia irrepunt uitia quam publica. Enimuero non alio mo
do in priuatos uſus illa uenere:ebora:aurum:gēmæ:aut quid omuimodis reliquimus
Verum eſto indulſerint publicis uoluptabtibus:etiamne tacuerunt maximas eaꝝ atq;
adeo duodequadragenum pudum luculleī marmoris in atrio Scauri collocari:nec clā
illud occulteque factum eſt. Satiſdari ſibi damni infecti egit redemptor cloacarum cū
in palatio extraherentur. Non ergo in tam malo exemplo maribus caueri utilius fue-
rat:quam tacere tantas moles in priuatam domum trahi præter fictilia deoꝝ faſtigia.

¶ Quis primus peregrino marmore columnas habuerit Romæ. Ca. III.

n
Ec poteſt uideri Scaurus rudi & huius mali improuide ciuitati obrepiſſe quo
dam uitæ rudimento. Iam enim. L. Craſſum oratorem illum:qui primus pere
grini marmoris columnas habuit in eodem atrio hymetias tamen nec plures
ſex aut longiores duodenum pedum:quem. M. Brutus in iurgiis ob id Venerem palati
nam appellauerat. Nimirum iſta omiſere moribus uictis:fruſtraque interdicta quæ ue
tuerant:cernentes nullas potius quam irritas eſſe leges maluerunt. Qui nos ſequentur
meliores non eſſe probant. Quis enim tantarum hodie columnarum atrium habet.
Sed priuſquam de marmoribus dicamus hominum in iis præferenda iudicamus pre-
cia. Ante igitur artifices cenſebimus.

¶ Qui primum laudati in marmore ſcalpendo:& quibus temporibus. Ca. IIII:

m
Armore ſcalpendum primi omnium inclaruerunt. Dipoenus & Scylus geni-
ti in creta inſula etiamnum medis imperantibus:priuſq; quam Cyrus in per
ſis regnare inciperet:hoc eſt olympiade circiter quinquageſima. Ii ſicyonē ſe
cōtulere:quæ diu fuit officinarū oīum metalloꝝ prima. Deoꝝ quoꝝdam ſimulachra
publice ſimul locauerant ſicyonii:quæ prius quam abſoluerentur:artifices iniuriam
quæſti abierunt in ætolos. Protinus ſicyonios fames inuaſit ac ſterilitas: mœrorque di
rus remediū petētibus Apollo pythius affuturꝝ reſpōdit:ſi Dipœnus & Scylus deoꝝ ſi
mulachra perfeciſſent. Quod magnis mercedibus obſequiiſq; impetratū eſt. Fuere aūt
ſimulachra Apollinis Dianæ:Herculis:Mineruæ:q̄d e cælo poſtea tactum eſt. — Deoꝝ ſacrilegia

Nobilitates opeꝝ & artificū ī marmore.c.xxvi.d̄ marmore pario & mauſoleo Ca. V:

C
Vm ii eſſent :iam fuerant ī chio inſula Malas ſculptor:dein filius eius Micia
des:ac deinde nepos Anthermus chius:cuius filii Bupalus & Anthermus cla
riſſimi in ea ſcientia fuere Hiponactis poetæ ætate:quem certum eſt.lx.olym
piade fuiſſe. Quod ſi quis horum familiam ad proauum uſq; retro agat inueniet artis

eius originem cum olympiadum origine cœpiſſe. Hipponacti notabilis fœditas uultu
erat: quamobrem imaginem eius laſciuia iocorum ii propoſuere ridentium circulis.
Quod Hipponax indignatus: amaritudine carnium diſtrinxit eos in tantum: ut cre-
datur aliquos ex iis ad laqueum compuliſſe: quod falſum eſt. Complura enim in fini-
timis inſulis ſimulachra poſtea fecere: ſicut in delo: quibus ſubiecerunt carmen: non
uitibus tantum cenſeri chium: ſed & operibus Anthermi filiorum. Oſtendunt & laſii
Dianam manibus eorum factam. Et in ipſa chio narrata eſt operis eorum Dianæ faci
es in ſublimi poſita: cuius uultum intrantes triſtem: abeuntes exhylaratum putant
Romæ ſigna eorum ſunt in palatina æde Apollinis in faſtigio. Et omnibus fere quæ
diuus Auguſtus fecit. Patris quoque eorum & deli fuere opera: & in libedo inſula. Di-
poeni quidem ambracia: argos: cleone: operibus refertæ fuere. Omnes autem tantum
candido marmore uſi ſunt e paro inſula quem lapidem cœpere lychnitem appellare:
quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur: ut auctor eſt Varro: multis poſtea candi
dioribus repertis. Nuper etiam in lunenſium lapidicinis. Sed in pariorum mirabile pro
ditur: gleba lapidis unius cuneis diuidentium ſoluta imaginem ſileni intus extitiſſe.
Non omittendum hanc artem tanto uetuſtiore fuiſſe quam picturam aut ſtatuariam
quarum utraq; cum Phidia cœpit octogeſimatertia olympiade: poſt annos circiter. ccc.
xxxii. Et ipſum Phidiam tradunt ſculpiſſe marmora. Veneremque eius eſſe Romæ in
Octauiæ operibus eximiæ pulchritudinis. Alcmanem athenienſem (quod certum ẽ)
docuit in primis nobilem: cuius opera athenienſes complura in ædibus ſacris poſuere.
Præclaramque Veneris imaginem extra muros quæ appellatur aphrodite exopolis.
Huic ſumma manum ipſe Phidias impoſuiſſe dicitur. Ipſius diſcipulus fuit Agoracri-
tus parius ei ætate gratus. Itaque e ſuis operibus pleraque nomini eius donaſſe fertur.
Certauere autem inter ſe ambo diſcipuli in Venere facienda. Vicitque Alchmanes nõ
opere: ſed ciuitatis ſuffragiis contra peregrinum ſuo fauentis. Quare Agoracritus ea
lege ſignum ſuum uendidiſſe traditur: ne athenis eſſet: & appellaſſe nemeſin. Id poſi-
tum eſt rhanunte pago attice: quod. M. Varro omnibus ſignis prætulit. Eſt & ĩ matris
magnæ delubro in eadem ciuitate Agoracriti opus. Phidiam clariſſimum eſſe per om-
nes gentes quæ Iouis olympii famam intelligunt: nemo dubitat. Sed ut & merito lau-
dari ſciant etiam qui opera eius non uiderunt proferemus argumento paruo & ingenii
tantum. Neq; ad hoc Iouis olympii pulchritudine utemur: non Mineruæ athenis fa-
ctæ amplitudine: cum ſit ea cubitorum. xxvi. Ebore hæc & auro conſtat: ſed in ſcuto
eius in quo amazonum prœlium cælauit intumeſcente ambitu parmæ eiuſdem con-
caua parte deorum & gigantum dicationem. In ſoleis uero laphitarum in centaurorũ
adeo momenta omnia compacta artis illi fuere. In baſe autem quod cælatum eſt Pan-
doras geneſi appellauit. Ibi dii ſunt. xx. numero noſcentes uictoriam mirabili & præci
puo precio. Miramur & ſerpentem: & ſub ipſa cuſpide æream ſphingem. Hæc licet ſint
obiter dicta de artifice nunque ſatis laudato ſimul ut noſcatur illam magnificentiam
æqualem fuiſſe & in paruis. Praxitelis ætatem inter ſtatuarios diximus: qui marmoris
gloria ſuperauit etiam ſemet. Opera eius ſunt athenis ĩ cetamico: ſed ante omnia & nõ
ſolum Praxitelis: uerum & in toto orbe terrarum Venus: quam ut uiderent multi na-
uigauerunt gnidum. Duas fecerat: ſimulq; uendebat. Alteram uelata ſpecie quã ob id
quidem prætulerunt optione: quorum cõditio erat coi: cum alteram etiã eodem precio
detuliſſet: ſeueꝝ id ac pudicum arbitrantes. Reiectam gnidii emerunt: immenſa diffe-
rentia famæ. Voluit eam poſtea gnidiis mercari res Nicomedes: totum æs ciuitatis alie-
num: quod erat ingens: diſſolutuꝝ repromittens. Omnia perpeti maluere: nec ĩmerito
Illo enim ſigno Praxiteles nobilitauerat gnidum. Aedicula eius tota aperit̃: ut cõſpici
poſſit undiq; effigies deæ: fauẽte ipſa ut credit̃ facto. Nec mĩor ex quacũq; parte ammi
ratio eſt. Ferũt amore captũ quendã: cũ delicuiſſet noctu ſimulachro cohæſiſſe: eiuſq;

cupiditatis eē indicē maculá. Sunt in gnido & alia ſigna marmorea illuſtrũ artificũm.
Liber pater Bryaxidis:& alterſcopæ: & Minerua. Nec maius illud Veneris praxitelice
ſpecien: quã qđ inter hæc ſola mēorať. Eiuſdē ē Cupido obiectus a Cicerōe Verri ille
propter quem theſpidæ uiſebant. Nunc in Octauiæ ſcolis poſitus. Eiuſdem & alter nu
dus in pario Colonia propontidis par Veneri gnidiæ nobilitate & iniuria. Adamauit
enim eum Alchidas Rhodius: atque in eo quoq; ſimile amoris ueſtigium reliquit. Ro
mæ Praxitelis opera ſunt. Flora. Triptolemus: Cæres ĩ hortis ſeruilianis. Boni euentus
& bonæ fortunæ ſimulachra in Capitolio. Item Menades:& quas Thyeladas uocant:&
Carſiadas & ſileni ĩ aſinini polliōis monuētis:& Apollo & Neptũus praxitelis uocãt: &
Cephyſiodoro rei & artis hæres fuit. Cuius laudatũ ē pergami ſymplegarũ ſignum no
bile: digytis corpori uerius quam marmori impreſſis. Romæ eius opera ſunt Latōa in
in palatii delubro. Venus in Aſinii Pollionis monumentis:& intra Octauiæ porticus
in iunonis æde Aeſculapius ac Diana. Scopæ uero laus cum his certantis. Fecit Vene
rem & Pothon Phœtontem: qui ſamothraciæ ſanctiſſimis in cerimoniis coluntur. Item
Apollinem palatinum. Veſtam ſedentem laudatam in ſeruilianis hortis: duaſque cha-
meteras circa eam: quorum pares in aſinii monumentis ſunt. Vbi & Canephorus eiuſ
dem. Sed in maxima dignatione. Cn. Domitii delubro in cyrco flammineo. Neptunus
ipſe & Thetis: Atque Achylles Nereides ſupra delphinos & certe & hippocampos ſeden
tes. Item tritones: choruſque Phorci:& piſtrices: ac multa alia marina. Eiuſdem manus
omnia Magnum & præclarum opus etiam ſi totius uitæ fuiſſe. Nunc uero præter ſu-
pradicta quæque neſcimus. Mars eſt etiamnum ſedēs. Coloſſus eiuſdem ĩ templo Bru
ti Callaici apud cyrcum eundem ad Lauicanam portam eunti. Præterea Venus in eo
dem loco nuda praxitelica illam gnidiá antecedentes:& quæcũq; alium locũ nobilitãt
Romæ quidē magnitudo operũ eſt iá obliterata a magnis officiorũ negociorũq; acer-
uis: quæ omnes a contemplatione talium abducunt: quoniam ocioſorum:& in magni
loci ſilentio apta ammiratio talis ē. Qua de cauſa ignoratur artifex eius quoque Vene-
ris quam Veſpaſianus imperator in operibus pacis ſuæ dicauit antiquorum dignam
fama. Par hæſitatio eſt in templo Apollinis ſoſiani Nioben cum liberis morientem Sco-
pas an Praxiteles fecerit. Item Ianus pater in ſuo templo dicatus ab Auguſto: ex ægyp-
pto aduectus: utrius manu ſit: iam quidem & auro occultatus. Similiter ĩ curia Octa
uiæ quæritur de cupidine fulmen tenēte. Id demum affirmatur. Alcibiadem eſſe prin-
cipem forma in ea ætate. Multa in eadem ſcola ſine auctoribus placent. Satyri quat-
tuor: ex quibus unus Liberum patrem palla uelatum Veneri præfert. Alte liberam ſi
militer. Tertius ploratum ĩfantis cohibet. Quartus cratere alterius ſitim ſedat. Duæ
que nymphe uelliſicantes ſua ueſte. Nec minor quæſtio eſt in ſpteis. Olympum &
Pana: Chyronemque cum Achylle qui fecerint: præſertim cum capitali ſatiſdatione
fama iudicet dignos. Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin:& in Timotheum
& Leocarem: de quibus ſimus dicendum eſt: quoniam pariter cælauere mauſole-
um hoc ē ſepulchrum ab oxore Arthemiſia factum Mauſolo cariæ regulo: qui obiit
olympiadis centeſimæ anno ſecundo. Opus id ut eſſet inter ſeptē miracula: ii maxime
artifices fecere. Patet ab auſtro & ſepentrione ſexagenos ternos pedes. Breuius a fronti
bus toto circuitu pedes quadringentos. xi. attollitur in altitũdinem. xxv. cubitis. Cingi
gur columnis. xxxvi. ab oriente cælauit Scopas: a ſeptentriōe Bryax: a meridie Timothe
us. Ab occaſu Leocares. Priuſq; quá peragerent: regina Arthemiſia quæ mariti memo
riæ id opus extrui iuſſerat: obiit. Non tamen receſſerunt: niſi abſoluta iá. Id gloriæ ipſo
rum artiſq; monumentum iudicantes: hodieque certant manus. Acceſſit & quintus ar
tifex. Nanq; ſupra pteron pyramis altitudine ĩferiorem æquauit. xxiiii. gradibus in me
tæ cacũen ſe cõtrahens. In ſumo ē quadriga marmorea: quá fecit pythis. Hæc adiecta.
c. lx. pedũ altitudine: totũ opus includit. Tiothei manu Diana Romæ ē ĩ palatio Apol

linis delubro:cui ſigno caput repoſuit Aulanius Euander. In magna ammiratione eſt
& Hercules Mneſtrati. Et Heccate epheſi in templo Dianæ poſt ædem in cuius conté
plationem ammonent æditui pcere oculis:tanta marmoris radiatio eſt. Non poſiferun
tur & charites in propyleis athenienſiũ:quas Socrates fecit:alius ille quá pictor :idé ut
aliqui putant. Nam Mironis illius: qui ære laudatur:anus ebria eſt ſmyrnæ in primis
inclyta Pollion Aſinius ut fuit acris uehmentiæ: ſic quoq; ſpectari monuméta ſua uo
luit. In iis ſunt centauri nymphas gerentes Archeſitæ: Theſpiades: Cleomenis: Oceáus
& Iupiter Entochi. Hermerotes Tauriſci nõ cælatoris illius:ſed Tralliani. Iupiter hoſpi
talis. Pappipi praxitelis diſcipuli Zetus & Amphion & Dirce & Taurus:uinculumq; ex
eodem lapide. Arhodo aduecta opera Apollonii & Tauriſci parentum. Ii certamen de ſe
fecere. Menecraten uideri profeſſi:ſed eſſe naturalem Artemidorum. Eodem loco Liber
pater Eutychidis manu laudatur. Ad Octauiæ uero porticum Apollo Philiſci rhodii
in delubro ſuo. Item Latona & Diana & muſæ nouem:& altera Apollo nudus. Eum
qui citharam in eodem templo tenet: Timarchides fecit. Intra Octauiæ uero porticus
in æde Iunonis ipſam deam Dionyſius & Polycles. Aliam uenerem eodem loco Philiſ
cus. Cætera ſigna Praxiteles. Item Polycles & Dionyſius Timarchidis filii Iouem qui é
in proxima æde fecerunt. Pana & Olympum luctantes. Eodem loco Heliodorus:quod
eſt alterum in terris ſymplega nobile. Venerem lauantem ſeſe. Dedalum aſtantem Poly
charmus. Ex quo apparet in magni honoris auctoritate habitum Lyſiæ opus:quod in
palatio ſuper arcum diuus Auguſtus honori Octauii patris ſui dicauit in ædicula co-
luminis adornata. Id eſt quadriga curruſq;:& Apollo ac diana ex uino lapide. In hortis
ſeruilianis reperio laudatos Calamidis Apollinem illius cælatoris. Dactylidis Pythias.
Amphiſtrati Calliſthenem hiſtoriarum ſcriptorem. Deinde multorum obſcurior fama
eſt quorundam claritati in operibus eximiis obſtante numero artificum: quoniá nec
unus occupat gloriam:nec plures pariter nuncupari poſſunt:ſicuti in Lachoóte: qui
eſt in Titi imperatoris domo:opus omnibus & picturæ & ſtatuariæ artis preponédum
Ex uno lapide eum & liberos:draconumq; mirabiles nexus de conſilii ſententia fecere
ſummi artifices Ageſander & Polydorus & athenodorus rhodii. Similiter palatinas do-
mos Cæſarum repleuere probatiſſimis ſignis Craterus cum Pythodoro. Polydectes cũ
Hermolao: Pythodorus alius cum Artemõe. Et ſingularis Aphrodiſius trallianis. Agrip
pæ Pantheum decorauit Diogenes athenienſis & Carſatides. In columnis templi eius
probantur inter pauaca operum ſicut in faſtigio poſita ſigna: ſed propter altitudinem
loci minus celebrata. In honore eſt in templo illo Hercules ad quem pœni omnibus an
nis humana ſacrificauerunt uictima humi:ſtans ante aditum porticus agnatiões ſitæ
Fuere & Theſpiades ad ædem Fœlicitatis:quarum unam amauit eques Romanus iu-
nius Piſciculus:ut tradit Varro ammiratur & Praxiteles:qui etiam quinq; ſcripſit uo-
lumina nobilium operum in toto orbe. Natus in grecia ital æ ora & ciuitate Romana
donatus cum iis oppidis. Iouem fecit eburneum in metelli æde: qua campus petitur.
Accidit uero ei:ut cum in naualibus ubi feræ africanæ erant:per caueam intuens leo-
nem cælaret:ut ex alia cauea panthera erumperet non leni periculo diligentiſſimi arti-
ficis. Feciſſe opera complura dicitur ſed quæ fecerit nominatim non refertur. Arceſila-
um quoq; magnificat Varro:cuius ſe marmoream habuiſſe leænam tradit aligeroſque
ludentes cum ea Cupidines quorũ alii religatam tenerent:alii e cornu cogerent bibere:
alii calciarent ſoccos:omnes ex uno lapide. Idem & a Coponio .xiii. nationes quæ ſunt
circa Pompeiũ factas auctor é. Inuenio & Canacũ laudatũ inter ſtatuarios: feciſſe mar
morea. Nec minus Saurõ atq; Bathracũ oblitterari cõuenit:qui fecere tépla Octauiæ
porticibus incluſa natione ipſi lacones. Quidá & opibus præpotentes fuiſſe eos putát
ac ſua ipenſa cõſtruxiſſe:inſcriptioné ſperantes. Qua negata:hoc tamé alio loco & mo

do uſurpaſſe. Sunt certe etiamnum in columnarum epyſtilis inſculta nominũ eorum
argumenta rana: atq; lacerta. In Iouis æde extitiſſe picturam : cultuſq; reliquos omnes
fœmineis argumentis conſtat. At enim facta Iunonis æde cum inferetur ſigna: permu
taſſe geruli traduntur: & id religioni cuſtoditum: uelut ipſis diis ſedem ita partitis. Er-
go & in Iunonis æde cultus eſt: qui Iouis eſſe debebat. Sunt & in paruis marmoreis fa-
mam cõſecuti Myrmecides: cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis muſca. Et
Callicrates: cuius formicarum pedes: atq; alia membra peruidere non eſt.

¶ Quãdo primũ marmorꝝ in ædificiis uſus: & quis primus Romæ cruſta
uerit parietes: & qbus ætatibus: queq; marmora ĩ uſum uenerit: & quis
primus marmora ſecuerit: & ratio ſecandi de harena. Ca. VI.

HAec ſint dicta de marmorũ ſculptoribus: ſũmaq; claritate artificum : quo in
tractu ſubit mentem non fuiſſe tum auctoritate maculoſo marmori: quã fe-
cere e tapſo cycladum inſularꝝ una æque & e leſbio: liuidius hoc paulo uerſi-
colores quidem maculas habens. Et in totum marmorꝝ apparatum Menãder etiam di
ligentiſſimus luxuriæ interpres primus & raro attigit. Columnis demum utebantur
in templis: nec lætitiæ cauſa nondum enim iſta intelligebant: ſed quia firmiores aliter
ſtatui non poterant. Sic eſt inchoatum athenis templum Iouis olympii: ex quo Sylla ca
pitolinis ædibus aduexerat columnas. Fuit tamen inter lapidem atq; marmor differen
tia iam apud Homerum. Dicit enim paridem os marmoreo ſaxo percuſſum. Sed athẽis
Regias quoque domos laudatiſſime tum præter æs: aurum : electrum: argentum ebo-
re tantum adornans. Primum (ut arbitror) uerſicolores iſtas maculas chiorum lapidi
cinæ oſtenderunt cum extruerunt muros: faceto in id. M. Ciceronis ſale. Omnibus
enim oſtendebat ut magnificum. Multo inquit magis mira res eſſet: ſi tyburtino lapi-
de feciſſetis. Et Hercules non fuiſſet picturæ honos ullus: non modo: tãtus aliqua mar Secat. marmor
morum auctoritate. Secandi marmor in cruſtas neſcio an cariæ fuerit inuentum. An-
tiquiſſima quod equidem inueniam. Haliacarnaſi Mauſoli domus procõneſo marmo
re exculpta eſt: lateritiis parietibus. Is obiit olympiadis centeſimæ ſextæ anno ſecundo
Vrbis Romæ anno .ccc. ſecundo. Primum Romæ parietes cruſta marmoris operuiſſe
totius domus ſuæ in cælio monte Cornelius nepos tradidit Mamurram formiis natũ
equitem Romanum præfectum fabrorum. C. Cæſaris in Gallia. Neque indignatio ſit
tali auctoritate inuenta re. Hic nanq; eſt Mamurra Catulli Vernenſis carminibus pro
ſciſſus: quem ut res eſt: domus ipſius clarius quam Catullus dixit habere: quicquid ha
buiſſet comata gallia. Nanq; adiecit idẽ Nepos eum primum totis ædibus nullam niſi e
marmore columnã habuiſſe omneſ ſolidas e caryſto aut lunenſi. Denique. M. Lepidus
Catuli conſulatu collega primus omnium limina ex numidico marmore ĩ domo po-
ſuit: magna repræhẽſione. Is fuit Conſul anno Vrbis dc.lxvi. Hoc primum inuecti nu
midici marmoris ueſtigium inuenio: non in columnis tantum cruſtis ue ut Mamur-
ra caryſtium poſuit: ſed in maſſa & uiliſſimo liminum uſu. Poſt hunc Lepidum ferme
quadriennio. L. Lucullus Conſul fuit: qui nomen (ut apparet ex re) Luculleo marmo
ri dedit: admodũ delectatus illo. Primuſque Romam inuexit atrum alioquin cum cæ-
tera maculis aut coloribus commendentur. Naſcitur aũt in nilo inſula : ſolumq; pene
horum marmorum ab amatore nomen accepit. Inter hos primũ (ut arbitror) marmo
reos parietes habuit ſcena. M. Scauri : non facile dixerim ſectos an ſolidis glebis politos:
ſicuti eſt hodie Iouis tonantis ædes in Capitolio. Nondũ. n. ſecti marmoris ueſtigia ĩue
nerat italia. Sed quiſquis primum ĩuẽit ſecare: luxuriãq; diuidere: ĩportuni ingenii fuit.
Harena hoc fit: & ferro uidet̃ fieri ſerra in prætenui linea præmente harena: uerſando
tractuq; ipſo ſecãte. Aethiopiã ad hoc maxĩe probatur. Nã id quoq; acceſſit: ut ad æthio
pas uſq; peteret̃ qđ faceret marmora. Immo uero ẽt ĩ indos unde margaritas quoq; peti
ſeueris moribus ĩdignum erat. Hæc ꝑxĩe laudat̃. Mollior tamẽ quæ ex æthiopia. Illa. n.

nulla ſcabricie ſecat. Indica non æque leuigat: ſed ea combuſta polientes marmora fri
care iubentur. Simile & naxiæ uitium eſt & coptidi: quæ uocatur ægyptia. Hæc fuere
antiqua genera marmoribus ſecandis. Poſtea reperta eſt: ars: non minus probanda: ex
quodã hadriatici maris uado æſtu nudãte obſeruatione nõ facili. Iam quidẽ quacũq;
harẽa ſecare e fluuius oĩbus fraus artificũ auſa ẽ: qđ diſpẽdiũ admodũ paci intelligunt
Craſſior enim harena laxioribus ſegmentis terit: & plus erodit marmoris: maiuſq; opus
ſcabricia polit uræ reliquit. Ita ſectæ attenuant̃ cruſtæ. Rurſuſq; thebaica polituris ac
comodatur. Et quæ fit e toto lapide aut e punice. Signis e marmore poliendis: gemmiſ
que etiam ſcalpendis atque limandis.

Ca. VII.

De naxio & harmonio: & de generibus marmorum.

NAxium diu placuit ante alia uti: ita uocant̃ cotes in inſula cypro genitæ. Vi
cere poſtea ex armenia uectæ. Marmoꝝ genera & colores nõ attinet diceret in
tanta noticia. Nec facile eſt enumerare in tanta multitudine. Quoto. n. quoq;
loco nõ ſuũ marmor inuenitur. Et tamẽ celeberrimi generis dicta ſunt in ambitu ter
rarum cũ gentibus ſuis. Non omnia tam in lapidicinis gignuntur. Sed multa & ſub
terra ſparſa. Precioſiſſimi quidẽ. generis lacædemoniũ uiride: cunctiſq; hylarius. Sic &
auguſteũ: ac deinde tiberiũ: in ægypto Auguſti ac Tiberii primũ prĩcipatu repta. Diffe
rentiaq; eoꝝ eſt ab ophite: cum ſit illud ſerpentiũ maculis ſimile: unde & nomen acce
pit: ꝙ hæ maculas diuerſo mõ colligunt. Auguſteũ undatim criſpum ĩ uertices. Tibe
rium ſparſim cõuoluta canicie. Neq; ex ophite columnæ: niſi paruæ admodũ inueniũ
tur. Duo eius genera. molle cãdidum: nigricans duꝝ. Dicuntur ambo capitis dolores
ſedare adalligati: & ſ̄pentium ictus. Quidã phreneticis ac lethargicis adalligari iubent
candicantẽ. Cõtra ſerpentes aũt a quibuſdã laudatur præcipue ex his quẽ tephriam ap
pellant a colore cineris. Vocatur & memphites a loco gemmantis naturæ. Cuius uſus
cõuenit iis quæ urenda aut ſiccanda ſunt: ex aceto illitus. Oſtupeſcit enim ita corpus
ut nõ ſentiat cruciatũ. Ruber ꝑphyrites ĩ ægypto ex eo cãdidis ĩteruenientibus pũctis
leu coſtyctos uocat̃. Quantiſlibet molibus cædendis ſufficiunt lapidicinæ. Statuas ex
eo Claudio Cæſari procurator eius in urbẽ ex ægypto aduexit tris: Aſinius Pollio non
admodũ probata nouitate. Nemo poſtea certe imitatus eſt. Inuenit eadem ægyptus in
œthiopia quẽ uocant baſaltẽ: ferrei coloris atq; duriciæ. Vnde & ei nomẽ dedit. Nunq̃
is autẽ maior reptus ẽ q̃ in templo Pacis ab ĩperatore Veſpaſiano Auguſto dicatus. Ar
gumento ipſe liberis circa ludentibus: p quos totidẽ cubiti ſummi incremẽti augentes
ſe annis eius intelligunt̃. Nõ abſimilis illi narratur in thebis delubro Serapis ut putant
Memnonis ſtatua dicatus: quẽ quottidiano ſolis ortu cõtactum radiis crepare dicunt.
Onychiten etiã tum in arabiæ montibus nec uſquã alibi naſi putauere noſtri ueteres
Sed & in germania potoriis uaſis inde factis primũ dein pedibus lectoꝝ ſelliſq; Corneli
us nepos tradit magno fuiſſe miraculo: cũ. P. Lẽtulus Spinter amphoras ex eo & urce
os magnitudine cadoꝝ oſtendiſſet. Poſt quinqueniũ deinde triginta duoꝝ pedum lõ
gitudine columnas uidiſſe. Variatũ ĩ hoc lapide poſtea eſt. Nanq; pro miraculo ĩſigni
quattuor modicas in theatro ſuo Cornelius Balbus poſuit. Nos ampliores triginta uidi
mus in ſcena: quẽ Calliſtus Cæſaris Claudii libertoꝝ potentiſſimus exhædificauerat.

Ca. VIII.

De alabaſtrite & lygdino alandico.

HAnc aliqui lapidẽ alabaſtratiten uocant: quẽ cauãt ad uaſa unguẽtaria: quo
niã optime ea incorupta ſeruare dicit̃. Idemq; etiã exuſtus: ex emplaſtris cõue
nit: Naſcit̃ circa thebas ægyptias: & damaſcũ ſyriæ. Hic cæteris candidior. Pro
batiſſimus uero in carminia: mox ĩ idia. Iam quidẽ & in ſyria aſiaq;. Vtiliſſimus aũt &
ſine ullo nitore in cappadocia. Probant̃ quãmaxime mellei coloris in uertice maculoſi
atq; nõ trãſlucidi. Vitia uero in iis corneus color aut cãdidus: & quicquid ſimile nitro
eſt. Paulũ diſtat ab eo ad unguētoꝝ fidẽ: uti exſtimant. Lygdinus ĩ tauro reptus ampli

tudine qua lances craterasſque nõ excedat. Antea tantum ex arabia aduehi ſolitus candidoris eximii. Magnus & contrariæ inter ſe naturæ duobus honos. Coralitico in aſia reperto: menſuræ non ultra bina cubita: candore proximo ebori & quadam ſimilitudine. E diuerſo nigre eſt alabandicus terræ ſuæ nomine: quanquam & mileti naſcens: ad purpuram tamen magis aſpectu declinante. Idéque liquatur igni ac fundit ad uſum uitri. Thebaicus intercinctus aureis guttis inueitur in Africæ parte Aegypto aſcriptæ coiculis ad torrenda collyria quadam utilitate naturæ alia conueniens. Cyrca ſyenem uero thebaidis ſimites: quem ante pyrrhopœcilon uocabant. Trabes ex eo fecere reges quodam certamine obeliſcos uocantes ſolis numini ſacratos. Radiorum eius argumẽtum in effigie eſt: & ita ſignificatur nomine Aegyptio. Primus omnium id inſtituit Mitres: qui in ſolis urbe regnabat ſomnio iuſſus: & hoc ipſum inſcripũ eſt in eo. Etenĩ ſculpturæ illæ effigieſque quas uidemus: ægyptiæ ſunt litteræ. Poſtea & alii regum in ſupradicta urbe Sothis quattuor numero: quadragenarum & octonum cubitorum longitudine. Ramiſes autem in quo regnante Ilium captum eſt: quadraginta cubitorꝝ. Idemq; digreſſus inde: ubi fuit Mneuidis regia poſuit alium lõgitudine undecentenis pedibus: per latera cubitis quattuor.

De obeliſco & thebaico & alexandrino: & de illo qui eſt in cyrco magno Ca. IX.

Opus id feciſſe dicuntur uiginti milia hominum. Ipſe rex cum ſubrecturus eſſet: uererenturque ne machinæ ponderi non ſufficerent: quo maius periculũ curæ artificum denuntiaret filium ſuum adalligauit cacumini ut ſalus eius apud molentes prodeſſet lapidi. Hac ammiratione operis effectum eſt: ut cũ oppidum id expugnaret Cambiſes rex uentumque eſſet incendio ad crepidines obeliſci: extingui ignem iuberet molis reuerentia qui urbis nulla habuerat. Sũt & alii duo. Vnus a Myrne poſitus: alter a Phio ſine notis quadragintaocto cubitorum. Alexandriæ ſtatuit unum octoginta cubitorum Ptolemæus Philadelphus: quem exciderat Nectabis Rex purum. Maiuſque opus fuit in deuehendo: ſtatuendo ue multo quam in excidendo. A Satyro Architecto aliqui deuectum tradunt. Rate ut Callixeus dixit a Phœnice foſſa pducta uſq; adiecentem obeliſcum e nilo. Naueſque duas in latitudinem patulas: pedalibus ſpatiis ex eodem lapide ad rationem geminati per duplicem menſuram ponderis oneratas ita ut ſubiſſent obeliſcum pendentem extremitatibus ſuis in ripis utrinq;: poſtea egeſtis laterculis alleuata naue excepiſſe onus ſtatutum. Exciſos autem ſex talis in monte eodem artificum donatum talentis quinquaginta. Hic aũt obeliſcus fuit in arſinoe poſitus a rege ſupradicto: munus amoris in coniuge: eademq; ſorore Arſinoe. Inde eum naualibus incõmodum Maximus quidam præfectus ægypti tranſtulit in forꝝ reciſo cacumine dũ uult faſtigiũ addere auratum: quod poſtea amiſit. Et alii duo ſunt Alexãdriæ ad portum in Cæſaris tẽplo: quos excidit Meſphees Rex quadragenũ binũ cubitorum. Super omnia acceſſit difficultas mari Romam deuehendi ſpectatis admodum nauibus. D. Auguſtus priorẽ aduexerat miraculi gratia: puteoliſque naualibus ꝑpetuis dicauerat. Sed incendio conſumptus eſt. D. Claudius aliquot per annos aſſeruatum eum quem C. Cæſar importauerat: omnibus quæ nunq; ĩ mari uiſa ſunt: mirabiliorem turribus puteolis ex puluere exhædificatis perductum oſtiã portus gratia merſit: Alia ex hoc cura nauium quæ tyberi ſubuehebant. Quo experimento palam fuit: non minus aquarum huic amni eſſe quam nilo. Is autẽ obeliſcus quem D. Auguſtus in cyrco magno conſtituit: exciſus a Rege Semneſerto: quo regnãte Pythagoras ĩ ægypto fuit: centum uigintiquinque pedum eſt: & dodrãtis: præter baſin eiuſdem lapidis. Is uero qui eſt in campo martio viiii. pedum minor eſt a Seſotide. Inſcrptam ambo regꝝ naturæ interpræationem ægyptiorum opere & philoſophiæ continent.

De illo qui eſt in campo Matio pro Gnomone Ca. X.

Mira[te] opus

Sculera

HIqui eſt in campo Diuus Auguſtus addidit mirabilem uſum ad ꝺ̄prehendē
das ſolis umbras dierũq; ac noctiũ magnitudi̇es: ſtrato lapide ad obeliſci ma
gnitudinem: cui par fieret umbrarũ Romæ cõfecto die ſexta hora paulatimq;
pˀ regulas q̄ ſũt ex ære i̇cluſe ſingulis diebus decreſceret: ac rurſus augeſceret. Digna
cognitu res & ingenio fœcundo. Manlius mathematicus apici auratam pilam addidit
cuius uertice umbra colligeretur in ſemetipſam alia atq; alia incrementa iaculantem
apice: ratione ut ferunt: a capite hominis i̇tellecta. Hæc dierum obſeruatio triginta iam
fere annis non congruit: ſiue ſolis ipſius diſſono curſu & cæli aliqua ratione mutato:
ſiue uniuerſa tellure aliquid a centro ſuo dimota: ut deprehendi & in aliis locis accipio
ſiue urbis tremoribus bii tantum gnomone i̇torto: ſiue iundationibus tyberis ſedimēto
molis facto q̄q̄ ad altitudinē impoſitæ rei in terram quoq; dicantur icta fundamenta.

De tertio obeliſco Romæ in uaticano. Ca. XI

TErtius eſt in uaticano Caii & Nerõis principum cyrco: ex omnibus unus om
nino fractus in molitione eius: quem fecerat Seſotidis filius Nuncoreus. Eiuſ
dem remanet & alius centũ cubitorum quem poſt cæditatem uiſu reddito ex oraculo
ſoli ſacrauit.

De pyramidibus ægyptiis & ſphinge: Ca. XII.

DIcatur obiter & pyramides in eadem ægypto regum pecuniæ otioſa ac ſtulta
oſtentatio. Quippe cum faciendi eas cauſa a pleriſq; tradat̄: ne pecuniam ſuc
ceſſoribus aut æmulis inſidiantibus præberent: aut ne plebes eſſet ocioſa Mul
ta circa hoc uanitas illorum hominũ fuit: ueſtigiaq; complurium incoacttarum extāt
Vna eſt in arſinoe urbe: duæ in memphi non procul a labyrintho: de quo & ipſo dice
mus. Totidem ubi fuit meridis lacus: hoc eſt foſſa grandis. Sed ægyptus inter mira ac
memoranda narrat harũ cacumina extrema: quæ eminere dicunt̄. Reliquæ tres: quæ
orbem terrarum impleuere fama: ſane cõſpicuæ undiq; annauigantibus: ſitæ ſunt in
parte africæ monte ſaxeo ſteriliq; inter memphin oppidũ: & q̄d appellari diximus delta
a nilo minus quattuor milibus paſſuũ: a mēphi ſeptem. d. paſſ. a uico appoſito quē uo
cant buſirin. In quo ſunt aſſueti ſcandere illas. Ante has eſt ſphinx: uel magis miranda:
qua ſilueſtria ſunt accolentiũ. Amaſin regem putant in ea cõditum: & uolunt inuectā
uideri. Eſt autē ſaxo naturali elaborata: & rubrica. Capitis monſtri ambitus per frontē
cētum duos pedes colligit: longitudo pedum centũ quadrigintatriũ eſt: altitudo a uen
tre ad ſummā aſpidem in capite ſexagintaduũ. Sed pyramis ampliſſima ex arabicis lapi
dicinis cõſtat. Trecenta ſexaginta hominũ milia annis. xx. eam cõſtruxiſſe produntur
Tres uero factæ annis ſeptuagintaocto & menſibus quattuor. Nempe quid iis ſcripſe
runt: ſũt Herodotus: Euhemerus. Duris ſamius: Ariſtagoras: Dionyſius: Artemidorus:
Alexander Polyhiſtor: Butarides: Antiſthenes: Demetrius: Domoteles: Apion: Inter om
nes uero eos non conſtat a quibus factæ ſint iuſtiſſimo caſu obliteratis tantæ uãnitatis
auctoritatibus. Aliqui ex iis prodiderit in raphanos & allium ac cepas mile octingenta
talenta erogata. Ampliſſima octo iugera optinet ſoli quattuor angulorum paribus
interuallis per octingentos octogintatres pedes ſingulorũ laterũ altitudine. A cacumine
pedes quindecim. Alterius interualla ſingula per quattuor angulos pares. dcc. trigin
taſeptem comprehendunt. Tertia minor prædictis: ſed multo ſpectatior. Aethiopicis la
pidibus conſurgit. ccc. ſexagintatribus pedibus inter angulos. Veſtigia ædificationum
nulla extat. Harena late pura circum lentis ſimilitudine: qualis in maiori parte africæ:
Quæſtionum ſumma eſt quanā ratione intantā altitudinē ſubuecta ſint cementa. Alii
enī nitro ac ſale adaggeratis cũ creſcente ope. At pactos fluminis irrigatiõe dilutis. Alii
lateribus eluto factis extructos pontes in priuatas domos diſtributos. Nilũ enim nõ pu
tant rigare potuiſſe multo humiliorē. In pyramide maxia eſt i̇tus puteus octogintalex

Sphinx

cubitorum.flumen illo admiſſum arbitrantur. Menſuram altitudinis earũm:omnium
que ſimilium depræhendere inuenit. Thales mileſius umbram mitiẽdo:qua hora par
eſſe corpori ſolet. Hæc ſunt Pyramidum miracula. Supræmumque illud:ne quis regũ
opes miretur:minimam extitiſſe laudatiſſima a Rhodope meretricula factam. Aeſopi
fabularum philoſophi conſerua quondam & cõtubernalis hæc fuit:maiore miraculo
tãtas opes meretricio eſſe cõquiſitas quæſtu. Magnificatur & alia turis a rege facta in
inſula pharo portum optinente Alexandriæ:quam conſtituiſſe.d.ccc.talentis tradũt:
magno animo ne quid omittamus Ptolemæi Regis:quod in ea permiſerit. Soſtrati caſ
ſidis architecti ſtructæ ipſius nomen inſcribi. Vſus eius nocturno nautarum curſui
ignes oſtendere ad prænuntianda uada:portuſque introitum Sicut iam tales compluri
bus locis flagrant ut poteneſicæ ac Rauennæ aduitandum periculum etiam in corri
uatione. Flagrant cum eo ſita ea craſiſſime. Periculum ĩ coriuatione ignium ne ſydus
exiſtimetur quoniam e longquo ſimilis. Flaminarum aſpectus eſt. Hic idem Archite
ctus primus omniũ penſilem ãbulationẽ gini feciſſe tradit̃

¶ De labyrinthis ægyptio:lemnio italico. Ca. XIII.

Dicamus & labyrinthos:uel portentoſiſſimum humani ingenii opus. Sed non
ut exiſtimari poſſit falſum. Durat etiam nunc in Aegypto heracleopolite no
mos:qui primus factus ẽ ante annos (ut tradunt) tria milia ſexcentos a Pete
ſuco rege:ſiue Tithoe. Quanquam Herodotus totum opus regum eſſe dicat:nouiſſi
meque Pſammetici. Cauſas faciẽdi uarie interpretant̃. Demoteles regiam Mohterudis
fuiſſe. Lycias ſepulchrum Meridis plures ſoli ſacrum id extructum:quod maxime cre
ditur. Hinc utique ſumpſiſſe dedalum exemplar eius eius labyrinthi quem fecit ĩ cre
ta:non eſt dubium:ſed centeſima tantum portionem eius imitatum:quæ itierum am
bages occurſuſque ac recurſus inexplicabiles continet. Non ut in pauimentis pueroꝝ
ue ludicris campeſtribus uidemus breui lacinia milia paſſuum plura ambulationis cõ
tinentẽ:ſed crebris foribus inditis ad fallendos occurſus:redeundũq; in errores eoſdẽ
Secundus hic fuit ab Aegyptio labyrinthus:tertius in lemno:quartus in italia. Om
nes lapide polito fornicibus tecti. Aegyptius quod minor equidem in introitu lapideis
e paro columnis. Reliquæ erant ſyenitæ:molibus compoſitis quas diſſoluere:ne ſæcu
la quidem poſſint adiuuantibus Heracleopolitis:qui id opus inuiſu mire infeſtauere.
Poſitionem operis eius:ſingulaſque partes enarrare non eſt cũ ſit in regiones diuiſum
atque in præfecturas:quas uocant nomos:ſexdecim nominibus eorum totidem uaſtis
domibus attributis. Præterea templa omnium Aegypti duorum continet: ſuperque
Nemeſes quindecim ædiculis incluſæ. Sunt Pyramides complures quadragenarum ul
narum ſenos radice muros optinentes. Feſſi iam eundo perueniunt ad uiarum illum
inexplicabilem errorem. Quin & cœnacula prius excelſa:porticuſque aſcenduntur no
nonagenis gradibus omnes. Intus columne de porphyrite lapide deorum ſimulachra:
regum ſtatuæ:monſtrifice effigies. Quarundã aũt domorum talis eſt ſitus:ut ad aperiẽ
tibus fores tonitruum intus torribile extat. Maiore autẽ in parte tranſitus ẽ ꝑ tenebras
aliæque rurſus extra murum labyrinthi ædificiorum moles pteron appellãt. Inde aliæ
ꝑfoſſis cuniculis ſubterraneæ domus. Refecit unus omnino pauca ibi ex mõte phadõ
Thebis Rex ante Alexandrum magnum annis quingentis. Id quoq; tradit̃ fuiſſe trabi
bus ſpinæ oleo incoctæ dũ fornices quadrati lapidis aſſurgerent. De ægypto & cretico
labyrinthis ſatis dictum eſt. Lemnius ſimilis illis columnis tamen centũ .l. memorabili
or fuit:quaꝝ in officina turbines ita librati pependerũt:ut puero circũagẽte tornarent̃
Architecti illũ fecere Zmilus & Rholus & Theodorus indigẽa. Extantq; adhuc reliq̃æ
eius cũ cretici italiciq; nulla ueſtigia extẽt. Nãq; & italicũ dici cõueẽit:quẽ fecit ſibi por
ſẽna rex hetrurie ſepulchri cã ſimul ut & externoꝝ regũ unitas quoq; ab italis ſuparet̃

Sed cum excedat omnia fabuloſitas : utemur ipſius . M. Varonis in expoſitione eius
uerbis. Sepultus eſt inquit ſub urbe cluſio :ĩ quo loco mõumentũ reliquit lapide qua
drato. Singula latera pedum lata tricenum:alta quinquagenum: Inq; baſi quadrata in
tus labyrinthum inextricabilem. Quo ſi qnis improperet ſine glomere lini:exitum in-
uenire nequeat. Supra id quadratum pyramides ſtant quinq;. Quattuor in angulis:&
in medio una. In imo latæ pedum ſeptuagenumquinum:altæ centum quinquagenũ
ita faſtigiatæ:ut in ſummo orbis æneus & Pegaſus unus omnibus ſit impoſitus ex quo
pendeat excepta cathenis tintinnabula:quæ uento agitata longe ſonitus referant : ut
dodonæ olim factum. Supra quem orbem quattuor pyramides inſuper ſingulæ extãt
altæ pedum centenum. Supra quas uno ſolo quinque pyramides:quarum altitudinẽ
Varronem puduit adiicere. Fabulæ hetruſcæ tradunt eandem fuiſſe :quã totius oper-
is:adeo ueſana dementia quæſiſſe gloriam impendio nulli profuturo. Præterea fatigaſſe
regni uires:ut tamen laus maior artificis eſſet .

¶ De penſili horto & oppido:& templo Dianæ epheſiæ: Ca. XIIII.

LEguntur & penſiles hortos:immo uero totum oppidum feciſſe ægyptiæ the-
bæ:exercitus armatos ſubito educere ſolitis regibus nullo oppidanorum ſen-
tiente. Etiamnum hoc minus mirum:quam quod flumine medium oppidũ
interfluente:quæ ſi fuiſſent :non dubium eſt dictorum Homerũ fuiſſe : cum centum
portas ibi predicaret. Græcæ magnificentiæ uera ammiratio extat templum epheſiæ
Dianæ ducentis uiginti annis factum a tota aſia. In ſolo id paluſtri fecere:ne terræmo-
tus ſentiret:aut hiatus timeret . Rurſus ne in lubrico atq; inſtabili fundamenta tante
molis locarentur:ante calcatis ea ſubſtrauere carbonibusdein uelleribus lane. Vniuer
ſo templo longitudo eſt quadringentorum uigintiquinq; pedum :latitudo ducentũ &
uiginti. Columne centum uigintiſeptem:a ſingulis regibus factes:ſexaginta pedum al
titudine. Ex iis trigintaſex cælatæ. Vua a Scopa. Operi præfuit Cteſiphon architectus
Summa miracula epyſtilia tante molis attolli potuiſſe. Id conſecutus eſt ille beronibus
harena plenis molli puluino ſuper capita columnarum exaggerato paulatim exinani
ens ab imo ut ſenſim totum in colle ſederet. Difficillime hoc contingit in limine ipſo:
quod foribus imponebat. Etenim ea maxima moles fuit:nec ſedit. In cubili ergo anixo
artifici mortis deſtinatione ſuprema . Traduntq; in ea cogitatione feſſum nocturno
tempore in quiete uidiſſe preſentem deam: cui templum fiebat. hortantem ut uiueret:
ſe compoſuiſſe lapidem:atq; ita poſtero die apparuit:pondereq; ipſo correptus uidebatũ
Cætera eius operis ornamẽta pluriũ librorum inſtar optinet:nihil ad ſpecimẽ naturæ
pertinenria.

¶ De delubro Cyzici & lapide fugituo:& de echo ſepties reſo
nante:& ædificio ſine clauo:& mirabilia ædificorum Romæ. Ca. XV.

OVrat & Cyxici delubrum:in quo filium aureum commiſſuris omnibus poli
ti lapidis ſubiecit artifex eburneum Iouem dicaturus intus coronante eo mar
moreo Apolline . Tralucent ergo picturæ tenuiſſimis capillamentis:leniq; aſ-
flatu ſimulachra refouente : præter ingenium artificis ipſa materia quantis occulta
in precio operis intelligitur. Eodem in oppido eſt lapis:fugitiuus appellatus. Argonau
tæ eo pro ancora uſi ibi reliquerat. Hunc e prytaneo (ita uocatur locus) ſæpe profugũ
fixere plumbo . Eadem in urbe iuxta portam quæ thracia uocatur turres. vii. acceptas
uoces numeroſior repercuſſu multiplicant. Nomenq; huic miraculo echo eſt a græcis
datum. Et hoc quidem natura locorum euenit. Et plerumq; conuallium: ibi caſu acci
dit. Olympiæ autem arte mirabili modo in porticu quam oppidani heptaphonon ap-
pellant:quoniam ſepties eadem uox redditur . Cyzici& buleuterion uocant ædificum
amplum ſine ferreo clauo ita diſpoſita contignatione ut eximantur trabes ſine fulturis
ac reponantur. Quod item Rome in ponte ſublicio religioſum ẽ :poſtea quam Coclite

Diane Templũ

Lapis fugitiuus

Horatio defendente ægre reuulus eſt. Verum & ad urbis noſtræ miracula tranſire con
uenit: nongentorum annorum dociles ſcrutari uir os:& ſic quoque terrarũ orbem uic
tum oſtendere:quod accidiſſe totiens pene:quot referent̃ miracula:apparebit. Vniuer
ſitate uero aceruata & in quendam unum cumulum coniecta non alia magnitudo ex
urget:q̃ ſi mundus alius quidam in uno loco narretur . Nam ut cyrcum maximum a
Cæſare dictatore extructum longitudine ſtadionrum trium:latitudie unius: ſed cum
ædificiis iugerum quaternum ad ſedem ducentoꝝ.lx.milium inter magna opera dicæ
mus. Nonne inter magnifica baſilicam Pauli columnis e phrygibus mirabilẽ:forumq;
D. Auguſti :templum pacis D. Veſpaſiani imperatoris Auguſti:pulcherrima operum
quæ unquã Pantheon Ioui ultori ab Agrippa factum:cum theatꝝ ante texerit Romæ
Valerius oſtienſis architectus ludis Libonis. Pyramidas regum miramur opera:cũ ſolũ
tantum foro extruendo ſeſtertiis mille ducentis Cæſar dictator emerit. Et ſiquidem im
penſæ mouent captos:auaritia animos: P. Clodius quẽ Milo occidit:ſeſtertiis.c.xlvii.
milibus domo empta habitauerit. Quod equidem non ſecus ac regum inſaniam miror
Itaq; & ipſum Milonem ſeſtertia ſeptingenta milia æris aliẽi debuiſſe inter ꝓdigia ani
mi humani duco. Sed tunc ſenes ageris uaſtum ſpatiũ & ſubſtructiones iſanas captio
ſi mirabãt̃. Præterea cloacas opeꝝ oium dictu maximũ:ſuffoſis montibus:atq; ut pau
loante retulimus:urbe penſili:ſubterq; nau igata. Id. M. Agrippa fecit in ædilitate poſt
Conſulatũ per meatus corriuatis ſeptem amnibus curſu præcipiti torrentium modo
rapere:atq; auferre omnia cõactis. Inſuper mole hymbriũ concitati uada ac littora qua
tiunt. Aliquando tyberis retro infuſi recipiunt fluctus. Pugnantq; diuerſi aquaꝝ ipe
tus intus:& tamen obnixa firmitas reſiſtit. Trahuntur moles iternæ tantæ nõ ſuccum
bentibus cauſis operis: Pulſant ruinæ ſponte præcipites:aut impactæ incendiis. Quati
tur ſolum teremotibus. Durant tamen a Tarquinio Priſco annis octingentis prope in
expugnabiles. Non omittendo memorabili exemplo uel eo magis quam celeberrimis re
rum conditoribus omiſſum eſt. Cum id opus Tarquinius priſcus plebis manibus face
ret:eẽtq; labor incertũ longior an ꝑiculoſior:paſſim cõſcita nece quiritibus tediũfugiẽ
tibus. Nouum & iexc gitatum ante poſteaq; remedium inuenit ille rex:ut omnium ita
defũctoꝝ figeret crucibus corpora:ſpectãda ciuibus ſimul & feris uolucribuſq; laceran
da. Quamobrẽ pudor Romani nominis proprius qui ſæpe res perditas ſeruauit ĩ proe
liis:tunc quoq; ſubuenit. Sed illo tempores impoſuit iam erubeſcens cũ puderet uiuos
tanquã puditꝛꝝ eſſet extictos. Amplitudinẽ cauis eã feciſſe ꝓdit̃ ut ueyẽ fœni large
tranſmitteret. Parua ſunt cũcta quæ diximus:& oia uni cõparanda miraculo antequã
noua attingam. M. Lepido. Q . Catulo conſ:ut cõſtat inter diligẽtiſſimos auctores do
mus pulchrior nõ fuit Romæ:qua Lepidi ipſius. At Hercule intra annos.xxxv.eadẽ cẽ
teſimum locũ non optinuit. Cõputet in hac æſtimatiõe qui uolet marmoꝝ molẽ:ope
ra pictoꝝ impendia ragalia. Et cum pulcherrima: laudatiſſimaq; certãtes centũ domos
poſteaq; eas ab innumerabilibus aliis in hunc diẽ uictas. Profecto incendia puniunt lu
xum:nec tamen effici poteſt:ut mores aliquid ipſo in hoie mortalius eſſe intelligant.
Sed eas oẽs duæ domus uicerunt. Bis uidimus urbẽ totã cingi domibus principũ. Caii
& Nerõis. Et huius quidẽ ne quid deeſſet aurea. Nimiꝝ ſic habitarũt illi qui hoc iperiũ
fecere tantas ad uincẽdas gẽtes:triũphoſq; referendos ab aratro aut foco exeuntes: quo
rum agri quoq; minorẽ modum optinuere quã celaria iſtoꝝ. Subit uero cogitatio quo
ta portio haꝝ fuerint aeræ illæ:quas inuictis imberatoribus decernebãt publice ad ex
hædificãdas domos . Summuſq; illaꝝ honos erat ſicut in. L. Vulerio publicola:qui pri
mus cõſul fuit cũ. L. Bruto poſt tot merita:& fratre eius qui bis in eodẽ magrſtratu ſa
binos deuicerat:adiici decreto ut domus eoꝝ fores extra aperiẽtur & ianua ĩ publicum
reiiceret̃. Hoc erat clariſſimum inſigne inter triumphales quoq; domos. Non patiemur
duos Caios uel duos Nerões ne ac quidem gloria famæ frui. Docebimuſq; etiã inſania

eorum uictam priuatis operibus. M. Scauri: cuius neſcio an ædilitas maxime proſtra
uerit mores ciuiles: maiuſq; ſit Syllæ malum tanta priuigni potentia: quam proſcriptio
tot milium. Hic fecit in ædilitate ſua opus maximam omnium quæ unquã fuere hu/
mana manu facta non temporaria mora uerum etiam æternitatis deſtinatione. Thea/
Theatrum
trum hoc fuit. Scoena ei triplex altitudine. ccc. lx. columnarum in ea ciuitate quæ ſex
hymetias non tulerat ſine probo ciuis ampliſſimi. Iam pars ſcoenæ e marmore fuit. Me
dia e uitro inaudito etiã poſtea genere luxuriæ. Summæ tabulis inauratis columnæ
ut diximus: imæ duo dequadragenum pedum. Signa ærea inter columnas ut indicaui
mus fuerũt tria milia numero. Cauea ipſa coepit hominum. lxxx. milia: cum Pompei
amphitheatri totiens multiplicata urbe tantoq; maiore populo ſufficiat large. xl. milia
Sed & reliquus apparatus tantus attalica ueſte: tabulis pictis: cæteraq; cura fuit: ut in
tuſculanam uillam reportatis quæ ſuperfluebant quottidiani uſus deliciis incenſa uil/
la ab iratis ſeruis concremarentur ad ſeſtertia. M. Aufert animum & a deſtinato itinere
digredi cogit contemplatio tam prodigæ mentis: aliamq; connecti maiorem in ſaniam
E ligno. C. Curio qui bello ciuili ĩ cæſarianis partibus obiit: funebri patris munere cũ
opibus apparatuq; non poſſet ſuperare Scaurum. Vnde enim illi uictricus Sylla: & Me
tella mater proſcriptionum ſectrix: unde. M. Scaurus pater totiens princeps ciuitatis: &
marianis ſodalitiis rapinarum prouincialium ſinus: cum iam ne ipſe quidem cõpara/
ri ſibi poſſet. Quando hoc certe incendii illius premium hũit conuectis ex orbe terra/
rum rebus: ut nemo poſtea par eſſet inſaniæ illi. Ingenio ergo ſuo erat utendum. Cu/
rioniq; aliud excogitandũ fuit. Operæ precium eſt ſcire quid inuenerit: & gaudere mo
ribus noſtris: ac noſtro mõ nos uocare maiores. Theatra duo iuxta fecit ampliſſima e li/
gno cardinũ ſingulorum uerſatili ſuſpenſa libramento: in quibus utriſq; ante meridia
no ludorum ſpectaculo edito inter ſeſe auerſis ne inuicem obſtreperent ſcoenæ: & repẽ
te circumactis ut cõſtiterant. Poſtremo iam die diſcendentibus tabulis & cornibus in/
Amphitheatrum
ter ſe coeuntibus faciebat amphitheatrꝝ: & gladiatorũ ſpectacula edebat: ipſum magis
auctoritatum Populũ Ro. circunferens. Quid enim miretur quiſq; in hoc primum:
inuentorem: an inuentum: artificem: an auctorem: auſum aliquem hoc excogitare: an
ſuſcipere: parere: an iubere: Super omnia erit populi furor ſedere auſi tam infida inſta/
biliq; ſedet. En hic eſt ille terrarũ uictor & totius dominator orbis: qui gentes & regna
diriperet: iura exteris mitteret: & quoſdã in numero deorum immortaliũ generis huma
ni portio in machina pendens: & ad periculum ſuum plaudẽs. Quæ utilitas animarũ
iſta: aut quæ querela de canis: aut quãtũ mali potuit accidere: Huriri urbes terræ hiati
bus publicus mortalium dolor eſt. Ecce Po. Romanus uniuerſus uelut duobus naui/
giis impoſitus binis cardinibus ſuſtinetur: & ſe ipſum depugnantẽ ſpectat: periturus
momento aliquo luxatis machinis: & per hoc queritur in tribunitiis cõcionibus gratia
ut penſiles tribus faceret. Qualia hic ĩ roſtris. Quid nõ auſurus apud eos quibus hoc
perſuaſerit. Vera nanq; cõficientibus Po. Romanus funebri munere ad tumulum pa/
tris eius depugnauit uniuerſis. Variauit hanc magnificentiã ſuã feſſis turbatiſq; cardi
nibus: & amphitheatri forma cuſtodita nouiſſimo die diuerſis duabus p̄ mediũ ſcoenis
athlætas edidit: raptiſq; e contrario repente pulpitis eodem die uictores e gladiatoribus
ſuis produxit. Nec fuit rex Curio aut gentiũ imperator non opibus inſignis: uti qui ni
hil in cenſu habuerit: præter diſcordiam principum. Sed dicant̃ uera æſtimatione inui
cta miracula: quæ. Q. Martius rex fecit. Is iuſſus a ſenatu aquaꝝ appiæ & anienis te/
gula ductus reficere: nouam a nomine ſuo appellatã cuniculis per montes actis intra
preturæ ſuæ tempus aduxit. Agrippa uero in ædilitate ſua: adiecta uirginea aqua: cæ/
teriſq; corriuatis atq; emendatis lacus: dcc. fecit Præterea fontes. cv. caſtella. c. xxx. com
plura etiã cultũ magnifica & operibus. His ſigna. ccc. ærea aut marmorea impoſuit: &
columnas ex marmore quadrigentas: eaq; omnia annuo ſpatio. Adiecitq; ipſe in ædili/

tatis ſuæ commemoratione & ludos unde.lx.diebus factos & gratuita præbuit balnea
centũ.lxx.quæ nunc Romæ ad infintũ auxere numerũ. Vicit antecedentes aquarũ du
ctus nouiſſimum ĩpendium operis inchoati a.C.Cæſare & peracti a Claudio. Quippe
a lapide quadraginta ad eam excelſitatem: ut in omnes urbis montes leuarentur: influ-
xere curtius: atque cæruleus fontes. Errogata in id opus ſeſtertia quingenta quiqua
gintaquinque milia. Quod ſiquis diligentius æſtimauerit aquarum abundantiam in
publico balnei piſcinis domibus euripis hortis ſuburbanis uillis ſpatioque aduení-
entis extructos arcus montes perfoſſos: conualles æquatas: fatebitur nihil magis miran
dum fuiſſe in toto orbe terearum. Eiuſdem Claudii inter maxima equidem ac memo
randa duxerim: quanuis deſtitutum ſucceſſoris odio montẽ perfoſſum ad lacum fuci
num emittendum inenerabili profecto impendio: & operariorum multitudine per tot
annos: cum aut corriuatio aquarum: qua terrenus mõs erat egeretur ĩ uertice machi
nis: aut ſilex cederetur. Omniaque intus in tenebris fierent: quæ neque concipi animo
niſi ab iis qui uidere: neque humano ſermone enarrari poſſunt. Nam portus Oſtiẽſis
opus prætereo. Item uias inter montes excilas. Mare thirrenum a Lucrino molibus ſe
cluſum. Tot pontes tantis impendiis factos. Et inter plurima alia italiæ miracula: ipſa
marmora in lapidicinis creſcere auctor eſt Papyrius Fabianus naturæ rerum peritiſſi
mus. Exemptores quoque affirmant compleri ſponte illa mõtium ulcera. Quæ ſi uera
ſunt: ſpes eſt: nunquam defuturam luxuriam.

¶ De magnetis generibus & medicinis: Ca. XVI.

A Maioribus digredienti ad reliquorum lapidum inſignes naturas quis dubitet
in primis magnetem occurrere. Quid enim mirabilius: aut qua in parte na-
turæ maior inprobitas dederat uocem ſaxis: ut diximus: reſpondentem homi
nis: immo uero & obloquentem. Quid lapis rigore pigrius. Ecce ſenſus manuſq; tribu
ti illi. Quid fieri duritia pugnatius. Sed cedit & patitur maiores: trahitur nanque a ma
gnetæ lapide. Domitrixque illa rerum ominum materia ad mane neſcio quid currit:
atque ut propius uenit aſſiſtit: teneturque: & complexu hæret. Sideritin ob hoc alio no
mine appellant: quidam heracleon. Magnes appellatus eſt ab inuentore ut auctor eſt
Nicander in india repertus. Nanque & paſſim inuenitur: ut in Hiſpania quoque inue
niſſe autem fertur clauis crepidarum & baculi cuſpide hærentibus: cum armẽta paſce
ret. Quinque genera magnetis Sotacus demonſtrat. Aethiopicum: & magneſiacum a
Macedonia & contermina a bebnœa locatum petentibus dextra. Tertium in echio boe
tiæ. Quartum circa Alexandriam troadem. Quintum & magneſia aſiæ. Differẽtia pri
ma mas ſit an foemina. Proxima ĩ colore. Nam qui in Macedonia & magnetia reperiũ
tur: ruffi nigrique ſunt. Boetius uero ruffi coloris plus habet quam nigri. Is qui ĩ troa
de inuenitur: niger eſt & foeminei ſexus: ideoque ſine uiribus. Deterrimus autem ĩ ma
gneſia aſiæ candidus: neque attrahens ferrum ſimiliſque punici. Compertum tãto me
liores eſſe quanto ſunt magis: cærulei. Aethiopicis laus ſumma datur: põduſque argẽ-
to rependitur. Inuenitur hic in Aethiopia ziniri· ita uocatur regio harẽoſa. Ibi & hema
tites ſanguinei coloris: ſanguinemque reddens ſi terratur. Sed & crocum. In attrahẽdo
ferrum non eadem quæ magneti hemetite natura. Aethiopici argumentum eſt quod
magnetem quoque alium ad ſe trahi. Omnes autem ii oculorũ medicamentis proſunt
ad ſuam quiſque portionem. Maximeque epiphoras ſiſtunt. Sanant & aduſta cremati:
tritique. Alias rurſus in eadẽ Aethiopia nõ procul mons gignit lapidẽ theameden: qui
ferrum omne abigit: reſpuitque. De utraque natura eius ſæpius diximus

¶ De lapidibus qui cito abſumum corpora in eis condita
& de his qui diu ſeruant: & de thaſio lapide:
& medicinis eius Capitulum XVII.

LApidem e ſciro inſula integrum fluctuare tradunt : eundem comminutum
mergi. In aſſo troadis ſarcophagus lapis fiſſili uena ſcinditur. Corpora defun
ctorum cōdita in eo abſumi conſtat intra. xl. diem: exceptis dentibus. Mutia-
nus ſpecula quoq; & ſtringiles & ueſtes & calciamēta illita mortuis lapidea fieri auctor
eſt. Eius generis & in lycia ſaxa ſunt & in oriente quæ uiuentibus quoq; adalligata: ero
dunt corpora. Mitior eſt aūt ſeruandis corporibus nec abſumendis chemites ebori ſimi
limus: in quo Darium conditū ferunt. Parioq; ſimilis candore & duritia: minus tamen
ponderoſius qui porus uocat̃. Theophraſtus auctor ē & tranſlucidos lapides in ægyp-
to īueniri: quos ophionitæ ſimiles ait: qđ fortaſſis tunc fuerit: quoniā & ii deſinunt: &
noui reperiunt̃. Thaſius guſtu ſalſus podagras lenit pedibus in uaſe ex eo cauato indi
tis. Præterea omnia crurꝶ uitia in iis lapidicinis ſanantur: cū i metallis omnibus crura
uitientur. Eiuſdē lapidis flos appellat̃: in farinam redigendā mollis ad quædam perin-
de efficax. Eſt aūt ſimilis punici ruffo. Ammixtus æri cyprio mammarꝶ uitia emendat.
Pici aūt reſinæ ue ſtrumas & panos diſcutit. Prodeſt & phthiſicis linctu. Cū melle ue-
tera ulcera ad cicatricē perducit. Excreſcentia erodit. Et ad beſtiarꝶ morſus utilis. Repu
gnātia curationi ac ſuppurata ſiccat. Fit cataplaſma ex eo podagris mixto fabæ lomēto

De ebore foſſili & lapidibus oſſeis & palmatis & aliorꝶ generibus. Ca. XVIII

IDem Theophraſtus & mutianus eē aliquos lapides: qui pariāt: credūt. Theo-
phraſtus auctor eſt & ebur foſſile candido & nigro colore inueniri : & oſſa e
terra naſci: inueniriq; lapides oſſeos. Palmati circa mundam in hiſpania : ubi
Cæſar dictator Pompeum uicit: reperiunt̃ : ibiq; quotiens fregeris. Sunt & nigri: quorꝶ
auctoritatis uenit in marmora: ſicut tænarius. Varro nigeos ex africa firmiores eſſe tra
dit: q̃ in italia. E diuerſo albos coronas duriores: q̃ parios: Idem lunenſem ſilicē ſerra ſe-
cari. At thuſculanum diſſilire igni. Sabinum fuſcum addito oleo etiā lucere. Idem mo-
las uerſatiles uolſine inuentas. Aliquas & ſponte motas inuenimus i & dygitis. Nuſquā
autem hic utilior quam in italia gignitur: lapiſq; non ſaxum eſt. In quibuſdam uero
prouinciis omnino non inuenitur. Sunt quidam in eo genere molliores : qui & quote
leuigantur: ut procul intuentibus ophitæ uideri poſſint. Neq; eſt alius firmior : quan-
do & lapidis natura ut lignum ſimiliter hymbres ſoleſq; aut hyemes nō patitur. In aliis
atq; aliis generibus. Sunt qui & lunam non tolerent : & qui uetuſtate rubiginem tra-
hant: colorem ue candidum oleo mutent.

De corallio uel pyrite: & medicinis eius: & oſtracite: de amanto lapide & me
dicinis eius & militino lapide & uiribus eius : de gagate lapide medicinis ei
us: de ſpongiis: de phrygio lapide & natura eius. Ca. XIX.

COrallium lapidem quidam pyriten uocāt: quoniā ſit plurimus ignis illi. Sed
eſt alius etiamnum pyrites ſimilitudine æris. In cypro eum reperiri uolunt: &
in metallis quæ ſunt circa acamaniam: unum argento colore: alterum aureo
Coquuntur uarie. Ab alis iterum tertioq; in melle: donec conſumatur liquor. Ab aliis
pruna prius: dein melle: & poſtea lauantur ut æs. Vſuſq; eorum medicina ex calfacere
ſiccare diſcutere: humorem extenuare: & duritias nimiasmollire. Vtuntur & crudis tu
ſiſq;: ad ſtrumas atq; furunculos. Pyritarꝶ etiamnum aliqui genus unum faciunt plu
rimum habens ignis: quos uiuos appellamus: & ponderoſiſſi ni ſunt. Hi exploratoribus
caſtrorū maxime neceſſarii: qui clauo uel altero lapide percuſſi: & ſcintillas edunt: quæ
exceptæ ſulphure aut fongis aridis uel foliis: dicto celerius ignem trahunt. Oſtracitæ
ſimilitudinem teſtæ habent. Vſus eorum pro pumice ad leuigandam cutem. Poti ſan
guinem ſiſtunt: & illiti cum melle ulcera doloreſq; mammarum ſanant. Amantus alu
mini ſimilis nihil igni deperdit. Hic ueneficiis reſiſtit omnibus: priuatim magorum.
Geoden ex argumento appellant : quoniam amplexus eſt terram : oculnrum medica-
mentis utiliſſimus. Item mammarum & teſtium uitiis. Melitites lapis ſuccum remittit

dulcem melitumque tuſus. Et cæræ mixtus eruptionibus pituitæ maculiſque corpo
ris medetur. Et faucium exulcerationi. Epynictidas tollit:& uuluarum dolores impoſi
tus uelleri. Gagates lapis nomen loci & amnis habet gagatis lyciæ. Aiunt & in leucocol
la expelli mari: atque infra duodecim ſtadia colligi. Niger eſt: planus : punicoſus: non
multum a ligno differens leuis: fragilis: odore ſi terratur grauis. Fictilia ex eo inſcripta
non delentur. Cum uritur odorem ſulphureum reddit. Mirumque accenditur aqua:
oleo reſtringuitur. Fugat ſerpentes ita recreatque uuluæ ſtrangulationes. Depræhen
dit ſonticum morbum & uirginitatem ſuffitus. Item ex uino decoctus: dentibus mede
tur. Strumiſque cæræ permixtus. Hoc dicuntur uti magi in ea quam uocant necyo
manciam. Id peruri negant: ſi euenturum ſit: quod aliquis optet: Spongiæ lapides inue
niuntur in ſpongiis:& ſunt natiui. Quidam eos cyſteolithos uocant: quoniam ueſicæ
medentur. Calculos rumpunt in uino poti. Phrygius lapis gentis nomē habet. Eſt au
tem gleba punicoſa. Vritur ante uino perfuſus: flaturque follibus : donec ruffeſcat : ac
rurſus dulci uino reſtinguitur:& hoc trinis uicibus tingēdis ueſtibus tantū utilis.

De ematite & quinque generibus eius & ſchiſto Ca. XX.

SChiſtos & hematites cognationem habent. Hematites inuenitur in metallis.
Vſtus minii colorem imitatur. Vritur & Phrygius: ſed non reſtinguitur ui-
no Adulteratur ſchiſto. Hematiten diſcernunt uænæ rubentes:& friabilis eſt
natura. Oculis cruore ſuffuſis mire conuenit. Siſtit profluuium mulierum potus. Bi-
bunt eæ & qui ſanguinē reiecerunt cū ſuco punici mali. Et in ueſicæ efficax uitiis. Bi
bitur & in uino ſerpentium ictus. Infirmior ad omnia eadem eſt: quē ſchiſton appellāt
Sed in iis cōmodior croco ſimilis: peculiarius ſplēdet. Proficit oculorum lachrymis in
lacte muliebri. Procidenteſque oculos præclare cohibet. Hæc eſt ſentētia eorum qui nu
perrime ſcripſere. Sed Sotacus e ueruſtiſſimis auctoribus quinque genera hematitarum
tradit præter magnetem. Principatum dat ex iis æthiopico oculorꝫ medicamentis uti-
liſſimo. Et iis quæ panchreſta appellant. Item ambuſtis. Alterum atrodamanta dicit uo
cari: colore nigro: pondere ac duricia inſignem:& inde nomen traxiſſe : præcipueq; in
africa repertam. Trahere aūt in ſe argentum æs ferrum. Experimentum eius eſſe in co-
te ex lapide baſanite. Reddere enim ſuccum ſanguineum & eſſe ad iocineris uitia præ-
cipui remedii. Tertium gēus arabici facit: ſimili duricia: uix reddentis ſuccum ad cotē
aquariam aliquando croco ſimilem. Quarti generis elatiten uocari quādiu crudus ſit:
coctum uero militem utilem ambuſtis. Ad omnia utiliorem rubrica. Quinti generis
ſchiſtos hemorrhoidas reprimit. In totum autem hematitas omnes tritos in oleo trium
drachmarum pondere a ieiunis ſumendos ad uitia ſanguinis. Idem auctor eſt ſchiſton
eſſe alterius generis quam hematiten tradit: quem uocant atractiten. Naſci in Africa
nigrum attritum reddere aquaris cotibus ab ea parte quæ fuerit ab radice nigrum co
lorem: ab altera parte croci. Ipſum utilem eſſe oculorum medicamentis.

De quattuor generibus ætitis:& calamo:& ſamio:
& arabo:& punicibus: Ca. XXI.

Etites lapis etiam argumento nominis magnam famam habet. Reperit̄ in ni
dis aquillarum ſicuti in decimo uolumine diximus. Aiunt binos iueniri ma
rem & fœminam. Nec ſine iis parere quas diximus aquilas:& ideo binos tantū
Genera eorum quattuor. In Africa naſcentem puſillum & mollem intra ſe ac uelut in
aluo habentem argillam ſuauē candidam. Ipſum friabilem quem fœminei ſexus putāt
Marē aūt qui in Arabia naſcit̄ durum gallæ ſimilem aut ſubrutilū in aluo habentem
durum lapidem. Tertius in cyproiuenit̄: colore illis i africa naſcentibus ſimilis: ampli
or tamen atque dilatatus. Cæteris enim globoſa facies. Habet in aluo harenam iucun
dam & lapillos. Ipſe tam mollis ut etiā digytis fricetur. Quarti generis Taphiuſius ap
pellatur: naſcens iuxta leucadē in taphiuſia: qui locus eſt dextra nauigātibus ex hac

ad leucadem . Inuenitur in fluminibus candidus & rotundus . Huic eſt in aluo lapis
qui uocatur callimus:nec quicquam tenerius. Aetitæ omnes grauidis adalligati muli-
eribus uel quadrupedibus in pelliculis ſcarificati uteri animalium continent partus:
non niſi parturiant:remouendi:alioquin uuluæ excidium fit. Sed niſi parturientibus
auferantur:omnino non pariunt. Eſt & lapis ſamius in eadem inſula:ubi terram lau-
dauimus:poliendo auro utilis. Vtilis & in medicina oculorum ulceribus cũ lacte quo
ſupradictum eſt modo contra ueteres lachrymationes. Prodeſt & cõtra uitia ſtomachi
potus. Vertigines ſedat. Menteſq; cõmotas reſtituit . Quidam & morbis comitialibus
utiliter dari putant. Et ad ruinæ difficultates:acopis etiam miſcetur. Probatur grauita-
te & candore. Vuluas & artus contineri adalligato eo tradunt. Arabus lapis ebori ſimi-
lis:dentifriciis accommodatur crematus. Priuatim hemorrhoidas ſanat cum lanugine
linteorum linteolis inſuper impoſitis. Non prætermittenda eſt & punicũ natura:ſiqui-
dem ita appellantur quidam lapides eroſi amne:in ædificiis muſea uocant dependen-
tia ad imaginem ſpecus arte reddendá. Sed & iis pumices qui ſunt in uſu corporũ leui-
gandorum fœminis iam quidẽ & uiris:atq; ut ait Catullus liberis:laudatiſſimi ſunt in
melo ſcyro & æoliis inſulis. Probatio in candore & in minimo pondere:& ut q̃maxime
ſpongioſi aridiq; ſint :ac teri faciles:nec harenoſi in fricando. Vis eorũ in medicina:ex-
tenuare:ſiccare. In uſtrina ter ſiccantur:ita ut torreant̃ carbone puro:ac totiens uino
reſtringuant̃ albo. Lauantur deinde ut cadmia: & ſiccati cõduntur q̃minimum uligi-
noſo loco. Vſus farinæ eius oculorum maxime medicamentis. Vlcera purgãt eorum leui-
ter:explentq; cicatrices:& emendant . Quidam tertia uſtione refrigeratos potius q̃ re-
ſtinctos terrere malunt ex uino. Adduntur etiam ad malagmata capitum uerẽdorum-
que ulceribus. Vtiliſſima fiunt ex iis dentifricia. Theophraſtus autem auctor eſt poto-
res in certamine bibendi præſumere farinam eius: ſed niſi uniuerſo potui impleantur
periclitari. Tantamq; refrigerandi naturã eſſe:ut muſta feruere deſinãt punice addito

¶ De lapidibus mortariorum medicinalium.& mollibus lapidibus:& ſpecu-
lari lapide:& ſilicibus:& phengite:& cotibus:& reliquis ad ſtruturam lapi-
dibus igni & tempeſtatibus reſiſtentibus. Ca. XXII.

AVctoribus curæ fuere lapides mortariorum quoq; nec medicinaliũ tantum
aut ad pigmenta ptinentium. Etheſiũq; lapidẽ in iis prætulere cæteris: mox
& thebaicum:quẽ pyrrhopecilion appellauimus . Aliqui pſaronium uocant.
Tertium ex calazio chryſiten. Medici autem & baſaniten . Hic enim lapis nihil ex ſeſe
remittit. Ii autem lapides qui ſuccum reddunt oculorum medicamẽtis utiles exiſtimã-
tur. Ideoq; æthiopici maxime ad ea probantur. Tenarium uero lapidem & pœnicum &
hematiten iis medicamentis prodeſſe tradunt:quæ ex croco componantur. Ex alio te-
nario qui niger eſt:& ex pario lapide non æque medicis utilem. Potiorem ex lapide ala-
baſtrite egyptio:uel ex ophite albo. Eſt enim hoc genus ophitis:ex quo uaſa & etiam ca-
dos faciunt. In ſyphno lapis eſt qui cauatur:tornaturq; in uaſa coquendis cibis utilia:
uel ad eſculentorum uſus. Quod in comenſi italiæ lapide accidece ſcimus. Sed in ſyphõ
ſingulare quod excalfactus oleo nigreſcit:dureſcitq;. Natura molliſſimus tanta qualita-
tum differentia eſt. Nam mollici & tráſalpis præcipua ſunt exempla. In belgica prouin-
cia candidum lapidem ſerra qua lignum:faciliuſq; etiam ſecant ad tegularum & im-
bricum uicem. Vel ſi libeat:ad quæ uocant pauonacea tegendi genera:& igni quidem
durati iidem ſectiles ſunt. Specularis uero quoniam & hic lapis nomen optinet: facilio-
re multo natura finditur in quanlibet tenues cruſtas. Hiſpania hunc olim citerior tã-
tum dabat:nec tota:ſed intra centum milia paſſuum circa ſegobricam urbem . Iam &
cypros & cappadocia & ſicilia:& nuper inuentum africa . Poſtferendos omnes tamen
hiſpaniæ:& cappadociæ molliſſimis & ampliſſimæ magnitudinis:ſed obſcuris. Sunt &
in bononienſi italiæ parte breues maculoſi complexu ſilicis alligati : quorum tamen

appareat natura ſimilis eis qui in Hiſpania puteis effodiuntur profunda altitudine.
Necnon & ſaxo incluſus ſub terra inuenitur:extrhiturque:aut exciditur. Sed maiori
parte foſſili natura abſolutus ſegmenti modo nunquam adhuc quinque pedum lon/
gitudine amplior. Humore hunc terræ quidam autumant quadã anima cryſtalli mo/
do glaciari. Et in lapidem concreſcere maniteſto apparet:quod cum fere decidere ĩ pu/
teos tales & medullæ ex oſſibus earum in eadem lapidis natura poſt unam hyemem ſi
gurantur. Inuenitur & niger aliquando. Sed cãdido natura mira cum ſit mollicia no/
ta perpetiendi ſolis rigoriſque:nec ſeneſcit ſi modo iniuria abſit:cum hoc etiam in ce/
mentis multorum generum accidat. Inuenere & alium uſum in ramentis quoque cyr
cum maximum ludis cyrcenſibus ſternendi:ut ſit in commendatione candor. Nerone
principe in Capadocia repertus eſt lapis duritia marmoris candidus:atque tranſlucẽs:
etiam qua parte fuluæ inciderant uenæ:ex argumento phengites appellatus. Hoc con
ſtruxerat ædem fortunæ:quam ſeiam appellãt a Seruio Rege ſacratã aurea domo com
plexus. Quare etiam foribus apertis interdiu claritas ibi diurna erat haud quam ſpecu
larium modo:tanquam incluſa luce:non tranſmiſſa. In Arabia quoque eſſe lapidẽ ui/
tri modo tranſlucidum:quo utuntur pro ſpecularibus. Iuba auctor eſt. Nunc ad opera
rios lapides tranſiſſe conueniat:primumque cotes ferro acuendo. Multa earum genera Cotes
Creticæ diu maxima laudem habuere. Secundam laconicæ ex taygeto monte: utræq;
oleo indigentes. Inter aquaris naxiæ laus maxima fuit:mox armeniacæ:de quibus dixi
mus. Ex oleo & aqua ciliciæ pollẽt:ex aqua arſinoeticæ præcipue. Repertæ ſunt & ĩ ita
lia aquatrahẽtes aciẽ acerrio effectu. Necnẽ & tranſalpes:quas paſernices uocant. Quar
ta ratio eſt ſaliua hominis proficientium. Quæ in tonſtrinarum officinis inutilis eſt:
fragili mollicia. Flaminitanæ ex Hiſpania citeriore in eo genere. Reliqua multitudo la/
pidum in totum ædificiis inutilis eſt moroſitate. Quædam tamen loca morem illum
habent ſicuti Carthago in Africa exercetur halitu maris:fricatur uento:& uerberatur
hymbri. Sed cura tuentur picando parietes:quoniam & tectoria calx roditur. Sciteque
dictum eſt ad tecta eos pice ad uinum calce uti:quoniam ſic muſta cõdiunt. Alia mol
licia circa Romam fidennati & Albão. In Liguria quoque umbria & Venetia albus la/
pis dentata ſerra ſecatur. Hi tractabiles ĩ operã laborem quoque tolerãt ſub tecto dum
taxat. Aſpergine & gelu pruiniſque rumpuntur in teſtas. Nec contra humores & aurã
maris robuſti. Tyburtini at reliqua fortes uapore diſſiliunt. Nigri ſilices optimi quibuſ
dam in locis & rubentes. Nonuſquam uero & albi:ſicut in Tarquinenſi & Ancianis la
pidicinis circa lacum Volſinienſem. Et in Stratonienſi ſunt quibus ne ignis quidem
nocet. Iidem & in monumenta ſculpti contra uetuſtatem quoque ĩcorruti permanẽt.
Exque iis formæ fiunt:in quibus æra infunduntur. Eſt & uiridis lapis uehæmenter
igni reſiſtens:ſed nuſquam copioſius. Et ubi inuenitur lapis non ſaxum eſt. E reliquis
pallidus ĩ cemẽto raro utilis:globoſus cõtra iniurias fortis: ſed ad ſtructurã ĩfideliſ niſi
multa ſuffrenatione deuinctus. Nec certior fluuiatilis ſemper ueluti madẽs. Remediũ
eſt in lapide dubio æſtate eum eximere:nec ante bienium eum inſerrere tecto: domitũ
tempeſtatibus. Quæ ex eo læſa fuerint in ſubterrãea ſtructura aptãtur utilius. Quæ
reſtiterint:tutum eſt cælo committere. Græci e lapide duro ac ſilice æquo conſtruũt
ueluti lateritios parietes:cum ita fecerint iſo domos uocant genus ſtructuræ. At cum
in æquali craſſitudine ſtructa ſunt pſeudiſodomon. Tertium eſt euplecton tantũmo
do frontibus politis. Reliqua fortuito collocant. Alternas coagmentationes fieri:ut cõ
miſſuras antecedentium medii lapides optineant:neceſſarium eſt:in medio quoq; pari
ete ſi res patiatur. Si minus: utique a lateribus. Medios parietes ſarcire fractis cementis
Dictyotheton uocant reticulatam ſtructuram:quam frequentiſſime Romæ ſtruunt:
rimis oportunam. Structuram ad normam: & libellam fieri: & ad propendiculum
reſpondere oportet.

¶ De Ciſternis & calce & harenæ : generibus & mixtura calcis & harenæ :& uitiis ſtructuræ:& tectoribus columnis . Ca. XXIII.

ET Ciſternas harena pura & aſpera quinq; partibus : calcis q̃uehementiſſime
duabus conſtrui conuenit:fragmentis ſilicis non excedentibus libras.Ita ferra
tis uectibus calcari ſolum parietesq; ſimiliter.Vtilius geminos eſſe:ut in prio-
ris inferiore ne uitia conſidant aquæ:atq; per colum in proximis tranſeat maxime pura aqua .Cal-
cem e uario lapide Cato Cenſorius improbat. Ex albo melior quam ex duro & ſtructu
ræ utilior.Quæ ex fiſtuloſo:tectoriis.Ad utrumq; damnatur ex ſilice.Vtilior eadem ex
efoſſo lapide quã ex ripis fluminum collecto.Vtilior e molari:quia eſt quædã pingui-
or natura eius.Mirum aliqui poſtq̃ arſerit accendi aquis.Harenæ tria genera. Foſſicia
cui quarta pars calcis addi debet.Fluuiatili aut marinæ tertia.Si & teſtæ tuſæ tertia ps
addatur melior materia erit.Ab appennino ad padum non inuen tur foſſicia:nec ma-
rina.Ruinarum urbis ea maxime cauſa qđ furto calcis ſine ferrumine ſuo cementa cõ
ponuntur.Intrita quoq; quo uetuſtior eo melior.Vnde & in antiquorum ædium legi
bus inuenitur ne recẽtiore t rima tuterent̃ redemptor quiſq̃ .Ideoq; nulla tectoria eoꝝ
rimæ fœdauere.Tectoriũq;:qđ niſi ter harenato & bis marmorato inductũ ẽ: non ſatis
ſplẽdoris habet.Vligioſa & ubi ſalſugo teſtatio uitia ſublini utilius.In græcia tectoriis
etiã harenaꝝ qđ inducturi ſũt:prius in mortario ligneis uectibus ſubigũt . Experimẽ
tũ marmorati eſt in ſubigendo:donec rutro non cohæreat.Contra in albario opere:ut
macerata calx ceu glutinũ hæreat . Sed macerari nõ niſi a gleba oportet.In elide ædes ẽ
Mineruæ :ĩ qua frater Phidiæ Pãeus tectoriũ ĩduxit lacte & croco ſubactũ ut ferũt:ideo
ſi queratur in ea hodieq; ſaliua pollice: odorem croci ſaporẽq; reddere tradit̃ . Colũnæ
edere denſius poſitæ: craſſiores uidentur.Quattuor eaꝝ genera.Quæ ſextam partẽ alti
tudinis ĩ craſſitudine ima habent:doricæ uocantur:quæ nonã ionicæ:quæ ſeptimam
thuſcanicæ.Corinthiis eadẽ ratio quæ ionicis . Et differentia:quoniã capitularis corin
thiarum eadẽ eſt altitudo quæ colligit̃ craſſitudine ima:ideoq; gratiliores uident̃ ioni
cis:capitelli enim altitudo tertia præſtat craſſitudinis . Antiqua ratio erat colũnarum
altitudinis tertia pars latitudinũ delubri.In epheſi Dianæ æde: de qua prius fuit ſmo:
primũ columnis ſpiræ ſubditæ:& capitella addita.Placuitq; altudinis octaua ps ĩ craſ-
ſitudine:& ut ſpiræ haberent craſſitudinis dimidiũ ſeptimæq; ptis detrahẽtibus ſũmaꝝ
craſſitudini. Præter has ſunt uocant̃ atticæ columnæ quaternis angulis pari laterum
interuallo.

¶ De medicinis calcis:& maltha & gypſo. Ca. XXIIII.

CAlcis & ĩ medicina magnus uſus. Eligitur enim recẽs:nec aſperſa aquis urit:
diſcutit:extrahit incipienteſq; ſerpere ulceꝝ impetus coercet.Aceto & roſaceo
temperata per ducit ad cicatricẽ.Luxatis quoq; cum adipe ſuillo aut liquida
reſina ex melle medetur.Eadem cõpoſitione & ſtrumis.Maltha e calce fit recenti: gleba
uino reſtinguitur.Mox tunditur cum adipe ſuillo & ficu duplici linamẽto. Quæ res
omnium tenaciſſima & duritiam lapidis antecedentes.Quod malthat̃ oleo perficitur
ante.Cognita calci res gypſum eſt.Plura eius genera. Nam e lapide coquitur ut ĩ ſyria
cathuris. Et e terra foditur ut in cypro ac perrhebie ſumma tellure.& hymeticum eſt.
Qui coquitur lapis non diſſimilis alabaſtrite eſſe debet:aut marmoroſo. In ſyria duriſ
ſimos ad id eligunt:coquuntq; fimo bubulo ut celerius urantur.Omnium autem op
timum fieri compertum eſt e lapide ſpeculari ſquammam uitalem habente.Gypſo ma
dido ſtatim utendum eſt quoniam celerime coit:ac ſiccatur.Tamen rurſus tundi & in
farinam reſolui patitur . Vſus gypſi in albariis ſigillis ædificiorum & coronis gratiſſi-
mus.Exemplumq; illuſtre.C.Proculeium Auguſti Cæſaris familiarem in maximo ſto
machi dolore gypſo poto conſciuiſſe ſibi mortem.

¶ De pauimentis: & quando primum Romæ : & ſubdialibus pauimentis:& græcanicis:& quando primum cameræ. Ca. XXV.

PAuimenta originem apud græcos habent elaborata arte picturæ ratione: do
nec linthoſtrata expulere eã. Celeberrimus fuit hoc generoſus qui pergami
ſtrauit quem uocant Euſaroton Oecon: quõiã purgamenta cœnæ in paui
mento quoq; euerri ſolent: ueluti relicta. Fecerat paruis e teſtulis tinctiſq; in uarios co
lores. Mirabilis ibi columna bibens: & aquã umbra capitis infuſcans abripiente alia eſ
cam. Dentes uideres in canthari labro. Apricantur aliæ ſcabentes ſeſe pauimẽta credo
primum facta: quæ nunc uocamus barbarica: atq; ſubregulanea. In italia e feſtucis cã
nea: hoc aperte ex nomine ipſo intelligi poteſt. Romæ ſcalpturatum in Iouis Capitoli
ni æde primum factum eſt poſt tertium punicum bellum initum. Frequentata uero
pauimenta ante cimbricum magna gratia animorum indicio eſt luciliãus ille uerſus.
Ante pauimenta atque emblemata uermiculata. Subdialia græci inuenere talibus do
mos cõtegentes facili tractu & tepente. Sed fallax ubicunq; hymbres gelant. Neceſſariũ
binas per diuerſum taxatiões ſubſterni. Capita earum præfigi ne torquæant. Et rude
ri nouo tertiam partem teſtæ tuſæ addi. Deinde rudus in quo duæ quĩtæ calcis miſce
ant pedali craſſitudine feſtucari. Tunc nucleo craſſo ſed digytos induci & e teſta gran
di nõ minus alia duos digytos ſtrui. Faſtigiũ uero ſeruari ĩ pedes dẽos & ſe cũcẽ. Ac dili
genter cotæ deſpumare: uerniſq; axibus cõtribulare. Quæ torquent inutilia putãt. Im
mo & ſilice aut palea ſubſterni melius eſſe quo minor uis calcis peruẽiat. Neceſſarium
& globſum lapidem ſubiici. Similiter fiunt ſpicata teſtacea. Non negligendum etiam
num unum genus græcanicum. Solo feſtucato iniicitur rudus aut teſtaceũ pauimen
tum. Dein ſpiſſe calcatis carbonibus inducitur ſabulo calce: ac fauilla mixis: materia
craſſitudine ſemipedali ad regulam: & libellam exigitur: & eſt forma terrena. Si uero
cote depolitum eſt nigri pauimenti uſum optinet. Lithoſtrata cœptauere iam ſub Syl
la paruulis certe cruſtis. Extatque hodie quod in fortunæ delubro præneſte fecit. Pul
ſa deinde ex humo pauimenta in cameras tranſire: ut pronum uitium. Et hoc certe in
uentum ab Agrippa in thermis quas Romæ fecit. Figlinum opus encauſto pinxit. In
reliquis albaria adornauit. Non dubie uitreas facturus cameras: ſi prius inuentum
fuiſſet: aut a parietibus ſcœnæ ut diximus. Scauri perueniſſet in cameras. Quãobrem
originem uitri dicemus.

De origine uitri & ratione faciendi: & de obſiano uitro
& generibus multiformibus uitri. Ca. XXVI.

PArs eſt ſyriæ: quæ phœnice uocat finitima iudææ intra montis carmelli radi
ces paludẽ habẽs: quæ uocat cãdebea. Ex ea credit naſci belus amnis qnq; mi
liũ. p. ſpacio ĩ mare profluuẽs iuxta ptolemaidẽ coloniã. Lẽtus hic currit: inſa
lubris potu. ſed cerimõiis ſacer: limoſus uado ꝓfundus. Nõ niſi refuſo mari harenas fa
tent. Fluctibus. n. uolũtate niteſcunt detritis ſordibus. Nũc & a marino credant aſtrin
gi morſu nõ prius utiles. Quingẽtoꝝ eſt paſſuũ nõ ampilus littoris ſpaciũ. Idq; tãtum
multa p ſæcula gignẽdo fuit uitro. Fama eſt appulſa naue mercatoꝝ nitri cũ ſparſi p
littus epulas pararẽt: nec eſſet cortinis attollẽdis lapidũ occaſio: glebas nitri e naue ſub
didiſſe. Quibus accẽſis pmixta harena littoris trãſlucẽtes nobilis liquoris fluxiſſe riuos
& hãc fuiſſe originẽ uitri. Mox ut eſt aſtuta & ingenioſa ſolertia nõ fuit cõtenta nitrũ
miſcuiſſe cœptus addi & magnes lapis: quõiã ĩ liquorẽ uitri quoq; ut ferrũ trahere crẽ
dit. Simili mõ & calculi ſplendẽtes multifariã cœpti uiri deĩd cõchiæ & foſſiles harenæ
Auctoees ſunt in india e cryſtallo fracta fieri & ob id nullum comparari indicio. Leui
bus autem aridiſque lignis coquitur addito cyprio ac nitro maxime ophirio. Continu
iis fornacibus ut æs liquatur: maſſæque fiunt colore pingui nigrantes. Acies tanta eſt
quacunq;: ut circa ullũ ſenſũ ad oſſa coneſcet quicqd afflauerit corporis. Et maſſis rur
ſus fundit ĩ officinis tiguitq;. Et aliud flatu figurat. Aliud torno terit. Aliud argenti
mõ cælat. Sidõæ quõdã iis officinis nobili ſiquidẽ etiã ſpecula excogitauerat. Hæc fuit

antiqua ratio uitri.Iam uero & in uulturno mari italiæ harena alba naſcens ſex miliũ
paſſuum a littore inter cumas atq; lucrinum:quæ molliſſima eſt : pila molaq; teritur.
Dein miſcetur tribus partibus nitri pondere uel menſura : ac liquata in alias fornaces
tranſfunditur.Ibi fit maſſa quæ uocatur hammonitrum.Atq; hoc recoquitur:& fit ni
trum purum ac maſſa utri candida. Iam uero & per gallias hiſpaniaſq; ſimili modo ha
renæ temperantur.Ferunt Tyberio principe excogitatum uitri temperamẽtum ut fle
xibile eſſet:& totam officinam artificis eius abolitam:ne æris:argenti:auri:metallis pre
cia detraherentur.Eaq; fama diu crebrior quã certior fuit.Sed quid refert.Neronis prin
cipatu reperta uitri arte quæ modicos calices duos:quos appellabant petrotos. hſ. ſex
milibus uenderet.In genere uitri & obſidiana numerãtur ad ſimilitudinẽ lapidis quẽ
in æthiopia inuenit.Obſidius nigerrimi coloris:aliquando & tranſlucidi: craſſiore ui
ſu atq; in ſpeculis parietum pro imagine umbras reddente.Gẽmas multi ex eo faciunt
Vidimuſq; & ſolidas imagĩes diui Auguſti capti materia huius craſſitudinis.Dicauit
que ipſe pro miraculo in templo Concordiæ obſidianos quattuor elephantos. Remiſit
& Tyberius Cæſar heliopolitarum cerimoniis repertam ibi in hæreditate eius qui præ
fuerat ægypto:obſidianam imaginem Menelia.Ex quo apparet antiquior materiæ ori
go nunc nitri ſimilitudine interpolata . Xenocrates obſidanum lapidem in india & in
ſamnio italiæ & ad oceanum in hiſpania naſci tradit.Fit & tincturæ genere obſidianũ
ad eſcaria uaſa totum rubens uitrum atq; non tranſlucens:hematinon appellatũ. Fit
& album & murrhinum aut hyacinthos ſaphiroſq; imitatum :& omnibus aliis colori
bus.Nec eſt alia num materia ſequatior:aut etiam picturæ accomodatior.Maximus ta
men honos in candido tranſlucente quanproxima cryſtalli ſimilitudine. Vſus uero ad
potandum argenti metalla & auri pepulit.Eſt autem coloris impaciens:ni precedat fri
gidis liquor:cum addita aqua uitreæ pilæ ſole aduerſo in tantum excandeſcant :ut ue
ſtes exurant:fragmenta teporata agglutinantur tantum rurſus adfundi non queunt
præterquam abrupto ſibimet:tingui ueluti cum calculi fiunt:quos quidem abaculos
appellant:aliquos etiam pluribus modis uerſicolores.Vitrum ſulphuri concoctũ ferru
minantur in lapidem.Ad peractis omnibus quæ conſtant ingenio artem natura faciẽ
te:ſuccurrit mirari nihil pene non igni perfici.

Ignium miracula & medicinæ prodigia. Ca. XXVII.

IGnis accipit harenas:ex quibus alibi uitrum:alibi argentum: alibi plumbi ge
nera:alibi pigmenta:alibi medicamenta fundit. Igni lapides in æs ſoluuntur
Igne ferrum gignitur:ac domatur.Igne cremato lapide cementa in tectis alli
gantur.Alia ſæpius uri prodeſt.Eademq; materea aliud gignitur primis ignibus:aliud
ſecundis:aliud tertiis.Quando ipſe carbo uires habere incipit reſtinctus:atq; intereſſe
creditus:maioris fit uirtutis.Immenſa & improba rerum naturæ portio. Et in q̃ua du
bium ſit plura abſumat:an pariat.Eſt & ipſis ignibus medica uis:Peſtilentiæ quæ ſolis
obſcuratione contrahitur ignis ſuffitu multiformiter auxiliari certum ẽ . Empedocles
& Hippocrates id monſtrauere diuerſis locis . Ad conuulſa uiſcera aut contuſa ut. M.
Varro auctor eſt.Ipſis enim uerbis eius utar.Lix cinis ẽ inquit foci.Inde enim cinis lu
xatis potus medetur . Vt licet uidere gladiatores cum deluſerint hac iuuari potionæ.
Quin & carbunculũ genus morbi:quo duos conſulares nuper abſumptos in dicaui
mus:querneus carbo tritus cum melle ſanat. Adeo ĩ rebus damnatis quoq; ac iam nul
lis ſunt aliqua remedia:ut in carbone ecce & cinere.Non præteribo & unum foci exem
plum Romanis litteris clarum.Tarquinio Priſco regnante tradunt repente in foco cõ
paruiſſe genitale e cinere maſculini ſexus. Eamq;:quæ inſederat ibi . Tanaquilis regi
næ ancillam Ocreſtem captiuam conſurrexiſſe grauidam.Ita Seruium Tulliũ natum
qui regno ſucceſſit.Inde & in reginæ cubanti puero caput arſiſſe uiſum creditumque
Laris familiaris filium.Ob id compitalia & lodos Laribus primum inſtituiſſe.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TRI
CESIMVS SEPTIMVS ET VLTIMVS.

PROHEMIVM.

Origo gemmarum

VT NIHIL inſtituto operi deſit:gemmæ ſuperſunt:& in ar
tum coacta rerum naturæ maieſtas a multis nulla ſui par-
te mirabilior. Tâtum tribuunt uarietati coloribus materiæ
decori. Violare etiam ſignis gemmas nefas ducentes. Ali
quas uero extra precia ulla taxationemq; humanaꝝ opum
arbitrantes ut pleriſq; ad ſummâ abſolutamq; reꝝ naturæ
contêplationê ſatis ſit una aliqua gêma. Quæ fuerit origo
gêmaꝝ & quibus initiis in tantû hæc ammiratio exarſerit
diximus quodam tenus in mentione auri annlorumq;. Fa-
bulæ primordium a rupe caucaſea tradût. Promethei uicu
lorum interpræetatiôe fatali:primumq; ſaxi fragmentû incluſum ferro ac digyto circû-
datum hoc fuiſſe annulum & hoc gemmam.

De gemma Polyclatis tyrrâni & Pyrrhi Regis & q ſculptores
optimi: & nobilitates artificû:& qui primus
dactylothecâ Romæ habuit. Ca. I.

His nitiis cœpit auctoritas in tâtum amorem elata ut Polycrati Seuero ſamio
inſularum ac littorum tyranno fœlicitatis ſuæ:quam nimiam fatebatur eſſe
ipſe:ſatis piamenti in unius gemmæ uolûtario damno uideretur.ſi cû fortu
næ uolubiltate paria faceret. Planeque ab inuidia eius abûde ſe redimi putaret : ſi hoc
unum doluiſſet. Aſſiduo gaudio luxus eo profectus a nauigio in altum annulum mer
ſit. At illum piſcis eximia magnitudine regi natus eſcæ uice raptum ut faceret oſtentû
in culinam domini rurſus fortunæ inſidiantis mâui reddidit. Sardonicê eam gêmam
fuiſſe conſtat:oſtenduntque Romæ (ſi credimus) in Concordiæ delibro cornu aureo
Auguſtæ dono incluſam & nouiſſimum prope locum tot peælatis optinentê. Poſt hûc
annulum regia fama eſt gemmæ Pyrrhi illius qui aduerſus Romanos bellum geſſit.
Nanque habuiſſet traditur acathen:in qua nouem muſæ & Apollo citharâ tenens ſpe
ctaretur : non arte ſed ſponte naturæ ita diſcurrentibus maculis ut muſis quoque ſin
gulis ſua redderentur inſignia. Nec deinde aliaq; tradat magnopere gemmarum clari
tas extat apud auctores:præterquam Iſmeniam Choraulem multis fulgentibus uti ſo
litum conitâte fabula uanitatem eius dicatæ î Cypro: ſex aureos denarios pro ſmarag
do in qua fuerat ſculpta Amymone iaſiſſe enumerari. Et cum duo relati eſſent:im-
minuto precio:male me Hercules curatum dixiſſe. Multum enim detracta erat gem-
mæ dignitati. Hic uidetur inſtituiſſe ut omnes muſicæ artis hac quoque oſtentatio-
ne cenſerentur:ueluti Dionyſiodorus æqualis eius & æmulus:ut ſibi quoque par ui-
deretur. Tertius qui eodem tempore fuit inter muſicos Nicomachus multas gemmas
habuiſſe traditur:ſed nulla peritia electas:ſed forte quadam. His exemplis initio uolu
minis oblatis aduerſus iſtos qui ſibi hanc oſtentationem arrogant:ut palam ſit eos tibi
cinum gloria tumere. Hoc in Polycratis gemma quæ demonſtratur illibata intacta-
que ab Iſmeniæ ætate poſt multos annos apparet ſcalpi êt ſmaragdos ſolitos. Côfirmat
hanc candê opinionem dictû Alexandri magni quo uetuit in gêma ſe ab illo ſcalpi q̃ a

Pyrgotele non dubie clariſſimo artis eius. Poſt eũ Apollonides & Cronius in gloria fue
re. Quiq; diui Auguſti imaginem ſimilem expreſſit: qua poſtea princeps ſignabát. Dio
ſcorides. Sylla dictator traditione Iugurę ſemper ſignauit. Eſt & inter auctores Catien
ſem illum cuius patrem. Scipio Aemilianus ex prouocatione interfecerat: pugnæ eius
effigie ſignaſſe uulgato Stilionis Præcontini ſale. Quidnam fuiſſe acturum eum ſi Sci
pio patrẽ eius interemptus eſſet? Diuus Auguſtus inter initia ſphinge ſignauit. Duas
aut in matris annulis iam indiſcretæ ſimilitudinis inuenerat. Altera ꝑ bella ciuilia ab
ſente eo amici ſignauere epiſtolas & edita. Quæ ratio tempoꝝ nomĩe eius reddi poſtu
labat: nõ infaceto lepore accipientiũ enigmata afferre eam ſpingẽ. Quin etiam Mœce
natis rana per collationẽ pecuniarum in magno terrore erat. Auguſtus poſtea ad de
uitanda cõuitia ſpingis Alexandri magni imagine ſignauit. Gemmas plures q̄d pere
grino appellant: nomine dactylothecâ: primus omnium habuit Romæ priuignus Syl
læ Scaurus. Diuq; nulla alia fuit: donec Pompeius magis eam quæ Mythridatis regis
fuerat: inter dona in capitolio dicaret: ut. M. Varro: aliiq; eiurdem ætatis auctores con
firmant: multũ prælatam Scauri. Hoc exemplo Cæſar dictator ſex dactylothecas ĩ æde.
Veneris genitricis conſecrauit. Marcellus octauia genitus in palatina Apollinis æde
unam. Victoria tamen illa Pompeii primum ad margaritas gemmaſq; mores ĩclinauit
Sicut. L. Scipiõis & Cn. Manlii ad cælatum argentũ & ueſtes attalicas & triclinia ærata
Sicut. L. Mummii ad corinthia & tabulas pictas.

De gemmis tranſlatis in triumpho Pompeii & natura cryſtalli & medicinis
& luxuria circa eam: & quando primũ inuenta myrrhina: & luxuria circa
eam & natura myrrhinoꝝ: quæ mentiti ſunt auctores de ſuccino: Ca. II

ID uti planius noſcatur: uerba ex ipſis Pompeii triumphoꝝ actis ſubiiciá. Er
go tertio triumpho quẽ de piratis: aſia: ponto: gentibuſq; & regibus in ſepti
mo operis huius uolumine indicatis. M. Piſone. M. Meſſala conſ. pridie Chalẽ
das octobris: die natalis ſui egit: tranſtulit alueum cum teſſeris luſoriũ e gemmis dua
bus latum pedes tres: lõgum pedes quattuor. Et ne quis de ea re dubitet nulla gemma
rum magnitudine hodie prope ad hanc amplitudinẽ accedente. In quo fuit luna au
rea pondo. xxx. milium. Lectos triclinares tres. Vaſa ex auro & gemmis abacoꝝ nouem
Signa aurea tria. Mineruæ matris: & Apollinis coronas ex margaritis. xxx. tres. Monteꝫ
aureum quadratum cum ceruis & leonibus & pomis omnis generis circũdata uite au
rea. Muſæum ex margaritis in cuius faſtigio horologium erat. Imago Cn. Pompeii e
margaritis: illa regio honore grata: illius probiores uenerandiq; per cunctas gentes illa
in quam ex margaritis: ſeueritate uicta & ueriore luxuria quam triumpho. Quod pro
fecto inter illos uiros duraſſet cognomen Magni: ſi prima uictoria ſic triunphaſſes de
margaritis Magne: tam prodigia re & fœminis reperta: quam habere gerereq; fas non
ſit. Hinc ſic fieri tuos uultus? ſic te precioſum uideri? Nonne illa ſimilior tui eſt imago
quam pyrenei iugis impoſuiſti: Graue profecto fœdumque probrum erat: ni uerius
ſit eum deorum oſtentum credi oportere Clareque ĩtelligi poſſet iam tum illud caput
orientis opibus ſine reliquo corpore oſtentatum. Cætera triumphi eiuſdem quamuerif
ſime ſubiiciam. Reipublice datum mille talentum. Legatis & queſtioribus: qui oras ma
ris defendiſſent ſeſtertia bina milia. Commilitibus ſingulis quinquaginta. Tolerabilio
rem tamen fecit cauſam Caii principis qui ſuper omnia muliebria oculos induebat e
margaritis. Et Neronis principis qui ſceptra ꝑſonis hiſtrionũ & cubicula uiatoria unio
nibus conſternebat. Quinimmo etiá ius uidemur perdidiſſe corripiendi gẽmata poto
ria & uariæ ſupellectilis genera annullos tranſeuntes. Quæ enim nõ luxuria innocen
tior exiſtimari poſſit: Eadem uictoria primũ in urbem murina inuexit. Primuſq; Pom
peius ſex pocula ex eo triumpho capitolio Ioui dicauit. Quæ ꝓtinus ad hominũ uſũ
tranſiere: abacis ẽt eſcariiſq; uaſis; inde expetitis. Excreſcitq; in dies eius rei luxus murri

no.lxxx.ſeſtertiis empto capaci plãe ad ſeſtarios tres ; Caliceq̃ue potauit ex eo ante hos
annos conſularis ob amorem abraſo eius margine ut tamen iniuria illa precium auge-
ret.Neque eſt hodie murini alterius præſtantior indicatura . Idem in reliquis generis
eius quantum ualuerit licet æſtimare ex multitudine quæ tanta fuit:ut auferente libe
ris eius Nerone Domicio theatrum peculiare trans tyberim hortis expoſita occuparent
hoc a populo impleri cauentes.Et dum pompeianus præludit :etiam Neroni ſatis erat
qui tunc uidit annumerari unius ſciphi fracta membra:quæ in dolorem credo ſæculi
inuidiamque fortunæ tanquã Alexandri magni corpus in conditorio ſuari ut oſtẽta-
retur:placebat.T.Petronius conſularis moriturus inuidia Neronis prĩcipis ut mẽſam
eius exhæredaret trullam murinam.ccc.ſeſtertiis emptam fregit . Sed Nero ut par erat
principem uicit omnes.cccc.ſeſtertiis capedinem unam parando.Memoranda res tan-
ti imperatorem:patremque patriæ bibiſſe. Oriens murina mittit . Inueniuntur .n.ibi
in pluribus locis:nec inſignibus:parthici regni.Præcipue tamen in carmania. Humo-
rem putant ſub terra calore denſari.Amplitudine nunquam paruos excedunt abacos
Craſſitudine rara quanta dictum eſt uaſi potorio.Splendor iis ſine uiribus:nitroq; ue-
rius quã ſplendor.Sed in precio uarietas coloꝝ ſubinde cirunagẽtibus ſe maculis ĩ pur
puram candoremq;:& tertium ex utroq; igneſcẽte uel uti per tranſitum coloris purpu-
ra rubeſcente:aut lacte candeſcente.Sunt qui maxĩe in iis laudent extemitates:& quoſ
dam colorum repercuſſus:quales in cæleſti arquu ſpectantur.His maculæ pigues pla
cent.Tranſlucere quicquam aut pallere uitium eſt.Item ſales uerrucæq; non eminen-
tes:ſed ut in corpore etiam plerumq; ſeſſiles.Aliqua & in odore cõmendatio eſt. Cõtra
ria huic cauſa cryſtallũ facit:gelu uehæmentiore concreto. Nec alibi certe reperitur:
quã ubi maxime hybernæ niues rigent:glaciemq; eſſe certũ eſt unde & nomẽ græci de
dere.Oriens & hanc mittit.Sed indicæ nulla præfertur.Naſcit̃ & in aſia:uiliſſima circa
alabandã & hortoſiam finitimiſq; montibus item in cypro.Sed laudata in Europa alpi
um iugis.Iuba auctor eſt & in quadam inſula rubri maris ante arabiam ſita naſci quæ
neron uocetur.Et in ea quæ iuxra gemmam topacion ferat. Cubitalemque efoſſam a
Pythagora Ptolemæi regis præfecto.Cornelius Bocchus & in luſitania perquã mirandi
ponderis immenſis iugis depræſſis ad liberamentũ aquæ puteis.Mirum & qđ Xenocta
tes tradit epheſius aratro in aſia & cypro exercitari.Non.n.inueniri in terreno:nec niſi
inter cautes creditũ fuerat.Similius ueri eſt qđ idẽ Xenocrates tradit torrentibus ſæpe
deportari.Sudines uero negat niſi ad meridiem ſpectãtibus locis naſci . Quod certum
eſt:non.n.reperitur in aquoſis:quanquã in regione prægelida:uel ſi ad uada uſq; glati
entur amnes.Cæleſti humore paruaque niue id fieri neceſſe eſt:ideo caloris impatiens
in frigido potu abdicatur.Quare naſcatur anguloſis lateribus:non facile ratio inuẽiri
poteſt:ęo magis quod neque mucronibus eadem ſpecies ẽ ita abſolutus eſt lateꝝ leuor
ut nulla id arte poſſit æquari.Magnitudo ampliſſima adhuc uiſa nobis erat quã ĩ Ca-
pitolio Liuia Auguſta dicauerat:librarũ circiter.l. Idem Xenocrates auctor eſt:uas am
phorale uiſum.Et aliqui ex india cryſtallum ſextariorum quattuor. Nos liquido affir-
mare poſſumus in cautibus alpiũ naſci adeo inuiis:plerumq; fune pẽdentes eam extra
hant.Peritis ſigna & indicia nota ſunt. Infeſtãtur plurimis uitiis:ſcabro:ferrugine ma
culoſa nube occulta aliquando uomica:præduro fragilique cẽtro a ſole appellato. Eſt
& ruffa aliquibus rubigo.Aliis capillamentũ rimæ ſimile.Hoc artifices litura occultãt.
Quæ uero ſine uitio ſunt:puras eſſe malũt aſcyntheta appellantes:nec ſpumei coloris
lympideq;.Poſtrema uero auctoritas in põdere eſt.Inuenio medicos quæ ſunt urenda
corpoꝝ nõ aliter utilius id fieri putare quã cryſtallĩa pila aduerſus appoſita ſolis radiis.
Alius hic furor.hſ.centum.l.milibus trulla una nõ ante multos annos mercata a ma
trefamilias nec diuite.Itẽ Nero amiſſaꝝ reꝝ nuncio accepto duos calices cryſtallinos in
ſuprẽa ira fregit illiſos.Nec fuit rõ uitio ſæculũ ſuũ puniẽtis:ne qs alius ex iis biberet.

Fragmenta ſarciri nullo modo queunt. Mireq; ad ſimilitudinem acceſſere uitri:ſed pro
digii modo ut ſuum precipum auxerint:cryſtali non diminuerunt. Proximum locũ
in deliciis fœminarum tamen adhuc tantum ſuccina optinent: eandemq; omnia hæc
quam gemme auctoritatẽ. Sane maiorem aliquibus de cauſis cryſtallina & murrina.
Riꝫidi potus utraq;. In ſuccinis cauſam ne deliciæ quidem adhuc excogitauerunt. Oc
caſio eſt uanitas græcorũ diligenter. Legentes mõ æque perpetiantˉ me de ortu eorum
cum hoc quoq; interſit uitæ ſcire poſteros quicquid illi prodidere mirandũ. Phaẽtõtis
fulmine icti ſorores fletu mutatas in arbores populos lachrymis electrum omnibus an
nis fundere iuſta eridanum amnẽ quem padum uocamus. Et electrum appellatũ:quo
niam ſol uocitatus ſit electros:plurimi poetæ dixere:primiq; ut arbitror:Eſchylus:Phi
loxenus:Nicander:Euripides:Satyrus. Quod eſſe factũ italiæ teſtimonio patet. Diligẽ
tiores eorum electridas inſulas in mari hadriatico eſſe dixerũt:ad quas dilaberetˉ padus
Qua appellatione nullas unq; ibi fuiſſe certum eſt. Nec uero ullas ibi appoſitas eſſe in
quas quicq̃ curſu padi deuehi poſſit. Nam qđ Eſchylus in hyberia hoc eſt in hiſpania
eridanum eſſe dixit:eundemq; appellari rhodanũ. Euripides rurſus & Apollõius in ha
driatico littore confluere rhodanũ & padum:faciliorẽ ueniam facit ignorati ſuccini:in
tanta orbis ignorantia. Modeſtiores ſed æque falſum prodidere in extremis hadriatici
ſinus rupibus iuiis arbores ſtare:quæ canis ortu hoc effunderẽt gũmi. Theophraſtus
in liguria effodit dixit. Phaetontẽ in æthiopia Hammonis obiſſe. Ob id delubrum ibi
eſſe atq; oraculũ. Electrumq; gigni. Philemon foſſile eſſe:& ĩ ſcythia erui duobus locis
Candidũ atq; cærei coloris qđ uocaretur electrũ. In alio loco fuluum qđ appellaretur
ſualternicũ. Demoſtratus lyncurion id uocat:& fieri ex urina lyncum beſtiaꝝ. E mari
bus fuluũ & igneum:e fœminis languidius atq; candidum. Alii dixere langurium eſſe
in italia beſtias langurias. Zenothenis langas uocat eaſdem: & circa padum iis uitã af
firmat ſudines arborẽ quæ gignat in liguria. In eadem ſententia & Metrodorus fuit. So
tacus credidit in britannia arboribus effluere:quas electridas uocauit. Pytheas gutoni
bus germaniæ genti accolis æſtuariũ mentonomon nomine ab oceano ſpatio ſtadioꝝ
ſexmilium. Ab hoc diei nauigatione inſulã abeſſe aballum. Illo uere fluctibus aduehi:
& eſſe concreti maris purgamentũ. Incolas pro ligno ad ignem uti eo:proximiſque
teutonis uendere. Huic & Timæus credidit:ſed inſulam baſiliã uocauit. Philemõ nega
uit flammam ab electro reddi. Nicias ſolis radiorũ ſuccum intelligi uoluit. Hos circa oc
caſum credit uehementiores in terram actos pinguẽ ſudorem in ea parte oceani relin
quere:deinde æſtatibus in germanoꝝ littora eiici. Et ĩ ægypto naſci ſimili modo:& uo
cari ſacal. Item in india:gratiuſq; thure eſſe indis. In ſyria quoq; fœminas uerticillos in
de facere:& uocare harpaga:quia folia & paleas: ueſtiũq; fimbrias rapit. Theophraſtus
oceano id exæſtuante ad pyrenei promontoriũ eiici. Quod Xenocrates credit: qui de
iis nupime ſcripſit. Viuit adhuc. Aſarubas:qui tradidit iuxta atlanticum mare eſſe lo
cum cephiſida:quẽ mauri uocant electrum. Hunc ſole excalfactũ e limo dare electruꝫ
fluitans: Mneſias africe lacum ſycionẽ appellatum: & cratinã amnem in oceanũ effluẽ
tem lacu:ĩ quo aues quas melagridas & penolopas uocat uiuere. Ibi naſci ratione eadẽ
qua ſupra dictũ eſt de elactride lacu. Theomenes dicit:iuxta ſyrtin magnã hortũ heſpe
ridum eẽ:ex quo in ſtagnum cadat. Colligi uero a uirginibus heſperidũ. Cteſias indis
flumen eẽ hypobarum quo uocabulo ſignificetˉ omnia uaſa ferre bona:fluere a ſepten
trione in exortũ oceanum iuxta montẽ ſilueſtrẽ arboribus electꝝ ferentibus. Arbores
eas aphytagoras uocari:qua appellatione ſignificetur prædulcis ſuauitatis. Mithridates
in germaniæ littoribus eẽ inſulam:uocariq; eam cædron:cædri genere ſiluoſã: inde de
fluere in petras. Xenocratis non ſuccinũ tantum in italia:ueꝝ etiã thieũ uocari:a ſcy
this uero ſacriũ:quoniã & ibi naſcatˉ. Alios putare ĩ numida gigni:Sup omões ẽ Sopho
cles tragicus poeta:qđ eqdẽ miror tãta grauitate cothurni:& præterea uitæ fama alias

principali loco genitus athenis rebus geſtis exercitũ odiecto. Hic ultra indiã fieri dixit
e lachrymis meleagridum auium Meleagrum defluuentium. Quod & crediſſe eum
uel ſperaſſe aliis perſuaderi poſſe quis non ueretur? quam ue periciam aut impericiam
poſſe reperiri quæ auium ploratus annos credit: lachrymas ue tam grandes: aueſque
e græcia ubi Meleager periit ploratum iſſe in indos. Quid ergo: Non multa æque fabu
loſa prodũt poetæ. Sed hoc ea in re quæ quottidie inuehatur: atque abũdet: & hoc me
dicum coarguat ſerio quenquam dixiſſe ſumma hominum contẽptio eſt: & intoleran
da mendaciorum impunitas.

De ortu & medicinis & generibus & luxuria ſucciorum: lyncurio & medicinæ. Ca. IIII:

CErtum eſt gigni in inſulis ſeptentrionalis oceani: & a Germanis appellari gleſ
ſum: itaque a noſtris unam inſularum ob id gleſſariam appellatam Germani
co Cæſare ibi claſſibus rem gerente auſtrauiam a Barbaris dictam. Naſcitur
autem defluente medulla pinei generis arboribus: ut gũmi in ceraſis: reſina pineis erũ
pit humoris abundãtia. Denſatur rigore uel tepore aut mari. Cum uero intumeſcens
æſtus rapuit ex inſulis: certe in littora expellitur: ita uolubile ut pendere uideatur.
Quod arboris ſuccum etiam priſci noſtri credidere ob id ſuccinum appellantes. Piceæ
autem arboris eſſe indicio eſt pineus in attritu odor: & qđ accẽſum tædæ modo ac ni-
dore fragret. Affertur a Germanis in pannoniam: mox per prouinciã. Inde Veneti pri-
mum quos græci enetos uocant: rei famam fecere. Proximæ Pannoniæ id accipientes
circa mare hadriaticum. Pado uero adnexa fabulæ uidetur cauſa: hodieque tranſpada-
norum agreſtibus fœminis: monilium uice ſuccina geſtantibus maxime decoris gratia
Sed & medicinæ: quando conſillis creditur reſiſtere & fauciũ uitiis uario genere aquarum
iuxta illos infeſtante guttura ac uicinas carnes. Centum fere milibus paſſuum abeſt a
carnunto littus pannoniæ: ex quo id Germaniæ inuehitur: præcognitum nuper. Vi
dit enim eques Romanus miſſus ad in comparandum a Iuliano curante gladiatorum
munus Neronis principis. Qui hæc cõmertia & littora peragrauit tanta copia inuecta
ut retia coercendis feris podium protegentia ſuccinis nodarentur. Arma uero & libitia
totuſque unius diei apparatus eſſet e ſuccino. Maximum pondus iis glebæ attulit. xiii.
librarum. Naſci & in india certum eſt. Archelaus qui regnauit in Capadocia illinc cor-
tice inhærente tradit aduehi rude: poliriq; lacte incoctum. Liquidũ primo deſtilare ar
gumento ſunt quædam intus tranſlucentia ut formicæ aut culices: lacertæq; quas ad
hæſiſſe muſteo non eſt dubium: & incluſas indureſcenti. Genera eius plura. Candida
odoris præſtantiſſimi. Sed nec his nec tetris preciũ. Fuluius maior auctoritas. Ex iis eti
amnum amplior tranſluceneibus: præterquã ſi nimio ardore flagrent: imaginemque
igneam ineſſe: non ignem placet. Sũma laus falernis a uini colore dictis molli fulgore
perſpicuis. Sunt & in quibus decocti mellis lenitas placeat. Verum hoc quoq; notum fieri
oportet quocunq; modo tingui libeat: hædorum ſeuo & anchuſæ radice. Quippe ẽt cõ
chilio inficiunt. Cæterum attritu digytorum accepta ui coloris attrahunt in ſe paleas & fo-
lia arida ut magnes lapis ferrum. Ramẽta quoq; ſuccini oleo adito flagrant dilucidius
diutiuſq; quã lini medulla. Taxato in delitiis tãta ut hoĩnis quãuis ꝑua effigies uiuo-
rum hominũ uigentiumq; præcia ſuꝑet prorſus ut caſtigatio una nõ ſit ſatis. In cori
thiis æs placet auro: argẽtoq; mixtũ in cælatis ars & ĩgenia. Murinorum & criſtallinorum di
ximus gratiam. Uniones qđ capite circunferuntur: gẽmæ digytis. In omnibus deniq;
aliis uitiis oſtentatio aut uſus placet. In ſuccinis delciarum tamẽ cõſcientia. Domitius
Nero in cæteris uitæ ſuæ portentis capillos: quoq; coniugis ſuæ Popeæ in hoc nomen
adoptauerat quodam etiam carmine ſuccinos appellando. Et quoniam nullis uitiis de
ſunt præcioſa noĩa ex eo tertius hic qdẽ colos cœpit expeti a matrõis. Uſus tamẽ ſucci-
norum iuẽit aliqs ĩ medicia ſed nõ ob hoc fœminis placẽt. Infãtibꝰ alligari Amuleti ratio
ne prodeſt. Calliſtratus & cuicũq; ætati cõtra lymphatiões ꝓdoſſe tradit. Et uriæ diffi-

cultatibus potum:alligatumq;. Hic & differentiam nouam attulit appellando cryſole
ctrum quaſi coloris auri:& matutino grauiſſimi aſpectus. Rapaciſſimum ignium:& ſi
iuxta fuerit celerrime ardeſcens. Hoc collo alligatum:mederi febribus & morbis. Tritũ
cum melle ac roſaceo aurium uitiis. Et ſi cum melle attico conteratur: oculorũ quoq;
obſcuritatibus. Stomachi etiã uitiis uel ꝑ ſe farina eius ſumpta: uel cũ maſtice ex aqua
pota. Succina etiam gemmis quæ ſunt tranſlucidæ: adulterandi magnũ habẽt locum
maxime amethyſtis: cum omni ut diximus colore tingantur. De lyncurio proxime dici
cogit auctorũ pertinacea. Quippe etiã ſi non electrum id eſſet lyncurium tamen gem
mam eſſe contendunt. Fieri aũt ex urina quidem lyncis. Sed egeſtam terra protinus be
ſtia operiente eam: quoniã inuideat hominum uſui. Eſſe aũt qualem in igneis ſuccinis
colorem: ſalpiq;. Nec folia tantũ aut ſtramenta ad ſe rapere: ſed æris etiã ac ferri laminas
qđ Diocles quidem & Theophraſtus credidit. Ego falſum id totũ arbitror. Nec uiſã in
æuo noſtro gemmã ullam ea appellatione. Et qđ de medicina ſimul proditur calculos
ueſicæ eo poto elidi:& morbo regio occurri: ſi ex uino bibatur: aut ſi portet͂. Et tamen
nunc gemmarũ cõfeſſa dicemus a laudatiſſimis orſi. Nec uero id ſolum agemus: ſed ad
maiorem utilitatem uitæ obiter coarguetur magorum infanda uanitas: quando illi uel
plurima prodidere de gemmis medicinæ ex iis ſpecies blando prodigio tranſgreſſi.

De adamantis generibus & medicinis & margaritis. Ca. V.

MAximum in rebus humanis non ſolum inter gemmas preciũ habet adamas:
diu non niſi regibus:& iis admodum paucis cognitus: unus mõ in metallis
repertus: perq̃ raro comes auri: nec niſi in auro naſci uidebatur. Veteres eum
in æthiopum tantũ metallis inueniri exiſtimauere: inter delubrum. Mercurii atq; inſu
lam meroen dixeruntq; non ampliorem cucumeris ſemine aut colore diſſimilẽ in ueni
ri. Nunc genera eius ſex noſcuntur. Indici nõ in auro naſcentis: ſed quadã cryſtalli co
gnatione. Siquidẽ & colore tranſlucido non differt. Et laterum ſexangulo leuore turbi
natus in mucronẽ: aut duabus contrariis partibus quo magis miremus: ut ſi duo tur
bines latiſſimis ſuis partibus iungant͂ magnitudine uero etiam auellani nuclei. Similis
eſt huic quidem arabicus: minor tantũ. Similiter & naſcens cæteris pallor gentis & in
auro nõ niſi excellentiſſimo natalis. Incudibus hi deprehenduntur: ita reſpuentes ictũ
ut ferrum utrinq; diſſultet. incundeſq; etiam ipſæ diſſiliant. Quippe duritia inenarra
bilis eſt ſimulq; igniũ uictrix natura:& nunq̃ incaleſcens. Vnde & nomẽ indomita uis
græca interpretatione accepit. Vnum ex iis uocãt cenchron: qđ eſt milii magnitudine.
Alterum macedonicũ in philipico auro repertum:& hic eſt cucumi ſemine par. Poſt
hos cyprius uocat͂ in cipro repertus uergens in æreum colorẽ. Sed in medicina ut di
cemus efficaciſſimus. Poſt hunc eſt ſiderites ferrei ſplendoris: pondere ante cæteros: ſed
natura diſſimilis. Nam & ictibus frangitur:& alio adamante perforari põt. Quod & cy
prio euenit. Breuiterq; ut degeneres nominis tantũ auctoritatẽ habent. Idq; qđ totis uo
luminibus his docere & mandare conati ſumus de diſcordia rerum cõcordiaq;: quam
antipathiam ac ſympathiã appellauere græci nõ aliter clarius intelligi põt. Siquidem
illa inuicta uis duarũ uiolentiſſimæ naturæ rerum ferri igniſque contemptrix hircino
rumpitur ſanguine: ac ne aliter q̃ recẽti calidoq; macerata:& ſic quoq; multis ictibus:
tunc etiã præterquã eximias incudes malleoſq; ferreos frangens. Cuius hoc ingenio in
uentũ? Quo ue caſu reptum? Aut quæ fuit cõiectura experiendi rem immenſi ſecreti
& in fœdiſſimo animaliũ omnium? Profecto muneris talis inuentio hominis eſt. Nec
quærenda in nulla parte naturæ ratio: ſed uoluntas. Vt cum fœliciter rumpere cõtin
git: in tam paruas frangant͂ cruſtas: ut cerni uix poſſint. Expetunt͂ a ſcalptoribus: fer
roq; in cluduntur: nullam non duritiã ex facili cauentes. Adamas diſſidet cũ magnete
lapide in tantum: ut iuxta poſitus ferrum non patiat͂ abſtrahi: aut ſi admotus magnes
apprehenderit: rapiat: atque auferat. Adamas & uenena irrita facit:& lymphationes

abigit·metuſque natos expellit a mente ob id quidam eum anchiten uocauere. Metro
dorus Sceptius in eadem germaniæ in baliſta inſula naſci in qua & ſuccinum qđ equi
dem legeri:ſolus dicit & præfert arabicis. Quod falſũ eẽ qs dubitet? Proximũ apud nos
indicis arabiciſq; margaritis preciũ ẽ de qbus ĩ nono diximus uolumĩe ĩter res marinas.

¶ De ſmaragdi generibus:& gemmis uiridibus & tranſlucidis. Ca. VI.

Tertia auctoritas ſmaragdis perhibetur pluribus de cauſis:nullius coloris aſpe
ctu iucundior eſt. Nam hærbas quoque uirentes:frondeſq; haud deſpectãus.
Smaragdos uero tanto libentius:quoniam nihil omnino uiridius cõparatũ
illis uiret. Præterea ſoli gemmarum contuitu oculos implent:nec ſatiant. Quin & ab
itentione alia obſcurata aſpectu ſmaragdi recreatur acies. Scalpentibuſque gẽmas non
alia gratior oculorum refectio eſt:ita uiridi lenitate laſſitudinem mulcent. Præterea lõ
ginquo amplificantur uiſum :inficiẽtes circa ſe repercuſſum aera nõ ſole mutati non
umbra:non lucernis:ſemperque ſenſim radiantes:& uiſum admittentes ad craſſitudi-
nem ſui facilitate tranſlucida. Quod etiam in aquis non fit. Iidem plerunmque & con
caui ut uiſum colligant. Quapropter decreto hominum iis parcitur ſcalpi uetitis. Quã
quam ſcythicorum ægyptiorumq; tanta durities eſt:ut nequeãt uulnerari. Quorum
uero corpus extenſum eſt:eadem qua ſpecula ratione ſupini imagines rerum reddũt.
Nero princeps gladiatorum pugnas ſpectabat ſmaragdo. Genera eorum duodecim no
biliſſimi ſcythici ab ea gente in qua reperiuntur :appellati. Nullis maior auctoritas:nec
minus uitii. Et quantum ſmaragdi a gemmis diſtant:tantum ſcythici a cæteris ſma-
ragdis. Proximã laudẽ habent ſicut & ſedẽ bactriani:quos in cõmiſſuris ſaxorũ colle
gere dicuntur eteſiis flantibus. Tunc enim tellure internitent:quia iis : uentis maxime
harenæ mouentur. Sed hos minores multo ſcythicis eſſe tradunt. Tertium loco Aegyp
tii habent qui eruuntur circa copton oppidum thebaidis in collibus & cautibus. Reli-
qua genera in metallis ærariis inueniuntur. Quaproprter principatum ex iis ægyp-
tii optinent:doſque eorum & ut in colore liquido nec diluto:uerum ex humido pin-
guique quaque reſpiciatur imitante tranſlucidum mare pariterque trãſlucet: & nitet:
hoc eſt colorem expellit & aciem recipit. Ferunt & in ea inſula tumulo reguli. Hermiæ
iuxta cetarias marmoreo leoni fuiſſe inditos oculos ex maragdis ita radiantibus etiam
in gurgitem ut teriti inſtrumenta refugerent thinni. diu mirantibus nouitatem piſca
toribus:donec mutauere oculis gemmas:ſed & uitia demonſtrari oportet reperta. Sunt
quidem omnium eadem. Quædam tamen nationum peculiaria:ſicut in homine. Er
go Cyprii uarie glauci:magiſque ac minus in eodem ſmaragdo aliis partibus tenorem
illum ſcythicæ auſteritatis non ſemper cuſtodiunt. Ad hoc quibuſdam ĩtercurrit um
bra ſurduſque fit colos qui improbatur etiam dilutior. Hincque genera diſtinguntur.
Et ſunt aliqui obſcuri quos uocant cæcos. Alii denſi nec e liquido tranſlucidi. Quidã
uaria nubecula improbati. Aliud eſt hoc quam umbra de qua diximus. Nebucula eni
albicantis eſt uitium cum uiridis non pertranſit aſpectus ſed aut intus occurrit aut
excipit in fine uiſum cãdor. Hæc coloris uitia:iſta corporis capillamentũ ſal:plũbago.
Ab iis æthiopici laudantᷣ a copto dieꝝ triũ itinere:ut auctor eſt Iuba : acriter uirides:
ſed nõ facile puri aut cõcolores. Democritus in hoc genere poſuit hermieos & perſicos.
Illos extumeſcentes pinguiter perſicos uero non tranſlucidos:ſed iucundi tenoris. Vi
ſum implere quem non admittant. Felium pantherarumque oculis ſimile. Nanque &
illos radiare nec perſpici. Eoſdem in ſole hebetari:umbris : refulgere:& longius quam
cæteros nitere. Omnium horum etiamnum uitium quod felis colorem aut aeris habẽt
In ſole dilucidi quidem ac liquidi:ſed non uirides. Hæc uitia & atticis maxime ſentiun
tur in argẽtariis metallis repertis in loco qui thyricos uocatᷣ:ſemp minus pigues & e
lõginquo ſpecioſiores. Frequens & iis plũbago:hoc ẽ ut in ſole plũbei uideantᷣ. Illudq;
peculiare qđ quidã ex iis ſeneſcunt paulati uiriditate euanida & ſole lædunt. Poſt hos

Nihil viridius smarag

medici plurimum uiriditatis habent interdum & e ſaphyro. Ii ſunt fluctuoſi : & rerum
imagines complexi ut uerbis gratia papauerum aut auium pinnarūq; uel catulorum
aut ſimilium. Q ui tamen uirides naſcuntur : quoniam oleo meliores fiunt. Neq; eſt
aliorum magnitudo amplior. Carchedoni neſcio an in totum exoleuerint : poſtquam
metalla æris ibi defecerunt:& ſemper tamen uiliſſimi fuere minimiq;. Idem fragiles ſed
colore incerti & uirentium ī caudis pauonum columbarumq; collo plumis ſimiles ad
inclinationem magis aut minus lucidi. Venoſi quidem:ſquammoſiq; . Peculiare erat
in his uitium ſarcion appellatum. Hoc eſt quædam gemmæ caro. Mox iuxta carche-
donē in qua legebatur : ſmaragdites uocatus eſt. Iuba eſt auctor ſmaragdū quem cho
lan uocant:in arabia ædificiorum ornamentis includi. Et lapidem quem alabaſtriten
ægyptii uocant. Complures uero e proximo laconicos in taygeto monte erui medicis
ſimiles:& alios in ſicilia. Inſerit ſmaragdis & quæ uocatur tanos :e perſis ueniens gem-
ma ingrate uiridis atq; intus ſordida. Item chlcoſmaragdos e cypro turbida æreis uenis
Theophraſtus tradit:ægyptiorum commentariis reperiri: regi eorum a rege babylonio
miſſum ſmaragdum munere. iiii. cubitorum longitudine:& trium latitudine. Et fuiſ-
ſe apud eos in Iouis delubro obeliſcum e quattuor ſmaragdis quadraginta cubitorum
longitudine. Latitudine uero in una parte quattuor:& in altera parte duorum. Se aūt
ſcribente eſſe in tyro Herculis templo ſtentenam planam e ſmaragdo:niſi potius pſeu-
do ſmaragdus ſit. Nam & hoc genus reperiri : & in cypro inuentum ex dimidia parte
ſmaragdū :ex dimidia iaſpidem:nondum humore in totum tranſfigurato. Appion co
gnominatus Pliſtonices:pauloante ſcriptum reliquit:eſſe etiamnū ī labyrintho ægyp-
ti coloſſeum Serapin e ſmaragdo nouem cubitorum. Eandem multis naturam aut cer-
te ſimilem habere berylli uidentur:in india originem habentes:raro alibi repertos. Po
liuntur omnes ſexangula figura artificum ingeniis : quoniam hebeſcūt:in color ſur-
dus repercuſſu angulorum excitetur. Aliter enim politi non habent fulgorem eun-
dem. Probatiſſimi ſunt ex iis qui uiriditatem puri maris imitantur. Proximi qui uocan
tur chryſoberylli:& ſunt paulo pallidiores:ſed in aureum colorem exeunte fulgore. Vi
cinum genus huic eſt pallidius:& a quibuſdam proprii generis exiſtimatur:uocaturq;
chryſopylon. Quarto loco numerant hyacinthizontes. Q uinto quos heroides uocāt
Poſt eos autem cerni. Ac deinde oleagini:hoc eſt colore olei. Poſtremi chryſtallis fere ſi
miles. Hi capillamenta habent:ſordeſq;:alioquin euandi:quæ ſunt omnium utia. Indi
mire gaudent longitudine eorum:ſoloſq; gemmarum eſſe prædicāt:qui carere auro ma-
liunt:& ob id perforatos elephantorum ſetis religant. Et alios conuenit non oporteret
perforari:quorum ſit abſoluta bonitas umblicis ſtatim ex auro capita comprehendenti
bus. Ideoq; cylindros ex iis facere malunt quā gemmas:quoniā eſt ſumma commenda
tio in longitudine. Quidā & anguloſos putant ſtatim naſci:& perforatos gratiores. fieri
medulla candoris exempta : additoq; auro repercuſſa aut omnino caſtigata cauſa per
ſpicuitatis ad craſſitudinē. Vitia præter iam dicta eadem fere quæ ī ſmaragdis & ptery-
gia. In noſtro orbe aliquando circa potum inueniri putantur. Indi & alias quidē gem-
mas cryſtallo inuento adulterare repperierunt: ſed præcipue beryllos.

De opali generibus & uitiis & expimentis:& uariis gemmis. Ca. VII.

O Inimū:idemq; plurimum qui ab iis differunt opali: ſmaragdis tantū credētes
India ſolum & horū eſt mater. Atq; ideo eis precioſſimam gloriā compoſitores
gemmarum & maxime inenarabilem difficultatē dederunt. Eſt enim in iis carbū
culi tenuior ignis. Eſt amethyſti fulgens purpura. Eſt ſmaragdi uires mare:& cuncta
pariter incredibili mixtura lucētia. Alii ſūmo fulgoris augumento colores pigmento
rū æquauere. Alii ſulphuris ardentē flammā aut etiā ignis oleo accēſi. Magnitudo nu
cem auellanam æquat inſigni apud nos hyſtoria. Siquidem extat hodieq; huius gene-
ris gemma:propter quam ab Antonio proſcriptus Nonius ſenator eſt filius Strumæ

Nonii eius:quem Catullus poeta in ſella curuli uiſum indigne tulit. Auuſque Serui-
lii Noniani quē conſulb uidimus.Illeque ꝓſcriptus fugiens hunc e fortūis ſuis oībus
annulum abſtulit ſecum.Quem certum eſt ſeſtertiis.xx.milibus æſtimatum.Sed mira
Antonii feritas atque luxuria propter gemmam proſcribentis.Nec minor Nonii cōtu-
matia proſcriptionem ſuam amantis cū etiam feræ abroſa partes corporiss relinquant
beſtiæ propter quas ſe periclitari ſciant. Vitia opali:ſi color in flore hærbæ quæ uocať
heliotropium exeat aut cryſtallum:aut grandinē.Si ſal interueniat aut ſcabritia : aut
cuncta oculis occurſantia:nulloſq; magis india ſimilitudine indiſcreta uitro aduterat
Experimentum in ſole tantum.Falſis.n.contra radios liberatis digyto a pollice:unus:
atq; idem tranſlucet colos in ſe conſumptus.Veri fulgor ſubinde uariat:& plus huc :il
lucq; ſpargit:& fulgor lucis in digytos funditur.Hanc gemmam propter eximiam gra
tiam pleriq; appellauere pederota.Sunt & qui priuatum eius genus faciunt:ſangenon
que ab indis uocari dicunt.Tradūtur naſci & in ægypto & in arbuia : & uiliſſimi ī pō
to.Item in Gallatia ac thaſo & cypro quippe opali gratiam habet . Sed mollius nitet:ra
ro non ſcaber.Summa coloris ex aere & purpura cōſtat . Viriditas ſmaragdi deeſt.Con
ſtatq; melior ille color:cuius fulgor uini colore fuſcatur q̄ qui diluitur aqua.Hactenus
de principatu cōuenit mulierum maxime ſenatuſcon.Minus certa ſunt de quibus: &
uiri indicant.Singulorum.n.libido ſingulis precia facit:& præcipue regum.Claudius
Cæſas ſmaragdos induebat & ſardonicas. Primus autem Romanorum ſardonice uſus
eſt prior Africanus:ut tradit Demoſtratus.Et inde Romanis hanc gemmam fuiſſe ce
lebrrimam.Quamobrem proximum ei dabimus locum.Sardonyces olim ut ex nomi-
ne ipſo apparet intelligebanť candore in ſarda:hoc eſt uelut carnibus ungue hominis
impoſito & utroque tranſlucido.Taleſque eſſe indicas tradunt.Iſmenias.Demoſtratus
Xenothemis:Sotacus:Hi quidem duo reliquas omnes quæ tranſluceant cæcas appellā
tes:quæ nunc nomē abſtulere.Nullo ſardorum ueſtigio arabicæ ſunt.Coeperuntque
pluribus hæ gemmæ coloribus intelligi:radice nigra:aut cæruleū imitāte:& unguem:
creditū.n.cādido pingi.Nec ſine quadā ſpecie purpuræ candore in minimū tranſeun
te. Has indis non habitasi honore Zenothemis ſcribit tantæ alias magnitudinis:ut in
de capulos factitarent.Etenim conſtat ibi torrentibus detegi. Et placuiſſe in noſtro or
be initio quoniā ſole prope gēmarum ſcalptæ cærā non auferrent. Perſuaſimus deide
& indis ut ipſi quoq; iis gauderent. Vtiturq; perforatis utiq; uulgus tantum in collo.
Et eſt nunc indicarum argumentum. Arabicæ excellunt candore circuli prælucido.
atq; non gracili:neq; in receſſu gemmæ aut in deiectu retinente:ſed in ipſis umbōibus
nitēte.Præterea ſubſtrato nigerrimi coloreis.Ex hoc indicis cæreū:aut corneū inueniť
ēt circuli albi:quædamq; ī iis cæleſtis arquus anhelatio eſt . Superficies uero lccuſtaꝝ
maris cruſtis rubētior.Iam meleæ aut feculentæ (hoc.n.nomen eſt uitio) improbātur
& ſi zona alba fundat ſe non colligat.Simili mō ſi ex alio colore in ſe admittat aliquid
enormiter.Nihil.n.in ſua ſede alieno interpellari placet.Sunt & armeniacæ :ut cæteræ
improbandæ:ſed pallida zona.Exponēda eſt & onizis ipſius natura pp nominis ſocie-
tatem hoc in gēma tranſilit:& a lapide ex carmania.Sudines dicit in gēma eſſe cando-
rem unguis humani ſimilitudine.Item cryſolithi colorem & ſarde & iaſpidis Zenothe-
mis indicam onycem plures habere uarietates:igneam :nigram : cingentibus candidis
uenis oculi modo interuenientibus:quarundam oculis obliquis uenis.Sotacus & ara-
bicam onycem tradit.Sed eam a cæteris diſtare quod īdica igniculos habeat albis cingē
tibus zonis ſingulis pluribus ue: aliter quam in ſardonycæ indica.Illic.n. momentum
eſſe hic circulum.Arabicas onycas nigras inueniri candidis zonis.Satirus carnoſas eſſe
indicas parte carbuncumli:parte chryſolithi & amethiſti.Totumq; id genus abdicat.
Verā aūt onycē plurias:uariaſq; cō lacteis zonis habere uenas oīum ī tranſitu colore
inenerabili:& ī unū redeūte cōcentum ſuauitate grata. Nec ſardæ natura differēda eſt

diuiduæ exeodẽ noĩe. Quapropter omniũ obiter gemmaꝝ ardentiũ natura indicáda.

De generibus carbunculoꝝ: & uitiis: & experimentis: & gẽmis ardẽtibus. Ca. VII

PRincipatum habent carbunculi: a ſimilitudine ignium appellati: cui ipſi nõ
ſentiant ignes: ob id a quibuſdam apyruſtæ uocati Horũ genera: indici & ga
ramantici: quos & carchedonios uocauere: propter opulentiam carthaginis
magnæ. Adiiciunt æthiopicos & alabandicos in ortoſiaca caute naſcentes: Sed qui per
ficiantur abandicos. Præterea in omni genere maſculi appellátur acriores: at fœminæ
languidius refulgentes: In maſculis quoq; obſeruant liquidioris alios flammæ: nigrio
ris alios: & quoſdam lucidius: ac magis cæteris in ſole flagrátes. Optimos uero amethy
ſtixontas: hoc ẽ quorũ extremus igniculus in amethyſti uiolam exeat. Proximos illis
quos uocant ſyrritas pinnato fulgore radiantes. Inueniri autem ubicunq;: maxime ſo
lis repercuſſu. Satyrus indicos non eſſe claros dicit: ac plerũq; ſordidos: ac ſemper fulgo
ris retorridi. Aethiopicos pingues: lucemq; non emittentes: ſed conuoluto igne flagrare
Calliſtratus fulgorem carbunculi debere candidũ eſſe poſuit extremo uiſu nubilátem
& ſi ita attollatur: exardeſcentem: ob id a pleriſq; nũc carbunculum candidum uocari.
Qui languidius & liuidus ex indicis lucent liuicontas appellari. Carchedõios multo
minores eſſe. Indicos etiam minus ſextarii unius menſura cauari. Archelaus carchedo
nios nigrioris aſpectus eſſe: ſed igne uel ſole & inclinatiõe acris ꝗ cæteros excitari. Eoſ
dem umbrante tecto purpureos uideri. Sub cælo flammeos. Contra radios ſolis & ſcin
tillare. Ceras ſignantibus iis liqueſcere quanuis in opaco. Multi indicos carchedonis
candidoris eſſe: & e diuerſo inclinatione hebetari ſcripſere. Etiamnum in carchedonis
maribus ſtellas itus ardere. Fœminas uniuerſum fulgorem fundere extra ſe. Abandicos
cæteris nigriores eſſe ſcabroſq;. Naſcuntur & ithracia coloris eiuſdem ignem minime
ſentientes. Theophraſtus auctor eſt & in orchomeno arcadiæ inueniri & in chio. Illos
nigriores: e quibuſdam & ſpecula fieri. Eſſe & troyenios uarios interuenientibus macu
lis albis. Item corinthios ex pallidiore candidos. Maſſilia quoque importari Bocchus &
Vlyxipone ſcripſit magno labore ob argillam ſole aduſtis ſaltibus. Nec eſt aliud difficili
us: ꝗ diſcernere hæc genera: tanta eſt in iis occáſio artis: ſubitis per quæ tranſlucere co
gantur. Aiunt ab æthiopibus hebetiores in aceto maceratos quattuordecim diebus ni
teſcere: totidem menſibus durante fulgore. Adulterantur uitro ſimilimæ. Sed cotæ de
prehendunẽ: ſicut aliæ gemmæ factitiæ. Mollior enim materia & fragilis & cẽtroſa ſco
be deprehenduntur & pondere: qđ minus eſt uitreis: aliquando & puſtulis argenti mõ
relucentibus. Eſt & antrhacitis appellata: in teſprotia foſſilis: carbonibus ſimilis. Falſũ
arbitror qđ & in lyguria naſci tradiderunt: niſi forte tunc naſcebanẽ. Eſſe in iis & præ
cincti candica uena traduntur: horumq; igneum color ut ſuperiorum eſt. Peculiare
quidem qđ lacte uelut intermortui extinguntur. Contra aquis perfuſi exardeſcũt. Co
gnata eſt huic ſandaſtros: quam aliqui garamantiten uocant. Naſcit in india loco eiuſ
dem nominis. Gignitur & in arabia ad meridiem uerſa. Commendatio ſumma qđ ue
lut in tranſlucido ſtellantes intus fulgent aureæ guttæ: ſemp in corpore: nunꝗ in cu
te. Accedit religio narrata a ſyderum cognatione ab inſpectoribus: quoniá fere ſtellaꝝ
hyadum & numero & diſpoſitione ſtellantur. Ob hoc a chaldeis in cerimoniis habitæ
& hic mares auſteritas diſtincta quodam uigore appoſita tingueſcens. Indicæ quidem
etiam hebetare uiſus dicunẽ. Blandior fœminis flamma: alliciens magis quá accendẽs.
Sunt qui præferant arabicas indicis. Numidæq; chryſolito illas ſimiles dicunt. Iſmeni
as uero negat poliri ſandaſtros propter teneritatem: & ob id magno uenire. Sunt qui ſã
daſita uocent. Inter omnes conſtat: quantum numero ſtellarum accedat: tantũ & pre
tio accedere. Affert errorem aliquando ſimilitudo nominis. Sandaſer Nicander ſandeſe
rion uocauit: alii ſandareſon. Quidam uero hanc ſandaſtrõ: illam ſandereſon: in india
naſcentem illam quoq; & loci nomen cuſtodientem. Malicoloriam ut olei uiridis: cm

nibus.Improbatam.Ex eodem genere ardentium lichnites appellata lucernarū accēſarum præcipua gratia.Naſcitur circa orthoſiam totaque Carmania ac uicinis locis. Sed probatiſſimi in indis.Quam quidam remiſſiorem carbunculum eſſe dixerunt. Secunda bonitate ſimilis eſt ionis appellata a prælatis floribus.Et alias inuenio differentias. Vnam quæ purpura radiet.Alteram quæ cocco:a ſole excalfactas:aut digytorum attritu:paleas & cartharum fila ad ſe rapere. Hoc idem & ſcarchedonius facere dicitur: quanquam multo uilior prædictis.Naſcitur apud Naſamonas in montibus:ut incolæ putant hymbre diuino.Inuenitur ad repercuſſum lunæ:maxime plene.Carthaginem quondam deportabatur.Archelaus & in ægypto circa thebas naſci tradidit:fragiles uenoſas:morienti carboni ſimiles.Potoria uaſa & ex hoc lapide & ex lichnite factitata inuenio.Omnia autem hæc genera ſcalpturæ contumaciter reſiſtunt:partemque cæræ in ſigno tenent.E diuerſo ad hæc ſarda utiliſſima:quæ nomen cum ſardonyce comunicauit.Ipſa gemma uulgaris:& primum ſardibus reperto.Sed laudatiſſima circa Babyloniam cum lapidicinæ quædam aperientur:hærens in ſaxi corde. Hocq; modo metallum apud pſas defeciſſe tradit̃.Sed inuenunt̃ cōpluribus aliis locis:ſicut in ephire: & aſſo in india trium generum rubrum.& qđ demium uocāt a pĩguedĩe: tertium quod argenteis bracteis ſublinitur.Indicaq; perlucente craſſiores ſunt arabicæ. Inueniuntur & circa leucada epiri & circa ægyptum quæ bractea aurea ſublinuntur. Et in his autē mares excitatius fulgent. Fœminæ piguiores ſunt & craſſius nitent.Nec fuit alia gemma apud antiquos uſu frequentior. Hac certe apud Menādrum & Philomenem fabulæ ſuperbiunt.Nec ullæ tranſlucenti tardius ſuffuſo humore hebetantur: oleoq; magis quam alio liquore.Damnantur ex iis melleæ:& ualidius teſtaceæ.

¶ De generibus topacii & callaite:& de gemmis uiridibus non tranſlucentibus Ca. VIII.

EGregia etiānum topatio gloria eſt:ſuo uirenti genere:& cum repta eſt prælatæ omnibus.Id accidit in arabiæ inſula:quæ chytis uocat̃.In qua troglodytæ prædōes:cum diutius famæ & tēpeſtate preſſi herbas:radiceſq; effoderēt:eruerunt topacion.Hæc Archelai ſententia eſt:Iuba topation inſulam in rubro mari a contiuēte ſtadiis.ccc.abeſſe tradit nebuloſam:& ideo quæſitā ſæpe a nauigātibus:ex ea cauſa nomen accepiſſe. Topazin.n.trogloditarum lingua ſignificationem habere quærendi.Ex hac primum importatam Berenicæ Reginæ:quæ fuit mater ſequētis Ptolemæi a Phylemone præfecto Regis ac mire placuiſſe:& inde factam ſtatuam Arſinoe Ptolemei Philadelphi uxori quattuor cubitorum ſacratā in delubro qđ aureum cognomĩabatur.Recentiſſimi auctores & circa thebaidis alabaſtræ oppidū naſci dicunt. Et duo eius genera faciunt praſoidem:atq; chryſopteron ſimilē chryſopraſio:eius. n.tota ſimilitudo ad ſuccum porri dirigitur.Eſt autē ampliſſima gēmarum.Eadem ſola nobilium limam ſentit.Cæteræ ſaxo & cotæ poliuntur.Hæc & uſu atterit̃. Comitatur eam ſimilitudine propior quam auctoritate callais uiride pallēs. Naſcit̃ poſt aduerſa indiæ apud inſulas caucaſi montis phicaros ac aſdathas amplitudine cōſpicua:ſed fiſtnloſa ac ſordidum plena.Sincerior multo præſtantiorq; in carmāia. Vtrobiq; autem in rupibus inuiis & gelidis:oculi figura extuberans:leuiterq; adhærēs:nec ut annata petris:ſed ut appoſita.Quapropter ſcādere ad eā pigritia pedum equeſtres populos tedet: ſimul & piculum terret.Ergo euntes e longinquo inceſſunt:& cum toto muſco excutiunt. Hoc uectigal hocq; geſtamen diutius in ceruice gratiſſimum norunt.Is cenſus: hæc gloria a pueritia deiectorum numerum prædicantium.In quo uaria fortuna.Quidam ictu primo cœpere præclaras.Multi in ſecundo nullas.Et quidem callaides tali ſectura formantur:alias fragiles.Optimus color ſmaragdi ut tamen apparet ex alieno eſt quod placeant.Incluſæ decorantur auro.Aurumque nullæ magis decent. Quæ ſunt earum pulchriores:oleo.unguento:& etiam mero colorem deperdunt. Viliores conſtantius

repræſentant:neq; eſt mutabilior alia aut mendatior uitri. Sunt qui in arabia inueniri
eas dicant in nidis auium quas melancholicos uocant. Viridantium & alia plura ſunt
genera. Viliori eſt turbæ praſius. Cuius alterum genus ſanguineis puntis abhorret.
Tertium uirgulis tribus diſtinctum eſt candidum. Prefert̃ his Chryſopraſius porri ſuc
cum & ipſa referente ſed & paulum declinans a topatio in aurũ. Huic & amplitudo ea
eſt:ut cymbia etiã ex ea fiant. Cylindri quidẽ celerrime. India has generat & nilion ful-
goris ſi ante habeat breuis:& cum intueare fallacis. Sudines uero dicit & in ſyuero atti-
cæ flumine naſci. Eſt autẽ color fumidæ topatii:aut aliquando mellæ. Iuba ĩ æthiopia
gigni tradit:& in littoribus amnis quẽ nilum uocauimus:& inde nomẽ trahere. Non
tranſluceret malachites ſpiſſius uirens:a colore maluæ nomine accepto: reddendis lau
data ſignis:& infantiũ cuſtodia quadã innato cõtra pericula ipſorũ medicamine. Viret
& ſæpe tranſlucet iaſpis:etiã ſi uictus a multis antiquitas tamẽ gloriam retinens. Pluri-
mæ ferunt eam gentes. Smaragdo ſimilẽ indicæ. Cyprii dicunt glaucum pinguẽq;. Per
ſæ aeri ſimilẽ ob id uocat̃ ærizuſa talis. Et iaſpis eſt cærulea circa thermodoontẽ amnẽ
In phrigia purpurea. In cappadocia ex purpura cærulea:atq; nõ refulgens. Thracia in
dicæ ſimilẽ mittit. Chalcidia turbidã. Sed minus refert nationes q̃bonitates diſtinguere
Optima ergo quæ purpuræ qnicq̃ habet ſecunda quærosæ:tertia quæ ſmaragdi. Sin
gulis aũt græci nomina ex argumento dedere. Quarta apud eos uocat̃ boria cælo au-
tumnali matutino ſimilis:& hæc erit illa:quæ uocat̃ ærizuſa. Similis eſt & ſardæ:imita
ra & uiolas. Non minus multe ſpẽs reliquæ:ſed omnes in uitio:ceruleæ aut cryſtallo ſi-
miles:aut myxis. Item beterizuſa ĩ proprio uti arbitror cognomine:uelut e multis eiuſ-
dem generis cõpoſita gemmis. Quã ob rem preſtantiores funda claudunt̃:id eſt patẽ
tes nec præterq̃ margines auro amplectente. Vitium eſt breuis in iis nitor & longe ſplẽ
dens:& ſal:& omnia quæ in cæteris. Et nitro adulterantur:quod manifeſtum fit: cum
extra fulgorem ſpargunt:atq; non in ſe continent: nec in diuerſa quæ ſphragidas uo-
cant. Publico gemmarum dominio in iis tantum dato: quoniam optime ſignent.

De Iaſpidum generibus. Ca. IX

TOtus uero oriens pro maluetis tradit̃ teſtari ea:quæ ex iis ſmaragdo ſimilis ẽ
e petra p tranſuerſũ linea alba præcigit̃:& grammatias uocat̃. Quæ pluribus
polycalamos. Libet obiter uanitatẽ magicam hic quoq; coarguere: quoniam
hanc cõcionantibus utilem eſſe prodiderunt. Eſt & onychipuncta: quæ iaſponyx uo-
catur:& nubẽ cõplexa:& niues imitata: quæ ſtellata rutilis punctis eſt: ſali megarico
ſimilis:& ueluti fumo infecta:quæ capnias uocatur. Magnitudinẽ iaſpidis.xi.unciarũ
uidimus:formatãq; inde effigiem Neronis thoracatam. Reddet̃ & pſe cyaneo gratia ac-
comodato paulo ante iaſpidis nomen:colore cæruleo. Optima ſythica:dein cypria: po-
ſtremo ægyptia. Adulterat̃ maxime tinctura:idq; in gloria regis ægyptii adſcribit̃:qui
primus eam tinxit. Diuiditur.aũt hæc in mares fœminaſq;. Ineſt aliquando & aureus
puluis nõ qualis in ſaphirinis. Saphirus enim & aureis punctis collucet. Cæruleæ & ſa
phiri raroq; cum purpura. Optimæ apud medos:nuſquã tamẽ plucidæ. Præterea inu
tiles ſcalpturæ interuenientibus cryſtallinis cẽtris. Quæ uero ſunt ex ii cyanei coloris
mares exiſtimantur. Alius ex hoc ordo purpureis dabitur:& ab ſis diſcedentibus. Prin-
cipatũ amethyſti indicæ tenent. Sed in arabia ex ea quoq; parte quæ finitima ſyriæ pe-
tria uocat̃:& in armenia minore:& in ægypto:& in galatia reperiunt̃:Sordidiſſime aũt
atq; uiliſſimæ in tharſo & cypro. Cauſã nominis afferunt:qđ uſq; ad uini colorẽ acce-
dens:prius quã eum diguſtet:in uiolam deſinit. Fulgorq; quidã in illa purpure non ex
toto igneus:ſed in uini colorẽ deficiens. Perlucent autẽ omnes uiolaceo colore:ſcalptu
ris faciles. Indicæ abſolutũ purpure colorẽ habent. Ad hancq; tinguentiũ cfficinæ diri
gunt uota. Fundit autẽ eum aſpectu leuiter blandum:neq; in oculos ut carbunculi
uibrat. Alterũ earum genus deſcendit ad hyacinthos. Hunc colorẽ indi ſacon uocant:

tálemque gemmam ſacodion. Dilutior uero ex eodem ſapinos uocatur. Eadem & para-
nites in contermino gentis arabiæ: Quartum genus colorem uini habet: Quitum ad
uicinia cryſtalli deſcendit albicante purpure deiectu: Hoc & minime probatur: quan-
do præcellens debet eſſe ĩ ſuſpectu uelut ex carbunculo refulgẽs quidam in purpura
leuiter roſeus nitor. Tales aliqui malunt pederotas uocari. Alii anterotas. Multi Vene-
neris gemmam: qđ maxime uidetur de re & ſpecie & colore extremo gemme. Magorꝝ
uanitas reſiſtere ebrietati eas promittit: & inde appellatas. Et præterea ſi lunæ nomẽ ac
ſolis ſcribatur in iis atque ita ſuſpendant collo e capillis cinocephali uel plumis hirun
dinis: reſiſtere ueneficiis. Iam uero quoquomodo adeſſe reges adituris. Grandinẽ auer-
tere quoque ac ſimilia proſpere & locuſtas prædicatione addita: quam demonſtrant.
Nam e ſmaragdis quoque ſimilia promiſere: ſi aquilæ ſcalperentur: aut ſcarabei. Quæ
quidem ſcripſiſſe eos non ſine contemptu & irriſu generis humani arbitror. Multum
ab ea diſtat hiacinctos: tamen e uicino deſcendens. Differentia hæc: quod ille emicans
in amethiſto fulgor uiolaceus dilutus eſt in hiacintho. Primo quoque aſpectu gratus
euaneſcit antequam ſatiet: adeoque non ĩplet oculos: ut pene nõ attigat: marceſcẽs ce-
celerius nominis ſui flore. Hiacinthos Aethiopia mittit & criſolithos: aureo colore tranſ
lucentes: præferuntur iis indicæ. Et ſi uarie non ſint: bactrianæ. Deterrime autem ara-
bicæ: quoniam turbide ſunt & uarie: & fulgoris ĩterpellati nubillo macularum: etiam
quæ limpidis contingere: ueluti ſcobe ſua refertae: Optimae uero ſunt: quae in colatio
ne auium albicare quadam argenti facie cogunt. Funda includuntur perſpicuae: Cae
teris ſubiicitur auricalcum. Tametſi iam expartes gemmarum uſu appellant aliqui &
chriſelectri in colorem electri declinantes: matutinus aſpectus iucundior: ponticas de-
prehendit leutias. Quaedam i iis durae ſunt ruffeque: quaedam molles & ſordidae. Boc
chus auctor eſt & in Hiſpania reptas: quo in loco criſtallum dicit ad liberamẽtũ aquae
puteis defoſſis inde erutã. Et chriſolithon. xii. põdo a ſe uiſam. Fiunt & leucochryſi: ĩter
ueniente candida uena. Sunt in hoc genere capnie. Sunt & uitreis ſimiles: ueluti cro-
co refulgentes. Vitreae uero in uiſu diſcerni nõ poſſint. Tactus aũt deprehendit tepidi
or i uitreis. In eodẽ genere ſunt melichriſi: ueluti p auꝝ ſincero melle tranſlucẽte: quas
india mittit: quanquamad iniuriamy fragiles. Eadem & xiſtiõ parit plebeiam ibi gem
mam. Candidarum dux eſt pederos: quanquam poteſt quaeri: an in colore numerari
debeat totiens iactari per alienas pulchritudines nominis: adeo decoris progatiua in uo
cabulo facta eſt. Eſt & ſuum genus expectatione tanta dignum. Cœnunt enim ĩ tranſ
lucidam cryſtallum uiredis ſuo modo aer ſimulq; purpura: & quidam uini aureus ni-
tor: ſemper extremus in uiſu: ſed purpura coronatus madere ſingulis uidetur his & pa
riter omnibus. Nec gemmarum ulla eſt liquido capiti iucunda ſuauis & oculis. Lauda
tiſſima eſt in indis: apud quos argenon uocatur. Proxima apud ægyptios: ubi ſenites.
Tercia in arabia: uerum ſcabra. Mollius radiat pontica & aſſiatica. Ipſe uero molliores
ſunt Galetica: & tragica: & cypria. Vitia eaꝝ langor: aut aliẽis turbari coloribus: & quæ
cæterarum. Proxima candicantium eſt aſteria principatum habẽs proprietate naturæ:
quod incluſam lucem pupillæ modo quadam continet: ac tranſfundit cum inclnatio
ne uelut intus ambulantem ex alio atque alio loco reddens: eademque contraria ſoli re
gerens candicantis radios: unde & nomen accepit difficilis ad cælandum. Indice præfer
tur in Carmania nata. Similiter candida eſt quæ uocatur aſtrios cryſtallo propinquãs
in india naſcens: & in pallenes littoribus intus a cẽtro: cui ſtella lucet fulgore lunæ ple
næ. Quidam cauſa nominis reddunt: quod ſtrais oppoſita fulgorem rapiat: ac regerat.
Optima in Carmania gigni nullamque minus obnoxiam uitio. Ceraunia enim uocari
quæ ſit deterior. Peſſimam lucernarum lumini ſimilem. Celebrant & aſtroiten: miraſ-
que laudes eius in magicis artibus Zoroaſtrẽ ceciniſſe. Quidam diligentius de ea pro
dunt. Aſtrobolon Sudines dicit oculis piſcium ſimilem eſſe & radiare cãdido ut ſolem.

Eſt inter candidas & quæ ceraunia uocatur: fulgorem ſyderum rapiens. Ipſa cryſtalli-
na ſplendoris cærulei in carmania naſcens. Albam eſſe Zenothemis fatetur: ſed habere
intus ſtellam concurſantem. Fieri & hebetes ceraunias: quas nitro & aceto per aliquot
dies maceratas concipere ſtellā eam: quæ poſt totidem menſes relangueſcat. Sotacus &
alia duo genera fecit ceraunia: nigras: rubenteſq;. Ac ſimiles eas eſſe ſecuribus. Per illas
quæ nigræ ſunt & rotunde urbes expugnari & claſſes: eaſq; betulos uocari. Quæ uero
longe ſunt cerauneas. Faciunt & aliam raram admodū: & parthorum magis quæſitā:
quoniā non alibi inueniat̃: quā in loco fulmine icto. Proximū ceraunia nomen apud
eos habet: quæ appellat̃ iris. Effoditur in quadā inſula rubri maris: quæ diſtat a bero-
nice urbe. lx milia paſſuū: cetera ſui parte cryſtallus. Itaq; quidam radicē cryſtalli eſſe
dixerunt. Vocat̃ ex argento iris. Nam ſubtecto percuſſa ſole: ſpēs & colores arquus cæ-
leſtis in proximos parietes eiaculat̃: ſubinde mutans magnaq; uarietate ammirationē
ſui augens. Sexangulā eſſe ut cryſtallū cōſtat. Sed eſſe aliquas ſcabris lateribus & angu-
lis inequalibus dicunt. In ſole aperio proiectas: radios in ſe recandentes diſcutere. Ali-
quas uero ante ſe proiecto nitore: adiacentia illuſtrare. Colores uero non niſi ex opaco
reddunt: nec ut ipſæ habeant: ſed ut repcuſſu parientē illidāt: optimaq; quæ maximos
arquus facit: ſimillimoſq; cæleſtibus. Eſt & alia. iris cæræ ſimilis: & prædura. Quam
Horus crematā tuſamq; ad ichneomonum morſus remedio eſſe. Naſci autem in perſide
tradit. Similis eſt aſpectus: ſed non eiuſdem effectus quæ uocatur zeros alba nigraque
macula in tranſuerſum diſtinguente cryſtallum. Expoſitis per genera colorum princi-
palium gemmis: reliquas litterarum ordine explicabimus.

De quibuſdam gemmis per alphabeti ordinem. Ca. X

AChates in magna fuit auctoritate: nunc in nulla. Reperta primū in ſicilia iux-
ta flumen eiuſdē nominis: poſtea plurimis locis: excedens amplitudine nume-
roſa: uarietatibus diuerſis mutantibus cognomina eius. Vocat̃ enim phaſpa-
chates: cerachates: ſardachates: hæmachates. leucachates: dendrachates: uelut arbuſcu-
la inſignis. Antachates cum uritur myrrhā redolens. Coraloachates guttis aureis ſaphi-
ri mō diſtincta: qualis copioſiſſima in creta ſacra appellata. Putant eā cōtra araneo℞ &
ſcorpionū ictus prodeſſe. Quod i ſiculis utiq; crediderim: quoniā primū eius ꝓuinciæ
afflatu ſcorpionū peſtis extinguitur. Et in india inuente cōtra eadem pollent: & aliis
magnis miraculis reddunt enim ſpēs fluminū nemorum & iumento℞: etiam ederæ &
ſtatunculas: & equorum ornamenta. Medici coticulas inde faciunt. Spectaſſe etiā pro-
deſt oculis. Sitimq; ſedant in os additæ. Phrigiæ uiridia nō habent. Thebis ægyptiis re-
perte carent rubentibus uenis: & albis. Et hæ quoq; contra ſerpentes ualidæ. Eadéque
auctoritas & cypriis eſt. Sunt etiam qui maxime probent uitreā perſpicuitatē in his. Re-
periunt̃ & in thracia circa oetham. Et in parnoſo: & leſbo: ac meſſenæ: ſimiles illitis flori-
bus & rhodo. Aliæ apud magos differentiæ. Leoninæ pelli ſimiles potentiā habere con-
tra ſcorpiones dicunt̃. In perſis uero ſuffitu earum tempeſtates auerti: & præterea flu-
mina ſiſtit. Argumentū eſſe ſi in feruentes cortinas additæ refrigerent. Sed ut proſint
leoninis iubis alligandas. Nam hiænæ pelli ſimilē abhominant̃: diſcordialem domibus.
Eam uero quæ unius coloris ſit inuictam athlætis eſſe. Argumentū eius qđ in olla ple-
na olei cocta cum pigmentis: & intra duas horas ſubferuefacta: unum colorē ex omni-
bus facit minii. Acopis nitro ſimilis eſt pumicoſa aureis guttis ſtellata. Cum hac oleū
ſubferuefactū perunctis laſſitudinē (ſi credimus) ſoluit. Alabaſtrites naſcitur in alaba-
ſtro ægyptii: & in ſyriæ damaſco candore intercincto uariis coloribus. Quæ cremata
cum foſſili ſale: ac trita grauitates oris & dentium extenuare dicit̃. Alectorias uocāt in
uentriculis gallinaceorum inuentas cryſtallina ſpetie: magnitudine fabæ. Quibus Mi-
lonem crotonienſem uſum in certaminibus inuictum fuiſſe: uideri uolunt. Androda-
mas argenti nitorem habet ut adamas: quadrata: & ſemper teſſellis ſimilis magnis: pu-

tantque nomen impoſitum ab eo:q̃od impetus hominum & iracũdias domet. Eadẽ
ſi an alia argyrodamas:auctores nõ explicãt. Antiphates nigra cõtra lucet. Expimẽtum
eiusiſi coquatur in lacte:facit enim hoc myrrhæ ſimile imiſſa. Eamque contra effaſci
nationes auxiliari magi uolũt. Arabica ebori ſimillima eſt:& hoc uideretur: niſi abnue
ret dutitia. Quãquam putant contra dolores neruorum prodeſſe habentibus. Aroam
ticis & ipſa in arabia traditur gigni. Sed & in ægypto circa piſas ubique lapidoſa & myr
rhæ coloris & odoris ob hoc regninis frequentata. Aſbeſtos in arcadiæ montibus naſci
tur:coloris ferrei. Aſpilatẽ Democritus in Arabia gigni tradit ignei coloris. Eã oporte
re camelli fimo ſplenicis alligari Inuenirique in nido arabicarum alitum. Et aliã eodem
nomine ibi in leucopetra naſci argentei coloris contra lymphatum habendam. Atizo
nẽ in india & perſidis acidiæ monte naſci tradit argenteo nitore fulentem: magnitudi
ne trium digitoꝝ ad lenticulæ figuram odoris iucundi:neceſſariam magis regem con
ſtituentibus. Augites multis non alia uidetur eſſe quam quæ calais. Amphitãe alio no
mine appellatur chryſocolla in indie parte:ubi formicæ erunt aurum:inqua inuenit̃
auro ſimilis :quadrata figura:affirmaturque natura eius quæ magneites niſi quod au
gere quoque aurum traditur. Aphrodiſiace ex candida ruffa eſt. Apiſtos ſeptẽis diebus
calorem tenet excalfacta igni:nigra ac ponderoſa diſtinguentibus eam uenis rubenti-
bus. Putant prodeſſe contra frigora. Agyptillam Iacchus intelligit per album ſarda ni-
graque uena tranſeunte. Vulgus autem in nigra radice cæruleam facit. Balanitæ ge
nera duo habent ſuburrides:& corithii æris ſimilitudine illa a copto. Hæc eſt troglodi
tica regione ueniunt medias ſeccante flammea uena. Bratracchitas mittit & coptos:
Vnam ranæ ſimilem colore. Alteram ebroi. Tertiam rubẽtis e nigro. Baptes mollis:alio
quin odore excellit. Beli oculus albicans papillam pingit nigram e medio aureo fulgo-
re lucentem :Hæc propter ſuam ſpetiem:ſacratiſſimo aſſiriorum deo dicatur. Aliã aũt
quã Bellum uocant in arbelis naſci Demõcritus rradit nucis iugulandis magnitudĩe
uitrea ſpetie. Baroptenus:ſiue botrypes nigra:ſanguineis & albis nodis alligata dicitur:
ueluti protentoſa. Botrytes alia nigra eſt:alia pãpinea incipiẽti uuæ ſimilis Boſtrichitẽ
Zoroaſtres uocat crinibus mulierum ſimiliore. Bucardia bubulo cordi ſimilis: Babylõe
tantum naſcitur. Broniea capitibus teſtudinum ſimilis & tonitrua cadẽtia (ut utãt)
reſtingit:& fulmine ictu reſtinguit:ſi credimus. Bole nimbo inueniuntur glebæ ſimili-
tudine. Cadmites eadẽ eſſet quã oſtracitẽ uocant:niſi qđ hanc cæruleæ interdum bul
læ cingunt. Calais ſaphirum imittatur candidior & littoroſo mari ſimilis. Chamites
quibusdam uidetur ſuum genus haberi plurimis ſpiris fumida : ut ſuo loco diximus.
Capadocia & in phrygia naſcitur ebori ſimilis. Calamiten uocant e turbido: feruntque
plures calaicas coniunctas ſimul inuẽiri. Catochites corſicæ lapis eſt cæteris maior mi-
rabilis:ſi uera traduntur:impoſitam manum ueluti gummi retinẽs. Catopyrites e cap
padocia prouenit. Cepites:ſiue cepocapites candida eſt uenarum nodis coeũtibus can
dore imaginem regerens. Ceramites teſtæ colorem habet. Cynodiæ inueniuntur in cre
bro piſcis eiuſdem nominis candidæ & ob longæ:euentuque mirandæ:ſi mõ eſt fides:
præſagare eas habitum maris nubilo colore aut tranquilitate. Cærites cæræ ſimilis eſt
Circos piris. Corſoides canicei hominis. Coralloacathes coroallo aureis guttis diſtinctæ
Corallis minio gigniturq; in india & ſyene. Craterites iter chriſolithum & electrum co-
lorem habet prædurae naturæ. Crocallis cæras repreſentat. Ciſſites circa copton naſcit̃
candida:& uidetur intus habere partum:qui ſentiatur etiam ſi creditur. Calcophonos
nigra eſt:ſed illiſa æris tinnitum reddit tragoedis ut ſuadent geſtanda. Chelidoniæ duo
rum ſunt generum hirundinum colore:& alia parte purpuræ nigris interpellantibus
maculis. Chelonia oculus eſt indice teſtudinis:uel portentoſiſſima magnoꝝ menda
ciis:melle enim colluto ore impoſitam linguæ futurorum diuinationem præſtare pro
mittunt quintadecima luna & ſilente tota tota die decreſcente uero ante ſolis ortum.

Ceteris diebus a prima in ſextam horam. Sunt & chelonitides teſtudinum ſimiles: ex
quibus ad tempeſtates ſedandas multa uaticinantur. Eam uero quæ ſit aureis guttis
cum ſcarabeo deiectam in quam feruentem tempeſtates tueri. Calorites herbacei co
loris eſt: quam dicunt magi eam inueniri in ſyllæ auis uentre congenitam ei: feroque
includi iubent ad quedam prodigioſa moris ſui. Coaſpites a flumine dicta eſt uiridis
fulgoris aurei. Chryſolampis in æthiopia naſcitur pallidi coloris die: & noctu ignei.
Chryſopis aurum uidetur eſſe. Cepionidæ in æolide nunc ad arneum pagum quon
dam oppidum naſcuntur multis coloribus tranſlucentes: alias uitreæ: alias cryſtallinæ
alias iaſpideæ. Sed & ſordidis tantus eſt nitor: ut imagines reddant ceu ſpecula. Da
phniam Zoroaſtres & Orchaſtres morbis comitialibus demonſtrant. Diadochos be
ryllo ſimilis eſt. Diphris duplex candida ac nigra: mas ac fœmina: gentile utriuſque
ſexus diſtinguente linea. Dionyſias nigra ac dura mixtus rubentibus maculis. Quæ
ex aqua trita: ſaporem uini facit: & ebrietati reſiſtere putatur. Draconites ſiue dracon
tia e cerebro fit draconum: ſed niſi uiuentibus abſciſo: nunquam gemmaſcit: inuidia
animalis mori ſe ſentientis. Igitur mos eſt: ut dormientibus animalibus caput ampu
tent. Sotacus qui uiſam eam gemmam ſibi apud regem ſcripſit: bigis uehi querentes
tradit: & uiſo dracone ſpargere omnia medicamenta: atque ita precidere. Eſſe autem
candore tranſlucido nec poſtea poliri: aut artem admittere. Ecardia cognominantur
ecardiſte. Vna in qua nigra effigies cordis eminet. Altera eodem nomine uiridi co
lore: cordis ſpetiem repreſentat. Tertia nigrum cor oſtendit reliqua ſui parte candida.
Enorchis candida eſt: diuiſaque fragmentis teſtium effigiem repreſentat. Exhebenum
zoroaſtres ſpetioſam & candidam tradit: qua aurifices aurum poliunt. Eriſtalis cum
ſit candida: ad inclinationes rubeſcere uidetur. Erotylos eadem quæ mepicores & hie
ronne modo a Democrito laudatur in argumentis diuinationum. Eumetris in ba
ctris naſcitur: ſilici ſimilis: & capita ſuppoſita uiſa nocturna oraculi modo reddit. Eu
metrem Beli gemmam ſanctiſſimi deorum ſibi aſſyrii appellant porracei coloris ſuper
ſtitionibus gratam. Eupetalos quattuor colores habent: cæruleum: igneum: minii:
mali. Eureos nucleo oliuæ ſimilis eſt: ſtrictæ concarum modo non adeo candida.
Eurotias ſitu uidetur operire nigritiam. Euſebes ex eo lapide eſt: ex quo traditur Tyri
in Herculis templo facta ſedes: ex qua dii facile ſurgebant. Epimelas ſit: cum in can
dida gemma ſuperne nigricat colos. Galaxiam aliqui galactiten uocant: ſimile proxi
me dictis: ſed intercurrientibus ſanguineis aut candidis uenis. Galactites ex uno co
lore lactis eſt. Eandem dicunt leucogageam & leucographiam appellant: & ſynephi
ten lactis ſucco ac ſapore notabilem. In educatione nutricibus lactis fœcunditatem: in
fantium quoque alligata collo ſaliuam facere dicitur. In ore autem liqueſcere. Eandem
memoriam adimere dicunt. Mittit eam & achelous amnis. Sunt qui ſmaragdum albis
uenis circunligatum galactiten uocent. Galaicos argyrodamanti ſimilis eſt: paulo ſor
didior. Inueniuntur autem binæ uel terne. Gaſidanem medi mittunt coloris olorini
ueluti floribus ſperſam. Naſcitur & in arbellis. Hæc quoq; gemma concipere dicitur: &
intra ſepertum fateri concuſſa. Concipere autem trimeſtri ſpatio. Gloſopetra lingue
ſimilis humane magnæ in terra non naſcitur: ſed deficiente luna cælo decidere: & le
nocinanti neceſſaria creditur. Quod ne credamus promiſſi quoque uanitas facit. Vē
tos enim comprimi narrant. Gorgonia nihil aliud ē quam corallium: nominis cauſa.
q̄d induritiam lapidis mutatur. Emollit marina fulminibus: & typhoni reſiſtere affir
mant. Genianen eadem uanitate inimicorum pœna efficere promittunt. Heliotropiū
naſcitur in æthiopia: africa cypro porracei coloris: ſanguineis uenis diſtincta. Cauſa
nominis: quoniam deiecta in uas aquæ fulgorem ſolis accedentem percuſſu ſan
guineo mutat: maxime æthiopica. Eadem extra aquam ſpeculi modo ſolem accepit: de
prehenditque defectus ſubeuntem lunam oſtendens. Magorum impudentiæ uel manife

ſtiſſimum hoc quoqueexemplum eſt:quoniam ammixta herba heliotropio:quibuſdã
quoqueadditis precationibus gerentem conſpici negent. Hepiſtithes quoque ſpeculi
naturã h: in reddendis imaginibus:quanq̃ rutila. Experimentũ eſt ſi ſeruentẽ aquam
addita ſtati refrigeret aut ſi ĩ ſole addita aridã materiã accẽdat. Naſcit̃ in circo Hermo
dochos ex argumento uiriditatis ĩ cãdida gẽma uel nigra:& aliquãdo pallida ãbiẽte cir
culo aurei coloris appellatur. Hexeconthalithos in parua magnitudine multicolor:hoc
ſibi nomen adoptauit. Reperitur in troglodítica regione. Hieracites alternat tota milui
nis nigricans ueluti plumis. Himnites ouis piſcium ſimilis eſt:& alia uelut nitro cõpo
ſita prædura alioquin. Hammonis cornu inter ſacratiſſimas æthiopiæ gemmas aureo
colore arietini cornus effigiẽ reddens: promittitur prædiuinans omnia repræſentare.
Hormeſion inter gratiſſimas aſpicitur ex igneocolore radians auro portante ſecum in
exttemitatibus candidam lucem. Hieniæ ex oculis hienæ tabido in uaſe ĩueniri dicun
tur:& ſi credimus:linguæ hominis ſubdita futura prædicere. Hematites in æthiopia
quidem principalis:ſed & in arabia & africa inuenitur ſanguineo colore:non admittẽ
da promiſſis ad coarguendas barbarorꝫ inſidias zactalias babilõiuſ in hiſ libris quoſ ſcri
pſit ad Regem Mithridatem humana gẽmiſ attribuit fata:haſ non contentuſ oculorꝫ
& iocinerum medicina decoraſſe. A rege aũt aliquid petituriſ dedit:& litiibbſ iudiciiſq;
interpoſuit in prœliiſ etiam eaſ ſalutareſ ꝓnũtiauit. Eſt & alia eiuſdem generi quæ uo
catur henui ab indiſ xanthoſ appellata græciſ e fuluo candicanſ. Idæi dactili in creta
fereo colore pollicẽ humanũ exprimunt lecterias lurido:ſimilis ideo exiſtimat̃ ſalubris
contra regios morbos. Eſt & alia eodem nomine liquidior. Tertia folio uiridi ſimilis lati
or prioribus pene: ſine pondere: uenis luridis. Quantum genus in eodem colore
nigris uenis deſcendentibus. Iouis gemma candida eſt:non ponderoſa:tenera. Indi
ca gentium ſuarum habet nomen: ſubruffo colore: in attritu ſudorem purpure
um emanat. Alia eodem nomine candida: puluereo aſpectu. Ion apud indos uio
lacea eſt: ſed raro ſaturo colore lucet. Lepidotes ſquammas piſcium uariis colori
bus imitatur. Leſbias leſbi patriæ nomen habens inuenitur: & in india. Leucop
talmos rutila alias oculi ſpeciem candidam nigramque continet. Leucopetalos cando
rem niuis ex auro diſtinguit. Libanochros thuris ſimilitudinem oſtendit: ſed ad ſuc
cum mellis. Limoniates eadem uidetur quæ ſmaragdus. De lipare hoc tantum tradit̃
ſuffita ea omnes beſtias euocari. Lyſimachus rhodio marmori ſimilis eſt aureis uenis:
politur ex marmore:amplitudine in anguſtias coeunte:ut inutilia exterantur. Leuco
chryſos fit cryſolito iteralbicante. Menõia qualis ſit nõ tradit̃. Media nigra ẽ a Menda
illa fabuloſa inuenta hẽt uenas aurei coloris:ſudorẽ reddit croci:ſporẽ aũt uini. Meco
nites papauera exprimit. Mitrax a perſis accepta eſt:& rubri maris montibus multico
lor:contra ſolem uarie refulgens. Meroctes porracea lacte ſudat. Morion indica quæ
nigerrimo colore tranſlucet uocatur pronnion:in qua miſcetur & carbunculi colos.
Alexandrium ubi ſardæ. Naſcitur in Cypro tyro & galatia. Xenocrates & ſub alperi
bus naſci tradit. Hæ ſunt gemmæ quæ ad ſculpturas aptantur: Myrites myrrhæ colo
rem habet:faciemque minime gemmæ:unguenti odorẽ attrita etiã nardi. Myrmedia
nigra habet emiẽtias ſimiles uerrucis. Myrſinites melleũ colorẽ habet:myrrhæ odorem
Meſoleucos eſt mediã gemam candida diſtinguente linea. Meſomelas nigra uena quẽ
libet colorem ſecante per medium. Naſomonites eſt ſanguinea nigris uenis. Nebrides
Libero patri ſacra nomen traxit a Nebridum eius ſimilitudine. Sunt & aliæ nigræ ge
neris eiuſdem. Nympharena urbis & gentis perſicæ nomen habet:ſimilis hypodatæ.
Orca barbari nois e nigro fuluoq; ac uiridi & candido placet. Ombria quã aliqui notiã
uocãt ſicut cæraũia & bronnea cadere cũ hymbribus & fulmibus dicit̃ eũdeq; effectũ
habere quẽ brõea narrat̃. Præterea ĩ aras addita ea tradit̃ libamẽta nõ amburi. Orites

globoſa ſpẽs a quibuſdam & ſyderites uocatur ignem non ſentiens. Oſtratias ſine oſtra
cites eſt teſtacea durior altera achatæ ſimilis: niſi qđ achates politura pingueſcit durio
ri: tantaq; ineſt uis: ut aliæ gemmæ ſcalpantur fragmẽtis eius. Oſtracidi oſtrea nomẽ
& ſimilitudinem dedere. Opphicardelon barbari uocant nigrũ colores binis lineis albis
includentibus. De obſidiano lapide diximus ſuꝑiore libro. Inueniunt & gemmæ eodẽ
nomine ac colore nõ ſolum in æthiopia indiaq;: ſed etiã in ſamo ut aliqui putant: & in
littoribus hiſpanienſis oceani. Panchros fere ex omnibus coloribus conſtat. Panconus
nõ longior digyto: ne cryſtallus uideat: numero pluriũ angulorum canet. Paneros qualis
ſit a Metrodoro nõ dicitur: ſed carmen Timaridi reginæ in eadẽ dicatum Veneris nõ
inelegans ponit: ex quo intelligit additam ei fœcunditatẽ. Quidam hanc panſebaſtõ
uocant. Ponticarũ plura ſunt genera. Eſt ſtellata nũc ſanguineis nũc atris guttis quæ
inter ſacras habet. Alia pro ſtellis eiuſdẽ coloris lineas habet. Alia montiũ conualliũq;
effigies. Philoginos quẽ & chryſiten uocant oſtreæ atticæ aſſimilata: inuenit i ægypto
Phenicites ex balani ſimilitudine appellat. Phrycites oliuæ. Perileucos fit ab ore gẽmæ
ad radicem uſq; candido deſcendente. Pæantides quas quidã grauidas uocant pregnã
tes fieri: & parere dicunt: mederiq; parturientibus. Natales in macedonia iuxta monu
mentũ Tireſiæ inueniunt: ſpẽſq; eſt eis aquæ glaciatæ. Solis gemma candida eſt: & ad
ſpẽm ſyderis in orbe fulgentes ſpargit radios. Sadam chaldei adhereſcentẽ nauibus ha
bent: inuenit praſini coloris. Samothratia inſula eiuſdẽ nominis gemmã dat nigram:
ac ſine pondere ligno ſimilem. Sauriten in uentre uiridis lacerti harundine deſecti tra
dunt inueniri. Sarcites bubulas carnes preſentat. Selenites ex cãdido tranſlucet melleo
fulgore: imaginẽ lunæ cõtinens: redditq; eam in dies ſingulos creſcentis minuentiſq;
numero: naſciq; putatur in arabia: Syderites ferro ſimilis: & litigio illata diſcordia facit
quæq; naſcitur in ethiopia. Syderopœcilos ex ea fit uariantibus guttis. Spongites ſpon
giæ nomen repræſntat. Synodontites e cerebro piſciũ eſt: qui ſynodotes uocant. Syr
titæ in littore ſyrtiũ iamquidem lucania inueniunt melleo colore croco reſulgentes. In
tus aũt ſtellas continet languidas. Syringites ſtipulæ internodio ſimilis: ꝑpetua fiſtula
cauatur. Tricus ex africa niger eſt: ſed tres ſuccos reddit: a radice nigrũ: medio ſangui
nem: ſummo candidũ. Telirrhizos cinerei coloris aut ruffi candidus radicibus ſpectat
Telicardios colores cordis perſas apud quos gignitur magnopere delectat. Muculã ap
pellant thracia trium generũ eſt uiridis aut palidior tertia ſanguineis guttis. Tephri
tes nouæ lunæ ſpẽm habet curuatæ in cornua quanuis cinerei coloris. Telicos oleæ
nucleo ſimilis uidetur: neq; eſt gemmæ honos: ſed lingentiũ calculos frangit: pellitque
Veneris crines nigerrimi nitoris cõtinent in ſe ſpẽm ruffi crinis. Veientana italica gẽ
ma ẽ: ueiis reperta nigrã materiã diſtinguẽte limite albo. Zathenẽ i media naſci Demo
critus tradit electri colore: & ſiquis terat in uino palmeo & croco cæræ modo lenteſcere
odore magnæ ſuauitatis. Zmilaces in euphrate naſcitur proconneſo marmori ſimilis:
medio colore glauco. Zoronyſios in indo flumine naſcitur: magorum gemma eſſe nar
ratur: neque aliud amplius de ea.

De gemmis quæ a membris hominum cognominantur: & quæ ab anima
libus: & de iis quæ a cæteris rebus. Ca. XI.

Est etiamnũ alia diſtinctio: quã quidẽ fecerim ſubinde uariata expoſitione. Si
quidẽ a membris corporum habẽt nomina. Hepatites a iocinere. Steriates ſingu
lorum animaliũ adipe numeroſa: Adureneis. Yriopthalmos ionice naſit tres
hominis ſimul oculos exprimens: ab animalibus cognominat. Carcinias marini can
cri colore. Echites uiperæ. Scorpites ſcorpionis aut colore aut effigie. Scarites ſcari piſcis
Triglites muli. Aegophthalmos caprino oculo. Item alia ſuillo. Et a gruis collo gerani
tes. Hieracites accipitris. Aetites a colore aquilæ candicante cauda. Myrmecites inna
tam repentis formicæ effigiem habet. Scarabeorum cantharias. Lycophthalmos quat

tuor eſt colorum ex rutilo & ſanguineo in medio nigrum candido cingitur:ut lupo-
rum oculi:illis per omnia ſimilis. Taos pauōi eſt ſimilis:item aſpidi quam uocari timi
cloniam inuenio. Arenarum ſimilitudo eſt in hāmocryſo uelut auro haraneis mixto.
Cenchrites milii granis uelut ſperſis. Dyrites e truncis arborum:hæc & ligni modo ar
det. Ciſſites in candido collucet ederæ foliis quæ totam tenent. Narciſſites uenis etiam
ederæ diſtinguit̃. Cyamea nigra eſt:ſed fracta ex ſe fabæ ſimilitudiem parit. Pyrene ab
oliuæ nucleo dicta eſt. huic aliquando ineſſe piſcium ſpinæ uident̃. Chalazias grandi
num & colorem & figurā habet adamantinæ duritiæ. Narrant etiā in ignē additæ ma
nere ſuum frigus. Pyrites nigra quidē:ſed attritu digytos adurit. Polizonos nigra mul
tis zonis candicat. Aſtrapiæ in candido aut cyaneo diſcurrunt e medio fulminis radii
In phlegontide intus ardere quædam uidet̃ flāma quæ nō exeat. In anthracitide ſintil
læ diſcurrere aliquando uidentur. Enais ſemper rotunditatis abſolutæ in candore eſt
leuis:ſed ad motū fluctuat intus in ea ueluti in ouis liquor. Polytrix in uiridi capilat̃:
ſed deflua comaꝝ facere dicit̃. Sunt & a leonis pelle & panteræ nominatæ leontios par
dalios. Colos appellauit chryſolitū aureus. Chryſopraſum herbaceus. Melleus melichro
ta:quāuis plura eius genera ſint. Mellichros ē geminus pte flaus:pte melleus. Crocias
a croco. Polia caniciem quandā ſparti inducit:eandē duriorē. Nigra ſpartopolia. Rho-
dites a roſa eſt. Melites mali coloris. Calciter ærei. Sicites fici. Ratio noium nō eſt ĩ bor-
ſycite in nigro:ramoſa candidis aut ſanguineis frondibus. Nec gemite uelut ĩ petra cā
didis manibus inter ſe cōplexis. Ananchitide in necromantia dicunt euocari imagines
deoꝝ. Synochide umbras ĩferoꝝ euocatas teneri. Dētritide alba defoſſa ſub arbore quæ
cædat̃ ſecuris aciē nō hebetari. Et ſunt multo plures:magiſq; monſtrifice:qbus barba
ri dedere nomina cōfeſſi lapides eē. Nobis ſatis erit in his coarguiſſe dira mendatia

¶ De gemmis naſcentibus & factitiis:& figuris gemmarum. Ca. XII

Gemmæ naſcuntur repente nouæ ac ſine nominibus : ut lampaſci in metallis
aurariis una inuente:quæ propter pulchritudinem Alexādro Regi miſſa fuit:
ut auctor eſt Theophraſtus. Cochlides quoque nunc uulgatiſſimæ famæ fiūt
uerius quam naſcuntur in Arabia repertis in gentibus glebis. Melle excoqui tradunt
ſeptenis diebus:noctibuſq; ſine intermiſſione. Ita omni terréo uitioſoq; puluere decuſ-
ſo purgatam glebam artificum ingenio uarie diſtribui in uenas:ductuſque macularū
quāmaxime uēdibili ratione ſectantium. Quondamque tātæ magnirudinis fecere :ut
equis regum in oriente frontalia atque pro phaleris penſilia facerent. Et alias omnes
gemmæ mellis decoctu niteſcunt:præcipue corſici. In omni alio uſu acriora aborrētes
Quæ uariæ ſunt:& ad nouitatem accedere caliditate ingeniorum contingit ut nomē
uſitatum non habeant. Phyſes appellant uelut ipſius naturæ admirationem in iis uen
dicantes cum finis nominum non ſit:quæ perſequi non equidem cogito : innumera
ex græca uanitate cōficta. Indicatis nobilibus gemmis etiam plebeis rarorum generum
dictu dignas diſtinxiſſe ſatis erat. Illud modo meminiſſe conuenit increſcentibus ua
rie maculis atque uerrucis linearum:quæ interueniunt multiplici dictu & colore mu
tata ſæpius nomina in eadem plerumque materia. Nunc cōmuniter ad omnium gem
marum obſeruationem pertinentia dicemus opiniōes ſecuti auctorum. Caue ut extu
berantes uiliores uidentur æqualibus. Figura oblonga maxime probatur:deinde quæ
uocatur lenticula : poſtea clipeidos & rotunda:anguloſis minima gratia. Veras a falſis
diſcernendi magna difficultas. Quippe cum inuentum ſit ex ueris gemmis in alterius
generis falſas traducera. Sardonices e cerauniis glutinantur gemmis ita ut depræhen
di ars non poſſit:aliunde nigro:aliunde candido:aliunde nimio ſumptis: omnibus in
ſuo genere probatiſſimis. Quinmmo etiam extant cōmentarii auctorum : quos non
equidem demōſtrari in qbus mōis ex cryſtallo cingant̃ ſmaragdi:aliæq; trāſlucentes.
Sardonix e ſarda. Item cæteræ ex aliis. Neq; eſt ulla fraus uitæ lucroſior.

De ratione probandarũm gemmarum. Ca. XIII.

NOs contra rationem deprehendendi falſas demonſtrabimus: quando etiam luxuriam aduerſus fraudem muniri decet. Præter illa quæ in principalibus quibuſq; generibus priuatim diximus. Tranſlucentes matutino probari cenſent: aut ſi neceſſe eſt in quartam horam: poſtea uetant. Experimenta pluribus modis conſtant. Primum pondere: ſi grauiores ſentiuntur: poſt hæc corpore. Fictitiis puſtule in profundo apparent. Scabritia in cute. In capillamento frigoris inconſtantia: prius quam ad oculos perueniat deſinens nitor. Decuſſi fragmenti paulum quod in lamina ferrea teratur efficaciſſimum experimento excnſant mangones gemmarum. Recuſant ſimiliter & limae probationem. Obſianae fragmenta ueras gemmas non ſcarificant. Fictitiæ ſcarificationis candicantiam fugiunt. Tantaque differentia eſt: ut aliæ ferro ſcalpi non poſſint: aliæ non niſi retuſo: uerum omnes adamante: Plurimum autem in his terebrarum proficit feruor. Gemmiferi amnes ſunt aoaxis: mater: ganges. Terrarum autem omnium maxime india. Et iam peractis omnibus naturæ operibus: diſcrimen quoddam rerum ipſarum facere cõueniat. Ergo in toto orbe & in quacunq; cæli conuexitas uergit: pulcherrima ẽ omnium rebus meritoque principatũ naturæ optinens italia rectrix parenſque mundi altera: uiris: fœminis: ducibus: militibus: ſeruitiis: artiũ præſtantia ingeniorum claritatibus Iam ſitu ac ſalubritate cæli atque temperie: acceſſu cunctarum gentium facili: littoribus portuoſis: benigno uentorum afflatu. Etenim contingit recurrentis poſitio in partem utiliſſimam: & inter ortus occaſuſque mediam aquarum copia: nemorum ſalubritate: montium articulis: ferorum animalium innocentia: ſoli fertilitate: pabuli ubertate. Quicquid eſt quo carere uita non debeat: nuſq̃ eſt præſtantius: fruges: uinum: olea: uellera: lina: ueſtes: iuuenci. Ne equos quidem in tricariis præferri ullis uernaculis animaduerto. Metallis auri: argenti: æris: ferri: quandiu libuit exercere: nullis ceſſit. Et iis nunc in ſe grauida pro omni dote uarios ſuccos: & frugum pomorumque ſapores fundit. Ab ea exceptis indiæ fabuloſis proxime quidem dixerim hiſpaniam quacunque ambitur mari.

Caii Plynii Secundi Naturalis hyſtoriæ Liber trigeſimus ſeptimus & ultimus Finit. Venetiis impreſſus opa & impẽſa Rainaldi ḋ Nouimagio Alamani Anno Natiuitatis Domini. M.CCCC. LXXXIII. Die Sexta Menſis Iunii. Regnante Illuſtriſſimo principe Ioanni Mocenigo.

CORRECTIONES.

In libro.iii.ubi ſermo fit đ latinis populis:ita ſcriptum habēt mēdoſi codices. Cum his
carmē i mōte albāo ſoliti accipe Po.Albanēſes:i ſpectatæ fidei libris nō carmē ſcriptū
ē:ſʒ carmē:& ita ipſe emēdaui ſecutus hyſtoriā.Nanq; i albano mōte latinis po.uiſcera
tionē quot annis Rōani dabāt. M.Varrōis ad hāc rē ptinētia uerba ſubieci. Latinæ fe
riæ dies cōceptus dictus a latinis po.qbus ex albāo mōte ex ſacris carmē petere fuit ius
cum Romāis.Liuiꝰ quoq; libro.xxxiii.idē demōſtrat his uerbis.Feriæ latiæ pōtificum
decreto iſtauratæ ſunt qđ legati ab Ardea quæſti i Senatu erant ſibi i mōte Albano la
tinis carmē:ut aſſoiet:datam nō eē.Nō ne hi duo celberrimi ſcriptores apte monēt car/
nē apud plynium legēdum eē nō carmē.Eodē Seruius quoq; grammaticus locuplex
auctor accedit:qui in primo cōmentario ſic ſcriptum reliquit.Viſcera nō tātum iteſti
na dicius:ſed quicquid ſub corio eſt:ut in Albāo latinis uiſceratio dabaẗ:ideſt caro. Et
in.vii.ſuper Virgiliāum illud.populiq; latini:ait qui iterrerāt Albani mōtis uiſeratiōi

In.v.locus p ſyllabæ adiectionē deprauatus ē oppidū tachabrachia ciuiū Ro.cū tabra
cha legēdū ſit:& ita cor:exi Iuuēalis teſtionio:qui locū oſtēdēs ſimiis frequētē iqt. Qua
les ūbriferos ubi pandit tabracha ſaltus:i uetula ſcalpit iā mater ſimia bucca.Nāq; i afri
cæ ubi rabracha ē ſaltibꝰ & latifūdiis maximā ſimiaꝵ eē multitudinē Solinus & Strabo
tradūt.Poſſidōius quoq; refert ſe in lybiæ orā đlatū ſiluā uidiſſe ſimiis plenā:quaꝵ aliæ
ſup arboribus:alii i terra ſederēt.Nōnullæ catulos haberēt & uerba depēdentia: riſiſſe:
itaq; cū eas uberibus graues cerneret:nōnullas caluas:quaſdā ēt hernioſas . Tabrachæ
meminit Pōpontus Mela.Tabracam Silius Italicus tyrium opus appellat.

In vii.ubi reꝵ iuētores enumeranẗ ſcriptum legiẗ.Dedalū iueniſſe icthyocolliam.Nos
exēplaria quāemēdatiſſima ſecuti correxius icthyocollā. Eſt āt icthyocolla glutiū e pi/
ſce factum ut nomē indicat de qua ſic ſcribit Ply.in.xxxii ithyocolla appellat piſcis:cu
ius glutinoſum ē corium:idēq; nomen glutino eius:& alibi ithyocolla iquit erugat cu
tem.Cornelius Celſus medicamentis cōpluribus miſcēda eē docet ichthyocoilam.

In.viii.ubi de equis fit mētio:correptores inemēdatum locū reliquerunt:nō adurentes
hyſtoriam ſic.n.ſcriptum ē . Maxium uero eodē.i.i Capitolium puēiſſe habēas cū pal
ma & corōæ effuſo ratumēa:q ibi uicerat. Ex his Plynii (ſimō Plynio aſcribēda ſunt)
uerbis nemo pfecto intelliget:ubi uicerit raumēa:& ſenſus erit mutilatus indignuſq;
Plyniana maieſtate niſi illud pueniſſe habēas imutes:ut dicat puēiſſe a Veiis:& ita nos
emendauius ſecuti hyſtoriæ fidē & maxīe Plutarchum qui id ita clariſſime refert:ut
nihil amplius ambigēdum ſit.Scribit.n.Veiis oppido ethruriæ.dum currule ediẗ ſpec
taculum ratumenam agitatorem uictorē & coronatum ex Hippodromo egredientem
equoꝵ celeritate atq; ipetu Romam uſq; fuiſſe raptatum eoq; e curru excuſſo equos i
Capitoliū pueniſſe.Solinus quoq; idē breuiter refert a Plynio ut arbitror acceptū . Ab
hoc auriga ratūena Rōæ nomē ē idutū ratūenæ porte. Auctores Feſtis Ply. & Plutar.

In.x ubi fit mētio đ his quæ iter ſe diſſidēt ſcriptū ē Phalāges & arāei.quid ſēſerit hoc i
loco correctiōes cōiectare nō poſſum:niſi forte opiati ſint legiōes illas cuneoſq; macedo
num:quas ipſi teſte Li.Phalāges appellāt:ſcriptoreſq; fere oēs celebrāt agere diſcordias
cum araneis.qđ quanridiculum ſit ſētire ēt iſulſiſſimi itelligunt.Ego uero correxi ſic
Phalāgia & aranei.Eſt āt Phalāgium ex genere arāeoꝵ:quoꝵ noxii ſẗ morſus:ut ſcribit
Ply.i.xi.corpꝰ exiguū uariū acumiatum ad ſaltum igrediētium.Phalan. teſte eodē tri
cēos parit.Idē in.xxix Phalangium ē italiæ ignotū & pluriū geneꝵ.Et alibi phalāgion
græci uocant inter genera araneorum.Cornelius Celſus in quinto.Vbi uero phalangi

um nocuit:præter eam curationem quæ manu redditur ſæpe homo demittendus eſt:
ſolium eſt. Quid multa hæc dictio apud Plyniũ adeo eſt frequens: ut correptores exiſti
mem cum hoc præſertim locũ non emendarint obliuiſciores fuiſſe Curiõe:q memoria
ita fuit nulla: ut aliquotiens tria cũ ꝓpoſuiſſet: aut quartũ adderet: aut tertiũ quæreret

In.xiiii.ibi generoſa uina referunt: ſic ſcriptũ legit. Ceterano ſcilicet uino inter gallias
cõſiſtit auctoritas. Quis quæſo geographus: quis hyſtoricus ceteranos populos quoꝝ
uina laudat Plynius illuſtrauit: uel nudis ſaltẽ nominibus nuncupauit unq̃? Me her
cule nullus. At qui cũ ceretãos in hiſpania nobiles fuiſſe legerimus deprauatũ ꝑmuta
tis litteris locũ ſic emẽdauimus. Cerretano inter gallias cõſiſtit auctoritas. Sũt.n. Cerre
tani hiſpaniæ populi: qui iuliani cognominant & qui Auguſtani: ut auctor ẽ Plynius
in.iii. Hoꝝ uina inter laudatiſſima locũ habẽt: ut auctor ẽ Plynius: q̃ Martialis ĩ Xeniis
ſetinis cõparat. Cerretana nepos ponat: Setina putabis. Non potuit turbe cũ tribus illa
bibet. Scio oẽs fere eruditos uiros hactẽus extimaſſe. Martialẽ hoc diſticho eẽ locutum
de Cerretanis etruſcis. In quo exponendo nõ minus errarunt quã in illo: cuius lẽma ẽ
perna. Cerretana mihi fiat uel maſſa licebit de Menapis: lauti de petaſone uorẽt. Credi
derunt enim hoc quoq; ad Cerites ethruriæ referendũ. In q̄d manifeſtũ erratũ ne inci
derent: potuiſſent Strabonis lectiõe admoneri ſic in tertio geographiæ ſcribẽtis: ubi de
hiſpaniaꝝ ſitu habet oratio. Media pyrenes loca cõualles tenẽt: quas frequẽtes culto
res habitant: quas quãmaxima hiſpaniæ portio cerretani tenent: a quibus multifariam
pernæ cõdiunt cãthabricis ꝑquã ſimiles ꝓuentũ nõ mediocrẽ hominibus exhibentes.
Quid his Strabonis uerbis lucidus eẽ põt? quid apertus? quæ clariſime oſtendũt diſti
chon Martialis nõ ad Cerites ethruſcos qui nulla cõdiendi ꝑnas laude cenſent: ſed ad
cerretanos hiſpaniæ: quorũ pernæ celebrant eẽ referẽdũ. Nanq; cũ ex hiſpania & gallia
M. Varronis atq; Strabonis teſtimõio ſalſamẽta mittent laudatiſſima: uidet Martialis
eodem carmine tanquam confinium regionũ pernas coniungere uoluiſſe. Cerretana
rum uinearum miram ubertatem prouẽtumq; incredibilem Columena tradit in.iiii.

In.xvi.cũ omnibus codicibus talis index ſit. De hedera quæ uocat Similax: & eodẽ ca
pite id uerbũ Similax ſæpius repetitũ ſit: fateor me quo minus immutarẽ ſuperſediſſe.
Veꝝ queãdmodũ fabulæ cõueniat nõ intelligo: quæ Milacẽ appellat: nõ ſimalacem.
Ouidius. Et crocon in paruos uerſũ cũ Milace flores. Et Plynius ab Ouidio nõ diſſen
tiens ait. Virgine eiuſdẽ nominis pp amorẽ iuuenis croci mutata ĩ hunc fruticẽ. Huc
accedit q̄d in.xxiiii.ſcribens de natura ederæ ĩ medicina Milacẽ nuncupat: quã ĩ.xvi.
Similacẽ nominauerat: niſi exemplaria in hoc (ut equidẽ arbitror) deprauata ſint: q̄d
ideo facilius credere libet cũ apud eundẽ Plyniũ cõplures deprauatos indices deprehẽ
derĩ: de quibus alias loquar Præterea ut ad ſimilacem redeam. Seſtius grauis auctor Ta
xũ arborem a quo toxicã nuncupantur: uocari dixit a græcis ſimulacem: & eſſe in ar
chadia tã præſentis ueneni: ut ſi qui dormiant ſub ea: cibum ue capiant: moriantur.

In.xviii.cũ correctores ita emẽdauerint: uel uerius deprauauerint: Seruius rex ouium
boũq; effigie primũ aras ſignauit habuiſſe uidẽt quidã cõmune cũ lacerta: cui anima
li memoria ineſt nulla. Nã dicant quæſo apud quẽ idoneũ ſcriptorẽ iſtud unquã lege
rint: Cur nõ ad Plynium bonis uiri: Si apud alios nõ reperiebatis: recurẽdum cẽſuiſtis
qui in.xxxiii.locum hunc ut nos corexius: ita emẽdandum eẽ demõſtrat. Seruius rex
ouium boumq; effigie prius æs ſignauit: ñ ãt aras. Id hyſtoriæ fides exigit. Idẽ Plynius
repetit: cuius uerba ex prædicto libro hæc ſunt. Seruius rex primus ſignauit æs Antea
rudi uſos Romæ Timæus tradit. Signatum eſt nota pecudum: unde & pecunia appel
lata Eodem accedit locupleɫiſſimas auctor Plutarchus: qui ſcribit apparere in ueru
ſtiſſimis nummis inciſum ſignum bouis: pecudis: ſuis ue.

In.xix.in mendoſis codicibus uerbũ priſcum prioribus litteris ablatis mutilatũ eſt ubi
ſcriptũ legit̃ ædiũ:cũ legẽdũ ſit hærediũ.& ſic ego correxi.Eſt ãt hærediũ ut ait Feſtus
prædium paruulum:Et in legibus.xii.tabularum in horti ſignificatione ſemp nomia
tur hæredium.Inde hærediolũ uſurpat Columella:cuius uerba hæc ſunt ex libro pri
mo.Ad eoſdem iuuencos & quattuor iugerum auium hærediolum redierit.

In eodem unius litteræ inuerſiõe mendum admiſſum eſt .Ita.n.ſcriptum habẽt depra
uati codices.Inueterari uina:ſucciſq; caſtrari:cum ſcribẽdum ſit Sacciſq; caſtrari. Atq
uideor nimis leuia ſectari imo grauiſſima & nota digna. Nõ.n.ſono tã diſſimile ẽ thais
Hermione:quam ſenſu ſuccus & ſaccus.Nanq; ſi legendum admiſeris . Vina ſuccis ca
ſtrari: Qui ſenſus. Dii boni quã ineruditus? quã ridiculus:& Plynião acumini minime
quadrans erit confingendus :e cogitanduſq;.Si uero ſaccis quẽadmodũ nos emẽdaui
mus correxeris:& ſenſum depræhendes elegãtẽ eruditũ & ex cõſuetudie Romana ſum
ptũ atq; a Plynio non diſcrepante . Nanq; Romanũ iſtitutum fuit uetus uina ſacco
lineo colare:ut eſſent innocentiora.Ideoq; ait Plynius in.xiiii.de uio loquẽs.Quinimo
ut plus capiamus ſacco frãgimus uires:& in.xxiii.utiliſſimum inquit omnibus ſacco
uiribus fractis.Hæc Plyniana faciunt:ut æxtimẽ Martialem cum de egroto Tongilio
loqueret̃ in ſecũdo:ſic ſcriptũ reliquiſſe. Cecuba ſaccent̃ quæq; annus coxit opimi:id
eſt ſacco colent̃:cum ſiccet̃ paſſim legat̃.Ita.n. ſalubriora :purioraq; redebant̃ . Vnde
& in.xii.ait. Turbida ſolicito tranſmittere cecuba ſacco. Oratius quoq;.n.ii.ſermonum
morẽ hunc tranſmittendi uina p ſaccũ tetigit eo uerſu. Intergum perdunt limo uitia
ſaporem. Vbi Porfirio expoſuit ſacco colata.Et Martialis in apophoretus . Pauperiore
mero tingere lina potes

In.xxv.legitur Gallia ſagittas in uenenato helleboro tinguit . Nos correximus in ue
natu auctorem ſecuti. A.Gellium uirum ut Auguſtinus ait multum facundiæ ſcien
tiæ:qui eadem referens ex Plynio ſumpſiſſe ſe indicat:ſic ſcribens.xvi. Præterea id ſcri
ptum eſt in Plynio Legimus gallos inuenatibus ringere heleboro ſagittas quod iis ictæ
exanimatæ feræ teneriores ad epuals fiant.Ex iis Gellii uerbis lucido apparet apud Ply
nium legendum eſſe in uenatu:ut ipſe emendaui:non autem in uenenato. Eiuſdem
quoque Gelli auctoritas fecit:ut alterum quoque locum in eodem · xxv.deprauatum
corrigerem.Ita enim ſcriptum eſt. Mithridatis inuentum autumnant in anatũ pon
ticarum miſcere antidotis quoniam ueneno uiuerent.Quæ ſunt hæc portenta uerbo
rum:quam conciſa ſententia:quam indecora conſtructio:niſi illud in anatum põtica
rum ſic emendes.Sanguinem anatum ponticarum:cuius rei non me auctorem habe
bis:ſed Gellium ſic ſcribenẽ in noctibus acticis. Anates ponticas dicitur edendis uulgo
uenenis uictitare.Scriptum etiam a Leneo. Cn.Pompeii liberto Mithridatem illum põ
ti regem medicinæ rei:& remediorum id genus ſolertem fuiſſe:ſolitumque earum ſan
guinem miſcere medicamentis:quæ digerendis uenenis ualent : eumque ſanguinem
uel potentiſſimum eſſe in ea confectione. Quid his Gellii uerbis manifeſtus . Quid
lucidius eſſe poteſt:quibus idem enarrat quod Plynius . Qui etiam ipſemet Plynius
aperte demonſtrat ita corrigendum eſſe:ut ego correxi cuius uerba ex libro uigeſimo
nono:hæc ſunt.Coagulum quoque agninum aduerſus omnia mala medicicamenta
pollet.Item ſanguis anatum ponticarum:

In:xxviii.ſic ſcriptũ ẽ medet̃ phytocãpes uenẽis.Ego uero pmutatis litteris emẽdaui pi
tyocãpes.Eſt ãt pityocãpe uermis ſiue eruca nuces pieas ĩfeſtãs:ut docet Ply.ſic ſcribẽs
in:xxiii. uſus cõtra cãtharidas bupræſti pio℞ erucas:quas pythiocãpas uocãt . Dictio
cõpoſita ex pytia & cãpe.Pitya uero ĩter genera nucũ piea℞ nũerat̃ : e piaſtris ſingula

ris remedii aduerſus tuſſim: ut Plynius refert in.xv. Ab hac arbore pitya ſalamin pityuſa eſt nuncupata: ut auctor eſt Strabo in.ix. quemadmodum & aliam in hiſpania inſulam pityuſæ nomen inde eſſe ſortitam ſcribit Diodorus in.vi. Campe uero eſt eruca infeſtans maxime hortenſia: cuius meminit Columna hoc uerſu. Voluitur ad terram diſtorto corpore campe.

In.xxxiii. uerbum barbarum pro latiniſſimo: inſolens pro uſitato elegantiſſimoſque receptum eſt: gratotaſium pro græcoſtaſi. Sic enim ſcriptum eſt. Flauius ædiculam æream fecit in gratotaſio. Non inficiabor ignorare me quid ſit gratotaſium: immo īgenue fatebor. Quod ſi quis correptores interroget: quid id ſignificet: neſcio quid muſſitabunt: & dictionem tanquam inauditam portentoſamque reformidabunt. Ego uero correxi in græcoſtaſi. Græcoſtaſi autem locus erat Romæ ſubſtructus ſub dxtra curiæ hoſtiliæ ſupra comitium: ubi nationum ſubſiſterent legati: qui ad ſenatum eſſent miſſi. Is græce coſtaſis: ut interpretatur M. Varro: appellatur a græcorum legatis ibi ſubſiſtentibus. De græcoſtaſi meminit Cicero in epiſtola ad Quintum fratrem hir uerbis Deinde eius operæ repente a græcoſtaſi & a gradibus clamorem ſatis magnū ſuſtulerūt

In.xxi. nec hoc quidem præteribo: proprium pictoris nomen deprauatum eſt: ubi ſic legitur, Sicyon ex ingenio Pauſiani. Nos uero docente Plynio correximus: ex ingenio Pauſiæ: & ita correctores Plynium ſecuti auctorem emendare potuiſſent: niſi lethargo opreſſi ceruario ſimiles extitiſſent: cui etiam ī fame mandenti ſi reſpexerit cibi ſubrexit obliuio. Nanque Plynius in.xxxv. clariſſime oſtendit Pauſiam pictorem nuncupatum fuiſſe non Pauſianum: cuius uerba hæc ſunt. Pauſiam Sicyonium primum in hoc genere nobilem. Vbi ei omnia illa ne forte alium putes aſcribit: quæ in.xxi. retulerat. Alibi quoque inquit Pauſiæ filius & diſcipulus Ariſtolaus. Quin etiam Porphirio pictorē nobilem fuiſſe Pauſiam ſcribit: a quo tabellam pauſiacam nominauit Oratius. Vel cū pauſiaca torpes inſane tabella. Cæterum non hoc ſolum hominis nomen in Plynio deprauatum legitur (id enim leuiſſime ferendum foret) ſed tot ego deprendi inuertia & ab hyſtoriæ fide diſcrepantia: ut iſta priuatim uolumen non epiſtolam requirant.

REGISTRVM HVIVS OPERIS.

a a
prima uacat
Caius Plyni.
littoribus
colore
bb
De auibus
ſo.Cor.
De liberalitate
in tectum
naſcantur
a
C.Plynii
liberos
uentu lunae
ſima Iuppiter
De ſyderum
b
emergentibus
nec ſimpl:ci
aut ſcrobibus
in tabem
taté auidiſſimã
c
do laconum
padus gremio
rhodani eodem
C.Plynii
A ſcylleo ad
d
eracto ambitii
eplehantos
oppidum
euomit
plures gene.
e.
Suam ĩdomite'
& inultiiſſimis
ua uires
nomine
Alius utilia
f
ſubinde

ſtrutopodes
ualitudine
arbitratur
memoria
g
minatus
uocatum
elephantes
pugnam
duritia
h
decliui
Auctor eſt
Venerat
De teſtudibꝫ
Neptũnum
i
eandem
aquis rapiẽs
uolucrum
cruribus
emptorum
K
rem ſcabere
materiafuit
tundi q̃liter
compoſitis
omni exerci.
l
in preliis
de ſanguine
laudatiſſimũ
muſtellis
bos ãbualtio.
m
foliis quater.
ceſſit pp
falſum
de perſico
De libris
n
terrraque
eiuſdem
notant

C.Plynii
De ſeruandis
o
poſtquam
De canchrye
carbonis
Auctor eſt
aquifolium
p
Vetuſtior
ne quis uilẽ
& tamen
tudine iniecta
ergo ſiccum
q
Meridianum
proprium
ſtatibus
peſtes &
aſſibus
r
nilam q̄dam
De occando
ad uergiliarũ
lacernarum
exortus
ſ
cinis ſpodii
& circunfodi
aqua ſubiicia
a germania
inter ſe
s
calligines
foeminis
Cryſippus
Corrigitq;
aut quiuis
t
lorem accipiãt
proximi
trimatu
cui pacata
Cypne

u
Addita aqua
De picride
emedulatae
De natura
ſubacta
x
ſquamma eris
aures purru.
q̃inuidiſſima
bibunt. Piſtatia
C.Plinii
y
chamedris
urinac &
Alii potius
diligentiſſimus
abundeque
z
Alia in terram
Ruffus &
albo aliquate.
radix in uino
foliis portulace
&
cum uini
folia bouis
eſtituit
catur migina
ɔ
quantum
morſu canis
ſi de pluuiis
Dulciſſimum
ꝶ
cum felle
per quam
C.Plynii.
Nullum
A
non aliud
utiliſſimum

riperus non
putant. Alii.
B
patitur cum
interuallo
Hoc idem
Ex latio
C
diximus
Caſtoreis
peram cibus
in uaſe plũbeo
D
ſponſe
conſ. anno
patere Varro
eſt. Precepiſſe
E
candelabrum
P.Cornelio
Ex iis Polycle.
fectus
F
in aqua caeleſti
Quando
alterna
ex omnibus
G
fuit: Artis fue.
octo mẽſes
pilulis
montoria
H
Horatio
ſatis ſuae
dulcem

abigit metuſq;
Nonii eius
nibus improbatã
talemque
tantque

A 9976m

DOMEIN-ARCHIEF
TE
UTRECHT.

colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A B C D E F G H I J K L M N
x·rite
mm
0 1 2 3 4 5 6